8
5-a
20 7

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
28 B
44

Bibliotheca
...ori Coll. Rom.
Societ. Jesu
~~14-6-51~~

~~8.9.6.2~~

lib 11 cap 22:

80
12
160
50
100
100968
320
11111 - 175

8.5.a.20.

14
C
58

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM SIVE COENAE SAPIENTVM

*LIBRI XV.*

NATALE DE COMITIBVS
Veneto, nunc primùm è Græca in Latinam linguam vertente:

*Cum pluribus ex manuſcriptis antiquiſsimis exemplaribus additis: quæ in Græcè hactenus impreſſis voluminibus non reperiebantur:*

Ad potentiſsimum Ferdinandum, Pannoniæ, Boëmiæ, ac Romanorum Regem.




*LVGDVNI,*

Apud Sebaſtianum Barptolomæi Honorati,

M. D. LVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

# BARNABAS

PRAMPERGIVS IVriſconſ. ad Natalem Comitem virum doctiſſimum.

*Iampridem optatum fruſtrà, qui verteret, ingẽs,*
*Prudentum cœnas, nemo repertus, opus:*
*Dignus Athæneo, niſi tu, Natalis, habendus*
*Interpres, mundo iudice, nullus erat:*
*Deſperatam alijs, ſumis tu viribus æquis*
*Materiam, numeris condecorasq́ ſuis.*
*Te duce Athenæus Romam migrauit Athenis,*
*Tam Latio doctus, quàm patrio ore loqui,*
*Et dape tam varia menſas lautaq́ refertas*
*Promit: ἀμαλθείας dixeris eſſe κέρας.*
*Si tibi pro meritis hominesq́, deiq́ fauerent,*
*Tu princeps hominum, par fieresq́ deis.*

# SERENISSIMO
## AC POTENTISSIMO

*Principi Ferdinando Romanorum, Pannoniæ, & Boëmiæ Regi, Imperatori deſignato, Infanti Hiſpaniarum, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, &c. Comiti Tyrolis, &c. Domino clementiſſimo.*

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

OPTAVI pro mea ſumma in te obſeruantia, qua vel nomen ipſum Sereniſsimæ Maieſtatis tuæ ſemper ſanctiſsimè colui, Potentiſsime REX FERDINANDE, vt aliqua mihi concederetur occaſio, qua poſſem meum erga Sereniſsimam Maieſtatem tuam beneuolũ animum omnibus, tibíque in primis patefacere. Verum cum illud vel re ipſa, vel verbis effici oportere intelligerem: quorum alterum minime pro rei dignitate poteram, alterum fucatum plerunque & fictum, in Reges præcipuè, exiſtimari conſueuit, dubius animo ſanè fui dudum quid mihi eſſet agendum. Attamen in his tam variis multiplicibúſque cogitationibus me lex ea grauiſsimi ſapientiſsimíque Lycurgi confirmauit, qua homines parua ſacrificia Diis immortalibus offerre iubebantur: tum ne grauioribus impenſis deterriti ad res ſacras rarius accederent: tum etiam; quod rationi fortaſſe magis conuenit, quia Deos ipſos non victimarum præſtantiam, magnificentiámue ſacrorum reſpicere exi-

ſtimabat, ſed ipſos honeſtos, ſanctos, ac pios ſacrificantium animos. His ego rationibus non mediocriter commotus ſum, vt te quoque, quem incredibilis humanitas, vere Regem: ingenium acutiſsimum, Sapientem: ſingularis morum præſtantia, Virum bonum; eximia in Deos pietas, Admirabilem: omnia ſimul coniuncta, Immortalem efficiunt; non ad meorum munerum tenuitatem, ſed ad integritatem animi, ſummúmque Maieſtati tuæ obſequendi ſtudium reſpicere putauerim. Quòd ſi pro dignitate, amplitudinéque tua tibi non planè ſatis fecero; non patiar tamen, vt vacuis prorſus (vt aiunt) manibus, veluti neque ad Perſarum Reges licebat, accedam. Ad te igitur ſapientiſsimum Principem, ſapientiſsimum mitto Dipnoſophiſtam, quem nuper non ſine magno labore è tenebris, in quibus hactenus latuerat, eduxi, Maieſtatíſque tuæ ſanctiſsimo nomini conſecraui. Neque vllum ſanè munus præſtantius, honorificentius, aut magis regium à me amplitudini tuæ præſtari poſſe arbitrabar, quàm illud, per quod variarum nationum mores, Regum delicias, Imperatorúmque magnificentiam cognoſceres: quippe cum ea omnia, quæ à vobis Regibus, Regiua pecunia (vt ait Satyricus) comparari poſſunt, elargiri ſit ſuperuacaneum omnino, & artificioſum quoddam fœnerationis genus; quæ neque ego profectò præſtare poſſum, neque, ſi poſſem, res minus te dignas præſtarem. Illa verò quæ

ſcit

ſcite excogitata fuerunt, quæque exquiſito quodam ſtudio elaborata, cum & rariora ſint, & quia diuino ſolum ingenio comparantur, non in omnium facultate conſtituta; & honorificentiſsima eſſe munera, & maxime regia ſemper exiſtimaui. Quare ſi cui dubium eſſet huiuſmodi eſſe Athenæum, qui diuino ingenio præditus plurima ſcite admodum excogitarit; operæpretium certè foret; vt longiore vterer oratione ad illius diuiniſsimum ingenij acumen, ſingularéque iudicium declarandum. Verum quia omnibus ferè viris eruditis clarum eſſe videtur cuiuſmodi ſit; hoc vnum dicere auſim; niſi Plutarchus inter humaniorum literarum authores priorem locum occupaſſet; hunc, meo quidem iudicio, facile primum locum fuiſſe obtenturum. Cognoſces enim Rex Sapientiſsime, ex huius eruditiſsimi hominis ſcriptis, quantopere differant, non modo noſtrorum temporum mores ab illis antiquiorum virorum; verumetiam ſingularum prouinciarum ac ciuitatum homines, quod ſpectat ad viuendi rationem, quantopere inter ſe fuerint diuerſi. Cognoſces inquam Regum Perſarum; ac omnium, qui ob res geſtas celeberrimi fuerunt, Romanorum ſcilicet Macedonum, Aegyptiorum; Philoſophorum, & omnium nationum ingenium. Cognoſces variorum hominum delicias; intemperantiam; frugalitatem; tyrannides, liberalitatem, magnificentiam, res geſtas, ſtratagemata, acutè dicta; & omnia ea denique

quibus ignoratis ſcripſit diuiniſsimus Plato Græcos ab Aegyptiis ſemper pueros fuiſſe iudicatos. Ita vero fit vt magnopere dubitem inter humaniorum ne literarum ſcriptores, an in hiſtoricorum claſsibus, an inter philoſophorum cœtum ſit Athenæus collocandus: ſiquidem inter hos omnium ferè grauiſsimus, inter illos eruditiſsimus, inter alios elegantiſſimus omnium eſſe videtur. Verum quocunque in ordine eum quiſpiam collocarit, non dubito quin omnes fere cæteros antecellat. Taceo admirabile rerum antiquarum illius ſtudium; poëticæ facultatis, ac muſicæ exquiſitiſsimam doctrinam prætermitto; nihil dicam quantopere medicinæ fuerit curioſus, quia in infinitum noſtra protenderetur oratio. Hoc tantum dicam; nihil me potuiſſe honorificentius, nihil glorioſius, nihil diuinius denique excogitaſſe, quod ad te Regem ſingulari ingenio præditum mitterem. Atque res ipſa tanto mihi honorificentior eſt viſa, quanto ab omnibus noſtræ tempeſtatis eruditiſsimis hominibus difficilior fuit iudicata: nam viros complures hoc opus ipſum aggreſſos eſſe ſentio, qui ſummam inter homines doctrinæ eruditioniſque opinionem conſecuti fuerant, qui tamen rei ipſius difficultate deterriti, rem inceptam reliquerunt, ſuſceptúmque onus in ipſo itineris ingreſſu, deiecerunt. Neque ego ſinè his aut audacior, aut fortior omnibus ſum exiſtimandus: ſed illud non nihil mihi fuit adiumento, quod aliis fortaſſe non

contigit

contigit, quia Reuerendiſsimi Cardinalis Viſæi, quem dignitatis gratia nomino, cuius etiam ſingulare ingenium ſemper ſum admiratus, iudicio vſus ſum, (dandus eſt enim ſuus cuique honor) Gulielmique Serleti, viri ob inſignem tum probitatem, tum etiam doctrinam admirabilis, atq; doctiſsimi viri Conſtantini Rhalli, eo tempore, quo apud Reuerendiſsimum Cardinalem Vrbini, quem etiam honoris cauſa nomino, familiariter eram. Quo etiam tempore permultis erroribus Græcum exemplar expurgaui, non ſine magna antiquorum exemplarium copia. Ex quibus omnibus Sereniſsimæ Maieſtati tuæ perſpicuum eſſe arbitror, me non ſolum Philoſophum è tenebris eductum ad te mittere, verumetiam ſumma diligentia expolitum, multíſque ſordibus, quas ex longo ſitu contraxerat, expurgatum. Prætermiſi ego libenter cùm reliquas ſingulares tuas virtutes, tum inauditam, neſcio magnificentiámne dicam, an liberalitatem eximiam; qua, præter cætera quotidiana in omnes beneficia, vſus es; cum imperaris, ſummoperéque curaris vt tuis ſumptibus vetus, nouúmque Teſtamentum lingua Syriaca imprimeretur, omnibúſque volentibus Syris largiretur: vt veram ſalutis ac immortalitatis inde conſequerentur cognitionem; quia rei ipſius magnitudo multò aptiorem temporis opportunitatem poſtularet. Nam tanta eſt tua in omnes

† 4

homines deóſque pietas, vt ſolus & ampliſſimo Regis nomine, & ad quem ſumma totius religionis authoritas deferatur, dignus eſſe videare. Vnum autem illud pro ſingulari tua ſapientia humanitatéſque poſtulo Rex optime atque ſapientiſſime, vt animi mei potius deſiderium, ſummúmque Sereniſſimæ Maieſtati tuæ obſequendi ſtudium, quàm rei ipſius magnitudinem ſpectes. Venetiis, III. Calend. Febr.

M. D. L V I.

SERENISSIMAE MAIEST. TVAE

*Deditiſſimus*

Natalis de Comitibus.

# OMNIA QVAE IN HIS LIBRIS CONTINENTVR PER CAPITA SINGVLORVM LIBRORVM DIVISA.

## *EX LIBRO PRIMO.*


DE Bibliothecis & victorum Olympicorum munificentia. caput 1
De conuiuiorum ſcriptoribus. cap. 2
De claris gulonibus. cap. 3
De heroica vita apud Homerum, & menſis antiquis, & quid ſit conuiuium æquale. cap. 4
De piſcatoribus, & piſcationum ſcriptoribus. cap. 5
De Homerico ſympoſio. cap. 6
De cantoribus antiquis. cap. 7
De ludo pilæ, & variis ſaltationibus. cap. 8
Quòd ſacrificabant antiqui poſt epulas, quòd Phæaces delicioſi, & de ludo procorum Penelopes. cap. 9
De decoro quod Homerus in conuiuiis ſeruauit, & de aliis. caput. 10
De his qui menſæ aſsidebant, & de balneis. cap. 11
De coïtus irritamentis, & coronis vnguento perfuſis. caput. 12
De mechanicis tibicinibus, & deceptoribus in honore habitis. cap. 13
De claris præſtigiatoribus. cap. 14
Roma totius orbis compendium cap. 15
De ſaltationibus & veſtitu cap. 16
De Muſæo & Dionyſio medico cap. 17
De verbo concidere, diſponi, & accumbere cap. 18
De verbo πάσασθαι comedere cap. 19
Quód venabantur antiqui & cur ſalſæ aquæ proſint lauantibus. cap. 20

Quòd cæpe,& olera,& fructus arborum Heroibus apponebantur. cap. 21
Quòd antiqui piſces, aues,& carnes elixatas comedebant. caput. 22
De vino veteri cap. 23
De vinis Italicis cap. 24
Quid prouincia quæq; generoſum, egregiúmque mittat. caput 25
De vinis aliarum regionum cap. 26
De quorundam regum Perſarum munificentia cap. 27
Vnde pramnium dicatur, & inſularum nonnullarum nominum ratio,& vinorum. cap. 28
De propria quorundam vinorum natura, & de anthoſmia caput 29
De vini natura & viribus per totum cap. 30

*EX LIBRO SECVNDO.*

De vini inuentione,déq; eius vſu & potentia. caput 1
De aquarum natura & varietate pro diuerſitate locorum, de fontibus item,& abſtemiis cap. 2
De lacte & melle & eorum vſibus cap. 3
De ieiunis,& ſemel quotidiæ comedentibus cap. 4
De nogaleumatis edulijs & paraſitis cap. 5
De tricliniis,quatricliniis,ſtratis,& tapetibus cap. 6
De menſis antiquis cap. 7
De prunis Damaſcenis & variis eorum nominibus cap. 8
De ceraſis,Cratego,Chameceraſo,& ſorbis cap. 9
De moris cap. 10
De nucibus,amygdalis,& nucibus Ponticis cap. 11
De auellanis,nucibus,& Perſicis cap. 12
De ciceribus,lupinis,& phaſelis cap. 13
De oliuis cap. 14
De raphanis cap. 15
De nucibus pineis cap. 16
De ouis cap. 17
De propinatione cap. 18
De maluis cap. 19
De colocyntis cap. 20
De fungis & iis cap. 21

De tub

De tuberibus & herba hydnophylla cap. 22
De vrticis & aſparagis cap. 23
De cochleis cap. 24
De bulbis & bulbinis cap. 25
De turdis,ficedulis,merulis,& ſturnis cap. 26
De cerebro ſuilli cap. 27
De pipere cap. 28
De oleo cap. 29
De garo,aceto,& condimentis cap. 30
De peponibus cap. 31
De lactucis cap. 32
De cynara,cacto,& carduo cap. 33
De palmæ cerebro cap. 34

*EX LIBRO TERTIO.*

De faba Aegyptia cap. 1
De cucumeribus cap. 2
De ficubus cap. 3
De pomis in genere & cydoniis & Perſicis cap. 4
De citeriis malis cap. 5
De oſtreis in genere cap. 6
De purpurarum ortu,& aliarum oſtrearum cap. 7
De margaritis cap. 8
De foro cupediarum cap. 9
De nominum inquiſitione cap. 10
De vulua ſuilla cap. 11
Epicurea cap. 12
De piſcibus molli cruſta intectis cap. 13
De coctis in ſartagine cap. 14
De variis panibus cap. 15
De nonnullis panibus medicatis & multiplicibus panium nominibus cap. 16
De variis placentis cap. 17
De panium natura cap. 18
De ſalſamentis cap. 19
De nutrimento quod ſalſamenta præbent, & de modo bibendi cap. 20
De potu antiquorum cap. 21
De chondro cap. 22

Ex

*EX LIBRO QVARTO.*


De Carani Macedonis conuiuio cap. 1
De Cotyis conuiuio cap. 2
De conuiuiis Atticis cap. 3
De Laconicis conuiuiis cap. 4
De conuiuiis Cretenſibus cap. 5
De conuiuiis Perſarum cap. 6
Cœna Philoxeni Cytherij cap. 7
Cœna Cleopatræ cap. 8
Cœna Arcadum cap. 9
Cœna Naucratica cap. 10
Cœna Aegyptia cap. 11
Cœna Galatarum cap. 12
Cœna Thracum cap. 13
Cœna Celtarum cap. 14
Cœna Parthorum cap. 15
Cœna Romanorum cap. 16
Cœnæ Tyrrhenorum & Indorum cap. 17
Cœna Germanorum & certamina conuiualia cap. 18
De lente cap. 19
Diæta Pythagorica cap. 20
De lacriloquio & intemperantibus cap. 21
Vaſa coquinaria cap. 22
De condimentis cap. 23
De ſtructoribus menſæ & coquis cap. 24
De muſicis inſtrumentis cap. 25
De muſices ſtudio apud antiquos cap. 26


*EX LIBRO QVINTO.*


De antiquis conuiuantibus cap. 1
De Homeri Platoniſq; ſympoſio cap. 2
De ſympoſio Homeri & Xenophontis cap. 3
De Antiocho vocato inſano & illius pompa cap. 4
De pompa Ptolemæi Philadelphi cap. 5
De naue Philopatris cap. 6
De naue Hieronis cap. 7
De ſcrinio cap. 8
De Antiochi conuiuio cap. 9

De Alexandri ſympoſio cap. 10
De Philoſopho athenione tyranno cap. 11
Socratis falſæ victoriæ. Xenophontiſque errores cap. 12
Platonis multi errores circa tempora cap. 13
Quod philoſophi ſunt maledici cap. 14
De Gorgonibus cap. 15

## EX LIBRO SEXTO.

De tragœdia cap. 1
De piſcium venditoribus cap. 2
De aureis & argenteis vaſis cap. 3
Quòd rarum eſſet apud antiquos aurũ & argentũ cap. 4
De paraſitis cap. 5
De adulatoribus cap. 6
De ſeruis cap. 7
Romanorum encomium cap. 8

## EX LIBRO SEPTIMO.

De Fageſiis feſtis, lagenoforia, ac obſonio cap. 1
De hello piſce cap. 2
De amiis, deque voluptuoſis cap. 3
De Alpheſtis piſcibus cap. 4
De Anthia piſce cap. 5
De Pompilo cap. 6
De ſacro piſce cap. 7
De Apua & muſtelo cap. 8
De Acharno, raia, & rana cap. 9
De Bocis cap. 10
De membradibus cap. 11
De Belenno, bæonibus, bugloſſo & congris cap. 12
De Menecrate Ioue vocato cap. 13
De coquorum arrogantia cap. 14
De congro & muſtelo cap. 15
De glauco piſce cap. 16
De Anguillis cap. 17
De Acipenſere, rubellione, encraſicholis, & hepſitis cap. 18
De hepato, lebia, elacatenibus cap. 19
De thunno cap. 20

De

De thunna cap. 21
De Hippuro, equo, iuliis cap. 22
De turdis,merulis,apro,& cremi cap. 23
De Fidicula,cordylo,gammaro,cane cap. 24
De Mugile cap. 25
De Coracino cap. 26
De Cyprino,gobiis,cuculo,carcharia cap. 27
De Lupo cap. 28
De Lato,ſquatina,muræna,& myro cap. 29
De Mænis,melanuro,melanderino,ac mormore cap. 30
De torpedine,gladio,cernua,horcyno,& aſello cap. 31
De Polypo cap. 32
De Paguro, limaria, perca, acicula, ſquatina, & ſcaro caput 33
De ſparo, ſcorpio, ſcombro, ſargo, ſalpa cap. 34
De ſynodonte, ſynagride, lacerto, ſcepino, vmbra,ſyagride cap. 35
De ſepia & trigla cap. 36
De tenæiis,trachuris,taulopia,loligine,lollio cap. 37
De ſue,hyca,& phagro cap. 38
De hiatulis,chromi,aurata,chalcide cap. 29
De thrattis & paſſeribus cap. 40

## *EX LIBRO OCTAVO.*

De proprietate piſcium quorundam locorum cap. 1
De pluuiis piſcium cap. 2
De Nemeſi Helenæ matre, de Brizo, & Philænide, & Archeſtrato cap. 3
Præcepta fruendi præſentibus bonis cap. 4
De Dorione guloſo. cap. 5
De obſophagis,piſciúmque ſtudioſis cap. 6
De ſalibus Stratonici,déq; illius apophthegmatis cap. 7
De Ariſtotelis curioſitate cap. 8
De nutrimento quod præbent ſinguli piſces, cap. 9
De Coroniſtis & Chelidonizan cap. 10
De piſcium vaticiniis cap. 11
De tripudiis & conuíuiis cap. 12
Quòd Dei præſentes erant in conuiuiis cap. 13
Conuiuiorum antiquorum ſpecies cap. 14

## EX LIBRO NONO.


| | |
|---|---|
| De ſinapi, perna, & paropſide | cap. 1 |
| De rapis & braſsica | cap. 2 |
| De beta, paſtinaca, porro & cucurbita | cap. 3 |
| De auis nomine | cap. 4 |
| De porcello | cap. 5 |
| De multiplici coquorum diſciplina | cap. 6 |
| De ſeptem ſapientibus rei coquinariæ | cap. 7 |
| De ſue ſemiaſſato & ſemielixo, déque ablatione | cap. 8 |
| De antiquis coqui dictionibus | cap. 9 |
| De anſeribus ſaginatis, dimidio capitis, creocaccabo & teſticulis | cap. 10 |
| De oxalme, obſonióloque dictionibus | cap. 11 |
| De phaſianis | cap. 12 |
| De attagene, porphyrione, & porphyride | cap. 13 |
| De perdicibus | cap. 14 |
| De otis & ationibus | cap. 15 |
| De gallis gallinaceis, paſſeribus, & cothurnicibus | cap. 16 |
| De cygnis, palumbibus, & columbis | cap. 17 |
| De anate | cap. 18 |
| De porcellis lactentibus | cap. 19 |
| De dorcade & pauone | cap. 20 |
| De tetrace | cap. 21 |
| De lumbis ac ſubuentre | cap. 22 |
| De lepore & cuniculo | cap. 23 |
| De ſue calydonio & ſyagro | cap. 24 |
| De hœdo | cap. 25 |
| De coquorum præceptis | cap. 26 |
| De olla rhodonia & olla telemachi | cap. 27 |
| De aqua & vaſis quibus lauãdis manibus vtebãtur | cap. 28 |


## EX LIBRO DECIMO.


| | |
|---|---|
| De Herculis, aliorúmque athletarum voracitate | cap. 1 |
| De voracitate Bœotorum ac Theſſalorum | cap. 2 |
| De Pythayoræ nonnullorúmque aliorum frugalitate, ac Menedemi ſympoſio | cap. 3 |
| De Arceſilai cœna | cap. 4 |
| Ventris obiurgatio, de verbo cœnare | cap. 5 |


De

De vino meraciore & cyathis cap. 6
De pincernis cap. 7
De vini miſtione, ac Scythico potu cap. 8
De ἐπισταβίζειν conſuetudine cap. 9
Quæ Plato dixerit de vino, ac de farina vino iniecta cap. 10
De Lacedæmoniorum propinarionibus, quod vini ſtudioſus erat Neſtor, bibax Alexander cap. 11
De bibacitate Philippi, aliiſque bibacibus cap. 12
Quòd Italæ Romanæq́; mulieres vino abſtinebãt cap. 13
De nationibus vini ſtudioſis cap. 14
De ebrietate multorum malorum metropoli cap. 15
De παροίνιον, πῖθι, aliiſque dictionibus cap. 16
Aenigmatum cap. 17

## *EX LIBRO VNDECIMO.*

De poculis antiquis cap. 1
De variis potionibus & fictilibus cap. 2
Variæ inſaniæ ſpecies Nymphæ Bacchi nutrices cap. 3
Qui multa pocula habuerint, de poculis literatis cap. 4
De Gyala, Dino, Depaſtro, Dactyloto, Elephante, Ephebóque poculis cap. 5
De hedypotide, Herculeo, hetanio, ſemiſecto, thericleo caput 6
De cado, caliſco, cantharo, carchelio, calpio, celeba cap. 7
De cornu, ciſſybio, cotyla, ciborio, condye, cononio, cotylo, cotyla cap. 8
De Hemina, cottabide, Cratanio, Crunio, Cyathide, calice, Cylichnide cap. 9
De cymbiis, cypellis, cymba, cothone, poculis cap. 10
De labronia, lacænis, lepaſta, læbaſio, ſpondio ac leſbio cap. 11
De pelui, lyciurgibus, mela, metaniptro, maſto, mathallide, mana cap. 12
De Neſtoride poculo cap. 13
De holmo, oxybapho, Neneſtria, vngue, proaro, pelica cap. 14
De pentaploo, petachno, plemochoa, priſti, prochyta pruſia cap. 15
De rheonto, rhyſide, rhodiade, rhyto cap. 16

De

De ſannacra, ſeleucide, Callio, ſcypho, ſcytho cap. 17
De tabæta, tragelapho, triremi, hyſtiaco, phiala, chryſide, argyride cap. 18
De vaſe refrigerando apto cap. 19
De odo, ouo ſcythio, ouo poculis cap. 20
Quatenus bibendum ſit, de Platonis Xenophontiſque contentione in conuiuiis ſcribendis cap. 21
Quòd Plato in omnes erat implacidus, & quædam contra eius dogmata cap. 22
Platonis diſcipuli tyrannici cap. 23

## *EX LIBRO DVODECIMO.*

Voluptatis obiurgatio cap. 1
Voluptatis laus, Hercules voluptatibus deditus cap. 2
De Perſarum deliciis cap. 3
De Lydorum deliciis cap. 4
Tyrrhenorum deliciæ ac Siculorum cap. 5
Sybaritarum deliciæ, & Crotoniatarum cap. 6
Taretinorum, Iapygum, ac Maſsilienſium deliciæ cap. 7
De Siritarum, Mileſiorum, Scytharúmque deliciis cap. 8
Abydenorum, Epheſiorum, Samiorúmque deliciæ cap. 9
De Colophoniorum, Ionum, Byzantiorum, Theſſalorum, Aetolorum, Syracuſiorúmque deliciis cap. 10
Arycandeorum, zacynthiorum, campanorum, cumæorum deliciæ cap. 11
De Ninye, Sardanapalíque deliciis cap. 12
De Sagaris, Amari Stratoníſque deliciis cap. 13
De Nicoclis contentione & Stratonis cap. 14
De Charete, Piſiſtratidis, ac Piſiſtrato cap. 15
De Periclis voluptate, Themiſtoclis intemperantia, Artemonis deliciis cap. 16
De Archidami, Iſanthis, Philadelphi, Calliæque intemperantia cap. 17
De Alexandri Magni deliciis cap. 18
De Antiochi hoſpitia ſplendida, Samiorum Laura cap. 19
Gelonis lauacra Demetrique Phalerei voluptas cap. 20
Luculli deliciæ & Parrhaſij pictoris cap. 21
De Ariſtippi deliciis cap. 22
Polyarchus de voluptate differens cap. 23

Speuſippi Epicureorum voluptates cap. 24
Sophocles voluptatis introductor cap. 25
De tempeſtate viuentibus,& de Dionyſio Heracleæ tyranno pingui cap. 26
De Ptolemæi Euergetę Alexandríque eius filij craſsitudine cap. 27
Lacedæmoniorum Diæta Nauclidæ ac Pythonis craſsitudo cap. 28
De tenuibus viris cap. 29
Quòd pede vnguento vngebantur ob delicias cap. 30
Cur flores in manibus geſtare delectamur cap. 31
De venere Callipyga. cap. 32
*EX LIBRO TERTIODECIMO.*
De multitudine vxorum apud antiquos cap. 1
Heroes qui multas mulieres habuerunt cap. 2
In amicas & vxores obiurgatio cap. 3
Bella ob mulieres orta cap. 4
De amore cap. 5
Quòd in oculis præcipuè ſit Amoris ſedes cap. 6
De Stoicorum Hypocriſi, & de pulchritudine cap. 7
De ſcriptorib.rei amatoriæ quę amicę fuerint celebres c.8
De amicarum aſtutia cap. 9
De Laide iam ſeneſcente cap. 10
De Venere meretrice & amicis Corinthiis cap. 11
De iis qui non viſas amauerunt mulieres cap. 12
Maſsilienſium nuptiæ,variorúmque regum amicę cap. 13
De Mania amica Gnathæneæque reſponſis cap.14
Gnathænij reſponſa cap. 15
De Laide,Glycerio,Nico,Hippe amicis cap. 16
Variarum amicarum nomina Gnatheneæque vrbana reſponſa cap. 17
Variarum amicarum apophtegmata cap. 18
De variis amicis cap. 19
De Leontio Epicuri,Theodote, Laidis patria & ſepulchro cap. 20
Illuſtrium quorundam virorum amicæ cap. 21
Amicarum catalogus,Illuſtriúmq; virorũ amicæ cap. 22
De Demoſthenis intẽperãtia,multiplicibúſq; amicis c. 23
Agen actus,aliarúmque amiarum connumeratio cap. 24
Poetarum amicæ cap. 25
Amor

Amor vbique in naturâ cap. 26
Amatorij poëtæ, puerorúmque amores cap. 27
Donaria Deis erepta, & amatis tradita cap. 28
De ſtatuarum amatoribus cap. 29
Animalia rationis expertia quæ homines amarũt cap. 30
De Perſæo Citieo & Cheremone cap. 31
Quæ mulieres ob formam excelluerint cap. 32
Certamina de pulchritudine cap. 33
Qui philoſophos expulerint è ſuis regionibus cap. 34
De Aeſthine Socratico cap. 35

## EX LIBRO QVARTODECIMO.

Dionyſius cur inſanus fingitur cap. 1
De Anacharſe, & Parmeniſco metapontino non ridentibus cap. 2
De ſcurris, riſúſque ſtudioſis cap. 3
Impoſtores, ac dicteriorum ſtudioſi cap. 4
De tibia & conſonantia cap. 5
De variis odis cap. 6
De poëtarum recitatoribus & hilarœdis cap. 7
Diceliſtæ, Thebani vocum inuentores cap. 8
De Amæbeo citharœdo cap. 9
Muſicæ laudes veræque harmoniæ cap. 10
De muſicæ vtilitate cap. 11
De ſaltationibus, earúmque figuris cap. 12
De muſica antiqua cap. 13
De ſambuca & magalle cap. 14
De phœnice, tripode, muſicis inſtrumentis, déque inuentoribus variis muſicæ cap. 15
De cantilenarum malarum poëtis cap. 16
Feſta, in quibus domini ſeruiunt ſeruis, ſaturnalia, ſecundæ menſæ bellaria cap. 17
Philoxeni citherij menſæ ſecundæ cap. 18
De placentis cap. 19
De piſtaciis, connaro, paliuro, pyris cap. 20
De amamallidibus, epimelidibus, malo punico cap. 21
De palmulis & loto cap. 22
De caricis cap. 23
De racemis cap. 24

De pullis columbaceis,phaſianis,& pauonibus cap. 25
Meleagrides cap. 26
De aſſatis porcellis,& elixatis cibis cap. 27
De perdicibus ac porcellis cap. 28
Lacedæmoniorum iniuriæ in Helotes ſeruos cap. 29
De pernis & caſeo cap. 30
De mymate & mattya cap. 31

## EX LIBRO DECIMOQVINTO.

De cottabis cap. 1
De coronis amātiū ſolutis,amatorūq; forib⁹ coronatis c. 2
Syrbereæ chorus,Naucratites corona,& vitices cap. 3
Hepheſtion aliorum opera ſibi attribuens cap. 4
De coronis calamorum cur coronæ ſint inuentæ, aut quo pacto cap. 5
De corona Naucratite cap. 6
De hypoglottide,Iſthmiaca,antinoióque cap. 7
De pyleo,Iacche,hellotide,pſilinis,ſiue thyreaticis, melilotinis coronis cap. 8
De hypothymide & cyliſta cap. 9
De ſtruthio,ægidio,contortiſque coronis. cap. 10
De floribus variis coronarum,eorúmque viribus cap. 11
De roſis,philadelpho, heliotropio, Chelidonio, Ambroſia cap. 12
De Siſymbriis, & quo tempore coronæ darentur conuiuis. cap. 13
De vnguentis cap. 14
Variorum locorum vnguenta,eorúmque vires cap. 15
De bacchare,brenthio, regio,pſagda,plagonio, megallio, vnguentis cap. 16
De nardino,fæda,vnguentorúmque ſtudioſis cap. 17
Cur vnguentis vſi ſint in conuiuiis cap. 18
De Iamo coronæ inuentore cap. 19
De potu boni dæmonis cap. 20
De carminibus conuiualibus,& pæanibus cap. 21
Stridulæ odæ,ſyrbenæ chorus cap. 22
De parodis cap. 23
De lucernis & facibus cap. 24

FINIS.

# AD LECTOREM.

SI quid inciderit humaniſsime lector, (nam multa incident fortaſſe) quod minus accuratè, quàm par erat, interpretatum eſſe videatur: illud vel ob ſummam difficultatem, quæ in Græcis exemplaribus reperitur: vel ob ſoporem etiam, qui ſolet defeſsis interdum ſubrepere: vel certè ob temporis ipſius anguſtiã, effectum eſſe ſcias: quia ſumma contentione curauimus, vt diuturna impreſſorum moleſtia quoquo poſſemus modo, liberaremur. Verumtamen ſi quando dabitur facultas vt opus ipſum recognoſcamus, non dubito multum ſplẽdoris tum vniuerſo operi, tum etiam locis quibuſdam perobſcuris nos eſſe allaturos. Tu interim lucubrationibus noſtris humaniſsime lector æquo animo, ſicuti debes, perfruare. Vale.

# ARGVMENTVM TOTIVS OPERIS ATHENÆI, quod extat quidem Græcè impreſſum, ſed incerti authoris.

*HVIVS libri, cui nomen eſt Dipnoſophiſtæ, author eſt Athenæus; ſermo verò fit ad Timocratem: cuius argumentum eſt, quòd Lareſius vir Romanus opibus inſignis in vnoquoque diſciplinarum genere peritiſſimos homines domum ſuam ad conuiuium conuocauit, à quibus, nihil eſt pulchrum, nihil conſideratione dignum, cuius non aliqua fiat mentio. Piſces enim in hoc libro luculentè conſcripſit, eorúmque vſus, nominúmque explicationes: varia inſuper olerum genera, diuerſorúmque animalium: Tum homines hiſtoriarum ſcriptores, poëtas, & ſapientes omnino viros. Hinc inſtrumenta muſica, infinitas propè ſcommatum formas, poculorum differentias, & regum denique diuitias vnà cum nauium magnitudine percurrit: atque alia complura, quæ vel dinumerare nimis eſſet arduum, vel ſingula mihi percurrenti dies ipſe deficeret. Libri autem ipſius ordo imitatio eſt conuiuij magnificentiæ; atque libri diſpoſitio, eius qui eſt in libro apparatus. Maximè admirabilis orationis opifex Athenæus ſuauiſſimum hoc conuiuium inducit ipſe ſeipſum, velut oratores Athenis ſuperans; dicendique quadam vehemen-*

*tia ad ſequentia gradatim ſemper extollitur. Illi autem Dipnoſophiſtæ, qui acceſſerant ad conuiuium hi erant; Maſurius legum interpres, quique non leuiter omnes diſciplinas attigerat: Monius poëta, & alijs rerum cognitionibus nemine inferior, & in circulari diſciplina non mediocriter verſatus: cuiuſcũque enim rei demonſtrationem ſuſciperet, hanc vnam ſemper exercuiſſe videbatur; ſiquidem in hoc variarum rerum cognitione à puero ſemper fuerat educatus. Erat præterea Iambicus poëta nulli poëtarum ſecundus poſt Archilochum. Aderat & Plutarchus, Leonidas Eleus, Aemilianus Mauruſius, & Zoilus, Grammatici omnium longè elegãtiſſimi, Philoſophi aderant autem Pontianus, & Democritus ex Nicomedia multarum rerum ſcientia cæteros omnes exuperantes. Aderat vnà & Ptolemæus Philadelphus, vir non in contemplandi ſolum philoſophia multum verſatus, verum etiam in alia vitæ ratione exquiſitiſſimus. Aderat vnus ex Cynicis cognomẽto Cynulcus, quem non duo canes ſolum, velut Telemachum, ad concionem ſequebantur, ſed multò plures quàm Actæonem. Aderat & cœtus quidam Rhetorum Cynico illo nulla re inferior, qui etiam eos verbis inceſſebat, quoties quidpiam dicere aliquis aggrederetur. Aderat & Vlpianus Tyrius, qui ob crebras quæſtiones, quas aſſiduè in vijs deambulantium locis, bibliopolarum officinis, & in balneis promouebat, Citucitus cognomine dictus fuit; idq́ erat eius proprio nomine celebrius. Hanc enim legem vir iſte ſibi impoſuerat, vt nihil ſibi guſtandum fore arbitraretur prius quàm iacet, aut vbi iacet dixiſſet: vt exempli*

κύνας ἕλκων.
Canes trahens.

κεῖται ἢ κεῖται.
Iacet nõ iacet.
σύνταγμα.

*gratia*

*gratia, ſi hora iacet in aliqua diei parte; vel ſi non iacet in edulijs, vel ſi aper nomen compoſitum iacet in ſuc. Ex medicis aderat Daphnus Epheſius ob artem ſuam ſacer, rerúmque Academicarum nō mediocriter peritus: & Galenus Pergamenus, qui tot de philoſophia ac medicina volumina edidit, vt omnes ante ipſius ætatem facile ſuperauerit, ipſarúmque rerum declaratione nemini cedat antiquorum. Aderat etiam Ruphinus Nicæus; muſicus verò Alcides Alexandrinus conuenerat: ita vt militaris potius hic numerus, quàm conuiualis videretur. Diſponit igitur dialogum Athenæus Platonica imitatione ſic incipiens.*

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM

## LIBER PRIMVS,

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De bibliothecis, & victorum olympicorum magnificentia.* CAP. I.

TIMOCRATES ET ATHENAEVS.

NVNQVID ipſe Athenæe quia præſens optimo illi conuentui affueris eorum,
B quos Dipnoſophiſtas appellant, qui per vniuerſam ciuitatē vulgatus eſt, an cùm ab alio fortè ipſe acceperis, aliis enarras? ATHEN. ipſemet affui ô Timocrates. TIMOC. nunquid vis igitur nobis etiam pulchros ſermones conuiuales impertiri?

*Ter genti præbent dij ter meliora ſuperni:* vt inquit Cyrenæus poeta, vel ab alio nos perquirere oportet? Poſtea exiguo tempore interpoſito Larenſij laudes aggreditur, dicitq; eum honoris gratia multos diuerſarum ſcientiarum profeſſores congregaſſe, quibus non cibis ſolùm, ſed ſermonibus etiam variis lautiſsimum conuiuium exhibuit: cùm hęc inquiſitione quidem digna in medium proferret, illa verò eruditè admodum excogitaret: neque viles, neque abiectas ſanè quæſtiones obiiceret, aut quæcunque accidiſſent, ſed quemadmodum maximè cōuenit, cum acuta quadam, & Socratica intelligentia: ita vt omnes quæſtionum obſeruationes admirarētur. Ipſum præterea narrat à Marco Rege, viro vndequaque integerrimo, inter ſacerdotes conſtitutum fuiſſe, & non minus rerum Græcarum, quàm

etiam patriæ ſuæ habuiſſe adminiſtrationem. Appellat C
ipſum Aſteropæum quendam, æquè vtriuſque linguæ peritum: eundémque aſſerit & ſacrorum rituum à Romulo, qui ciuitati nomen dedit, & à Numa Pompilio inſtitutorum egregiè fuiſſe peritum, atque in legibus multùm verſatum: quæ omnia ex antiquorum tantùm ſuffragiorum, & dogmatum obſeruationibus cognouit: & legum item congregationem, quas nunc etiam oſtendunt, qualia Pindari carmina, vt Eupolis comœdiarum ſcriptor teſtatur, à multis ob probitatis odium, ſilentio inuolutas. Ei præterea inquit, tantus Græcorum librorum numerus antiquorum aderat, vt omnes, qui aliqua in congregandis libris admiratione digni videbantur, facilè reliquerit: ſicuti Polycratem Samium, Piſiſtratum qui regnauit Athenis, Euclidem & ipſum Athenienſem, Nicocratem Cyprium, & Reges inſuper ipſius Pergami, Euripidem poetam, Ariſtotelémque philoſophum, & Nileum, vtriuſque horum libros ſeruantem, à quo emptos libros, vnà cum Rhodiis, & Athenienſibus, Ptolemæus cognomento Philadelphus, Rex patriæ noſtræ, ad pulchram vexit Alexandriam: quare illud Antiphanis dictum huic meritò conueniret:

*Muſis propinquus ſemper & ſermonibus* D
*Opus Sophiæ cùm quæritur, nanque inclytus*
*Fit ille tectus Muſices in vellere.*

Quo pacto ſæpe circa gratam menſam ludimus viri, Thebanus inquit poeta. Atque cùm ad conuiuium adhortaretur dicere conſueuerat: Romam omnibus patriam præbere, quis enim domeſtica deſiderat dum cum iſto verſatur, omnibus amicis apertam domum habente? vt ſcribit Apollodorus comicus:

*Domos amici ingreſſus atque limina,*
*Statim videbis Nicophon gaudentia,*
*Iucunda amicíque obuiantis pectora.*
*Iucundus eſt ſeruus, mouens caudam canis*
*Occurrit; alter iam parauit eſſedum*
*Iniuſſus.*

Oportebat ſanè hoc idem qui facerent, & alios eſſe complures, ne ſi quiſpiam id non feciſſet, ei ſtatim aliquis diceret: quid parua curas?

*Plena tibi molli nam ſunt tentoria vino.*

Florida

A *Florida ſæpe viris ſenibus conuiuia præbe.*
*Conuenit id tibi.*

Huiuſmodi animi magnificentiæ erat Alexãder Magnus: ac etiam Conon cùm apud Cnidum Lacedæmonios bello nauali ſuperaſſet, Piræúmque mœnibus muniiſſet, centum boues maƈtauit verè, non autem fiƈtè, atque omnes Athenienſes ad conuiuium conuocauit. At Alcibiades cùm in Olympicis primus, ſecundus, & quartus certamen curru deuiciſſet, quarum viƈtoriarum Epinicium ſcripſit Euripides, Ioui Olympio ſacra initiatus, vniuerſo populo congregato conuiuiũ exhibuit. Idem fecit & Leophron in Olympiis, cuius Epinicij autor eſt Simonides Cæus. Empedocles quoque Agrigentinus, cum equeſtri certamine Olympia viciſſet, bouem ex myrrha, thure, & pretioſiſsimis aromatum generibus compoſuit, eúmque ſpeƈtatoribus occurrentibus diſtribuit, quippe qui Pythagoricus erat, & ab animatis omnibus abſtinebat. Ion præterea Chius cum tragœdia Athenis viciſſet, ſingulis Athenienſibus fiƈtile Chium largitus eſt. ἐπινίκιον.

*Quis optat eſſe diues, aut quis expetit*
B *Nummos virorum per Deos plures ſibi,*
*Impertiatur ni vt ſuis ſodalibus?*
*Et ſeminet fructum deorum gratiæ?*
*Cunctis voluptas eſt cibi, atque poculi*
*Iucunda, canis haud iniqua ſplendidis*
*Ceſſat fames poſt victa:* ait Antiphanes.

Sed & Tellias Agrigentinus vir & hoſpitum amãtiſsimus, & omnes obſeruans, quingentis equitibus ex Gela ad ipſum hyemis tempore venientibus, ſingulatim ſagũm & veſtem largitus eſt. Clearchus Sophiſta conuiuiorum frequentator, Charmum Syracuſium ſcribit in vnumquodq; eorum quæ apponebantur verſiculos, & prouerbia pronunciaſſe: atque in piſcem ſic:

*Profunda ſalſa deſero Aegei maris.*
In præcones.
*Præcones gaudete Iouis gens nuncia.*

In inteſtinum conuolutum, nihilque boni habens: in mænam conditam; ſapiens, ſapiens tu, in id quod inter elixata tempeſtiuum venerat; non fugabis à me tu ibam, in decorticatam anguillam; non tecta, capillo ſimilis, complures

eiuſmodi Larenſij conuiuio adfuiſſe narrat,quaſi commiſ- C ſas portantes de variis rebus literas,aſſerit etiã Charmum, quia in vnumquodque appoſitorum promptum quid haberet,vt & ſuperius dictum eſt, viſum fuiſſe Meſſeniis eruditum,ſicut Calliphanem dictum Parabrycontis, qui cùm poematum multorum principia exſcripſiſſet, eáque ad tertium vſque, vel quartum carmen memoriter didiciſſet, multæ ſcientiæ nomen ſibi vendicauit. Multi præterea alij in ore frequenter habebant murænas maris Siculi,plotas anguillas,thynnorum Pachini Cartilagines,Meli hœdos, Symæthi mugiles,ex ignobilibus conchis Peloridas, Liparæ haleculas, Mantinæam rapam, Thebanas buniadas, betas Aſcræas. Omnia Cleanthes,vt teſtis eſt Clearchus Tarentinus,carmine in conuiuio proferebat,& Pamphilus Siculus,qui hæc;

*Infunde potum & crura perdicis mihi;*
*Matulam det,aut placentulam quis porrigat.*

Vitam conſtantem non ex manuum opera viuentes ait Antiphanes, ferentéſque vaſa ſuffragiorum, degunt. Archeſtratus Syracuſius, vel Gelous in inſcripta Gaſtronomia, vt voluit Chryſippus, vt Lynceus & Callimachus, D Hedypathia; vt Clearchus,Dipnologia;vt verò alij,Opſopœia; decoro ſanè poemate, cuius principium eſt hiſtoriæ, cùm documentum præbeat vniuerſæ Græciæ, ſic ſcribit;

*Cœnare vnà omnes homines hinc diuite menſa,*
*Atque adſint illi vel tres,vel quatuor omnes:*
*Non plures vel quinque:foret nam cœna parata*
*Militibus rapidè promptas rapientibus eſcas.*

Ignorat autem Platonicos conuiuas viginti & octo fuiſſe, Iſti reſpiciunt ad conuiuia tantùm quæ fiunt in vrbe, quibus ſatis feliciter vel non conuocati præſtò ſunt, vt ait Antiphanes; vbi inducit quos populum ex publico paſcere oportebat;

*Muſcæ velut fœdè ſolent Olympicæ*
*Boues ferire non vocatæ,ídque vndique.*
*Hybernis aliud,vernis hoc naſcitur horis,*

Syracuſius inquit poeta: non enim vt omnia ſimul adſint fieri poteſt,cùm dicere ſit facile.

De

A *De conuiuiorum ſcriptoribus.*

CAPVT II.

FEcerunt & alij complures cœnarum commentaria, & Timachidas Rhodius libris vndecim carmine compoſitis, vel etiam pluribus, complexus eſt: & Numenius Heracleotes Dieuchis medici diſcipulus, & Matreas Pitanęus Paradus, Hegemónque Thaſius Lens appellatus, quem in antiqua comœdia quidam collocarunt.

*De claris gulonibus.* CAP. III.

MEminit Plato comicus de cœnâ Philoxeni Leucadij:

*Hunc ipſe ſolus hac in ſolitudine*
*Mecum libellum nunc volo percurrere.*
*Hoc eſt ne aliquid boni? mihi dic obſecro.*
*Noua eſt Philoxeni ars parandi obſonia.*
*Et nos doce illa quæ ſit; ergo percipe.*
*Exordium à bulbis erit, mox deſinam*
*In thynnum: in illum? finis eſt potentior*
B *Iſtius ordinis, iacétque hic tota vis.*
*Conſperſos bulbos domitat cinis ipſe madentes*
*Iure, hos quiſquis edit tenduntur membra calore.*

& pauló pòſt:

*His ita ſuppoſitis repeto nunc pignora ponti.*

hinc paucis interpoſitis:

*Vt puto ſartago melior, nec inutilis illa.*
*Cernuam & æoliam, ſynodunta, canémque marinum*
*Cædere non licuit, ne diuos prouocet ira.*
*Aſſatos totos apponas: ſic meliores.*
*Apto ſi Polypi Cirros in tempore ſumas,*
*Lixati toſtis maiores ſunt meliores.*
*Aſſati duo ſi fuerint, coctus tibi luctus.*
*At trigle neruis non eſt iucunda comeſa.*
*Spiſſamenta odit: nam virgine Pallade nata eſt.*
*Scorpius hinc furias pacabit podicis eſus.*

Ab hoc Philoxeno Philoxeniæ quædam placentæ dictæ ſunt: de quo ſcribit Chryſipus: Ego gulonẽ habeo quẽdam, vſqueadeo ab adhortandis propinquis ad comedendũ alienum, vt vel in balneis calidis manũ manifeſtiſsimè aſſue-

faciat,& in calidam aquam demittat,& ore calida garga- C
rizet,ne calidis facile perturbetur. Dixerunt ipſum facere ſolitum vt & obſonia parentes, ſimularent ſe calidiſsima apponere,quò ſolus ille veſceretur , aliique conſequi non valerent. Hæc eadem de Philoxeno Cytherio ſcribũtur, & de Archyta atque compluribus aliis , inter quos quidam hæc loquitur apud Crobylum comicum:

*Ad hæc ego certè nimis calentia*
*Nunc frigidas habeo manus,& piſcium*
*Incendo guttur carnibus ſuauiſsimè.*
*Caminus haud homo.*

Affirmat Clearchus Philoxenum prius lotum domos circuire ſolitum fuiſſe,pueris illum ſequẽtibus, ferentibúsq; oleum,vinum acetum,& alia condimenta,poſtea domum alienam ingreſſum,cocta aliis condimentis condire, & ea quibus erat opus iniicere, deinde decumbentem comedere.Hic idem cùm in Epheſum aliquando nauigaſſet , tabernámq; obſoniorum vacuam reperiſſet, cauſam rei primùm percunctatus eſt; cum verò omnia in nuptias vendita eſſe audiuiſſet, lotus deinde vel non vocatus acceſsit ad
nuptias,atque poſt epulas cum Hymeneum ceciniſſet, cu- D
ius hoc erat principium: Deus nuptiarum ſplendidiſsime; omnes magnopere delectauit;erat autem poeta dithyrambicus : huic poſtea dixit ſponſus , & cras ô Philoxene hic cœnabis ? ſiquidem inquit obſonium aliquis non vendet. Non autẽ ſicut Philoxenus Eurixidis fius conſueuerat, vt ait Theophilus,hic enim vt conſtat,naturam accuſabat,& ad ciborum fruitionem gruis collum habere precabatur: ſed multò dignius fuiſſet optare vt boue , vel camelo, vel Elephante maiores eſſemus,quia ſic voluptates, cupiditatéſque multò maiores eſſent,ac vehementiores, quoniam pro viribus fruitiones etiam ab his percipiuntur. Voluit Clearchus,Melanthium hoc precatum fuiſſe, cum ſcripta hæc reliquerit. Videtur Melanthius multò melius Tithono conſuluiſſe,ſiquidẽ hic immortalitatis cupidus appenditur in thalamo,ob ſenectutẽ omnibus voluptatibus priuatus,Melanthius verò voluptate adductus, auis,quæ longum collum habeat,collum habere precatus eſt,vt diutius in voluptate immoraretur.idem quoq; teſtatur Pithyllum Voracem cognomine,non periglotidem ſolum cartilagineam

A neam ferre, ſed linguã etiam circũuoluere fruitionis gratia, atq; cum piſcem triuiſſet, illam deniq; purgabat. Solus hic inter voluptuoſos, qui digitalia haberet, obſonium comediſſe dicitur, vt quàm calidiſsima infelix daret linguæ. alij piſcium cupidũ fuiſſe Philoxenum dicũt, quem tamen Ariſtoteles cœnę cupidũ ſimpliciter appellat, cum hæc ſcribat: concionantes in turba totum diem in admirabilibus verſantur, & ad Boryſthenis vel Phaſidis incolas nauigantes, nihil prorſus cognouerunt, præter Philoxeni cœnam, eámq; non totam. Scriptum reliquit Phanias Philoxenum Cytheræum poetam magnæ obſoniorum voluptati deditum, apud Dionyſium aliquãdo cœnaſſe, qui cum Dionyſio magnam triglam appoſitam eſſe vidiſſet: ſibi verò exiguam, ſuam manu capiens ori admouit: cúmque interrogaretur à Dionyſio quare id ita faceret, reſpondit, ſe quædam Nerei tẽpore de Galatea ſcripſiſſe, quæ ex ea cognoſcere cupiebat, atque eam ad quæſtiones non reſpondiſſe, quia noua incola ponti: nec idcirco potuiſſe animaduertere, at Dionyſio appoſitam eſſe ſeniorem, quæ omnia ſcire poſſet manifeſtẽ, quæ cupiat, tum Dionyſium ridentẽ, quæ
B ſibi appoſita erat, triglam, ad eum miſiſſe, præterea bibere cum Philoxeno Dionyſius libenter cupiebat. poſtquam Galateam amatam uiſus eſt vitiaſſe, relegatus eſt in lapidicinas, in quibus Cyclopem faciens, eam compoſuit fabulam quæ ad eius miſeriã pertinet: Dionyſium ipſum Cyclopem, tibicinã Galateam, ſeipſum Vlyſſem fingens. Fuit vir quidam Apicius nomine Tyberij tẽporibus voluptuoſus, & diues, à quo multa placentarũ genera Apicia nominantur, qui cum multa nummorũ millia liguriſſet, Minturnis, quæ ciuitas eſt Campaniæ, multũ verſabatur, ſquillas edẽs plurimas, quę Smyrnæis multo maiores hic naſcebãtur, & Aſtacibus Alexãdrinis. Poſtea cùm audiſſet maioris magnitudinis eas in Libya naſci, ſtatim, ne die quidẽ interpoſito, enauigauit: multáq; in itinere perpeſſus eſt, ac prius quàm de naui egrederetur (multa enim erat in Libya illius aduenientis fama) adnauigãtes piſcatores pulcherrimas ei ſquillas attulerũt, quas cũ vidiſſet nũquid maiores haberẽt percunctatus eſt, iis autẽ reſpondẽtibus maiores ibi nõ reperiri, Minturnẽſium recordatus, prius quàm terram attigiſſet, iuſsit nauis gubernatori, vt Italiam ver-

ſus iter arriperet. Ariſtoxenus Cyrenæus Philoſophus, qui vere paternam philoſophiam complexus eſt, à quo & pernæ quædam Ariſtoxeniæ appellatur, ſupra omnes incredibili quodam delitiarum deſiderio fuit affectus: nam lactucas in horto naſcentes mulſo veſperi irrigabat, & ſub auroram virides capiens, virides ſe habere placentas ex ſubterraneis miſſas, dicebat. Traiano in Parthia regnanti, & à mari per multorum dierum ſpatium commoranti, Apicius oſtrea recentia prudenter à ſe conſeruata miſit, non autem ſicut Nicomedi Bithyniæ regi, cui cùm apuam cuperet, & procul abeſſet à mari, coquus piſciculum illum imitatus, appoſuit apuis perſimilia, coquus igitur apud Euphronem comicum ſic dicit. C

*Sum factus ipſe diſcipulus Sotiridæ,*
*Mari dierum Nicomedi qui procul*
*Viam moranti duodecim, grauiſsima &*
*Apuam requirenti inter ipſa frigora,*
*Effecit omnes dicerent vt ſuauiter*
*Hoc qui poteſt? rapas at ille fœminas*
*Minuta fruſta fecit, inde maximè*
*Apuæ figuras eſt ſecutus ipſius.* D
*Fundens oliuum cum ſale hinc reliquit hæc*
*Decenter ebullire: mox papaueris*
*Coccos nigrantis deſuper bis fudit his*
*Senos, ab hac inter ſcytas ſolutus eſt*
*Sic Nicomedes ipſe deſiderio*
*Fſis rapis: apuæque mox encomium*
*Dixit, nihil differt poeta nam coquus,*
*Ars eſt vtrique ſiquidem mens prouida.*

De Pericle etiam dicit Archilochus poeta Parius, quia nõ vocatus Myconiorum more in conuiuium irruat: videntur autem Myconij propter paupertatẽ, quod infœcundã inſulam habitent, parſimoniæ, & auaritiæ accuſari: Iſchomachum enim parcum Cratinus appellat Myconium.

*Qui natus Iſchomacho fer ex Myconio*
*Su liberalis? ad bonos bonus fluo*
*Ad cœnam, amicis cuncta ſunt communia.*
Multum bibens, mero ebrius
*Noſti decora nulla, non es nuncio*
*Vocatus huc amice, at impudentia,*

Atque-

A Atq; ingluuies te duxit ad domũ meã inquit Archilochus.
At Eubulus comicus.

*Cœnæ parati ex conuocatis ſunt duo*
*Hi ſemper inuicti, prior Philocrates,*
*Et hinc Philoctetes, eum ſolum duos*
*Namque eſſe grandes credo, ſiue tres magis.*

Quem aiunt ab amico quodam ad prandium vocatum, dicente amico:

*Elatus vt Phœbus pedes menſoribus:*
*Viginti erit, tum prandio hunc accedere.*
*Cœpiſſe mane ſole vix orto ſtatim*
*Vmbram metiri, cum pedes maior foret*
*Etiam duos, tunc aduenire, poſtea*
*Dixiſſe paulò forte tardiuſculus*
*Negotus veni retentus cum die.*
*Qui cœnam ad immunem venire prorogat*
*Hunc credito poſſe ordinem relinquere.*

Inquit Amphis comicus, At Chryſippus:

*Pocula tu cautus immunia deſere nunquam.*
*Sunt ea nam quæri potius, quàm digna relinqui.*

At Antiphanes:

B *Vitam Deorum ſcito, quando noueris*
*Bonis alicuius perfrui, rationibus*
*Cœnare non obnoxius.*

& paulò pòſt:

*Eſt uita felix ſemper hæc quæ vult locum*
*Cibis adeſſe, vt mala poſsit mandere.*

Hæc cum haberem ad conuiuium me contuli, præmeditatus quì fieri poſſet, vt & ego hoſpitij mercedem afferens, adeſſe poſsim, non fumãtia ſacrificia nos cantores ſemper offerimus, quòd ſolos comedere in vſu poſitũ fuerat apud antiquos teſtatur Antiphanes hoc carmine.

*Solus comedis, nocet profectò quod mihi.*

Amipſias:

*Ad coruos ſolus comedens, murorum excauator.*

## *De Heroum vita apud Homerum, & menſis antiquis, & conuiuio æquali.* CAP. IIII.

Quia temperantiam conuenientiſsimam virtutem, primámque, & quæ maximè iuuenibus congruat,

omniúmq; bonorum miniſtram Homerus viderat, quam C
ſtatim à principio illis inhærere voluerat, vt otium poſtea, ſtudiúmque ipſum in honeſtis operibus abſumant, atque benefactores inuicem, & communes eſſe conſueſcant, frugalem omnibus vitam, at quæ tamen illis ſufficiat, comparauit: quippe cùm cupiditatem omnem animaduerteret, & acerrimas voluptates, circa epulas, comeſſationéſque perpetuò verſari: qui autem intra frugalitatis terminos ſe ordine continuerint, eos & circa reliquam vitæ rationem eſſe temperantes putauit. frugalem igitur victum conſtituit eundémque Regibus ſimiliter ac priuatis, iunioribus, & ſenioribus, aſſatas omnibus carnes apponens, eáſque bouinas ſæpius in feſtis diebus, nuptiis, & alio quouis conuentu. Non thria, vel candylum, vel ametas, aut placentas mellitas eximias Regibus apponit Homerus, ſed ea per quæ bene & animus, & corpus habeant in poſterum. Aiacem igitur Agamennon bouinis tergoribus poſt duellum decorauit, & Neſtori iam ſeni, atque Phœnici, aſſatam carnem præbuit, & Alcinoo præterea qui vitam delicatam elegerat, reuocans nos ab inordinatis voluptatibus. Menelaus etiam cùm filiorum nuptias celebraret Telemacho bouis dorſum appoſuit. D

*Aſſatas poſuere illi quæ munera carnes.*

Neſtor cùm eſſet Rex, multíſque imperaret, per chariſſimos & ſuauiſſimos filios Neptuno boues apud mare ſacrificat. nam ſanctiſſimum & diis gratiſſimum ſacrificium eſt, quod à familiaribus & amicis viris oblatum fuerit. procos etiam petulantes, & in omnes voluptates profuſos neque piſces, vel aues, aut mellitas placentas comedentes inducit, adimens pro ſuis viribus omnes coquinarias machinationes, & omnes, vt ait Nicander, ſuperuacaneas, ad luxúmque incitantes epulas. & edulium à multis laſtaurocacabum appellatum, vt aſſerit Chryſippus, cuius præparatio nimis eſt operoſa. Priamus filios increpat apud poetam, non conceſſa comedentes, his verbis. agnorum intimi raptores & hædorum. Philochorus legem apud Athenienſes ſancitam fuiſſe dicit, ne quis agnum comederet, quia animalis huiuſmodi ſpecies aliquãdo apud eos penè defecerat. Piſcoſam Helleſpontum Homerus appellans, & Phæaces mari maximè aſſuetos faciens,

cum

A cùm in Ithaca complures eſſe portus cognouiſſet, & inſulas multas contiguas, in quibus & piſcium, & ſylueſtrium auium magna erat copia, & certè cùm inſulę felicitati mare multos alere piſces adiunxiſſet, nihil tamen horum cuiquam appoſitum facit, neq; per deos bellaria apponit, quãuis multa adſint, & de his ſuauiſsimè meminit ad omne tẽpus ea præparans immortalia. ait enim, pyrum ſylueſtrem in pyro ſylueſtri: & quæ deinceps ſequũtur. neque coronatos rurſus, aut vnguentis perfuſos, vel ſuffimentis delectatos conſtituit, ſed cùm ab his omnibus homines liberârit, libertati, & frugalitati Reges egregiè reſtituit, diis quoque ipſis victum ſimplicem attribuit, nectar & ambroſiam. homines præterea inducit Deos pro victus ratione honorantes, thus, myrrham, coronas, & omnes denique delitias adimens, neque ſimplici huiuſmodi victu inſatiabiliter fruentes facit, ſed velut ſapientiſsimi medici, omnes aufert repletiones.

*Aſt vbi iam vini eſt, & amor compreſſus edendi.*

Poſteaquam appetentiã ſatiauerũt, alij iuerunt ad athleticã exercitationẽ, diſcis, & iaculis oblectari, exercitationibus B ſtudium adhibẽtes, alij citharœdos audiebãt, & res geſtas heroum rhythmis, metróque cõpoſitas: quare nihil mirum eſt ſi qui ita ſunt educati, corpora & animos minimè inflãmatos habeant, vbi demõſtrat igitur moderationẽ ſanam eſſe vtilem, & communẽ, ſapientiſsimũ inducit Neſtorem Machaoni medico dextrũ humerũ vulnerato, vinũ afferẽtẽ inflãmationibus maximè contrariũ, idque Pramniũ, quod denſum eſt, & multi nutrimenti, nõ ſitis remedium, ſed repletionis gratia. poſtea cùm bibiſſet, iuſsit ſemper hoc facere caprinum caſeum radantem: tu enim bibe inquit ſedẽs, in potu obſonium eſt cœpa vt plus bibas, at vinum robur ſoluere dicit alibi, ac debilitare. Hecuba exiſtimans Hectorem reliquam diei partem apud ſe mãſurum, ad bibendum illum hortatur, poſtquam ſacrificârit, inuitátque ad animi relaxationẽ. ille autem differt, cũ ad negotium eſſet exiturus, atque hæc nulla interpoſita diſtractione vinũ laudat, ille cum anhelitu accedens vinum reiicit, hæc dignum arbitratur vt cùm initiatus fuerit ſacris, bibat, ille ſanguine conſperſus, irreligioſum putat omnino. cognouit profectò Homerus & vtilitatem, & moderationẽ vini, quod

ἀποσιωπάτης.

quod abundè bibentibus nocere ſcripſit, & temperamentorũ ſimul ſpecies differentes. neque enim Achilles vinum purius admiſtione indigere dixiſſet, niſi temperamentum aliquod fuiſſet manſuetius, cognouit fortaſſe id non facile digeri poſſe, niſi robuſta aliqua cibi miſtione adiuuante, quod medicis ex arte ipſa eſt manifeſtum. ſtomacho enim laborantibus cibarium aliquod cum vino admiſcere conſueuerunt, ad vires corporis retinendas. at ille cum farina, & caſeo vinum dedit Machaoni. Vlyſſem poſtea facit ciborum vtilitatem cum vini beneficio coniungentem. C

*Qui fuit & vino ſatiatus, & dapibus vir.*

At bibaci, & ebrio, dulcem potũ attribuit, ſic eũ aduocans.

*Intus ſunt veteris vini, dulcíſque bibendi*
*Vaſa.*

Inducit Homerus & puellas, & fœminas hoſpites lauãtes, tanquam neq; inflammationẽ, nec intemperantiã patiantur, quæ bene vixerunt, eáſq; temperanter attingentes. antiqua hæc eſt conſuetudo: lauant enim Cocali ſorores (vt mos erat) Minoëm in Siciliam profectum. ebrietatis etiam facinora diſcurrens poëta, tantum Cyclopem à paruo corpore propter hanc extinctum fuiſſe demõſtrat. hinc Eurytionem, Centaurum, Leonéſque Circæos, & lupos voluptatibus obedientes declarat, Vlyſſem verò Mercurij ſermonibus parentem liberat, quare nihil paſſus eſt. at Elpenorem vinolentum, & delitiis deditum præcipitauit. Alcinous quoque ita loquitur ad Vlyſſem. D

*Vinum dulce domat te.*

Cùm tamen ipſe à vino non abſtineret, quamobrem vulneratus mortuus eſt, tum etiam poculum tenens. facit & Græcos inermes ebrios fieri, vnde & ſeditio oritur, & complures interſiciuntur. narrat & Aeneam omnium Troianorum conſultando grauiſsimum ob immoderatam loquendi licentiam, quam ex ebrietate adeptus fuerat, & ob ea quæ bibẽdo minatus fuerat Troianis, Achillis impetum expectantem pene intercidiſſe, & Agamemnon de ebrietate ipſa ita loquitur.

*Triſtibus vt parens ſum læſus mentibus: ipſi*
*Vel nocuere Dei, vel vini copia dulcis.*

In eadẽ trutina ponens ebrietatem, & inſaniam, hęc eadem carmina Dioſcorides Iſocratis diſcipulus protulit. Achilles

A les Agamemnonem ſic contumelioſè increpat, Vino granis, oculos habens canis. Cibis vtebantur Heroes apud Homerum, primùm quod ientaculum dicitur, quod Ariſtum appellat, de quo ſemel meminit in Odyſſea.

*Vlyſſes atque ſubulcus.*
*Ignem accendentes ambo tum forte parabant*
*Ariſtum.* & ſemel in Iliade.
*Atque laborabant ſtudioſè quiſque parantes*
*Ariſtum.*

Intelligit autem matutinum cibum, quẽ nos acratiſmum dicere cõſueuimus, quia in vinum purũ fruſta panis coniicerent, & madefacerent. ſic Antiphanes, ἀκρατισμ.

*In quanto ariſtum præparauerit coquus.*
Poſtea inducit.
*Ientaculum mecum potes qui ſumere?*
Et Cantharus.

Non igitur ientabimur, pro nullo pacto, in Iſthmo enim ariſtum ſumemus,

Ariſtomenes.
*Ientabor, hinc abibo protinus, ter hunc* ἀκρατισμαι.
B *Quatér ve panem cùm prius momordero.*

Ex Philemone cognoſcere licet antiquos his cibis vſos fuiſſe ientaculo, ariſto, veſpertinis epulis, & dipno. ientaculúmque dianeſtiſmum dixerunt, ariſtum, dorpiſtũ, dipnum epidorpida, quorum nomina ſunt apud Aeſchylum, vbi Palamedes hæc dicere fingitur,

*Exercitus, & ordinis centurio.*
*Et cæteri duces ſtatuti ſunt mihi.*
*Quos & ſtatim cibos volo cognoſcere*
*Ariſta, dipna, dorpa, tertia dapes.*

De quarto cibo ſic meminit Homerus,
*Veſper te ſaturum duxit.*

Hoc aliqui appellant dilinum, quod eſt, inter dictum à nobis ariſtum, & dipnum. atq; ariſtum eſt ſub auroram ſumptum, dipnum meridianũ, quod nos prandium nuncupamus, dorpum veſpertinum, ariſtum veruntamen ſynonymum eſt aliquando cum dipno. Nam de cibo matutino, iſti dipnum ſumpſerunt, dixit, poſt ipſum armati ſunt. ſtatim enim poſt ortum ſolis dipnum ſumentes ad pugnam ſe conferebant, cõuiuantur apud Homerum ſedentes, ſunt qui

qui arbitrentur ſingulis conuiuarum viritim menſam adfuiſſe, nam Mentæ inquit ad Telemachum venienti menſis poſitis, allata eſt menſa polita. quod quidem non ſufficit ad huius rei propoſitæ confirmationem: poterat enim Pallas ex Telemachi etiam menſa comedere. toto conuentus tēpore aderant menſæ cibis oneratæ, velut nunc etiam apud multos barbaros conſuetudo obtinuit, vt variis cibis cooperiantur, vt Anacreontis vtar teſtimonio. poſtea quàm diſceſſerant, famulæ cibum, pocula, & menſam auferebant, peculiare id eſt apud Menelaum conuiuium, in quo poſtquam comederunt confabulantes inducuntur, hinc rurſus loti comedunt, iterum cibi recordati poſt lamentationes, quòd menſæ non auferrentur videtur aduerſari illud in Iliade dictum. C

*Potans, & comedens, etiam nam menſa parata*
*Aſtabat.*

Sic igitur legendum eſt.

*Potans, & comedens etiam, nam menſa parata*
*Aſtabat.*

Vel preſens tēpus accuſari oportet. quomodo enim Achilli dolenti mēſam eſſe appoſitā conueniebat, veluti per totum congregationis tempus cōuiuantibus? apponebātur his panes cum caniſtris, & cœnæ carnes ſolùm erant aſſatæ. cùm boues Homerus ſacrificarit, ius non poſuit, neque elixauit carnes, aut cerebrum, aſſauit etiam ventris inteſtina: ita fuit antiquus, ait Antiphanes. carnium præterea partes diſtribuebantur vnde conuiuia æqualia ab æqualitate dicta ſunt. Cœnas enim conuiuia dixerunt à diuidendo non carnibus ſolùm diuiſis, ſed vino etiam. D

Conuiuiū Δαίς a δαίζω dimido dictum.

*Iam ſumus æquali ſaturi conuiuio.* & inde,
*Salue Tidides, conuiui haud amplius æqui*
*Indige*

Hoc perſuaſum eſt Zenodoto æquale conuiuium bonū dici: quia nutrimentum homini bonum neceſſario ſit. intendens inquit in illud, quod primi homines, quibus nō ſatis copioſus erat cibus, cùm nuper inuentus eſſet, violenter in eum irruentes capiebant ab habentibus, quo multæ cædes indecorè perpetrabantur, ex quibus inſaniam par eſt poſſe dici, quoniā in feſtis Deorum primū & lautiſſimis cōuiuiis homines inuicem peccarunt. poſtquam multū cœpit eſſe

panis

A panis,omnibus eum æquè diſtribuerunt:quo pacto conuiuia redacta ſunt ad vrbanitatem.panis igitur, & æquis cupediarũ portionibus diſtributis,& poculis inſuper bibentibus,effectum eſt his ad æqualitatẽ tendentibus vt nutrimentum conuiuiũ à diuidendo vocatum ſit:quod eſt æquè diuidere,& qui carnes aſſat diuiſor, quia æqualem cuique partem diuidebat.Id obſeruatione dignum eſt, quod in ſolis hominibus poëta conuiuium dicit,non etiam inter feras,cuius vocis vim ignorans Zenodotus, ſic in ea quæ eſt ſecundum eius ſententiam editionem ſcribit.

*Expoſuit canibus laniandos acribus illos,*
*Atque feris auibus conuiuia.*

Vulturum,& aliarum auium cibum ſic appellans,ſolo homine ex eligendi potentia æqualitatem capiente,ita vt ſolius huius ſit conuiuium cibus,& pars quæ datur ſingulis. non ferebant domum reliquias apud Homerum conuiuantes,ſed ſaturi relinquebant apud quos comederant. quas ſerua cellaria dum aliquis externus acceſsiſſet, ſeruabat,vt haberet & quid illi daret.

## B *De piſcatoribus apud eundem, & ſcriptoribus piſcationum.*

### CAP. V.

PIſcibus & auibus vtebantur iis etiam temporibus, vt autor eſt Homerus,nam circa Trinacriam ſocij Vlyſſis venantur.

*Piſces,& gratæ manibus venere volucres,*
*Curuatis hamis,*

Sed hami in Trinacria non conficiebantur, at afferebantur illic à nauigantibus, donec illi diligentia & arte capiendis piſcibus delectati ſunt.comparat etiam ſocios Vlyſsis à Scylla correptos piſcibus longa quapiam virga captis, atque extra eiectis, & hanc artem is vſqueadeo diligenter cognouit, vt eos etiam ſuperârit qui de ipſa præcipuè arte ſcripſerunt, poëmatáque & volumina in lucem ediderunt: dico autem Ceclum Argiuum, Numenium Heracleotem, Pancratium,Archadicum, Poſidonium Corinthium,& qui nos paulò antè præceſsit,Oppianum Cilicem: in tot enim commentaria de piſcibus

metro

metro ſcribentes incidimus. Seleucum præterea Tarſei filium, & Leonidam Bizãtium ſoluta oratione ſcripſiſſe inuenimus. non meminit de hoc cibo inter conuiuia Homerus, quia non conueniens alimentum heroibus in dignitate conſtitutis piſces eſſe exiſtimauit: velut neq; victimas nuper genitas. neque verò ſolis piſcibus, ſed & oſtreis inſuper vtebantur, quamuis cibus huiuſmodi parum & voluptatis & vtilitatis afferat, qui in profunditatibus aquarum iacet. nec alia profectò arte his capiendis vti licet, niſi vir aliquis celer admodum natationibúſque aſſuetus, profunditatem maris petat, quem multos poſſe ſaturare dicit vertibula perquirentem. C

## *De ſympoſio Homeri.* CAP. VI.

APponitur ſingulis Homeri conuiuis caniſter, & menſa, & poculum, vt bibant quando animus iubet. Coronantur vino crateres, id eſt, ſupra labra ita ſunt pleni, vt vino coronentur: quæ omnia faciebant, ex augurio putantes.

*Omnibus hinc tribuunt, crateribus auſpicantes*
*Aſtantes pueri.*

Illud, omnibus, non poculis, ſed hominibus conuenit. Alcinus, vinum eſt omnibus in domo dicit Pontonomo. & paulo poſt. D

*Omnibus auſpicio capto mox vina miniſtrat.*

Sunt etiã optimatibus in cœnis honores: nã Tidides carnibus, & plenis poculis honoratur, & Aiax longis decoratur tergoribus, quos etiam honores reges conſequuntur.

*Terga bouis ſibi quæ poſuerunt,*

Menelao ſcilicet, & Idomeneum Agamennonémque poculo copioſiore honorat. Sarpedon iiſdem honoribus à Lyciis excipitur, & ſede, & carnibus, erat illis præterea conſuetudo quædam ſalutandi interbibendum. vt

*Aureo ſe cepere Dei cratere viciſſim.*

Id eſt dextris prius ipſi bibentes ſe viciſsim amplexabantur. & quidam excepit Achillem, pro comiter cepit, quod eſt ante bibit dextra poculum porrigens. donabant etiam ex ſua cibi parte cuicunque libitum fuiſſet, vt Vlyſſes incidens à tergore quod ſibi appoſitum fuerat, Demo doco.

De

A *De cantoribus antiquis.* CAP. VII.

VTebantur & citharœdis & ſaltatoribus in conuiuiis, ſicut proci.& apud Menelaum cantabat cantor diuinus. duo ante Cybiſteres cantum incipientes conuertebantur:cantum pro ludo poſuit.prudens erat,philoſophicámque diſpoſitionem habens id cantorum genus : nam Clytemneſtræ cuſtodem & admonitorem cantorem reliquit Agamemnon , qui primum mulierum laudes percurrens deſiderium quoddam honoris,gloriæ, probitatiſq; in eius animo impreſsit. poſtea dulcem præbens conſuetudinem, à malis cogitationibus abhorrentem animum illius confirmauit: quare Aegiſthus non prius muliere potitus eſt, quàm cantorem in inſula deſerta obtruncarit. erat eiuſmodi etiam is qui apud procos neceſsitate coactus cantabat,qui Penelope inſidiátes abominabatur, omnibus prorſus hominibus cantores venerandi ſunt,quoniam illos

*Dilexere deæ cantus,docuerêque Muſæ.*

Demodocus canit apud Phæacas Martis & Veneris adulterium,non tamen quia facinus huiuſmodi ille probauerit,ſed vt abſterreat eos ab illegitimis voluptatibus , quia delicatè nutritos cognouerat , ac idcirco ſimillima eorum moribus profert,vt ab his eos abſtinere hortetur. Phemius canit reditum Achiuorum in patriam ex procorum ſententia. & Sirenes ea canunt quæ maximè Vlyſſem ipſum delectent : quæq; ſpectent ad gloriæ ipſius deſiderium , & multarum rerum cognitionem. ſcimus enim aiũt & alia & quæcunque fiunt in terra multa paſcenti.

B

## *De ludo pilæ,& varijs ſaltationibus.*
## CAPVT VIII.

ALiæ ſunt ſaltationes apud Homerum, eorum,qui cybiſteres vocantur, aliæ,per ſphæram, quarum inuentionem Agallis Corcyræa grammatica Nauſicæ aſcribit, ad ciuis fortaſſe gratiam : at Dicæarchus eas Sicyonijs attribuit. Hippaſus verò Lacedęmonios & hanc exercitationem,& alias primos inueniſſe affirmat, quam ſolam inter heroicas ſe circumuoluentem Homerus inducit. Famoſiſſimus fuit Democles Theognidis Chij ſapientis frater in

ludo pilæ, & Chærephanes quidam, qui moleſtus erat iuuenem quendam ſequens, nihil quidem dicebat, ſed prohibebat iuuenem quidpiam dicere. dicente deinde iuuene omnia à nobis conſequeris ô Chærephanes, ſi nos perſecutus non fueris, ego inquit tibi reſpondeam? quid igitur ait iuuenis me ita ſequeris? gaudeo inquit Chærephanes, cùm te video, ſed morem nō probo. quod harpaſtum per pilam dictum, Phæninda vocabatur, quod ego maximè laudo. multa & intentione, & labore opus eſt, ad ludum exercitationémque pilæ, & robore ad reuolutiones in caput. declarat Phænindæ ludum ſic Antiphanes. C

*Capiens pilam dedit quidem, mox aufugit,*
*Lætatus expulit ſimúlque hunc: alterum*
*Exire fecit ſuminatis vocibus.*

Appellatur Phæninda à dimiſsione pilæ ludentium, vel quia eius inuentor fuit Phæneſtius Pædotriba, vt teſtis eſt Iubas Mauruſius. Antiphanes.

*Exerceas phænindam apud Phæneſtium.*

Dabant operam vt concinnitas quædam ſeruaretur inter eos, qui pila luderent. ſic enim Demoxenus.

*Quidam iuuenis luſit pila vix editus* D
*Annis decem ſeptémque, Cous patria.*
*Deum videtur ferre certè hæc inſula.*
*Qui diſides mox reſpiceret hos incolas.*
*Nam ſeu pilam caperet, daretve, hinc omnium*
*Surgebat ingens clamor. hic concinnitas,*
*Mos, ordo, quantus explicari nec poteſt.*
*Nec eſſe dictis, aut ſolet factis virum:*
*Nec quis putaret eſſe. pulchritudinis*
*Tantum nec audiui viri, nec gratiæ*
*Vidi. fui capturus hinc ingens malum*
*Diu moratus. nunc videor ſanus mihi*
*Nec eſſe denique.*

Ludebat pila non inſuauiter & Cteſibius Chalcidenſis philoſophus, & alij complures Antigoni regis amici ſimul veſtes exuebant. ſcripſit de ludo pilæ Timocrates Laconicus, apud Homerum, Phæaces etiam ſine pila tripudiabāt: ſaltabant autem per partem: hoc eſt enim frequenter permutati, aliis ſtantibus & pulſantibus digitis mediis, quod plaudere dicit. cognouit poeta & eam quæ fit ad cantum ſalta

A ſaltationem, nam Demodoco canente iuuenes pubeſcentes ſaltabant, atque in armis, puero citharam pulſante, alij inſaniæ, cantibus, & ſaltationibus indulgebant. ſignificatur autem hic ſaltandi mos, qui Pindari & Xenodemi temporibus floruit, ac huiuſmodi eſt ſaltatio, vt ea imitetur, quæ in ipſis verbis interpretatis continentur: quam factam fuiſſe in conuiuio Seuthæ Thracis doctus Xenophon in aſcẽſu deſcribit. inquit enim, cum fœdera percuſsiſſent, & cantibus celebraſſent, ſurrexerunt primi Thraces, & ad tibiam cum armis ſaltarunt, atque & altè & leuiter tripudiarunt, enſibúſque vtebantur: alter denique alterum ita percutiebat, vt omnibus is vulnerari videretur, atque is conſultò cadebat, quò efficiebatur vt omnes exclamarent. Tunc victor eum armis ſpolians, Sitalcámque canens, abibat. alij ex Thracibus, alterum tanquam mortuum auferebant, cùm tamen nihil mali paſſus eſſet. Poſtea Aenianes ſurrexerunt, & Magnetes, qui etiam Carpæam ſaltationem dictam in armis tripudiarunt, cuius huiuſmodi erat conſuetudo. quidam arma deponens ſeminat, bouéſq; agit, ſæpe quaſi magnoperè timeat, ſe conuertens, mox la- B tro quiſpiam accedit, quem ille videns ſtatim arma ſuſcipit, & ante boues cum concinnitate pugnat ad tibiam. hũc fur denique poſteaquam ligauit, abigit boues: ſed furem aliquando bubulcus è conuerſo ligat. aſſerit verò quidam quòd Perſicè tripudiabat, & peltas pulſans ſtrepitum faciebat, & ſurgebat, quæ omnia faciebat in rhytmo ad tibiam. Arcades præterea ſurgentes armati ibant in rhytmum ad armatum rythmum tibiis canentes, & carmina canebant, & ſaltabant. vtebantur tibiis ac fiſtulis etiam heroës: Agamemnon enim fiſtulæ, tibiæq; ſonos audit. at in conuiuia tibias non induxit, præterquam armatorum cum nuptiæ celebrarentur, cum barbaris eas tribuerit. apud Troianos enim tibiarum, fiſtularúmque clamor audiebatur.

## *Quòd ſacrificabant poſt epulas, quòd Phæaces delitijs dediti, de ludo procorum Penelopes.*

## CAPVT IX.

SAcrificabant etiam à cœnis diſcedentes, quæ ſacrificia Mercurio, non autem vt poſtea Ioui adulto offerebant:

Mercurius enim ſomno præeſſe videtur. ſacrificant illi linguas ex cœnis diſcedentes, quia linguæ ei ob interpretationem attribuuntur. cognouit Homerus & ciborum varietatem, cibum ſiquidem diuerſum nominat. C

*Et quæ diuini comedunt obſonia reges*
*Diuerſa.*

Cognouit & omnẽ noſtri temporis ſumptũ immoderatũ.

*Splendidior domibus cunctis vna eſt Menelai.*

Huiuſmodi etiam regis cuiuſdam Hiſpani apparatu, ſplendoriſque magnificentia domum fuiſſe deſcribit Polybius, quem Phæa cùm delicias imitatum fuiſſe dicit: præter id quod argenteos, aureóſque crateres vino Crithino plenos in media domo conſtituerat. Homerus Calypſus domum deſcribens, Mercurium obſtupeſcere facit. voluptuoſa eſt, & Phæacum vita apud eundem.

*Semper enim nobis conuiuia grata fidéſque.*

Et quæ ſequuntur. Eratoſthenes ſic ſcribi oportere hæc carmina contendit.

*Certè ego non dicam quicquam felicius eſſe,*
*Quàm cùm lætitia capimur, pulſóque dolore*
*Conuiuæ accipiunt iucunda per atria cantus.* D

Dolore abſente, imprudentia abſente intelligit: fieri enim non poteſt vt Phæaces ſint imprudentes, qui, vt ait Nauſicrates, magnopere diis ſunt amici. proci apud Homerum taxillis ante fores animum oblectabant, non ex Diodoro Megalapolitano, aut Theoxene, talorum ludum diſcentes, nec ex Leonte Mitylenæo ex longinquo Athenienſe, qui inuictus erat in eo ludo, vt voluit Phanias. Apion Alexandrinus ſe ex Cteſone Ithacenſe audiſſe dicit cuiuſmodi eſſet talorum ille ludus procorum. Octo ſupra centum cùm eſſent proci, diſpoſuerunt calculos inter ſe contrarios, pares paribus, tot numero, quot ipſi erant, opponentes: atque ſic quinquaginta & quatuor ex vtraque parte ſtatuebãtur: ſpatium quod in medio erat, vacuũ relinquebatur, in quo vnum ponebant calculum, quẽ vocabant Penelopen: hanc ſcopum faciebãt, ſi quis calculo percuteret. poſtea cui ſors accidiſſet, is ictũ in hanc intendebat, ſi quis verò illam attigiſſet, vlteriúſq; propuliſſet, ſuũ calculum in loco proiectę, expulſæq; Penelopes, & in quo illa prius ſteterat deponere oportebat: atq; rurſus cum Penelopen, in quo loco ſecundò

com

A commorata eſt, firmarit, ſecundũ proiicere calculum: quòd ſi quis aliis intactis ſolam illam ſæpius conſequeretur, erat victor, multámque habere ſpem iubebatur ſe Penelopen eſſe ducturum. Eurymachus ſæpe vicerat hoc ludo, quare maximè omnium Penelopes coniugium ſperabat. ita hi proci manus habent teneras ob delicias, vt ne arcum quidem intendere poſsint. ſumptuoſi aderant illis miniſtri, & potentiſsimus bonus vnguentorum odor apud Homerũ.

*Cuius odor venit moti Iouis atria firma.*
*Sed tamen & vaſtas terras, cœlúmque petiuit.*

## *De decoro, quod Homerus in conuiuijs ſeruauit, & de alijs.* CAP. X.

COgnouit & quæ ſtrata cõuenirent, nam talia & Vlyſsi ſtrata ſubſterni iuſsit. & Neſtor gloriatur apud Telemachum ſe huiuſmodi multis abundare. non deſunt aliqui poetarum, qui magnificentiam ſuorum temporum, velut etiam inertiam in Troianorum ætatem reiecerint. quamobrem indecorè Aeſchylus græcos temulentos induxit, ita vt matulas etiam confringant.

B *Hic eſt ſuper me perfidus qui miſsilem,*
*Qui ridiculam, ſimúlque olentem iecerat*
*Matulam: nec errauit. meum namque in caput*
*Percuſſa, fractáque inſonuit tunc acriter.*
*Olebat vnguentis ſine, atque pixide.*

Et Sophocles in Achiuorum conuiuio.

*Sed ex animo ſuper me odoris hic grauis*
*Iecit matulam, meum, nec errans, in caput.*
*Vnguenta fractum non olebat vas mihi.*
*Odore non grato fui perterritus.*

Eupolis eũ qui primũ matulæ nomẽ introduxit ita carpit.

*Odi Laconicos mores, in ſartagine coquere emerem.*
*Qui primus inuenit prius bibiſſe vir,*
*Laſciuiam multam ille nobis repperit.*
*Matulam bibendo qui prior dixit, dedit*
*Pal imedæum hoc inuentum, & ſapiens.*

At optimates apud Homerum ornatè, decorèq; cœnant in Agamẽnone. in Odyſſea verò cõtendunt Achilles & Vlyſſes, & Agamemnon, ſed perutiles ſunt eiuſmodi contentiones: quærunt enim vtrũ Ilium pugna, an aſtutia ſit capien-

dum.neque cùm ebrios fingit procos, tantum petulantiæ induxit quantum Sophocles,& Aechylus finxerunt:ſed pedem bouinum tantùm in Vlyſſem iactum fuiſſe. C

## *De his qui menſæ aſsidebant,& balneis.*

## CAP. XI.

SEdent Heroes in conuiuiis,nõ autem decumbunt,quod apud Alexandrum regem accidebat, vt author eſt Duris: qui cum quadringentos duces aliquãdo conuiuio excepiſſet, in argenteis curribus ſedere fecit, & in ſellis purpureis veſtibus ſubſtratis, collocauit. teſtatur Hegeſander in more poſitum fuiſſe apud Macedones,vt nullus decumberet inter conuiuas, niſi extra retia aprum interfeciſſet, tunc enim ſedere inter conuiuantes licebat.Caſander cum trigeſimum & quintum vitæ ſuæ annum attigiſſet, tunc etiam comedebat ſedens apud patrem,quia certamen non potuiſſet abſoluere, quamuis robuſtus eſſet, & bonus venator. Homerus cum ad rei decorum conſpexiſſet, nihil aliud quàm carnes heroes comedentes induxit , & eas facit ipſos ſibi præparantes. neque riſum, neque pudorem contrahunt qui obſonia parant, D quia ſtudebant omnes ſuo vti ipſorum famulatu.Gloriabantur inſuper in rerum eiuſmodi agilitate,vt ait Cryſippus.nam Vlyſſes & diuidendo,& ignem colligendo aptus erat, qualis non alius. inter ſupplicationes Patroclus,& Achilles omnia cumulantes parabant. & Menelao nuptias faciẽte ſponſus Megapenthes vinum propinat, nunc autem vſque adeò decidimus, vt ſedeant etiam conuiuia præbentes. & balnea nuper introducta ſunt, quæ prius nec in ciuitate quidem eſſe patiebantur. quorum ſic Antiphanes nocumentum declarat.

*Quàm me beatum nunc dedere balnea,*
*Et penè coctum.nàm mihi poſſet cutem*
*Fricare quiſquis vellet,vt ſunt dura res*
*Aquæ calentes,& proterua balneã*

Hermippus.

*Nec ebrium virum bonum eſſe conuenit,*
*Iuro Deos,nec ingredi ipſa balnea*
*Calentia,quæ facis*

Aucta

A Auċta eſt & obſoniorum curioſitas, & vngentorum, ita vt natare in natatoriis vnguentorum, quis non poſſet? ait Alexis.

## *De coitus irritamentis, & coronis vnguento perfuſis.*
## CAP. XII.

FLorent & bellariorum ſtudia, & circa coitus curioſitas, ita vt ſpongias excogitauerint ſibi ſupponere quas maximè ad res Venereas inducere exiſtimarunt. affirmat Theophraſtus in libris plantarum, eas eſſe quaſdam coeundi vires, vt ad ſeptuageſies rem quiſpiam abſoluerit, donec ſanguis illi denique ſecerneretur. Phylarchus præterea Sandrocotum Indorum regem inter ea munera quæ Seleuco miſit, vires quaſdam, ita ſtringendo aptas tradidiſſe dicit, vt ſub coeuntium pedibus poſitæ aliis auium impetum ad rem veneream adhiberent, aliis contra extinguerent. Auċta eſt & Muſices conuerſio, & veſtium calciamentorúmque varietas increbuit. cum vires vnguentorum Homerus cognouiſſet, nullum heroum prçter Paridem vnguentis vnctum fuiſſe demonſtrat. cum dixit. Vnguentis ſplendens,

*Vtq; Venus faciem vnguentis pulcherrima purgat.*

Nec etiam coronatos, quamuis quòd coronas cognouerit, facilè ex huius metaphoræ comparatione cognoſci poteſt.

*Inſula quam pontus ex omni parte coronat*
*Immenſus.* Et illud,
*Vndique circundat belli diffuſa corona.*

Id præterea eſt obſeruatione dignum, quòd Vlyſſem manus lauantem facit priuſquam cibum capiat, quod in Iliade facientes nuſquam reperiuntur. nam in Odyſſea vita eſt otioſorum, & delicatè in pace viuentium, quamobrem illi corpora curant, balneis lauacríſque indulgent: atque in politeia eiuſmodi tales ludunt, & pila, ac ſaltant. quo declaratur illud non reċte diċtum eſſe ab Herodoto in Attye, quod ludi ob famem primùm inuenti fuerint. præcedunt temporibus Heroica, quin etiam in Iliaca Politeia quaſi ſemper clamant.

*Bello nate preces Clamor nunc aſpice noſtras.*

*De mechanicis & tibicinibus, ac deceptoribus in honore habitis.* CAP. XIII. C

QVòd Athenienſes Ariſtonicum Caryſtium qui cum Alexandro pila ludere ſolebat, ob artem pilæ ciuem fecerunt, & ſtatuam inſuper ei erexerunt, mechanicas enim artes Græci, poſtea pluris fecerunt, quàm eas ipſas diſciplinas quas ex cogitationibus inuentas comperiebant. Hiſtienſes igitur ac Oritæ Theodori ſuffragiorum abſconditoris ſtatuam in theatro erexerunt ſuffragium tum etiam in manibus tenentem, quam rem Archelaus etiam à Mileſiis eſt conſecutus. Thebis Pindari quidem non extat ſtatua, ſed Cleonis cuiuſdam cantoris conſpicua eſt, cui hoc epigramma inſcribitur.

*Hæc eſt Thebani cantoris imago Cleonis,*
*Qui circumpoſuit plurima ſerta virûm*
*Victa ſuo capiti: & cuius it gloria cœlo.*
*Salue magne Cleon concelebrans patriam.*

Fama eſt quendam ex bello fugientem, cum Alexander Thebas ſolo æquauit, aurum quoddam in huius ſtatuæ veſtibus abſcondiſſe, deinde annis triginta ferè interpoſitis, cum ciuitas rurſus habitari cœpiſſet, reuerſum, aurum illud inueniſſe. Herodotus Logomimus, & Archelaus ſaltator maximè omnium amicorum ab Antiocho rege in honore habebantur, vt teſtis eſt Hegeſander. nec mirum profectò, cum pater eius Anthiochus Soſtrati tibicinis filios in ſui ipſius cuſtoſtiam receperit. fuit admirabilis apud Græcos & Romanos Matreas impoſtor Alexandrinus, qui dicebat ſe feram nutrire quæ ſe ipſam comederet: ita vt nunc etiam quæratur quæ ſit Matreæ fera. Fecit hic, vt præter Ariſtotelis dubitationes, quare Sed occidens non natet, cur ſpongiæ bibant quidem, non autem multum potent, manifeſtè cognoſceretur, & cur retradrachma permutatur quidem, non autem iraſcitur. Athenienſes Scenam Pothino præſtigiatori tribuerunt, quod Euripidis ſtudioſi Athenienſes ægrè tulerunt: atque Euryclydes ſurrexit in theatro vnà cum his qui erant cum Aeſchylo. D

De

A *De claris præſtigiatoribus.* CAP. XIIII.

ADmirabatur & Xenophon præſtigiator, qui Cratiſthenem Phliaſium diſcipulum reliquit, quoniam ignem ſponte ſua naſci faciebat: & machinationes multas inuenerat quibus homines omnes ferè faciebat deſipere. cuiuſmodi fuit & Nymphodorus præſtigiator, qui obuius factus Rheginis primus eos timoris vt ſcribit Duris redarguit. laudabatur Eudicus ſcurra quia paleſtritas & pugiles imitaretur, vt affirmat Ariſtoxenus. at Straton Tarentinus in admiratione habebatur, quia imitabatur egregiè dithyrambos. in citharæ cantu excelluerunt maximè, qui Oenonam Italum ſecuti ſunt, qui etiam Cyclopem laſciuè admodum cantantem introduxit, & naufragum Vlyſſem ſolœciſmos, vt ipſe dicit, facientem. Diopethes verò Locrus ad Thebas profectus, vt teſtatur Phanodemus, ſuccintúſque veſicas vino & lacte plenas, has reprimens haurire ex ſtomacho ſe dicebat. famoſiſsimi fuerunt apud Alexandrum prǽſtigiatores Scymnus Tarentinus, Philiſtides Syracuſius, Hæraclitus Mityleneus. fuerunt & nonnulli impoſtores famoſi, inter quos Cephiſodorus, & Pantaleo. de Philippo ſcurra meminit Xenophon.

B

## *Roma totius orbis compendium.*
## CAP. XV.

NOn longe aberraret fortaſſe à ſcopo, quiſquis totius habitatæ terræ compendium Romanorum ciuitatem appellauerit, in qua omnes ciuitates commorantes facile intueri licet, & particulatim, & quamplurimas: vt Alexandrinorum auream, Antiocheorum pulchram, Nicomediorum ornatiſsimam, omnium præterea ſplendidiſsimã quotquot Iuppiter detegit, Athenas. deficere non vnum dicam diem, ad connumerandas ciuitates quæ in orbe Romano continentur, ſed omnes vix per anni ſpatium ob multitudinem connumerarentur. omnes namque ibi nationes habitant, Cappadoces, Schythæ, Pontici, & alij complures. hi ſunt enim totius habitatæ terræ compendium.

## *De ſaltationibus, & veſtibus.* C
## CAP. XVI.

PEritum ſaltatorẽ Memphin inquit apud nos, appellauerunt, primam corporis illius mentionem antiquiſsimæ Deæ ciuitatis dicentes, & maximè regiæ, de qua hæc Bacchylides.

*Tranquillam Memphin, & Nilen arundine textum.*

Hic quę Pythagorica ſit Philoſophia manifeſtius demonſtrat, eam ſilentio declarando, quem hi qui artes ſermonum ſe demonſtrare apertè profitentur. huius ſaltationis tragicæ appellatæ, quæ illius viguit tempore, primus extitit introductor Bathyllus Alexandrin. quem Seleucus legitimè ſaltaſſe aſſeuerat. hunc Bathyllum ſcribit Ariſtonicus & Pylades, cuius extat quoddam de ſaltationibus volumen. Italicam inueniſſe ſaltationem, ex comica, quæ dicitur Chordax, èx tragica, quæ Emmelia, & ex ſatyrica, quæ Sicinnis nuncupatur. vnde Sicinniſtæ ſatyrici dicuntur, cuius inuentor fuit Sicinnus vir quidam barbarus. ſunt tamen qui Sicinnum Cretenſem fuiſſe arbitrentur. erat ea Pyladæ ſaltatio, faſtu plena, & affectu, laborioſáque admodum, Bathylli vero iucundior, quia ſaltationibus erat is idoneus, & cantilenis, Sophocles præter id quod apta ætate pulcher fuit, didicerat. & ſaltationem & Muſicã ex Lampro, cum eſſet adhuc puer: hic poſt bellum nauale nudus in Salamine vnctus ſaltauit circa Trophæum cum Lyra. ſunt qui veſtitum dicant, atque Thamirim cum doceret ipſe citharam pulſabat: poſtremò luſit pila cum Nauſicaam reliquiſſet. Memphidis ſaltationis ſtudioſus fuit etiam Socrates Philoſophus, & ſæpius ſaltare eſt cõprenſus vt Xenophon teſtatur: qui ſuis etiam familiaribus dicere cõſueuerat, omnium membrorum exercitationem eſſe, hãc ſaltationem: putabant enim ſaltare in motu & exercitatione eſſe, vnde Anacreon. D

*Pulchricomæ natæ Ioue ſaltauere puellæ*
*Tum leuiter.* Ion.
*Saltare non ſperata mentes incitant.*

Hermippus Theophraſtum accedere ad deambulationem certo tempore cõſueuiſſe commemorat, ſplendidũ & exer citatum

A citatum: poſtea ſedentem ſermonem diſponere nullique vel motui, vel formæ pepercifſe: quippe qui cum gulonem etiam aliquando imitaretur, lingua exerta lingeret labra. curabant etiam veſtes decorè ſumere, quod qui non feciſſent ab aliis deridebâtur. Plato in Thæteto, qui omnia diligenter & exactè diſpēſare poſſunt, circumiicere neſciunt aptè, & liberaliter, non verborum concinnitatem ſumunt vt deorum, hominúmque felicium vitam laudent. & Sappho Andromedam ſic irridet.

*Quis ruſticiorem mulceat mentem? bene*
*Iam neſcientis pallium trahere ſupra*
*Calcaneum?* Phyletærus.
*Veſtimenta miſer demittes? pallia circum*
*Pectora coniicias: nec ſupra genua teneto*
*Ruſtice.*

Hermippus Theocritum Chium in veſtem Anaximentis minus doctè iactam iraſci ſolitum fuiſſe commemorat, & Calliſtratus Ariſtaphanius contumelioſè Ariſtarchum in commentario quodam inſectatur, quia incompoſitè eſſet indutus: cum nonnihil hoc etiam ad diſciplinarum B inquiſitionem faciat: quare Alexis.

*Vnum hoc puto eſſe liberalibus parum*
*Decorum, abire veſtibus ſumptis minus*
*Aptè, licet quando decorè ſumere.*
*Cuius negoti finis haud grauis, nihil*
*Cum demus, ipſi poſſumus lucro frui.*
*Accedit his vtentibus decus bene.*
*Cumulus voluptatis ſimul videntibus,*
*Et corpori ornatus: quis hæc vult præmia,*
*Mentem ſibi dicens adeſſe, ſpernere?*

Aeſchylus non conuenientiam ſolùm, & grauitatem ſtolæ, quam ſacerdotes imitantes, ſaciferique induuntur, reperit, ſed multas ſaltatorias figuras inſuper ipſe cum inueniſſet, ſaltationum magiſtros edocuit. Chameleon illum inquit primum choros formaſſe nullis vſum magiſtris, & choris ſaltationum figuras feciſſe, atque omnem prorſus tragœdiarum apparatum illi attribuunt: ipſos enim actus decenter diſtribuit. Ariſtophanes (penes enim comicos fides eſt de tragœdiis) Aeſchylum hæc inducit dicentem.

*Choris*

*Choris figuras ipſe feci.* Hinc rurſus. C

*Nouit Phrygas videns Priamo quando ſatum*
*Venere mortuum ſoluturi Hectora.*
*Huiuſmodi atque huiuſmodi, huc & plurimùm*
*Formantes.*

Teleſis etiam, vel Teleſtes ſaltationum magiſter multas figuras inuenit, manibúſque ſummis eas ipſas dictas demonſtrauit, ita fuiſſe ingenioſum Teleſtem Aeſchyli ſaltatorem, ſcriptum reliquit Ariſtocles, vt inter ſaltandum ſeptem ad Thebas actum, per ſaltationem res ipſas apertè demonſtrârit. dicunt præterea Theſpeſiam, Pratinam, Cratinum, Phrynicúmque antiquos poëtas ſaltatores fuiſſe appellatos, non ſolùm quòd in Chori ſaltationem ſuos actus detulerunt, ſed quia extra etiam ſua poëmata ſaltare volentes docebant. Aeſchylus ebrius comedias faciebat, vt teſtis eſt Chameleõ, quare male audit à Sophocle quod conuenientia quidem, non autem conuenienter faciat. ſunt gentiles hæ ſaltationes, Laconicæ, Trœzeniæ, Epizephyriæ, Creticæ, Ioniæ, & Mantineæ, quas ob manuũ motum Ariſtoxenus præponit. ita res præclara & ſapiens antiquitus ſaltatio habebatur, vt Pindarus Apollinem ſaltatorem appellârit. D

*Saltator rex ſplendoris, pharetratéque Apollo.*

Sic & Homerus, vel eius imitator quidam in hymnis ad Apollinem.

*Phœbe manu citharam portans Cane dulce quid, idem*
*Et ſaltans altè.*

Eumelus & Arctinus Corinthius, Iouem ſaltatorem ita inducit.

*Saltabat medius diuûm pater, atque virorum.*

Theophraſtus Andronem Catanæum tibicinem motiones refert, & thytmos, dum tibia caneret, corpore primum effeciſſe: vnde Sicelizare pro ſaltare inuenitur apud antiquos, poſt eum Cleophantum Thebanum. Famoſi ſaltatores fuerunt apud Cratinum & Calliam, Bolbus: apud Creſiam Zeno Cretenſis Artaxerxi regi gratiſſimus. Alexander in ea epiſtola quam miſit ad Philoxenum, meminit de Theodoro & Chryſippo ſaltatoribus.

De

A *De Muſæo, & Dionyſio medico.*

CAP. XVII.

QVòd Timon Phliaſius Sillorum ſcriptor, Muſæum, Calathum appellat, eos irridens Philoſophos qui ibi degebant, quia in quodam panagro velut aues pretioſiſsimæ nutrirentur.

*Aegyptus multos paſcit populoſa librorum*
*Agminibus cinctos, certantes limite nullo*
*Muſarum in Calatho, donec ſoluantur ab ipſa*
*Verborum contentione.*

Hi ſunt menſæ Rhetores, qui ob nugacitatem Pythici illius reſponſi, vt ait Chameleon, mihi obliti eſſe videntur.

*Ante Canem medico Dionyſio vtare diebus*
*Viginti, poſt hanc viginti vtare diebus,*
*Dum te vmbroſa domus retinet, vitaſque calorem,*

Mnaſitheus etiam Athenienſis Athenienſibus inquit reſponſum eſſe, Dionyſium medicum venerari oportere, & Alcæus poëta Mitylenæus.

*Vino pulmonem irriga.*
B *Flammata ſurgunt aſtra perfidæ Canis.*
*Sitiunt calore cuncta, tempus eſt graue.*

Et alibi.

*Bibamus: aſtrum ſurgit impium Canis.*

Eupolis Calliam à Protagora coactum fuiſſe bibere narrat, vt ante Canis ortum pulmonem inundatum haberet. nobis verò nō pulmo ſolùm exaruit, verumetiam magno in diſcrimine cor ipſum verſatur. Antiphanes.

*Quid vita noſtra ſit refer quaſo mihi.*
*Potare ſolùm dico: nam quot arbores*
*Vides propinquas eſſe ripis fluminum,*
*Rigentur vt noctes, dieſque fluctibus.*
*Nunc cuius hæ ſint cerne magnitudinis.*
*Longinqua multam fert ſitim, mox arida*
*Sitibunda cum ramis, humſque decidit.*

Ita Canem inquit obſeruantibus bibendum eſt. dictum eſt enim irrigari pro bibere. Antiphanes.

*Oportet irrigare edentes maximè.*

Eubulus.

*Sicon ego irrigatus, & potus viam*

Huc

*Huc verto: per Iouem bibimus & hic ſimul,*
*Et ego Mendæum.* C

## *De verbis concidere, diſponi, accumbere.*
## CAP. XVIII.

Concidere autem ad animum propriè pertinet, vt triſtari, ac parui facere. Thucidides in primo, victi minimo labore animo concidunt. Cratinus in Remis vtitur hac dictione: impetuosè age, & cõcidas. Xenophon in œconomicis, cur iucundi ſunt inter ſe remiges? nunquid quia in ordine ſedent, in ordiné vadunt, in ordine concidunt? Euripides ad Cyclopem.

*Hic concidens effudit aërem grauem*
*Per iugulum.* Alexis:
*Eam iubeo poſt hæc apud me protinus*
*Concidere.*

Diſponi dicimus de ſtatua, vnde eos deriſerunt, qui de accumbẽtibus hac dictione vſi ſunt. Diphilus, ego per quoddam ſpatium temporis diſpoſitus eram, quem grauiter ferens ſocius inquit, diſpoſitus verè ſis. Philippides, & cùm cęnaret ſemper more ſuo apud ipſum diſpoſitus erat: poſtea inducit, nunquid ſtatuam ad conuiuium conuocaſti? accumbere verò & declinare in Sympoſiis dicitur, vt Xenophon demonſtrauit, & Plato. Alexis. D

*Ingens malum fit ante cœnam accumbere.*
*Somnus nec vllum mollis hic apprenderet.*
*Nec ſi loquantur poſſumus quid diſcere.*
*Mens eſt enim menſæ paratæ proxima.*

Inuenitur tamen, quamuis rarò, diſponi in hac ſententia, nam Satyrus Sophoclis hæc loquitur. Herculi combuſto diſpoſito in medium dorſum ſalirem. Ariſtoteles in Tyrrhenorum legibus: Tyrrheni cœnant cum mulieribus diſpoſitis ſub eodem veſtimento. Theopompus, bibimus poſtea diſpoſiti molliſsimè in triclinio, Telamonis lugentes ſimul cantus. Philonides, diſpoſitus ſum, vt videtis, diu.

## *De verbo πάσασϑαι comedere.*
## CAP. XIX.

Comedere pro guſtare ponitur. Phœnix ad Achillem.

Non

A *Non ediſſe domi voluiſti cum ſocÿs quid.*

Et alibi: poſtquam inteſtina hi guſtarunt, ſola enim inteſtina guſtant, quaſi pauca ingẽs turba. & Priamus ad Achillem: nunc cibum guſtaui: conſentaneum rationi eſſe videtur, cum, cum infeliciter egiſſet, guſtare ſolùm, quem ad ſatietatem accedere dolor non patiebatur. Hinc qui non guſtauit cibum omnino, eſt ieiunus. de repletis verò nunquam cibum guſtare dicimus, ſed quæcunque ſatietatem ſignificant.

*Aſt vbi ceſſauit victus furioſa libido.*

Quamuis ad repletionem etiam iuniores guſtandi verbo vſi ſint. Callimachus: fabula expleter ſuauius.

Eratoſthenes:

*Ex cinere aſſata carne hi ſaturantur, in aruis*
*Quas cepere feras venando.*

## *Heroum Homeri venationes, cur aquæ ſalſæ proſint lauantibus.*
## CAP. XX.

B SEleucus ſplendidum inquit Homeri conuiuium, literarum immutatione eſſe diætam, & à diuidendo dicere nimis eſſe violentum. Ludunt pila apud Homerum nõ viri ſolùm, ſed etiam fœminæ: & diſcis, & iaculis quadam cum concinnitate exercentur. *Δαῖτα* *Αἶσα*

*Gaudebant iaculóque leui, & certamine diſci.*

Nam iucunditate calamitas fit leuior. Venationibus vtuntur etiam iuuenes ad bellica pericula deuitanda, & omnibus indagationibus, quibus robuſtiores, ſanioréſque efficiantur. Vt,

*Inſtar cùm turris ſe ad bellica facta pararunt:*
*Oppoſitíque manu iaculantur miſſile telum.*

Sciunt & variorum malorum remedium eſſe lauacra, ſudorem in mari lauantes, quod maximè neruis eſt ſalubre: cum hiſcere faciat in introitu muſculorum coniunctiones: poſtea ſi vngantur pinguedine, eas partes quæ non ſunt irrigatæ, aſpera fieri corpora affirmant. qui igitur ex ſpecula veniebant, multum ſudorẽ lauerunt in mari, & crura, & coxas, & collum, atque ſic ſe refrigerantes in pulchras euntes aſaminthos lauabantur: ac pingui oleo peruncti poſtea cœnæ aſsiderunt. Et eſt alia laborum ſolu

tio

tio ex capitis inſperſionibus. C

*Dulce quid infundens humeris,capitíque calentis.*

Nam in ingreſſu cum aqua meatibus vndique circunfunditur,ſæpiuntur ſudoris excretiones, quemadmodum ſi colum in aquam iaceretur: nihil enim penetrat, niſi quis ipſum ſuſpẽdens,poris refrigerationem, atque exitum, ad exteriora præbeat,vt Ariſtoteles in Phyſicis quæſtionibus teſtatur,vbi quærit cur ſudantes ſi in calidam,vel frigidam aquam ingrediantur,non amplius ſudent,donec rurſus ex his receſſerint.

## *Quòd capæ,& olera,& fructus arborum apponebantur Heroibus.*

## CAP. XXI.

Apponebantur Heroibus comedentibus olera etiam: quòd autem olerum locos cognouerunt,ex his verbis manifeſtum eſt.ſecundum extremum ornatarum areolarum ordinem.vtebantur & cæpis peſsimi ſucci,vt illud indicat: cæpa in potu obſonium. inducuntur etiam fructus arborum curantes. D

*In ficu ficus dulcis,pyrus alta ſeneſcit*

*In pyro.*

Inde arbores fructiferas bonas appellat.

*Hic bona plurima naſcitur arbos,*

*Punica planta,pyrúſque,& pomus.*

At quæ arbores ad ligna naſcuntur, has longas vocat, ac epitheris vſus earum demonſtrat.

*Hic arbor longiſsima multa eſt.*

*Immenſa hic abies,tiliæq; & populus alta.*

Antiquior erat quàm res Troiana harum rerum vſus, & Tantalus cum moreretur,nondum ab huiuſmodi deſiderio liberatus eſt,Deus ſiquidem illum puniebat accedens, veluti qui expertia rationis animalia germinibus adducunt: talium poſtea fructuum fruitionem illi interdicit, quando ad ſpem propius acceſsit.Vlyſſes Laerti in memoriam reuocat,quæ cùm eſſet puer,acceperat ab eo.Tria decémque pyra tribuiſti mihi,& quæ ſequuntur.

Quòd

A *Quòd piſces, aues, & carnes lixatas comedebant.*

## CAPVT XXII.

Patefacit Sarpedon vbi Panagri retis capturam cum venatione comparat, antiquos piſces comediſſe; & Eubulus comica ſuauitate ſic ludens:

*Piſces Homerus protulit quendam virum*
*Ediſſe Achiuum, cæteris at omnibus*
*Aſſauit ille prouidè carnes bouis.*
*Lixare nullum fecit inter tot viros.*
*Amica nulli cognita hic eſt fœmina.*
*Manus fuere amica per brumas decem*
*Exercitus. videre bella triſtia*
*Quicunque cœperunt morantes Pergama.*
*Nam ſunt reuerſi latiore podice*
*Illa vrbe quam cepere, per Deos, domum.*

Neque aërem quidem liberum Heroes auibus reliquerunt, retia, & laqueos turdis, ac columbis tendentes. Exercebantur ad aucupium, columbam ex malo nauis laqueo ſuſpendentes, & ex longinquo eam ſagittis percutientes, vt in epitaphio manifeſtatur. Olerum, piſcium, & auium
B vſum reliquit ob gulam, & omne in apparatibus indecorum, quod multo inferius iudicauit rebus Heroicis, diuiniſque operibus. quod elixatis vtebantur carnibus in his ſequentibus demonſtratur: Lebes feruet:

*Cum nidore ſuis teneri, pinguiſque, volante.*

Atque bouis pes in Vlyſſem iactus idem ſignificat: neque enim quiſpiam aſſat bouis pedem. & id:

*Appoſuit lances oneratos carnibus illa*
*Diuerſis.*

Non ſolùm varietatem carnium, vt bouinam, ſuillam, hœdorum, auiúmque commemorat, ſed varium eas habere apparatum ſignificat, ac non etiam ſimplicem, ſed copioſum; ita vt Siculæ, Sybariticæ, & Italicæ menſæ emerſerint, vnà cum Chiis. Nam Chios ferunt non minus his prædictis rei coquinariæ ratione habuiſſe. Dormiunt cum mulieribus apud Homerū, non iuuenes tantùm, ſed etiam ſenes: vt Phœnix, & Neſtor. Cum Menelao nulla commiſcetur, ob raptam vxorem, militante.

## *De vino Veteri.* CAP. XXIII. C

PIndarus quidem vinum laudat antiquum, at flores iuniorum hymnorum. deinde Eubulus perabſurdum eſſe exiſtimat vinum vetus ſemper apud mulieres laudari, virum autem non antiquum, ſed iuniorem. Idem ferè nulla differentia Alexis: Solo multum appoſito vino, pro ſemper. Sed (vt ingenuè loquamur,) non voluptati ſolùm, verum etiam ſanitati magis confert vinum antiquum, quod cibum magis digerit, & cùm ſit tenue, facile diſtrahitur: præſtat robur corpori, ſanguinem rubicundum facit, facile diſtribuitur, & ſomnos præbet non perturbatos. Laudatur id ab Homero, quod idoneam accipit miſtionem, vt Maronæum: accipit verò vetus magis idoneam, quia calidius fit inueteraſcens. Sunt qui fugam Dionyſij in pontũ, vini antiquitus faciendi modum intelligant, ſuauius eſt enim vinum aqua infuſa, Homerus cum vinum nigrum laudat, ſæpe illud ignitũ appellat, nam & potentiſsimum eſt, & plurimum in membris bibentium commoratur. Autor eſt Theopompus vinum nigrum apud Chios primùm inuentum fuiſſe; & plantare, & vineas colere Chios primos D ab Oenopione Dionyſij didiciſſe, qui vt inſula habitaretur cauſa extitit, cum aliis hominibus id impertiretur. vinum album debile eſt, ac tenue: Cirrhum facilem digeſtionem operatur quoniam eſt ſiccum,

## *De vinis Italicis.* CAP. XXIIII.

DE vinis Italicis ita Galenus apud hunc ſapientem loquitur: Falernum ab annis decem eſt potui aptum, & à quindecim, vſque ad viginti: quod autem ſpatium hoc pertranſierit, graue eſt capiti, & neruos accendit: ſpecies ipſius duæ ſunt, auſterum, & dulce: quod tale fit cùm ſub vindemiam Notiſpirarint, qua ex cauſa nigrius etiam fit. quod ſic vindemiatur, auſterum fit, & colore flauo. Albani quoque duæ ſunt ſpecies, hoc dulce, illud acerbum: ambo à decimoquinto anno vigent. Surrentinum vigeſimoquinto anno incipit eſſe potui aptum, quia eſt pingue, & valde debile, ac vix digeritur: atque inueteraſcens ſolùm ferè eſt idoneum, illo continuè vtentibus, cum Rheginum Surrentino

A rentino ſit pinguius, ab anno quintodecimo bonum eſt. vtile eſt etiam Priuernum, Rhegino magis tenue, & nimis caput infeſtat. huic ſimile eſt Phormianum, celeriter viget, & magis illo eſt tenue. tardius ad vigorem accedit Tripholinum, eſt enim Surrentino terreſtrius. Setinum primis eſt ſimile, leuius Falerno, & neque percutit. tenue eſt & Tiburtinum, facile vaporat, viget ab annis decẽ, & melius eſt vetus. Labicanum pingue, ſuauéque eſt guſtui, & inter Albanum atque Falernum putatur, cuius vſus eſt ab annis decem. Gauranum rarum inuenitur, at optimum eſt, & robuſtum, & denſum, Tiburtino, Præneſtinóque pinguius. Marſicum valde eſt auſterum & confert ſtomacho, naſcitur in Campania circa Cumas. Albanum dictum potui aptum eſt ab annis quinque, & leue. Aſconitanum bonum & pingue. Ficentinum ſimile eſt Albano, quia crudum, ſed robuſtum, & confert ſtomacho. at veterum vinum ſuaue eſt, & confert ſtomacho, cuius id eſt proprium, quòd non videtur purum, ſed cum alio miſtum eſſe. Calenum leue eſt, & magis confert ſtomacho quàm Falernum. Generoſum præterea Cæcubum percutítque, & eſt robu-
B ſtum: inueteraſcit poſt annos multos. Fundanum robuſtum eſt, & multum nutrit, capútque, & ſtomachum pertentat, quare non multum bibitur in Sympoſiis. his autem omnibus leuius eſt Sciathium ab annis ſeptem, ad decimumquintum annum potui aptum. Signinum bonum eſt ad annos ſex, vetus multò etiam melius. Nomentanum citò ad vigorem accedit, & ab annis quinque potui aptum: eſt enim neque valde dulce, neque tenue. Spoletinum dulce hauſtum, colore aureo. Acuanum multis rationibus ſimile eſt Surrentino. Valuinum valde auſterum, ſempérq; fit melius ſeipſo. Generoſum eſt & Caucinum Falerno perſimile. Venafranum confert ſtomacho, & eſt leue. Trebellicum Neapoli frequens eſt, confert ſtomacho, & bonum facit os, & viribus eſt temperatis. Erbulum primùm eſt nigrum, poſt paucos annos fit album, eſt valde tenue, & deliciis aptum. Maſſilienſe, bonum, denſum, corpulentúmque, ſed exiguum reperitur. Tarentinum, & reliqua ſub hoc climate naſcentia vina, mollia ſunt, ac neque percutiunt, neque intendunt, ſed ſunt dulcia, & conferunt ſtomacho. Mamertinum naſcitur etiam extra Italiam, quod

in Sicilia Iotalinum dicitur, ſuaue eſt, & robuſtum. Dæmon quidam apud Indos venerabatur, cui nomen erat Soroadius, vt teſtis eſt Chares Mitylenæus, atque is factor vini, Græca voce, interpretatur. C

## *Quid prouincia qualibet generoſum, egregiúmque mittat.* CAP. XXV.

ELegans Antiphanes vniuſcuiuſque ciuitatis propria quædam ſic connumerauit: ex Elide coquum, ex Argo lebetem, & Phliaſium vinum, ex Corintho ſtrata, piſces Sicyonios, Aegij tibicinas, caſeum Siculum, vnguentũ Athenienſe, anguillas Bœotiæ. At Hermippus:

*Pandite nunc Muſæ cœleſtia regna tenentes,*
*Ex quo ſulcauit Dionyſus tergora ponti*
*Quot bona per fluctus tulerit mortalibus idem.*
*Cyrene thyrſi primùm, pelléſque bouinæ,*
*Helleſponti acus huc venit ſcomber ab oris,*
*Et ius. Italicis viſcus, carnéſque bouinæ.*
*Sitalci ſcabiem tulit in Lacedæmona primùm.*
*Perdici ratibus multis mendacia vexit.* D
*Caſeus, atque ſues, tua munera Dorica tellus.*
*Diſperdat Corcyræos Neptunus in vndis*
*Cum ratibus, dubios animos in rebus habentes.*
*Hæc hinc adueniunt. Aegypto penſile velum,*
*Atque liber venit. Syrij ſunt thure ſuperbi.*
*Creſsia regna ferunt ſuperis altas cypariſſos.*
*Plurimus eſt elephas Libycis dimiſſus ab oris.*
*Vuáque paſſa Rhodo, dantes & ſomnia grata*
*Ficus. Euboicis pyrus, atque feracia poma.*
*Mancipium Phrygij miſerunt, Arcades ipſi*
*Suppetias. ſeruus Pagaſis, & verbero venit.*
*Paphlagonum Iouis & glandes, & amygdalus aruis*
*Venerunt primùm, lautæ bellaria menſæ.*
*Phœnicum palmæ fructus, & grata ſiligo.*
*Puluinar, pictúſque tapes Carthagine venit.*

Pindarus in ea ode Pythica, quæ ſcribitur ad Hieronem, ex Taygeto inquit canem Lacæna, prudentiſsimum in feras animal educari. Syriæ capræ excellentes mulgentur. arma optima ſunt ab Argo lata. Thebarum currus ex terra fruct

A fructifera. Siciliæ ingenioſum eſt vehiculum. Et Critias ſic:

*Eſt opus egregium Siculis dimiſſus ab oris*
*Cottabus, hunc guttis iuſſimus eſſe ſcopum.*
*Et Siculi currus, & ſumptus ſplendidus hinc eſt.*
* * *
*Theſſalicúſque thronus membris molliſsima ſedes.*
*At dulci ſomno mollia ſtrata tulit*
*Miletus, Chiúſque ferax, vrbsq; Oenopionis.*
*Aurea Tyrrhenos concelebrat phiala,*
*Et quod condendis domibus venit vtile ferrum.*
*Phœnicum inuentum litera verbiloqua.*
*Thebani primi iunxerunt fortia currus*
*Membra, acatos Cares œconomi pelagi.*
*Atque rotam terra, & calida fornace creatam,*
*Oeconomum clarum fictile vas reperit*
*Qui populus Marathone in agro ſtatuere Trophæum.*

Et meritò profectò fictile Atticum laudatur inquit Eubulus, fictilia Cnidia, Siculæ patellæ, Megarenſia dolia. Anphanes: Cypri Synapium ſuccúmque ſcammoniæ, naſturtium Mileti, cæpam Samothraciæ, Thyrſos Carthaginis,
B Silphium, Thymúmque Hymetti, Origanum Tenedi.

## *De vinis aliarum regionum.* CAP. XXVI.

PErſarum rex vinum Calybonium ſolum bibere conſueuerat, quod Poſsidonius in Damaſco Syriæ etiam naſci affirmat, quia vineas ibi Perſæ plantarunt. in Iſſa verò inſula, quæ eſt prope Adriam, vinum eſſe ſcribit Agatharſides, quod cum omnibus comparatum, eſt melius. De Chio, & Thaſio vino meminit Epilycus: Chium & Thaſium vinum defæcatum. Lesbium, quod fecerit ipſe Maro, mihi videor. Scribit Clearchus:

*Iucundius nec Leslio ſit poculo*
*Vinum alterum, & Alexis:*
*Vinis Thaſijs & Lesbijs rigat die*
*Partem reliquam, ſic hanc agit feliciter.*
Idem:
*Immunitatem dulcis hic Bromius facit*
*Lesbi mero, quò perferunt hunc plurimum.*
*At ciuitati quiſquis alteri ferat*

*Comprenſus omne protinus peculium* C
*Amiſit, & ſi vix cyathum paruum ferat.*

Ephippus.

*Amo profectò Pramnium Lesbi merum.*
*Bibiturq; valde gutta multum Lesbia.*
*Obſonium eſt pellax, & id perutile*
*Vinum Thaſium, ac vnguenta, ſertaq; inclyta.*
*In crapula Venus valet, ſed in male*
*Agentibus viris locum non hæc habet.*

Eubulus: Thaſium, vel Chium, vel Lesbium capiens ſenex nectareum. Meminit hic etiam de vino Pſythio.

*Vinum Pſythium me dulce fecit hic merum*
*Guſtare cum ferrem ſitim, atque pectus id*
*Mihi momordit intus acrimonia.*

Anaxandrides: Congium Pſythij miſcens. Ariſtophanis ſecundas Cerealia celebrantes, Demetrius Trœzenius ſecundas quæ Cerealia celebrarunt, inſcribit: in quo libro meminit comicus de vino Peparethio:

*Bibiſſe vina non ſinam te Pramnia.*
*Chium, Thaſium, dictúmve Peparethium.*
*Tibi nec vllum ſuſcitet quod mentulam.*

Eubulus: Hic eſt Leucadium vinum, & Mileſium, potui aptum. Archeſtratus dipnologus: D

*Seruatoris vbi Iouis hinc vos munera primi*
*Ceperitis, canúmque ſenem ceruice ferentem*
*Vinum, flore albo ornatum, ſetáque nigranti,*
*Par bibere in Lesbo natum, quam marmora cingunt.*
*Necnon & ſacra Syriæ vos Byblina laudo.*
*Sed neque cum Syriis conferri Lesbia debent.*
*Non aſſuetus enim ſi guſtes Biblina, gratus*
*Venit odor, Lesbi vincuntur odore racemi.*
*Hausta minus redolent hinc. Hæc conferre videbis*
*Ambroſiæ dulci, quàm vino dignius eſſe.*
*Si qui derident dicentes edita campis*
*Phœnicum meliora virum, quàm cætera vina,*
*Nil ego curabo. Eſt etiam Thaſium egregium, ſi*
*Alterius vini varias mittatur in oras.*
*Vrbibus ex aliis cognoui germina vitis*
*Quæ laudare, quibus & dicere nomina poſſem,*
*Sed nil ſimpliciter faciunt ad Lesbia vina.*

Nam

A *Nam laudare ſibi conantur quiſque propinqua.*

De vino Phœnicũ meminit etiam Ephippus:nuces, mala punica,minuta edulia, atq; vrnas vini Phœnicij:& rurſus: lagæna quędam vini Phœnicij aperta eſt.Meminit & Xenophon in aſcenſu. Cratinus de Vino Mendæo:

*Videre Mendæum queat ſalubriter*
*Vinum pubeſcens.* Poſtea ſequitur.
*Puto quòd album ſuaue conferet tria.*

Hermippus,Dionyſium inducit multorum locorum vini nomina connumerantem:

*Mendæum mingunt cæleſtia regna tenentes*
*Mollibus in ſtratis.ſunt ſuauia Theſſala vina.*
*Et Thaſium,quod pomorum diffundit odorem.*
*Hoc ego crediderim cunctis iucundius eſſe,*
*Felicis Chij poſt iucundiſſima vina.*
*Eſt vinum,proprio,Saprium,quod nomine dicunt,*
*A quo recluſis vaſis,& tegmine capto*
*Surgit odor violam redolens,ſuaueſq; Hyacinthos.*
*Tota volat diuinus odor per tecta recluſus.*
B *Nectar & ambroſia eſt ſimul illud nobile nectar.*
*Tale meis opto conuiuis adſit amicis.*
*Hoſtibus at noſtris ignobile ſit Peparethum.*

Mendoi racemos vineæ irrigant ad plantas elaterio, vt Phanias Ereſsius atteſtatur,quare vinum fit molle,

## *De quorundam regum Perſarum munificentia.*

## CAP. XXVII.

THemiſtocles, Lampſacum in vinum, Magneſiam in panem, Myuntem in obſonia, Percopem, in ſtrata, ac veſtes vnà cum Palæſcepſe, à Rege dono accepit. Ac iuſsit eum rex ſtolam Barbaricam ferre: velut Demarati, cùm dediſſet ea quæ prius illi aderant, ſtolam generi iniunxit, ex quo non vtitur amplius Græco veſtimento. Magnus etiam Cyrus Pytharco ſuo familiari ſeptem vrbes largitus eſt, vt ſcribit Agathocles Babylonius: Pedaſum, Olympium, Camantium, Sceptra, Artypſum, Tortyram, quem aiunt dementia quadam elatum, ad inferendas iniurias ſe

conuertiſſe: patriæ enim tyrannus eſſe cœpit coacto exercitu: quare Cyziceni in ipſum irruentes, præcipites ad periculum ſe contulerunt. Magno in honore habetur Priapus in Lampſaco, qui, ex epitheto, idem eſt & Dionyſius, ſic dictus, vt triũphus, & dithyrambus. Mitylenæi vinum apud ſe dulce, Prodromum appellant, alij potius Protropum, quàm Prodromum. Admirabile & vinum Icarium vt Amphis aſſerit, in Thuriis oleum, in Gela legumina: vinum Icarium, Caricæ Cimoliæ. Naſcitur in Icaro inſula Pramnium, vt teſtatur Eparchides, atque eſt hoc genus quoddam vini, neque dulcis, neq; ſpiſsi, ſed auſteri, & aſperi, atque egregium ſupra reliqua vina robur habentis, cuiuſmodi non delectari Athenienſes, ſcribit Ariſtophanes. Athenienſis populus nec poetis delectatur aſperis, & ſtrictis, nec Pramnis aſperis vinis; contrahit enim cilia, & ventrem: ſed Anthoſmia, & pepone nectareo. C

## *Vnde Pramnium dicatur, & Inſularum nonnullarum nominum ratio, & vinorum.*

### CAP. XXVIII.

SEmus in Icaro inſula eſſe petram Prãnium vocatam dicit, apud quam magnus eſt mons, à quo vinum Pramnium, quod Pharmacitem aliqui nominant, exportatur. Icarus primùm Ichthyoeſſa dicebatur ob piſcium multitunem, quæ ibi naſcebatur, vt Echinades à viperis, & Sepiades à ſepiarum in iis copia, ſic & Laguſæ à ſuis leporibus. Aliæ Phycuſæ, & Lapaduſæ, ab horum ſimilibus. Vinea quæ vinum Icarium producit, nuncupatur, vt voluit Eparchides, Sacra ab aduenis, ab Oenoenſibus Dionyſias: eſt autem Oenoa ciuitas in ipſa inſula. Et Didymus vinum Pramnium à Pramnia vinea ita dicta, nominari contendit. Alij nigrum propriè, alij quoduis in vniuerſum ad permanendum idoneũ quaſi paramenium volunt appellari: alij à mitigando robore, quoniam bibentes lenes faciat. Laudat Amphis vinum ex Acantho ciuitate: D

παραμένιον.

*Dic cuias es, ſum Acantius. ô per Deos*
*Vini rigidus tu ciuis es fortiſsimi?*
*Eſt patriæ nomen tibi cum moribus.*
*Mores tibi non ſunt aliorum ciuium.*

De vino Corinthio meminit Alexis, velut aſpero. Vinum peregri-

A peregrinum aderat, nam Corinthium torquet. & de Euboico: Euboicum multum bibens vinum. Archilochus, vinum Naxium cum nectare cõparat, qui & alicubi ſcripſit;

*Dant bella mi placentulam, atque Iſmaricum*
*Dant bella vinum: potóque in bello iacens.*

Stratis verò Sciathium vinum laudat:

*Vinum viatori ſuſurrat ebibe:*
*Sciathium nigrum pari par additum,*

Achæus verò Byblinum:

*Eſt ille captus poculo mox Byblini.*

Sic enim à loco ita nominato nomen ſortitum eſt. Philinus; Lesbium, Chium, Paſſaprum, Thaſium, Byblinum, Mendæúmque præbebo ne crapulemini. Voluit Epicharmus id à montibus quibuſdam Byblinis nomine dictum fuiſſe. Armenidas Byblinam Thracię regionem eſſe dicit, quam poſtea Oeſymam nominarunt. Admirabatur Thracia admodum, & propinquæ omnino regiones vtpote vini feraciſsimæ.

*Ex Lemno naues portantes dulcia vina*
*Hic aderant.*

B Hippias Rheginus vitem Ileam vocatam fuiſſe Byblinam aſſeruit, quam Polis Argiuus qui Syracuſiis regnauit, primus ad Syracuſas ex Italia detulit, & id fortaſſe vinum quod dicitur Pollium apud Siculos ipſum eſt Byblinum. Chreſmus:

*Ipſe bibas vini fæcem: haud Anthedonis arua,*
*Hyperidmve colens, vbi defæcata bibuntur.*

Appellarunt Trœzenij vt author eſt Ariſtoteles in eorum politia vites Hyperias & Anthedonias ab Anto & Hypero, ſicut Altephias ab Altephio quodam ex Alphio oriundo. Alcman incoctum vinum, & florem redolens nominat, quod ex quinque collibus, qui locus ſeptem ſtadiis diſtat à Sparta. Et quod ex caſtello quodam Denthiadum, ex Oeunte, ex Onoglis, ex Stathmis, quæ loca omnia vicina ſunt Pitanæ. Vocat igitur vinum Oenuntium, Denthium, Paryſtium, Onoglium, Stathmium, & ex Caryſto inſula Archadiæ proxima. Incoctũ autem dicit non coctum, quia vino cocto vtebantur. Licet ex Polybio cognoſcere vinum naſci egregium apud Capuam, quod Anadriten appellant, cum quo nul-

lum admiſcetur. Alciphron Mæandrius villam quandam C Montanam eſſe ſcribit apud Epheſum, olim Latoidem dictam, nūc Latoriam ab Amazone Latoria, vbi Pramnium vinum naſcitur. Timachidas Rhodius vinum quoddam in Rhodo ſubturbidum nominat dulci perſimile, & vinum coctum glytrim nuncupauit. Polyzelus Antitum vinum nominat in Rhodo. Plato Comicus Capriam, quod optimum naſcitur in Beneuento ciuitate Italiæ. Amphium vinum malum à Soſicrate dicitur.

## *De propria quorundam vinorum natura, & Anthoſmia.* CAP. XXIX.

VTebantur præterea antiqui poculis quibuſdam cum aromatibus multis, quod trimma dicebant. Theophraſtus in Hiſtoriis plantarum in Herea Arcadiæ vinum naſci ſcribit, quod potum viros inſanire faciat, mulieres verò parturire. Circa Ceryniam eſſe genus quoddam vini quod fœminas prægnātes abortiuū parere faciat: nam etſi racemū tantum guſtarint abortiuū pariūt. Vinum Trœzenium ſteriles facit bibētes. In Thaſo vinū quoddā ſoporiferum bibūt, & aliud quod bibētes facit vigilare. De vino D quod ad Anthoſmiam præparatur hæc à Phania Ereſia dicta reperiūtur: circiter quinquaginta muſti menſuris, vna ſalſæ aquæ infunditur, & fit vinum Antoſmias. Et rurſus: Ex vitibus nouellis vinū fit Anthoſmias potētius, quàm ex antiquis. Et poſtea: Acerbas pedibus conculcantes depoſuerunt, & vinū Anthoſmias factum eſt. Theophraſtus vinum quod in Prytanio datur miræ eſſe voluptatis in Thaſo affirmat. Eſt enim conditū, quia in vas ipſum farinæ florem melle ſubactū iniiciunt, vt à ſe odorē, à farina vinum dulcedinē capiat. Et paulò poſt: ſi quis aſperum & boni odoris velut Heracleum & Erythreum miſcuerit, hoc quidē mollitiē, illo verò ſtomachi bonitatē cōferente. De vino myrrhino ſeu myrtino meminit Poſſidippus: Sitibunde piſtor Myrrhinum pretioſum. Hermes potionis genus eſt apud Stratidē. Chereas vini quoddā genus eſſe ſcribit in Babylonia quod nectar dicitur. Hoc enim carmen verū eſt quod,

*Vinis non ſolùm aqua portio,*
*Albis adeſſe debet, at quid inſuper*
*Nec tu reiicias Bacchum, nec ſpernito acinum.*

Chius

A *Chius inquit poëta.*

## *De vini natura, & viribus, per totum.*
## CAP. XXX.

EX vinis aliud album, aliud nigrum, aliud flauum. Album natura eſt tenuiſsimum, vrinam promouet, calidum, & cum digeritur caput inflammat: ſuperiora enim petit vinum. Nigrum quod non ſit dulce, maximi eſt nutrimenti, & ſtipat. At dulce & albis & flauis maioris eſt nutrimenti: extenuat enim in tranſitu, atque humores magis denſans, caput minus aggrauat. Nam dulcis vini natura circa præcordia commoratur, atque medullam nutrit, vt Diocles & Praxagoras voluerunt. Mnaſitheus Athenienſis vinum nigrum maximi eſſe nutrimenti ſcripſit, velut album maximè vrinam ciere, & eſſe tenuiſsimum. Flauum eſt ſiccum, & maximè cibos digerit. Quæ vina diligentius per mare vecta fuerint, & crapulas arcent, větrem ſoluunt, ſtomachum mordent, inflationéſque operātur, & cibū conficiunt. Cuiuſmodi eſt Myndium & Halicarnaſſeum: nam Menippus Cynicus vinum Myndiū ſalis potatorem appellat. Satis & Coum per mare tranſit. Rhodium
B minus mare contingit, quare multum illius fit inutile. Neſioticum vinū & potationibus eſt idoneum, & vſui quotidiano nō inſuaue. Cnidium ſanguinem generat, nutrit, ventrémque ad ſolutionem præparat, ſed multum potum ſoluit ſtomachum. Lesbium minus quidem ſtypticum eſt, at magis vrinam concitat. Suauiſsimum eſt Chium, Chio etiam id quod Ariuſium dicitur, cuius tres ſunt differētiæ: hoc enim eſt auſterum, illud dulce, at quod inter hæc eſt medium, autocratum. Auſterum bonum os perficit, nutrit, vrinam magis ciet, dulce nutrit, ſatietatem inducit, větrem mollificat: Quod medium eſt autocratum Chium, digerere facit, nutrit, bonum facit ſanguinem, leuiſsimum eſt, & ſatietatem inducit ob vim ſuam. Ex vinis ſuauiſsimum id eſt, quod in Italia naſcitur Albanum & Falernum: quod ex his inueterarit & permanſerit, quaſi medicatum caput perturbat celeriter. Adrianum appellatum, ſomnum bonum gignit, facile digeritur, & non iniucundum eſt omnino. Faciendum eſt hoc ante quoddam tempus, & in aperto loco ponendum ita vt multum exhalet roboris. Gratiſsim

tiſsimum vinum ad antiquitatem perducitur Corcyreum, C
Zacynthium, & Leucadium, ſed caput offendunt quoniam gypſum aſſumpſerunt. Quod ex Cicilia Abates vehitur, ventrem tantum mollificat, Coo, Myndio, Halicarnaſſeo, atque omni ſatis vecto per mare aqua conuenit aſpera, velut fontium, & aqua pluuia ſi ſit defæcata, multúmque quieuerit. Vtilia ſunt huiuſmodi vina Athenis, & in Sicyone, in his enim locis hæ aquæ reperiuntur. Vinis marinis multum ſtipantibus vt Chio & Lesbio longiquiſsimæ aquæ conueniunt.

*Multum ſilens nam lingua temporis bene*
*Qui rem ſubire perferet talem? graue*
*Magis neceſsitate nil eſt huic datum.*
*Palam facit quæ quodque mox abſconditum.*

Vt Sophoclis vtar teſtimonio. Quòd Mareoticum vinum Alexandreoticum dictum fuit à Marea fonte Alexandriæ, & ciuitate propinqua eiuſdem nominis: quæ prius erat maxima, nunc eſt Pagus. Acceperat hæc appellationem à Marone Bacchi ſocio, vno ex iis qui cum illo militabant. Frequentes hic ſunt vineæ, quarum vuæ dulces omnino comeduntur: & quod ex illis fit vinum, optimum eſt album, ſuaue, bonum ſomnum facit, facilè digeritur, tenue, caput non inuadit, vrinam concitat. Quo D
etiam melius eſt Tænioticum dictum. Eſt enim Tænia ſpatium oblongum in iis locis, vbi vinum naſcens paulum vireſcit, quod neſcio quid pingue præ ſe fert, ſed illud in miſtione celeriter ſoluitur, tanquam mel Atticum miſtum. Hoc Tænioticum præter id quod eſt ſuaue, habet quiddam aromaticum paulum conſtringens. Quæ eſt circa Nilum vinea, multa quidem eſt, & quantum fluuins obtinet, cuius vina proprium habent colorem, & feracitatem. Hæc ſuperat illud quod apud Antyllam ciuitatem naſcitur, non multum diſtantem ab Alexandria, cuius tributa & illius ætatis reges, & Aegyptij, & Perſæ vxoribus in zonas dono dederunt. Quod in Thebaide, & maximè circa Coptum ciuitatem naſcitur, ita eſt tenue, & digeritur, vt febricitanti etiam datum non noceat. Te ipſam laudas velut Aſtydamas mulier, erat autẽ tragicus poëta Aſtydamas. Theopompus Chius vitem apud Alpheum in Olympia repertam eſſe ſcribit. Quidam locus eſt ab Elia

diſt

A diſtans octo ſtadiis, in quo incolæ in Bacchanalibus tres lebetes vacuos præſentibus externis recludunt, ac iterum aperientes vino plenos inueniunt. Voluit Hellanicus in Plinthina Aegypti ciuitate vitem primùm inuētam fuiſſe, quare Dion Academicus vini ſeu potus amatores appellat Aegyptios, idcirco apud illos ſitis auxilium eſſe inuentum aſſerit, quòd ob penuriam pauperes vino indigerent: nam ex hordeo factum bibebant. Sic autem oblectati ſunt hoc bibentes, vt canerent, ſaltarent, & omnia facerent, quæ temulenti conſueuerunt. Scribit Ariſtoteles ebrios in faciem ferri, at hordeaceum obdormire facit. Quòd potatores ſint Aegyptij, id eſt argumento, quòd apud eos ſolos quaſi legitimum eſt in prandiis ante omnia edulia lixatas braſsicas comedere: & ad hæc vſque tempora præparantur. Multi braſsicæ ſemina prius comedunt, quia illa ebrios fieri non patiuntur: atque in qua vinea naſcuntur braſsicæ, debilius eſt vinum. Hac de cauſa Sibaritæ priuſquam bibant, caules comedunt vt inquit Tymæus. Alexis:

*Heri bibiſti, crapularis poſt modo*
*Nunc, eſto ieiunus, dabitur tibi quies.*
B *Raphanum tibi det poſtea quiſpiam coctum.*

Eubulus:

*Raphanum mulier tu perferens ad me, mihi*
*Totam videris expuliſſe crapulam.*

Quòd autem Raphanum antiqui braſsicam appellarint, ſignificauit Apollodorus Caryſtius:

*Noui raphanum quòd hic vocamus nos viri,*
*Vos braſsicam externi vocatis, an putas.*
*Quid fœminis differre?*

Alexandrides: Si loti fueritis nunc, multúmque raphanum comederitis, quieſcetis, grauedinē diſsipabitis, & pręſentem in fronte nebulam. Nicochares:

*In craſtinum diem coquam raphani loco*
*Glandem grauem propellat hinc vt crapulam.*

Amphis.

*Non eſt vt apparet vllam remedium*
*Expellat ebrietatis quod protinus dolorem, nugæ*
*Raphanum id facere*

De braſsicæ vi ſcribit Theophraſtus, etiam viuentem vineam braſsicæ odorem fugere.

ATH

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM LIBER SECVNDVS,

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De vini inuentione, déque eius vſu & natura.* CAP. I.

MAIOR quàm æquum videbatur diei pars in ſomno eſt abſumpta, non tamen varij ſermones, quos tu mihi commemoraras, ſomno me eſſe audientem patiebantur. Quòd vinum ab Oeneo ſit denominatum, teſtatur Nicander Colophonius: C D

*Oeneus inde cauo cratere coercuit alma,*
*Vina premens.*

Melanippus Mileſius: Denominatum ab Oeneo here vinum. Hecatæus & ipſe Mileſius vitem in Aetolia inuentam fuiſſe affirmat, ita ſcribens. Oreſteus Deucalonis filius in Aetoliam venit ad regem, atque in vtero ferens, truncum illi peperit, quem poſtea ille iuſsit plantari, ex quo vitis vuarum fertilis nata eſt: deinde filium eius plantam appellauit, vnde Oeneus à vineis dictus eſt. Antiqui enim vineas Oenas vocabant, vt idem teſtatur. Ex Oeneo natus eſt Aetolus. Plato vini etymologiã in Cratylo reddens vinum Oeonum dicit nominari, quia mentẽ noſtram cogitationibus impleat. Vel certè quòd celeriter iuuet nomen obtinuit. Et Homerus ad etymologiam alludens:

*Si biberis, magnum referes mihi crede, iuuamen.*

Qui etiã cibos à iuuãdo oniata nominauit, quia nos iuuẽt.

*Iucundum Menelae pij fecere iuuamen*
*Vina Dei, curáſque virûm diſperdere prauas.*

Diph

A Diphilus Comicus:

*O Bacche cunctis prouidis gratiſsime.*
*Quàm dulcis es Dionyſe prudentiſsime.*
*Nam maximè facis viros & ſordidos*
*Hinc eſſe prudentes,& idem mox facis*
*Contractus vt cilia alter aſper rideat.*
*Audacis eſſe pectoris facis virum*
*Timidum prius.*

Philoxenus Cytherius,bene fluens vinum, omniáque dicens.Scribit Chæremon Tragicus vinum ſapientes, dociles,prudentéſque efficere eos qui ipſo vtũtur. At Ion Chius indomitum puerum,tauri more furentem iuuenem, non iuuenem,ſuauiſsimum valde ſonantium Amorum miniſtrum, & celerem hominum gubernatorem, vinum appellat:

Mnaſitheus verò dicit: deos

*Viris bonum dediſſe rectè vtentibus*
*Prægrande, contra non honeſtè,ingens malum.*
*Alimenta ſiquidem viris vtentibus,*
*Et robur ingens præbet illud corpori.*
B *Idem medicinæ erit dehinc aptiſsimum*
*Potabili miſcebitur cum Pharmaco.*
*Iuuamen eſt & vlceratis vtile.*
*Idem diurnis conferens conuentibus.*
*Miſtum bibentibus ſimul mediocriter*
*Fert lætitiam,nimiúmque fert iniuriam.*
*Inſaniam dat aqua vis aquæ addita.*
*Merum bibatur id,reſoluit corpora.*

Quare Medicus vbiq; Dionyſus appellatur. Et oraculum quibuſdam præcepit vt Bacchum ſalubrem nominarent, Eubulus Bacchum inducit dicentem:

*Prudentibus viris ego tres miſceo*
*Crateras,vnum ſanitatis gratia:*
*Primum bibunt hunc: grati amoris alterum,*
*Dulci voluptatiſque. At inde tertium*
*Somni: bibunt hos turba: nam prudentium*
*Redeuntium domum.Nec eſt inde amplius.*
*Quartus virorum potus, aſt iniuriæ.*
*At quintus eſt clamoris. Eſt laſciuiæ*
*Sextus ſacratus.Sugillationibus*

Eſt

*Eſt ſeptimus. Vocantis eſt octauus hinc.*
*Eſt nonus iræ. Qui ſequetur improbus* C
*Inſaniens expellit inde cæteros.*
*In parua vaſa ſi meri multum iacis,*
*Subuertit intus omne quàm facillimè.*

Epicharmus: Ex ſacrificio conuiuium, ex conuiuio potio facta eſt, ex qua laſciuia, ex ea furiæ, ex his leges, per quas compedes, lapidationes & ærumnæ. Panyaſis poëta primã Gratiis potionẽ attribuit Horis & Baccho: ſecundam Veneri & rurſus Dionyſio, tertiam iniuriæ & nocumento. At iuxta Euripidem:

*Sunt præmium laſciuienti verbera.*

Vnde Dionyſij & iniuriæ eundem eſſe ortum, nonnulli arbitrati ſunt. Alexis:

*Natura vini fit viro ſimillima*
*Quodammodo, nam ſicuti vinum nouum*
*Neceſſe deferuere, ſic neceſſe ſit*
*Nouum virum: Primùm graues iniurias*
*Deponere, ætatis vigorem floridum*
*Mox aſperum fieri, negotijs tot &*
*Quot dico liberum haurientem protinus* D
*Dementiam ſupernatantem, idoneum*
*Tunc eſſe potu: Rurſus & firmare ſe,*
*Et præterire ſuauiter reliquos dies.*

Nam ex poëtæ Cyrenæi ſententia:

*Vina viros ingreſſa tenent par robur, & ignis.*
*Vix tantum Libyci fluctuat vnda maris*
*Quum Borea, triſtiue Noto ſubuertitur æquor.*
*Pectore nudantur condita quæque mero.*

Quamuis alibi aduerſatur Alexis:

*Nihil videtur conuenire cum mero*
*Mortalium natura: vina quærimus*
*Antiqua, ſuauis eſt minimè ſenex homo.*
*Hic mordet, illud lætiores nos facit.*

At Panyaſis:

*Eſt cibus igni par vinum mortalibus ipſum.*
*Cuius vis medicina mali, medicina dolorum.*
*Maxima lætitiæ pars, & ſplendoris in ipſis*
*Saltantum Choreis, & dulci munere amoris.*
*Quare epulas inter latè potare iubemus.*

*Nec*

A *Nec veluti puerum dapibus ſaturare paratus,*
*Lætitiæ oblitum præſentis, quæ tibi multa eſt.*
Et rurſus;
*A ſuperis homini vinum gratiſſima dona.*
*Conueniunt illi cantus, choreæ ſimul omnes.*
*Illi conueniunt & dulcis munera amoris.*
*Omnes mortali pepulit de corde dolores*
*Parcius hoc hauſtum, triſte immoderatius vſo.*

Domum quandam in Agrigento huiuſmodi de cauſa fuiſſe Triremem appellatam Timæus Tauromitanus ſcriptũ reliquit: Iuuenes quidam ob ebrietatem amentes, vino calefacti eo uſque dementiæ proceſſerunt, vt ſe in triremi nauigare, & mare magnopere eſſe perturbatum, arbitrarentur. Deinde ita dementes facti ſunt, vt omnem domus ſupellectilem vnà cum lectis proiecerint: nam viſus orat nauis gubernator nauem exonerari oportere ob tempeſtatem dixiſſe. Sed cùm multi congregarent, diriperéntq; ea quæ proiecta fuerant, neque tamen iuuenum dementia idcirco vel die ſequenti deferbuiſſet, acceſſerunt militum duces in domum, vbi laborantes nauſea etiam tum iuuenes iacebant: B quibus interrogantibus reſponderunt iuuenes, ſe ob tempeſtatem defatigatos ſuperuacaneis oneribus nauem exonerare oportuiſſe. His admirantibus dudum iuuenum ſtuporem, vnus eorum iuuenum qui maior ætate reliquis eſſe videbatur, Ego inquit viri Tritones ob timorem me in hos thalamos proieci, vt quàm maximè liceret inferius iacerem. Veniam igitur duces mentis eorum alienationi concedentes, iubentésque non plus vini bibere quàm conueniat, eos dimiſerunt. Iuuenes gratiam ſe habere faſſi ſunt, nam ſi portum tantam euadentes tempeſtatem attigerimus, dixit quidam, vos manifeſtè ſeruatores noſtros inter cæteros Deos marinos in patria noſtra conſtituemus, tanquam nobis ſalubriter apparentes. Hinc domus illa Triremis dicta eſt. Ad hęc Philochorus multùm bibentes inquit, non ſolùm ſeipſos qualeſcunque ſint patefacere, ſed vnumquenq; aliorum, libertatem loquendi ex vino adeptos detegere. Vnde vinum & veritas idem dicitur. Vt dictum illud: Oſtendit mentes hominis. Atq; in Dionyſij templo victoriæ ſignum eſt tripos, nam ex tripode loqui dicimus vera loquentes. Eſt autem cognitione dignũ Dionyſij tripodem

eſſe cratera; erant enim antiquitus duo tripodum genera, C ſed vt ambo lebetes appellarentur vſus obtinuit. Alter eorũ igni imponebatur, qui balneator dictus eſt. Aeſchylus:

*Cepit tripos ſtatim domeſticus lebes*
*Aſſuetus ignem ſtare qui fuit ſuper.*

Alter tripos crater dictus fuit. Homerus:

*Intactos tripodas ſeptem.*

In hoc vinum miſcebant, atq; hic veritati aptiſsimus eſt tripos. Quare ſicut Apollini ob diuinationem, ita Baccho ob ebrietatem conuenit. Tripos aheneus inquit Samus Delius, non Pythicus, ſed quem nunc lebetem appellant. Iſti erant igni nõ tacti, in quibus vinum miſcebatur, illi balneatores & igni apti, in quibus aquam calefaciebant. Ex illis aliqui erant auriti tres pedes habentes pro ſuſtentaculo, & hi tripodes nominabantur. Vnde Ephippus:

*Loqui meri te multa cogit copia,*
*Referre vera nunquid aiunt ebrios?*

Antiphanes: *Celare Phidia*

*Duobus exceptis valebis omnia.*
*Vinum bibens, amore captus improbo,*
*Vtrunque ſi negetur ex ſermonibus,*
*Oculis & ex ipſis patebit protinus.* D
*Celentur hæc, ſemper tamen magis patent.*

Philochorus Amphictyonem ſcribit, Athenienſium regem primùm omnium vinum miſcuiſſe, quippe qui miſtionem à Dionyſio didiciſſet: quare rectè ſe habuiſſe homines ita bibentes, ait, qui prius mero flectebantur, atq; idcirco Dionyſio Recto in Horarum ſacello aram fuiſſe erectam: illæ enim fructus vitium nutriunt. Apud aram ipſam Nymphis etiam aram extruxit, monumentum miſtionis faciens vino vtentibus, quia Bacchi nutrices Muſæ fuiſſe dicuntur. Legem præterea ſanciuit tantum vini non miſti poſt cibos ſumere, quantum ſatis eſſet ad guſtãdum, ob indicium virtutis boni Dei: At reliqui miſti quantum quiſque vellet. Iouis præterea ſeruatoris nomen inuocare conſtituit memoriæ gratia bibentium, quòd ſic bibẽtes ſalutem ſine dubio conſequentur. Plato libro de legibus ſecũdo, vini vſum ſcribit ſanitatis gratia nobis fuiſſe conceſſum. Ex ebrietatis habitu cum Pardali & Tauro Bacchũ comparare ſolent, quia ad vim conuerti temulentos faciat. Alcæus; aliquando

mellei,

A mellei, aliquãdo acutioris tribulo ſecreti perpetrator. Sunt qui iracundi fiant ex vino, qualis eſt Taurus: vnde Euripides; Tauri iniurij, & ex cornibus iracundi. Ob robur nonnulli fiũt ferini, vnde pardalis forma: quare optimè quidem Ariſton Chius ſuauiſsimum eſſe potum dicit, cum dulcedine & tranquillitate communicantem. Hinc nõnullos, quod nectar appellatur, id circa Olympum Lydiæ montem præparare dicunt, vinum & fauos commiſcentes, addentéſque flores odoriferos. Animaduerti tamen Alexandridẽ nectar non potũ, ſed cibũ deorũ exiſtimaſſe. *Nectar mandens edo:*

*Ioui miniſtrans ambroſiam bibo, & ſimul*
*Magnam alloquor Iunonem vbi mihi libet,*
*Veneri aſsidens.*

Alcman, ipſum nectar ederes. Sappho, Ambroſiæ miſtus eſt crater. Ermes; Serpſit capiens propinare vina diis. At Homerus potum nectar putauit. Ibycus affirmat Ambroſiam ad mellis naturam nonocuplam habere dulcedinem, mel dicens nonam Ambroſiæ partem habere ſecundum ſuauitatem.

*Nullus meri eſt amicus idem qui malus.*
B *Eſt quando Bacchus bis ſatus cum peſsimis*
*Nunquam iocoſus, haud rudem ſedet prope.*

Alexis vinum copioſè bibentes nugaces facere aſſerit: ſic is etiam qui Epigramma illud fecit in Cratinum.

*Eſt Sonipes vati velox in carmina Bacchus;*
*Si ſis potus aquas, vtile nil facies.*
*Dixerat hæc Bacche expirans haud vtris odorem*
*Cratinus, totum at vas grauiter redolens.*
*Læta coronatus cantabat carmina, crines*
*Vt tu Bacche hedera nam redimitus erat.*

Polemon in Munychia Acratopotem Heroem coli ſolitum ſcribit. Apud Spartanos Mattonem & Cerdonem Heroas à coquis quibuſdam in Phiditiis conſtitutos fuiſſe. In honore habetur Dipneus in Achaia qui à cœnis cognomen accepit. Ex ſicco nutrimento neque ſcommata naſci poſſunt, neque poëmata tumultuaria fieri, nec inſolentia, aut animi omnino elatio. Probè igitur dictum illud ſe habet;

*Nunc vbi ſunt animi quos audijt inclyta Lemnos,*
*Donec edebatis carnes, ſpumantia vino*

*Pocula ſiccantes?* C

Circunſcribendum eſt autem hoc carmen, vt Ariſtarchus Grammaticus ſignificauit, quod Græcos gloriari facit ob carnis voracitatem. At non ex omni animi tranquillitate repletionéque iactantia naſcitur, & cauillationes, & deriſiones, atque ex alienata mente, & mendaciis apta, ſicut accidit ex ebrietate, quare Bacchilides:

*Neceſſe ſit vt dulce ſumptum poculum*
*Foueat calorem Cypridis.*
*Spes calfacit mentes deinde concita*
*Bacchi vigore muneris.*
*Hinc deſuper curas viris mittit graues,*
*Dum mœnia ipſe concutit.*
*Monarcha ſolus is fit omnibus viris.*
*Auro ac elephante ſplendida*
*Domus renidet. Alta nauis per mare*
*Frumenta portat maximas*
*Aegypti opes, mentem bibentis excitat.*

Sophocles ebrium eſſe nocumenti ſolutionem nominat: alij poëtæ vinum fructum telluris opimum. Et poëtarum Rex Vlyſſem ita dicentem inducit: D

*Qui fuerit dapibus ſatiatus, & vbere vino,*
*Is totam pugnare diem ſufferre valebit.* Et quæ ſequuntur.

Ex vino comœdiæ, & tragœdiæ in Icario Atticæ loco primùm ſunt inuentæ, atque ipſo vindemiæ tempore, vnde tragœdia primùm comœdia dicebatur.

ἀπὸ τῆς τρύγης, id eſt à face.

*Dediſſe pacantem viris vitem mala.*
*Rapto mero non amplius Cypris valet.*
*Superſtes eſt tum dulce nil mortalibus,*

Euripides ait in Bacchis, & Aſtydamas, mortalibus triſtitiæ remedium oſtendit vitem viniferam. Nam vir ſemper plenus fit negligens, temperatè bibens prudens, vt ait Antiphanes:

*Non ebrio mentem, bibo dignoſcere*
*Quantum mihi ſat ſit legendis literis;* firmè inquit Alexis.

Seleucus non fuiſſe antiquorum morem atteſtatur aut multum vinum bibere, aut aliud ſuaue ſumere, niſi id deorum gratia fieret, vnde Thœnas Thalias, & methas nominarūt. Has quia propter Deos ſe ebrios eſſe oportere ducebant, illas quia deorum gratia congregabantur, & conueniebant, hoc

θοίνη, θαλία, μέθη.

A hoc eſt enim conuiuium lautum. At methyin inquit Ariſtoteles eſt in ſacrificiis vino vti. Diis paruum ſacrificantes cenſum, boues mactantibus religioſiores eſſe putauit Euripides: ſignificauit ſic per finem ſacrificiũ ipſum Homerus: Μεθύειν, μετὰ τὸ θύειν.

*Crede mihi finis non eſt iucundior vllus*
*Quàm cùm per populum funduntur gaudia totum.*

Teletas etiam maiores feſtiuitates appellant, & cum ſacra quædam conſtitutione, ob impenſas quæ in eas fiunt magnificas. Nam telin impendere ſignificat, vnde polyteles multa impendentes, eutelésq; pauca impendentes. Alexis: τελετὴ ἀπὸ τοῦ τελῶ.

*Vti bona cui ſorte contigit viro*
*Oportet inde viuere hunc ſemper palàm.*
*Donationemq́; omnibus ſuperùm Deum*
*Feciſſe apertam. Qui dedit bonum putat*
*Se gratiam referre quæ fecit bene.*
*Quiſquis Deorum celat alma munera,*
*Et ſe medioeri ſorte dicit vtier,*
*Illiberaliter videns hunc viuere,*
*Inutilemq́;, cuncta mox rapit Deus.*

Non gaudet poculis qui ab ætatis ſuæ initio aquam bibere conſueuit. Heſiodus in Melampodia:

B *Dulce etenim gratis inter conuiuia lauta*
*Mulceri verbis, ſaturato corpore primùm.*

## *De aquarum natura & earum varietate pro diuerſitate locorum, de fontibus item, & abſtemijs.*

## CAP. II.

NVlli noſtrum in mentem venit quidpiam de aquis dicere, ex quibus etiam vinum fit, famoſiſsimo præſertim Pindaro omnium rerum optimam, bonam aquam dicente. Quam & diuiniſsimus Homerus maximè alentem dicit, vbi alnorum à Ioue nutritarum nemus eſt, qui etiam laudat eius claritatem,

*Labuntur pura, fontes hic quattuor vnda.*

Et leuem aquam plurimi facit, quam deſiderabilem appellat. Suauem nominat Titareſium fluuium, qui cum Peneo admiſcetur. De aqua mentionem facit quæ purgat, quam Praxagoras etiam bonam eſſe dicit:

*Abſtergit quamuis ſquallentia quæ fluit vnda bona.* C

Demittit aquam dulcem ex Plate, Platem Helleſpontum eſſe inquiens. de altera ita ſcribit;

*Propter aquam dulcem nigras ſtatuere carinas.*

Nouit & aquæ tepidæ naturam ad vulnera, Eurypylum ſiquidem vulneratum illa conſpergit: ſed ſi ſanguinis fluxum ſiſtere oportuiſſet, frigida conueniebat, quæ ſanguinem ipſum conuerteret, & conſtringeret. Calida ad mitigandos dolores conſpergit, quæ illos poſsit demulcere: nam apud Homerum tepidum eſt calidum, quod etiam in his fontibus expreſsè demonſtrauit, qui apud Scamandrum ſcaturiunt, inquit enim:

*Vnda fluit calida hinc, fumusq; attollitur altè*

*Ad cœlum, veluti flammis crepitantibus ignis.*

Et profectò illa aqua calida eſt, ex qua ignis vaporatio eleuatur, & fumus ignitus. De aqua alterius fontis ita ſcribit:

*Grandinis æſtiuæ fluit illa ſimillima riuis,*

*Atque niuis gelida, Cryſtallus qualis ab vnda.*

Conſueuit & nuper vulneratis ſanguinem defluentem calidum dicere, nam de Agamemnone ſic ſcribit;

*Donec ſanguis ei calidus de vulnere ceſſit.* D

Et de ceruo percuſſo fugiente per translationem;

*Dum genua, & ſanguis calidus fecere vigorem.*

Athenienſes tepidũ metaceras appellant, vt teſtis eſt Eratoſthenes: aquoſum enim dicit & metaceras. ex aliis aquis eas quæ fluunt ex petris, obſcuras nominat tanquã inutiles. At fontanas aquas per terras fructuoſas plurimũ labentes cæteris omnibus aquis anteponit. Velut etiam Heſiodus:

*Illimes labuntur aquæ, fonteſq; perennes.*

Et Pindarus, Dulcis diuináq; aqua Tilphoſæ ex pulchro fonte. Eſt autem Tilphoſa fons Bœotiæ, ex quo ſcribit Ariſtophanes Tireſiam bibiſſe, qui cùm frigus ob ſenectutem ferre non poſſet, ſtatim mortuus eſt. Scribit Theophraſtus in libro de aquis, Nili aquam fertiliſsimam eſſe & dulciſsimam, quamobrem venter bibentibus ſoluitur ob nitroſam admiſtionem. Idem in libro de plantis alibi dicit, aquam eſſe filiorum feracem velut in Theſpiis, & in Pyrrha ſterilem, ex dulcibus aquis quaſdam eſſe ſteriles vel certè parum fœcundas ſicut quæ in Phæta & Tarrha. Ob ſiccitatem quandam aqua venenata fluxit circa Nilum, quaprop

A quapropter multi Aegyptiorum periere. Mutari non aſperas ſolùm aquas aſſerit, ſed ſalſam etiam, & totos fluuios. Sicut qui in Cithærone eſt, apud quem Iouis Marini templum eſt erectum: quod ideo accidit, quoniam multa fulmina cadunt circa eum locum. Reliquæ ſunt aquæ corpulentæ, neſcio quid grauitatis in ſe continentes, vt quæ in Trœzene, quæ ſtatim guſtantium os implent. Earum quæ ſunt apud metalla circa Pangæum, hyeme vas ducens habet nonagintaſex proportionem, at æſtate quadragintaſex. Siſtit autem ipſam frigus & magis condenſat, quare cum fluit in Gnomonibus per hyemem horas non auget, ſed tardat, cum ob glaciem tardior fluxus efficiatur: quæ circa Aegyptum accidere dicit, vbi melior eſt aër. Salſa aqua magis eſt terreſtris, maioriq; indiget digeſtione: velut marina, cum diſsimilem calidioremq; habeat naturā non ita congláciatur. Eadem de cauſa peiores ſunt, quæ grauiores, aſperiores, & frigidiores. Aliæ difficilius ſi digeruntur, quia multum habent terreſtre, aliæ ob frigoris abundantiam. Quæ facile caleſiunt, ſanæ habendæ ſunt & leues. Eſt aqua quædam in Cranone paulum calida, quæ duos

B vel tres dies vinum ſibi admiſtum conſeruat. Quæ fluunt per canales, ſtatiuis, ſæpius ſunt meliores, percuſſæ enim fiunt molles, quare & quæ ex niuibus fluit aqua, vtilis admodum eſſe videtur. Nam quæ magis potui apta, ſurſum trahitur, & ab aëre poſtea percutitur, quo fit vt pluuiæ aquæ, & quę ex glacie manant, ſint meliores, quia leuiores: ſignum autem eſt quòd & glacies ipſa reliqua aqua reperitur leuior. Quæ ſunt frigidæ, & aſperæ ſunt; quia terreſtres. aqua quæ eſt corpulenta calefacta calidior, frigefacta fit frigidior. Eadem ratione aqua montana magis eſt potui apta, iis quæ ſunt in planitie, minus enim habet terreſtris immiſtum. Facit etiam colorem aquarum illud terreſtre: nam quæ eſt in ſtagno Babyloniæ rubra fit per aliquot dies. Boryſthenis aqua quibuſdam temporibus eſt violacea, quamuis valdę ſit tenuis, cuius rei illud eſt argumentum quòd in Borealibus ſupernatat ob leuitatem. Multis etiam in locis ſunt fontes potui apti, & magis vino ſimiles, velut qui circa Paphlagoniam, ad quem incolas dicunt ad bibendum accedere. Salſæ ſunt aquæ apud Sicanos Siciliæ & cum aciditate, in Carthaginienſium regione

fons eſt, cuius id quod ſubſiſtit oleo eſt perſimile, ſed nigrius colore, quod ſecernentes ad pecudum iumentorúmq; vſum accommodarunt. Apud alios ſunt fontes qui pingue neſcio quid habeant, velut qui in Aſia, de quo Alexander ſcripſit ſe olei fontem inueniſſe. Ex aquis calidis, aliæ ſunt dulces, ſicut quæ apud Capras Ciliciæ, & circa Tragaſas in Lariſſa Troiæ: Circa Magneſiam & in Melo, & Lipara. in Pruſa verò apud Olympum Myſiæ, quæ regiæ aquæ dicuntur. In Aſia apud Trallem, & Charocometem fluuium. Nyſſam preterea ciuitatē ita eſſe pinguem ferunt, vt neminem oleum emere oporteat; huiuſmodi ſunt & in Pago Daſcyli. Quæ ſunt in caruris ſiccæ ſunt, & valde calidæ. Quæ circa pagum Menis in Phrygia, aſperiores ſunt & magis nitroſæ. Velut quæ in Leonte pago Phrygiæ. Apud Donyleū ſuauiſsimæ bibuntur. Potui aptæ non ſunt omnino quæ circa Baias, vel Baias Italiæ portum. Qui fontis Pirenes dicti in Corintho aquam ponderauit, omnibus aquis totius Græciæ leuiorem illam inuenit. Non enim credidit Ariſtophani comico dicenti cum aliis multis in rebus, tum quòd optimam omnium habeat aquam, agrum Athenienſem excellere. Dicit enim, Qualia producit regio Hipponice omnibus totius terræ habitatæ præſtantiora, mel, panes, ficus, ficus per Iouem fert certè: greges, lanas, myrti fructum, victimas, caſeos, aquam egregiam, ita vt quiſpiam ſtatim ſe Atticam aquam bibere cognoſcat. Eubulus Cheræmonem tragicum aquam fluminis corpus appellaſſe ſcribit;

*Vbi reliquimus viri ſeptos greges,*
*Et fluminis corpus viam fluctus dedit,*
*Rigatá noſtra vis aquarum flumine.eſt.*

In Teno fons eſt, cuius aqua vino non miſcetur. Herodotus libro quarto, Hypanim ſcribit ex fontibus effluentem per quinq; dierum ſpatium eſſe exiguum, & dulcem, poſt alios dies quatuor eſſe amarum, quodam amaro fonte ſe illi adiungente. Theopompus apud Erganem fluuium aquam aſperam eſſe dicit, quam bibentes fiunt ebrij, tanquam vinum potauerint. Ariſtobulus Caſandreus fontem in Mileto eſſe aſſerit qui Achillius dicitur, cuius aqua fluens eſt dulciſsima, quæ conſtitit, ſalſa. Hac aqua Mileſios fama eſt Heroëm conſperſiſſe, cùm Strambelum

Leleg

A Lelegorum regem interemit. Fertur etiam in Cappadocia aqua eſſe optima & plurima quę non corrumpitur etiam ſi non fluat, niſi currat ſub terram. Ptolemæus rex libro commentariorum ſeptimo ita ſcribit: In Corinthum nobis per Contoporiæ dictæ promontorium procedentibus fons obuius eſt factus, qui aquam niue multò frigidiorem emittit, ex quo multi non bibunt, niſi aquā longinquam eſſe à fonte expectent: Ipſe verò ſeipſum bibiſſe ſcribit. Phylarchus fontem quendam in Clitorio monte eſſe oſtendit, ex quo bibentes vini odorem poſtea ſufferre non poſſunt. Clearchus aquam refert velut lac albam appellari, vinum velut nectar, rubicundum, mel & oleum viride, at quod ex vnguentis eſt contuſum, nigrum. Eubulus aquam ſolam bibentes bonos dicit eſſe inuentores, quod vinum quaſi velū mentibus noſtris offundat. Quos iambicos verſus repetit & Philetas, tot quot Rhetores ad aquam dicens, hinc paulum quieſcens. Rurſus Amphis comicus:

*Vt eſt, videtur ſermo ineſſe poculis.*
*Multis aquam ſtupor venit bibentibus.*

Et Antiphanes:

B *Merum mero, malum malo propellere.*
*Tubam tuba, præcone clamantem virum.*
*Sonum ſono, lanamq; mox triobolo.*
*Superbiam ſuperbia, Calliſtratum*
*Coquo, ſugillis & virum pugnis ferum.*
*Diſcordiam diſcordia, ſic prælia*
*Bello, laboribus laborem, fœminam*
*Sic fœmina, litemq; lite trudere.*

De aqua etiam indilutum nomen antiqui dixerunt. Sophron, aquam indilutam in calicem. Phylarchus Theodorum Lariſſæum abſtemium fuiſſe ſcribit, qui crebrò alienatus erat ab Antigono Rege. Idem narrat Iberos omnes aquam bibere, quamuis omnium hominum ſint ditiſsimi, atque ſemel quotidie comedere ob parſimoniam, veſtibus verò magnificentiſsimis indui. Refert Ariſtoteles & Theophraſtus Philinum quendam, nullo alio cibo per totum vitæ ſuæ ſpatium vſum fuiſſe, quàm ſolo lacte. Pythermus vnum ex iis tyrannis, qui Athenis imperarunt, ſcribit Glauconem, abſtemium fuiſſe. Hegeſander Delphus Anchimolum & Moſchum in Helide philoſo-

phantes, donec vixerunt ſemper aquam bibiſſe, teſtatur; C
atque cum ſolis ficubus veſcerentur nihilominus corporibus fuiſſe robuſtis, at eorum ſudorem ita fuiſſe grauem, vt omnes odorem vitarent in balneis. Matris vir Athenienſis donec vixit, vel nihil, vel certè parum præter myrti fructum comedit; à vino, & ab aliis omnibus abſtinuit, præter quàm ab aqua. Abſtemius fuit etiam Lamprus muſicus, de quo Phrynicus laros conqueſtos eſſe dicit iis diebus, quibus mortuus eſt Lamprus vir aquæ potator, ſonorus, ac valde ſapiens, Muſarum ariditas, luſciniarum febris, hymnus Plutonis. meminit & Macho comicus de Moſchione abſtemio. Ariſtoteles in libro de ebrietate, ſalſos cibos nonnullos comediſſe ſcribit, ac ſine ſiti fuiſſe, inter quos Archonides fuit Argiuus, & Mago Carthagnienſis, nam deſerta arida ter pertranſiuit, farinas ſiccas comedens, & non bibens. Polemon Academicus ab anno vitę ſuæ trigeſimo incipiens, vſq; ad finem aquã bibit, vt teſtatur Antigonus Caryſtius. ſcribit Demetrius Sceſius Dioclem Peparethium donec vixit aquã frigidam bibiſſe. Ipſe de ſeipſo fide dignus eſt autor Demoſthenes orator, qui dicit ſe ſolam aquam bibiſſe per quoddam tẽporis ſpatium. D
Hæc igitur ait Pytheas; nunc verò Demoſthenem & Demadem concionantes aſpicite, & quemadmodum contrariam vitæ rationem aſſumpſerint, hic enim aquam bibit, & noctes, vt aiunt, laborat, ille verò lenocinatus, & ebrius ſingulis diebus, ac ventroſus coram nobis in concionibus verſatur. Hæc ab Euphorione Chalchidenſi ſcripta reperiuntur; Laſyrtas Laſionius cũ velut cæteri homines potu non indigeret, vrinam tamen veluti cæteri emittebat: atq; multi id deſiderio quoddam obſeruare conati ſunt, neque prius credebant, quàm id quod accidebat, inueniſſent: qui etiam æſtatis tempore per triginta dierũ ſpatium aſſidentes, & à nulla re ſalſa abſtinere eum videntes, veſicam illius verè habere arbitrati ſunt: vtebatur & potu, quãuis eo non indigeret, ad varias epulas mutandas. Suaue eſt, inquit Antiphanes; atq; inter maximè vulgata, ſatur cùm ſis, & aliquid nouum comedas, duplicem te capere voluptatem. Inducitur ab Herodoto libro primo Perſarũ rex ex Choaſpe apud Suſam fluente, aquam bibens: ex quo etiam ſolus bibit, quem plurimi currus quatuor rotarum à mulis tracti,

A huiuſmodi aquam ferentes in vaſis argenteis, ſequuntur. declarat Cteſias Cnidius quomodo aqua hæc Regia ſequebatur,& quomodo in vaſis poſita afferebatur,eam & leuiſſimam eſſe inquiens, & ſuauiſsimam. Secundus Aegypti Rex cognomento Philadelphus,cũ filiam ſuam Berenicem Antiocho Aſſyriæ Regi deſpondiſſet,magnis impenſis curauit vt Nili aqua ad eam afferretur, vt ſolius huius fluminis aquã filia ſua biberet,velut author eſt Polybius.Heliodorus illuſtrem ſcribit Antiochum,quẽ Polybius inſanum, ob res geſtas appellauit,fontẽ in Antiochia vino miſcuiſſe, & Midam Phrygium dicit Theopompus feciſſe, quando Silenum capere per ebrietatem voluit, qui fons eſt medius inter Medos & Pæonas,Innáq; nominatur,vt ait Bion.Staphylus vini miſtionem cum aqua Melampodem inueniſſe voluit, atq; aquam magis quàm vinum digerere affirmat. Pliſtonicus.verũ eſt profectò quod intenſè bibentibus,non ordinatè ſtomacus diſponitur,ſed offenditur potius,& ſæpe eſorum generatur corruptio. Oportet igitur ſanitatis ſtudioſos exercitationibus mediocribus vti,ne nimiũ ſudent, & lauacris ita,vt corpora madefaciant, ac mollia reddant.

B Poſtea aquam bibere tanquam vtiliſsimã, hyeme quidem & vere calidam ferè,æſtatéq; frigidam,ne ſtomachum ſoluat; at mediocrem bibere oportet multitudinẽ, quia præaſſumpta eſt hæc bonæ habitudinis gratia, ne ſyncerũ vini robur per membra diffundatur, & ne extremis incidens vaſculorum obſit.Quòd ſiquis noſtrum difficulter id facit, dulcem aquam,vel calidam præaſſumito: hinc vinum maximè quod dictũ eſt Protropon Lesbiũ dulce, quia optimè diſponit ſtomachũ. Vinum quod dulce eſt, caput grauat vt ſcribit Hippocrates in libro de Diæta,quẽ aliqui de Morbis acutis inſcribunt,alij de Priſana,alij in Cnidias ſententias, vbi hæc leguntur:vinũ dulce minus caput grauat quàm res vinoſa, minus mentem aggreditur, & per viſcera melius quàm reliquum digeritur.At nõ oportet præbibere,quemadmodum bibunt Germani, inquit Poſidonius, hos enim ferunt in ſympoſiis benignè complexos venas in fronte abſcindere, & ſanguinem defluentem in poculo miſcentes bibere, ſummum amicitiæ terminum attigiſſe exiſtimantes,cum ſanguinem viciſsim inter ſe deguſtarint. Poſt huiuſmodi potum caput vnguentis perungunt,& maximè ro-

ſaceo

ſaceo,atque ſi his minus contigerit,melino oleo,vt aliquid C
effundant poſt potum,vtuntur,& ne offendantur vini vapore; at ſi neque hoc concedatur, irino vtuntur vel nardino: non inſulſè igitur dixit Alexis:

*Nares is vngit ſanitatis maximam*
*Partem,cerebrum odoribus ſolans bonis.*

Euitare oportet craſſa vnguēta:aquam bibere oportet quæ tenuis ſit aſpectu, & pura, quæ pondere ſit leuis,& nihil in ſe terreſtre cōtineat. Aqua quæ mediocriter fuit calefacta, refrigerata bona eſt, & in vas argenteum, vel æreum coniecta, non facit quidpiam venenoſum. Aqua quæ citò calefit,& æquè celeriter frigeſcit, ſemper eſt leuior, vt ait Hippocrates. Malæ aquæ eæ ſunt,quæ legumina tardè coquūt, nam illæ huiuſmodi ſunt nitroſæ,& ſalſæ. Hippocrates in libro de Aquis, bonam aquam appellat magni pretij; at ſtatiuas,difficiles; velut ſtagnorum & paludum:ſunt etiam fontanæ magna ex parte aſperæ. Nonnullos eſſe ſcribit Eraſiſtratus,quia quas vel pro pondere probēt, nulla inueſtigatione:licet Amphiarati & Eretriæ aquæ collatæ, quarum, cum hæc ſit bona, illa mala, nulla prorſus ponderis differentia inueniatur. Hippocrates in libro de Locis, eas D
aquas dicit eſſe bonas, quæ ex altioribus locis defluant, & ex collibus ſiccis: hæ enim ſunt dulces,& puræ, & parum vini ſufferre valent: hyeme præterea ſunt calidæ,æſtate frigidæ.Maximè eas omniū laudat,quæ curſum verſus orientem ſolem cōuerterint,& præcipuè verſus orientē æſtiuum: quia orientales ſplendidæ ſunt, & bonum habent odorem, & ſunt leues. Diocles aquam digerēdi vim habere teſtatur, non inflare,refrigeraréque mediocriter, viſum ſeruare, caput non grauare,moueréque animum,& corpus.Eadem refert & Praxagoras,qui pluuiam inſuper laudat. Euenor lacuſtres,& bonam eſſe dicit Amphiarati aquam, ſi cum ipſa Eretriæ conferatur. Quòd autem aqua nutriat, id conſiderantibus manifeſtiſsimè patet,quòd animalia quædam hac ſola nutriuntur,velut cicadæ.

## *De lacte, melle, & vſibus eorum.*
## CAP. III.

MVlta etiam alia hūmida nutriunt velut lac, ptiſana, vinum:& lactentia lacte nutriuntur,& multa hominum

A num genera lac bibentia viuunt. Fama eſt Democritum ipſum Abderitem fuiſſe ob ſenectutem penè furioſum, atq; cum vitæ pertæſum eſſet, ſubtrahere ſibi nutrimentum ſingulis diebus conſueuiſſe: ſed cum dies Cerealium ſacrorum eſſet propinquus, rogãtibus mulieribus ne moreretur per id tempus, vt ſacra celebrare poſſent, paruit, & vas ſibi melle plenum adferri iuſsit: inde ferunt hunc virum multos dies vixiſſe, cum ſolo melle veſceretur, atque deficiente melle poſt hos dies, mortuum fuiſſe. Suauiſsimum mel enim Democrito eſſe ſolebat, qui etiam interroganti viro quomodo quiſpiam ſanus viuere poſſet, Si exteriora oleo inquit, interiora melle irriget. Erat etiam Pythagoricorum cibus panis cum melle. Ariſtoxenus eos ſine morbo viuere poſſe aſſerit, qui eadem ſemper in prandiis comedant. Lycus multum Cyrnios viuere ſcribit, qui apud Sardonem habitãtes melle ſemper veſcuntur, quod plurimum apud illos naſcitur. Vide præpoſitorum omnium atque obiectorum quæſtiones.

## *De ieiunis, & ſemel quotidie edentibus.*

B

## CAP. IIII.

ANeſtis neſtis videlicet, a, literæ Pleonaſmo poſitum eſt apud Cratinum, ſicut ſtachys, aſtachys. ἄνηστις νή-
*Nec ieiunus enim veniſti ad prandia primus.* στις, ἄστα-
χυς ἀσ-
χυς.

Famelicus nomen eſt apud Diphilum.

*Famelicos multùm viros lætor malos*
*Videre nudos, quæritantes omnia*
*Nouiſſe, & ante tempus vſque.*

Et Antiphanes,

*Vnum hoc habet malum, eſt*
*Famelicus ſemper, virum tu Theſſalum*
*Certè refers.* & Eubulus,
*Zethum venire præcipit campum in bonum*
*Thebarum vt incolat, velut patet, nam ibi*
*Eſt dignior panis. Fame tu percitus*
*Graui vſque Athenas ipſe mox clariſſimum*
*Tranſire iuſsiſti inclytas Amphionem.*
*Non filijs eſt pœna Cecropidum fames*
*Auras vorantibus, comedentibúſque ſpem.*

De

De ſolis comedentibus ſic meminit Alexis. C

*Solum virum priuatum edentem vt videris,*
*Poëticas odas nec optantem, feras*
*Hunc perdidiſſe dimidium vitæ ſtatim,*
*Hunc artis & partem bonam, vix viuere*
*Poteſt vterque.*

## *De nogaleumatis eduliis, & paraſitis.*

## CAPVT V.

NOgaleumata autem ſuauia edulia vocitabant. Ararus, culta hæc nogaleumata.

*Alexis: Thaſiis vinis*
*Partem diei mox rigauit alteram,*
*Edítque nogaleumata.* & Antiphanes,
*Cum puniceis malis racemos, plurimos*
*Palmæq́; fructus, atque nogaleumata.*

Appoſitum Philonides, Autoſitum Crobylus, Paraſitum, ἀριτόδειπνον. Autoſitum, Anariſtetum dixit Eupolis. Anancoſitum Crates. Nicoſtratus, adoleſcentulus vt fors tulit caput ſcalpens, D clamydéq; indutus, in terra frugaliter comedo. Prandium cœnæ coniunctum dixit Alexis:

*Nobis adeſſet ex quibus cum prandio*
*Cœna ſimul.*

Poſtea ſurgentes vt quiſque voluit decubuimus nomenclatorem non expectantes, & cœnarum gubernatorem.

## *De Tricliniis, & quatricliniis, & reliquis per ordinem, de ſtratis item, & tapetibus.*

## CAP. VI.

TRiclinia & Tetraclinia & ſeptemclinia atque ex ſequenti numero antiquis aderāt. Antiphanes, Ducens nos tres in Triclinium. Phrynichus, Septemclinia domus erat pulchra: poſtea hoc nouemclinium, & quinque lectos Siculos: dic aliud, ſicula puluinaria quinque. Amphis, Non ſubſternes vnquam triclinium? Anaxādrides, In triclinium ſtatim

A ſtatim ductus eſt, & harmoniæ ad ſenem; cœnacula aperi, domum riga, ſterne lectos, ignem ſuſcita, craterem accipe, vinúmque miſce ſuauiſsimum. Nunc verò ſtratorum compoſitionem non quòd circumiiciant, & ſubiiciant, diſtinguunt, Plato inquit Philoſophus. At eiuſdē nominis poëta ita ſcribit, Poſtea iu lectis pedibus eburneis, ſtratis purpura tinctis, in Puniceis pannis, & Sardiacis ornatus iacet. Floruit ipſa varietatū textura maximè artificioſarum in ſtratis, Aceſa & Helicone Cypriis eas facientibus: erant hi ambo textores famoſi, atque Helicon fuit Aceſæ filius, vt ait Hieronymus. Inſcribitur in Pythiis in quodam opere:

*Hoc Helicon Aceſæ fecit Salaminius, huius*
*Gratia diuina eſt Pallade dante manu.*

Cuiuſmodi erat Pathymias etiam Aegyptius. Quantoperè lætor inquit Ephippus, vbi ſtrata roſas olent, & vnguentis lotus conſpergor. Ariſtophanes:

*Stratis olentibus iaces noctem bene*
*Totam, ſubigens dominam.*

Strata ex ſtruthiocamelis ſcribit Sophron magno in pretio fuiſſe. Maximè admirabilis Homerus ſtromata inferiora,
B alba ſcilicet, nō etiā tincta coloribus, & variata, pannos appellat: at periſtromata, tegmina, quæ primi Perſæ pulchra inuenerūt, & dictos inſtratores, vt inquit Heraclides: vt ornamentū haberet ſtragula, & mollis eſſet tactui. Timagoræ igitur Cretenſi, vel Entimo ex Gortyne, vt voluit Phanias Peripateticus, qui Themiſtoclis imitatione ad Regem venerandi gratia venit, tentoriū egregiæ pulchritudinis, & magnitudinis largitus eſt Rex: lectū præterea argēteos pedes habentem, & ſtromata magnifica, & eum qui ſterneret, Græcos enim ſternere neſcire dicebat: accerſebatur ad cognatorum etiā conuiuiū vir hic Cretenſis, ita Regē oblectans, vt nullus antea Græcorum, ſed neq; poſtea: nam inter affines etiā honor ei prębebatur. Timagoras verò Athenieſis genua Regi flectens, & maximè veneratus, eadem non conſecutus eſt, ſed ex iis quæ Regi appoſita fuerāt, quędam ex menſa ei miſſa ſunt, Antalcidæ Laconico ſuam coronam vnguentis perfuſam miſit. In Entimum & multa alia conferebat, atq; in conſanguineorū conuiuia accerſebat, quam rem grauiter ferre Perſæ viſi ſunt, quòd honor aliò tranſferrebatur, & militia rurſus in Græciam eſſet tranſitura.

Miſit

Miſit & lectum pedibus argenteis ad illum, & ſtratum, C
& vmbraculum,ſummitatem habens floridam,cœlóq; perſimilem, & cathedram argenteam, pileum auratum,phialas aureas, gemmíſq; diſtinctas, & centum magnas argenteas, crateres argenteos, adoleſcentulas ſeruas centum, & totidem pueros: aureorum nummorum ſex millia,præter ea quæ ad vſum quotidie ſuppeditabat,menſas etiam miſit eburneis pedibus ex orbibus vocatæ ſphendamni compoſitas.Cratinus; Menſæ tripodes ſphendamninæ.

## *De menſis antiquis.* CAP. VII.

QVum tripodem menſam Cynicus quidam dixiſſet, indignabatur apud ſapiētem Vlpianus, dixítque; laborabo ego magnopere hodie ob has dubitationes, vnde enim huic tripos? niſi forte Diogenis baculum cum pedibus dinumerans, tripodem appellarit, cum omnes menſas dicāt haſce poſitas. Heſiodus in Ceycis matrimonio; (quæ poëtæ carmina quamuis excludantur à Grammaticis,mihi antiqua tamen eſſe videntur,) tripodes menſas appellat. Xenophon quoq; ſcriptor elegātiſsimus in libro de Aſcenſu ſeptimo ita ſcribit; Tripodes omnibus illati ſunt, qui D
ferè viginti erant pleni carnibus diuiſis. & poſtea:Maximè verò menſæ apud externos ſemper poſitæ erant. Antiphanes; Poſteà quàm tripos captus eſt, & præ manibus habebamus. Eubulus, Tripodes hi quinque tibi, & quinque, quinquageſimæ partis ero exactor. Epicharmus;

*Quid hoc? tripos eſt ſcilicet, quid ergo, num*
*Habet pedes is quattuor? non eſt tripos,*
*Sed vt puto dicendus eſt hic quadripos.*
*At nomen eſt illi tripos,habeat pedes*
*Vt quattuor,certè Oedipus quondam fuit:*
*Enigmata haud noſti?*

Ariſtophanes;

*Menſam pedes nobis habentem tres tulit.*
*Nam quattuor carebat.* poſtea;
*Pedes habentem tres ego vnde nunc feram*
*Menſam?*

In more poſitum fuit apud antiquos in cœnis declinanti ei qui cōuiuio excipiebat,ſchedulam dari,quæ deſcriptionem haberet

A haberet eorum quæ parata fuiſſent, vt quod obſonium, prius coquum mittere oporteret, cognoſceret.

### *De prunis Damaſcenis, & varijs eorum nominibus.* CAP. VIII

DE Damaſco celeberrima, & ampliſsima ciuitate multi antiqui meminerunt, quandoquidem plurima ſunt in Damaſcenorum regione pruna Damaſcena dicta: nam optimè ibi præcipuè fructus hîc colitur, ita vt ab aliis plurimùm differat, qui alibi naſcuntur. Hæc ſunt pruna, de quibus, & alij mentionem fecerunt, & Hipponax. Coronam habebam prunorum, & menthæ. Alexis;

*Vidiſſe me, euge credo niciterium*
*In ſomnijs, dic id mihi, ſed accipe:*
*Mihi corona lata ab aduerſario eſt*
*Quodam, videbar cingier qua tempora.*
*Cantorta prunis illa erat, nanque omnia*
*Hæc viſa in ipſo ſunt loco currentium.*

Hercules, fructus rurſus. Vidiſtin aliquando abomaſum B bene paratum, vel ſplenem aſſatum, condimentiſque conſperſum, vel prunorum ſportulam maturorum? hanc ipſam habet ſpeciem. Nicander, malum, quod dicunt coccygis. Clearchus Peripateticus Rhodios dicit, & Siculos pruna Damaſcena Brabyla appellare, velut Theocritum etiam Syracuſium;

*Flectuntur brabylorum onerati pondere rami.* & rurſus;
*Quàm malum brabyli iucundius.*

Eſt autem hic fructus circunferentia quidem minore quàm pruna, at guſtu idem, niſi paulò eſſet aſperior. Seleucus ſcribit in linguis Brabyla, Ala, Coccymala, Madrya, eſſe eadem: nam Madrya eſſe velut mali fructus, Brabyla quia ventrem bene diſponunt, & cibos eiiciunt: Ala, quaſi mala, ſicut Demetrius Ixion deſcribit in ſua Etymologia. Theophraſtus pruna dicit, & ſpondias, ſunt enim quaſi pruna ſylueſtria. Ararus prunum arborem coccymaleam, & fructum coccymalum appellat. Diphilus Siphnius mediocres hæc ait habere ſuccum, facile corrumpi, faciléq; excerni, parúmque nutrire.

C

## *De ceraſis, cratægo, chamaceraſo, & ſorbis.*

## CAP. IX.

THeophraſtus in libro de Plantis peculiarem inquit naturam ſortita eſt ceraſus, eſt enim magna, ſiquidem ad viginti & quattuor cubitorum menſuram creſcit: folium meſpilo habet ſimile, aſperum, & denſius; corticem ſimilem tiliæ, florem album, pyro ſylueſtri, & meſpilo perſimilem, eúmque paruis floſculis, velut faui, compoſitum. Fructus eſt rubicundus, forma ſimilis melampyro, fabæq; magnitudine, præter id quòd melampyri nucleus eſt aſper, at ceraſi mollis. Et rurſus, cratægus, aliis eratægum dicitur, habet folium extenſum meſpilo ſimile, præter quod id eſt maius, latius & oblongius: atq; impreſsionem non habet velut illud. Creſcit hæc arbor non magna admodum, neque craſſa, lignum habet varium, flauum, & durum: corticem leuem, ſimilem meſpilo, ſolam radicem in profundum agit magna ex parte. Fructum habet rotundum, & quantum eſt oleaſter, qui maturus eſt & flauus, ſubliuidus. Ex his videtur mihi inquit philoſophus ceraſum nunc appellatum demonſtrare. Aſclepiades Myrleanus arborem quandam terreſtrem ceraſum nominans ita ſcribit; In Bithynia ceraſus terreſtris naſcitur, cuius radix eſt non admodum magna, neque ipſa arbor, ſed par roſarum arbori. Fructus in aliis omnibus ſimilis, ſed caput grauat velut vinum multo vtentibus, doloréſque inducit. Hæc mihi ita dixiſſe viſus eſt Aſclepiades inquit de ſorbis: nam arbor ea ferens, eſt huiuſmodi. Et ſiquis plures ſeptem fructibus comederit, caput ei grauatur. Ariſtophanes: D

*In montibus ſunt ſorba ſponte plurima naſcentia.*

Theopompus:

*Matura ſorba, myrti edunt & plurimos fructus.*

Crates, certè ſunt tempeſtiuæ mammæ, velut malum, & ſorba. Amphis;

*Vt mora morus fert vides, vt robora*
*Glandes, comarusq; ſorba.*

Theophraſtus, vnode ſorbum ferens eſui aptum. Quòd, agenâ, Satyricum quendam actum, dubitatur an Python Catanæus, vel Byzantius, vel ipſe Rex Alexãder inuenerit. Multa, inquit apud rhetorem Larenſius, vos ô Græci vobis

arrog

A arrogatis, vel quia nominaſtis, vel inueniſtis: ignoratis autem quòd Lucullus Dux Romanorum, qui Mitridatem, & Tigranem debellauit, primus hanc plantam ex Ceraſunte Ponti ciuitate in Italiam deportauit, & fructum ipſum eodem nomine ex patriæ ciuitate nuncupauit, vt noſtri ſcriptores teſtantur? ad quem Daphnus quiſpiam reſpondit, veruntamen multis annis antiquior Lucullo vir quidã eximius Diphilus Siphnius, qui Lyſimachi Regis tempore floruit, vnus ex Alexandri ſucceſſoribus, de ceraſis mentionem facit ita ſcribens: ceraſa conferunt ſtomacho, boni ſunt ſucci, & bene nutriunt, in frigido ſumpta conferunt ſtomacho: meliora ſunt magis rubicunda, & Mileſia, promouent enim vrinam.

## *De moris.* CAP. X.

QVæ ab omnibus ſycamina appellantur, ſoli Alexandrini mora nominant: at Sycamina, non ex Aegyptia ficu, quæ aliqui ſycomora dicunt. Hæc incolæ paulum ferro fricantes in plantis relinquunt, & à ventis mota intra trium dierum ſpatium ita matura, & odorata fiunt, ac maximè
B ſpirantibus zephyris, ita eſui apta, vt etiam exiguum in illis frigus ſi cum oleo roſaceo componatur, ac ſupra ſtomachum febricitantibus imponatur, non parum ægrotantes mitiget. Fert autem fructus Aegyptia Sycaminus ex ligno, non ex fructuum inuolucris. mora Sycamina reperiuntur apud Aeſchylum in Phrygibus, de Hectore. Erat vir ille mollibus maturior Moris. In Creſsis & contra Batum,

*Moris & albis, & nigri ſucci ſimul*
*Grauatur arbos, atque pictis murice.*
& Sophocles.
*Videbis alba mora primùm, poſtea*
*Mori rubeſcit fructus, atque pingitur.*

Nicander in Georgicis, ante alios fructus inquit apparent. & moream morum arborem appellat ſemper, velut Alexandrini:

*Et morea veniunt pueris quæ munera primùm,*
*Autumnum tum ſignificant mortalibus almum.*

Phanias Ereſius Ariſtotelis diſcipulus agreſtis mori fructũ, morum nominat, qui maturus & dulciſsimus eſt, & ſuauiſſimus. Sic enim ſcribit, Morum ſpinoſum, quum ſphæra

ſiccata fuerit, Sycamini genicula habet ſpermatica, rotunda, ac quaſi ſubtexta, differentias continet friabilem, & bonum ſuccum. Parthenius Sycamina abryna, quæ ab aliis mora dicuntur. Salmonius hæc eadem ſpinoſa. at Ixion Demetrius illa & ſycamina vocat, & mora: ſicut ſanguinea mora, & meliora ficubus. Diphilus Siphnius medicus, hæc de illis: Sycamina quæ etiam mora dicuntur, habent bonum ſuccum mediocriter, parum nutriunt, ſtomacho conferunt, & facile excernuntur. Hæc præterea acerba vermes excutiunt, vt inquit Pythermus. Hegeſander verò ſuis temporibus intra viginti annorum ſpatium moros fructum non tuliſſe affirmat, atque tantam podagræ peſtem omnes inuaſiſſe, vt non homines ſolum, ſed pueri, puellæ, eunuchiq;, & mulieres eo morbo laborarent. Quæ etiam in caprarum greges ita grauis irrepſit, vt vix tertia earum pars non infeſtaretur. C

## *De nucibus, amygdalis, & nucibus ponticis.*

### CAP. XI.

NVces Attici, & alii ſcriptores, omnes fructus vniuerſaliter cortice lignoſo contentos, appellant. Epicharmus ſicut, & nos calidas nuces ob excellentiam nominat amygdalas. Philyllius, oua, nuces, amygdalæ. Heracleon Epheſius, nuces nominarunt, & amygdalas, quas nunc caſtaneas. dicitur arbor caſtanea apud Sophoclem, caſtaneæ fraxiniq;. Eubulus, fagos, nuces, caſtaneæ. quædam inſuper nuces dicuntur moſtenæ. Naxiæ amygdalæ in antiquorum cognitione fuerunt: atque verè egregiæ in Naxo inſula naſcuntur, vt me ipſum inquit teſtem adducam. Phrynicus, dentes molares omnes rupi, ita vt nec Naxiam quidem amygdalam frangere poſsim. Eximiæ amygdalæ etiam in Cypro inſula naſcuntur, ſunt enim reliquis longiores, & extremitatem habent reflexam. Seleucus in linguis Laconicos ſcribit, magnas nuces myceros vocare, dulces tenios; at Amerias amygdalam mycerum nominari, & comeſas amygdalas magis ad potum inducere. Eupolis: D κάρυα.

*Mandiſſe prebe Naxias amygdalas,*
*Haurire vina Naxijs ex vitibus.*

Erat autem vitis quædã, quæ Naxia dicebatur. Plutarchus Cheroneus apud Druſum Tiberij Cæſaris filium, medicum quendam

A quendam fuiſſe ſcribit, qui cum omnes bibendo ſuperaret, priuſquam biberet quinq; vel ſex amaras amygdalas viſus eſt comediſſe, quibus poſtea ptiuatus nec minimũ quidem decertare potuit, cauſa igitur huiuſce rei eſt, vis amaritudinis exiccans, & humiditates abſumens. Scribit Herodianus Alexãdrinus amygdalas dictas fuiſſe, quia in eo quod viret habent multa quaſi hulcuſcula. Philemon, aſinus vadis ad paleas bellariorum, faginea Panis imago. Nicander libro Georgicorũ ſecundo etiam in neutro genere amygdala dici aſſerit. Diphilus, Myrtus, placenta, amygdalum, bellaria. Sed de tono pronunciationis amygdali Pamphilus in fructu grauari oportere iudicat, ſicut in amygdalo, at arborem vult circumflecti, ſicut amygdalam & rhodam. Antilochus, rhodas'q; flos pulcher. Ariſtarchus & fructum, & arborem indifferenter poſuit accentu ſcilicet acuto. Philoxenus vtrũque circũflectit. Eupolis, perdis me iuro per amygdalam, at Ariſtophanes, fer amygdalas accipiens has, caput tuum lapide frangito. Phrynichus, amygdala ſunt bonum tuſsis remedium, alii verò amygdalas quàm bonas. Tryphon de accentibus Atticis amygdalam fructum cum graui profert, B quod nos amygdalum in neutro genere dicimus: amygdala arbor eſt. nam cùm nomen à fructu ſit deductum, videtur meritò circumflecti oportere. Pamphilus in linguis mucerobatum dicit appellari apud Laconas caryocatacten pro amygdalocatacte: nam Lacones muceros dicunt amygdalas. De Ponticis nucibus, quas caſtaneas aliqui dicunt, meminit Nicander. Quamuis Hermonax & Timachidas in linguis contendant nucem Ponticam eſſe iuglandem: Quęrit Heraclides Tarentinus vtrum bellaria primum debeant apponi, ſicut in quibuſdam Aſiæ locis, & in Græcia nunc conſueuerunt, vel ſecus, ac poſt cœnam: nam ſi poſt cœnam, maiore accidit nutrimento in ventrem, & viſcera prius ingreſſo nuces bibendi gratia, illatas, cibisq; immiſtas, inflationes, & nutrimenti ipſius corruptiones operari, quia id quod ſequitur natura ſupernatat, & ad digerendum eſt operoſum; ex quo cruditates fiunt, & ventris depreſsiones. Amygdalæ multum nutriunt vt inquit Diocles, & bene ventrem diſponunt, at ſunt calidæ, quia neſcio quid habent miliaceum, minus offendunt virides quàm ſiccæ, & madidæ non madidis, coctæq; crudis;

ἀμυγδάλας ἀμυγδαλῆ ῥοδῆ:

ἀμυγδαλοκατάκτης.

## *De auellanis nucibus & perſicis.*

C

### CAP. XII.

NVces auellanæ, quæ etiã iuglandes dicuntur nutriunt quidem, at non velut amygdalæ. Habent quiddam miliaceum, & ſuperſtant, atq; ſi multæ comedantur caput grauant, ex his etiam minus offendunt virides quàm ſiccæ. Perſicæ non minus quàm iuglandes dolorem capitis inducunt, & magis nutriunt. os, & guttur aſperũ faciunt, aſſatæ minus offendunt; Maximè omniũ nucum cum melle excernuntur. Latæ reliquis ſunt magis ventoſę. minus nocent coctæ quàm crudæ, & irrigatæ, quàm crudę nõ rigatæ. Hæc ait Philotimus in libris de nutrimentis: latior auellana, & quæ Sardiaca nuncupatur, difficillimè omnes crudæ digeruntur, atq; perægrè ſoluuntur cùm à phlegmate in ventre retentæ fuerint quia habent rigorem. pontica nux pinguis eſt, & non facile digeritur, ſed amygdala minus difficulter, nam multas comedentes non perturbamur: ſunt enim pinguiores, & ſuccum dulcem pinguémq; præbent. Diphilus Siphnius iuglandes inquit dolorem capitis gignunt & ſuperfluitant, ex his teneræ, & dealbatæ ſuauiorẽ habent ſuccum, & meliores fiunt, quæ in furnis coquuntur, exiguum D præbent nutrimentum. amygdalę extenuant, vrinam cient, purgant, parúmq; nutriunt: nam cum fructus malũ habeant ſuccum virides, nec multum nutriunt, multò magis ventoſi fiunt, & ſuperfluitant cũ ſunt ſicci, cum ſunt teneri, pleni, dealbati, lactei, meliorem habent ſuccum. Ex ſiccis nucibus Thaſiæ & Cypriæ cum ſunt teneræ facilius excernuntur, nuces Ponticę dolorem capitis gignunt, at minus quàm regiæ ſupernatant. Mnaſitheus Athenienſis in libro de cibis Euboicis, nucum & caſtanearum, (vtroq; enim modo dicuntur) difficilem ventri ſcribit eſſe digeſtionẽ, concoctionem ventoſam: valetudinem tamẽ corroborant, ſiquis eas ſuperârit. amygdalæ, auellanæ, Perſicæ nuces, & aliæ quæcunq; his ſimiles, ſunt etiam his peiores: nihil enim oportet huiuſmodi generis non coctũ comedere, præter virides amygdalas, ſed has elixare, illas torrere. ex fructibus alij ſunt natura pingues, velut amygdala ſicca, & igládes; alij aſperi, & ſicci, veluti fagorum fructus, & omne eiuſmodi generis. ex pinguibus pingue illud coctione aufertur, quod

A eſt peſsimũ:áſperi & duri fructus macerantur,ſi quis molli & modico igne vſus fuerit. Diphilus caſtaneas Sardiacas glandes nominat,quas dicit bonũ habere ſuccum, & multum nutrire,at durę eſſe digeſtionis,quia in ſtomacho commorantur,quę torrentur minus quidem nutriunt,ſed facile digeruntur. Elixatæ minus his ſunt ventoſæ,& magis nutriunt: caſtaneam, nucem Euboici vocarunt, at glandem quidam, vt Nicander Colophonius ſcribit in Georgicis. Agelochus Amotas appellat caſtaneas, vbi enim nuces Sinopicæ naſcuntur,has arbores Amotas dixerunt.

## *De ciceribus, lupinis, & phaſeolis.*
## CAP. XIII.

CRobylus, ob viridem quendam cicerem decertarunt, vacuum omnino, ſimiæ profectò miſeræ iſta ſunt bellaria. Homerus,

*Exiliunt ciceres, ſaltat faba corpore nigro;*

Et Xenophanes Colophonius in Parodis;

*Hæc dixiſſe decet brumali tempore ad ignem*
*Exaturatum epulis in molli ſede iacentem,*
B *Rodentem ciceres, & mellia vina bibentem.*
*Quo genere ex hominum es? quot & optime præteris annos?*
*Quantus eras ſcelus id cùm primùm venit?*

Sappho,aurei ciceres perpetuò naſcebantur. Theophraſtus in libris plantarum alios quoſdam meliores appellat. Sophilus, ô pater multò maior eſt hac egregius quidam cicer. Phanias in libris de plantis bellariorum inquit,habet regionem,tenera ſunt enim faba, eruilium,cicer, ſicca elixata & toſta ferè plurima. Alexis:

*Mendicus eſt mihi vir,ipſa ſum ſenex,*
*Et filius puer, puellaq; hæc bona,*
*Omnes ſumus quinque. inde cœnamus ſimul.*
*Habemus at parua duo placentulæ*
*Fruſtum,querimurq; ſæpe nugatorijs,*
*Habemus vt nil,vocibus nobis adeſt*
*Subpallidus ſemper color,ieiunus &*
*Pars noſtra victus eſt,ſtipendium & faba,*
*Lupinus,& rapæ,cicercula,atque olus,*
*Eruila,fagi fructus,& cicer, pyrus*

*Sylueſtris,& cicada, bulbus,carica,*

*Materna cura quam parauerat mihi.*

Phrygium in ventum ficus. Pherecrates,mites facias cice-res ſtatim,& rurſus: Comedens ciceres toſtos mortuus eſt. Diphilus, Ciceres difficile eſt digerere, comburunt, vrinam mouent, & ſunt ventoſi, atque ex Dioclis ſententia macrum faciunt: meliores ſunt albi,quàm nigri,& buxei. His præterea qui egregij dicuntur Mileſij, virides ſiccis, madidi non madidis.

C

*Poſidonis inuentum ſunt ciceres.*

*Perdatur edit qui lupinos hic male,*

*In veſtibulo nam cortices reliquit is.*

*Nec ſuffocatus eſt edens? tragœdus haud*

*Cleaneti us comedit optime ſcio.*

*Nullius ille corticem leguminis*

*Deiecit,eſt ſic dexter ille vir bonus.*

Lycophron chalcidicus in ſatyrico actu, quem deriſionis gratia in Menedemum philoſophum ſcripſit, à quo cauillatorum hæreſis nominata eſt, deridens philoſophorum prandia inquit:

*Hic liberalis & Democritus ſimul*

D

*Saltabat ipſe; pauperum & triclinij*

*Lupinus atque combiba: Diphilus,*

*Lenonis arte nil minus nunc vtile eſt.*

*Volo per omnes ambulans nunc vendere*

*Vias,calidas fabas,lupinos,& roſas,*

*Raphanos,oliuas,cuncta perpeti prius,*

*Quàm paſcere has.*

Animaduerte inquit,quòd nunc etiam dicunt, fabam calidam.teſtatur Polemon lupinos apud Laconas Lyſiadas nominari. Theophraſtus in cauſis plantarum, Lupinus inquit, eruum, & cicer inter legumina ſola animal non gignunt,ob acritatem & acerbitatem, cicer magnus fit corruptus. Idem libro quarto eiuſdem operis erucas naſci inquit inter ciceres. Diphilus Siphnius lupinos vim abſtergendi habere inquit,multum nutrire,atq; eos precipuè qui facti ſunt dulciores. Quare Zeno Citieus cũ difficilis eſſet & iracundus omnino inter amicos, multum vini bibens ſuauis, & placidus fiebat, qui interrogatus de huiuſmodi conſuetudinis ratione, Se lupinis valde ſimilẽ eſſe dicebat,

illos

A illos enim aſperrimos eſſe priuſquam irrigentur, at potos dulces eſſe & placidiſsimos. Lacedæmonij in prandiis quæ Copides dicuntur fabas, phaſeolos virides, & caricas, bellaria apponere ſolent, vt Polemon eſt author. Epicharmus, phaſeolos comede citius, nam Bacchus amat. Demetrius, vel ficum, vel phaſeolum, vel tale quidpiam.

## *De oliuis.* CAP. XIIII.

EVpolis, ſepiæ, maturæq; oliuæ. Romani has dryppas vocitant. Diphilus Siphnius oliuas ait parũ nutrire, capiti graues eſſe, nigras obeſſe ſtomacho, & caput infeſtare. Quæ Colymbades dicuntur ſtomacho magis conferunt, & ventrem ſiſtunt, contuſæ nigræ meliores ſunt ſtomacho: meminit de contuſis oliuis Ariſtophanes: contuſas facere oliuas. & rurſus: ἐλᾶα θλα-στή.

*Oliua ſalſa non id eſt, oliuaq;.*

Hinc paucis interpoſitis,

*Non eſt oliua ſalſa tritis aptior.*

Archeſtratus in Caſtronomia:

B *Rugoſæ tibi maturæ ponantur oliuæ.*

Tanquam Marathonis feliciter in poſterũ recordati omnes in oliuas conditas ſemper fœniculum iniiciunt, ait Hermippus. μαράθῳ ἐμβάλλου-σι. Philemon, pityrides oliuæ tritæ dicuntur, at nigrę ſtemphylides. Callimachus in Hecale oliuas gergerimam, & pityrim connumerat. nigreſcentes oliuas iſcadas vocarunt, & gergerimos vt teſtis eſt Didymus. Sine oliuæ præterea nomine ſola dictione drypetes prolata oliuas ſignificabant: Teleclides, conuenire eo tempore rogato me, vt drypepeſi & placentis vilibus indulgeam. Athenienſes tritas oliuas Stemphyla dicunt, & quæ nos Stemphyla, ipſi rurſus Brytea, quod ex vua ſcilicet expreſſa remanet, quæ vox à racemis deducta videtur.

## *De raphanis.* CAP. XV.

RAphani ſic appellantur, quia facile naſcuntur, qui & extenſè, & contractè ab Atticis dicuntur. Cratinus, raphanis videtur, non aliis oleribus. Eupolis, raphani illoti, ſepiæ. Quòd nomen illud aplyti de raphanis, non autem ſepiis intelligi debeat, declarauit his verbis Antipha-

nes: anates, nuces, fauos comedere, oua, encridas, raphanos aplytos, alicam, mel, propriè verò ſic aplyti raphani dicuntur, quos etiam Thaſios nominarunt. Pherecrates, adeſt raphanus aplytus, calida lauacra, ſalſamenta ſuffocata, & nuces. Plato diminutiuè dixit in Hyperbolo, foliorum, vel raphanulus. Theophraſtus quinque raphanorum eſſe genera ſcribit in libris de plantis, Corinthium, Liothaſium, Cleonæum, Amoreum, Bœotium, ac Liothaſius ab aliquibus Thracius dicitur, dulciſsimum dicit eſſe Bœotium, figurámq; habere rotundam: quorum folia vt ſummatim dicã ſunt leuia, ij omnes raphani ſunt dulciores. Gallias de raphanide raphanum dixit: ſic enim comœdiarum antiquitatem percurrens ſcripſit, faba ſixata, ignis, rapæ, raphani, oliuæ, aurigæ. Quòd ſic raphanidas dixerit, manifeſtatur ab Ariſtophane de huius antiquitate in Danais ita ſcribente: C

*Saltabat aſſumptis tapetibus chorus,*
*Simulq; culcitris, viciſsim ſe petens*
*Raphanidibus, inteſtinis, & carnibus.*

Eſt autem raphanis cibus valde frugalis. Amphis, quicunq; bonorum piſcium cum paucum obſonium emere poſsit, raphanos emere mauult, valde inſanit. D

## *De nucibus pineis.*

## CAP. XVI.

MNaſitheus medicus Athenienſis in libro de eduliis pinearum nucleos, & ipſos conos Oſtracidas nominat. Diocles Caryſtius nuces pineas, conos pineos Alexander Myndius, Theophraſtus arborem piceam, fructum conum. Hippocrates in libro de Ptiſana, cuius media degenerarunt, ab aliquibus id totum coccalus dicitur, multi ſunt qui nucleos nuncupent velut Herodotus cum de nuce pontica mentionem facit: dicit enim, nucleos hoc habet maturum. Diphilus Siphnius, nux pinea multum præbet nutrimentum, arterias mollit, pectus purgat, quia complicitum habet intra ſe illud reſinoſum. Mnaſitheus hanc nucem pinguefacere corpora ſcribit, & ad bene digerendum plurimum conferre, vrinam ciere, ventrémque bene diſponere.

De ouis

*De ouis.* CAP. XVII.

SCribit Anaxagoras in rebus naturalibus albumen eſſe in ouis id quod auis lac appellatur. Ariſtophanes, nox ouum Zephyrium peperit. Sappho id dixit triſyllabum, ſcribit enim Lædam oium inueniſſe. Poſtea, oio multò albius: oea protulit Epicharmus, ᾠὸν, ὠὰ

*Oea anſerum, & gallinarum volatilium.*

Simonides libro iamborum ſecundo,

*Eſt Anſeris quale oeum Meandrij.*

Quattuor ſyllabis Alexandrides, oaria enim dixit. Ephippus, ac vna vini parua Phœnicini, oaria, talia multa puerilia. Alexis, dimidias ouorum partes dixit. nec ſubuentanea ſolùm oua dixerunt, ſed Zephyria etiam, quæ nunc familiaria apud nos vocantur cœnacula, oīa etiam antiqui nominarunt. Clearchus in amatoriis, Helenam in eiuſmodi palatiis ſcribit educatam fuiſſe, & idcirco famam apud multos increbuiſſe quòd ex ouo eſſet genita. Non bene igitur à Neocle Crotoniate dictum eſt, quia ouum ex luna ceciderit, ex quo nata ſit Helena: & mulieres lunares ouum parere: & inde natos homines quinquies triplos nobis eſſe teſtatur Herodotus Heracleotes. Ibycus libro quinto carminum de Molionidis hæc ait, Teleucippi filios aurigas interimant, marinos, caput æquum habentes, mutilatos, ambos ex ouo argenteo natos. Ephippus, itria, ames, Pyramus, bellaria, ouorumque heccatombe, quæ omnia molliuimus. de ſorbilibus ouis meminit Nicomachus: ὠάρια

B

*Paruas opes pater mihi cum liquerit*
*Sic conuolutus ipſe paucis menſibus*
*Cucurrij quidam velut ſorbens ouum.*

Meminit ſic de anſerinis ouis Eriphus, alba & anſerina oua ſunt, & magna, vt mihi quidem videntur: qui etiam aſſerit hæc oua Lædam peperiſſe. at Epenætus & Heraclides Syracuſius in libris de parandis obſoniis primum locum inter oua pauoninis aſsignarunt, ſecundum vulpanſerinis, tertium gallinaceis.

De

*De propinatione.* CAP. XVIII.

CVm propinatio circumlata eſſet à conuiuij gubernatore ſubiunxit Vlpianus, nunquid poſita eſt apud aliquem propinatio ſic dicta, quemadmodum, & nos nunc vocamus? Tum verò omnibus percunctātibus ego inquit ipſe dicam. Phylarchus Athenienſis & Naucratites vbi mentionem faciunt de Zela Bithyniorum Rege, qui Gallorum duces benignè admodum hoſpitio excepit, deinde cū illis inſidiaretur ipſe interfectus eſt, ſic dicit ſi memoria teneo: propinātio quædam veluti conſueuerat ante cœnā circumferebatur. atq; hæc dicens Vlpianus propinationem in vaſe refrigeratorio popoſcit, ſibi ita placere dicens, quia promptè ea commemoraſſet. Erat inter ea multa quæ propinationi parata erant etiàm malache.

*De maluis.* CAP. XIX.

HEſiodus,

*Nec quanta vtilitas maluis, ferulæve parata.*

Quod Atticè dictum eſt, ego enim inquit in multis Antiphanis exemplaribus mo, & lo, per o micron ſcriptum inueni; Edentes moloches radicem. Epicharmus; Manſuetior ego moloche. Phanias in libris de Plantis Forma ſeminis domeſticæ, placenta nuncupatur, quia illi eſt perſimilis. Intextum enim illud proportionem ad baſim habet placentæ, at pars media tumoris, placentæ eſt punctus vmbilico ſimilis, præterea ſi baſis adimatur, id quod remanet erinaceis marinis, qui ſpinis circunſcribuntur, eſt ſimile. Aſſerit Diphilus Siphnius maluæ bonum eſſe ſuccum, arterias mollire, acutas choleras in ſuperficie excernere, veſicæ & renium irritationibus prodeſſe, mediocri cum facilitate excerni & nutrire, agreſtémque eſſe meliorem hortenſi. Hermippus & Callimachus de alimo & adipſi vocata malua, inquit, arcentem ſitim, & famem vtiliſsimam maluam iniicere.

μολόχη. (margin)

ἄλιμ☉ ἄδιψος, famē ac ſitim ſedans. (margin)

D. (margin)

*De colocyntis.* CAP. XX.

EVthydemus Athenienſis in libro de Herbis cucurbitam Indicam colocyntam nominat, quia eius ſemen ex India

A India primùm latum fuit. Megalopolitani Sicyoniam dicunt. Theophraſtus non ſimplex eſſe colocyntarum genus demonſtrat, cùm alias meliores dicit, alias peiores. Menodorus Eraſiſtratius Hiceſij amicus, ex colocyntis hæc Indica ait, quæ etiam cucurbita, illa colocynta ſolùm vocatur. Indica elixatur ſæpius, at colocynta etiam aſſatur, & apud Cnidios nunc etiã Indicæ colocyntæ dicuntur. Helleſponti incolæ longas, cucurbitas, rotundas, appellant colocyntas. Diocles, optimas ait colocyntas naſci apud Magneſiam, & rapas magnitudinis non mediocris, dulces, & quæ conferant ſtomacho, in Antiochia cucumeres, in Smyrna lactucas, & in Galatia, rutam, in vrbe Myrina. Diphilus colocyntas parum nutrire affirmat, facile corrumpi, humectare, faciléque excerni, & bonum habere ſuccum, at eam magis conferre ſtomacho, quæ cum aceto & aqua ſumpta fuerit, meliorem habet ſuccum condita, magis extenuat quæ cum ſynapio, facilius digeritur atque excernitur elixata. Mnaſitheus quæcunque ad ignis opus bene diſpoſita ſunt, vt cucumis, colocynta, mala cydonia, & ſtruthia, & ſi quid aliud ſimile. Hæc ſi cocta comedantur nõ multum quidem

B corpori nutrimentum præbent, at ſuaue, & magis humidum. omnia hæc præterea ventrem ſtringunt, quare mágis elixata comedere oportet. Attici colocyntam ſolùm dicunt. Hermippus, caput quantum habet? quantum colocynta. Phrynichus diminutiuè ſcribit, vel parum placentulæ vel colocyntulæ. Epicharmus:

*Multum fuit certè colocynta ſanius.*

Epicrates comicus, quid Plato, quid Speuſippus & Menedemus? in quibus nunc verſantur? quid eſt ſtudij? qui ſermo ab illis interpretatur? quæ ſi apte cognouiſti, dic obſecro per Terram. De his noui quid dicam manifeſtè: vidi hiſce Quinquatribus adoleſcentiũ gregem in Academiæ gymnaſio, vbi ſermones audiui abſurdos & ineffabiles, de natura enim differentes, de animalium vita, arborúmque natura, & de herbarum generibus definiebãt, atque inter hæc quænam eſſet colocyntæ natura quæſiuerunt, & quid tandem determinatum eſt, aut cuius generis plãtam eſſe dixerunt? Refer etiã nobis ſi quid noſti. Primum omnes taciti cõſtiterunt, capitáq; inclinantes non exiguo temporis ſpatio cogitabant. poſtea inclinatis tunc etiã, cogitantibúſq; adoleſcentibus

ſcentibus dixit quidam olus eſſe rotundum, alius herbam, arborem alius, quæ cum medicus quidam Siculus audiuiſſet; oppedit, tanquam nugantes irridens. Irati ſunt admodum iuuenes, ſeque irrideri clamauerunt: neque enim in eiuſmodi diſceptationibus talia facere decorum eſt, non tamen idcirco rem adoleſcentes diſtulerunt. Tum Plato præſens perbenignè, nihilque commotus, eos iuſsit iterum definire, quod illi è veſtigio fecerunt. Elegans Alexis propinationem totam rectè definientibus proponit. C

*Iui inſcius quò me vocaret ſors mea.*
*Fudere lymphas in manus, menſas ferunt.*
*Non caſeus, non multiplex erat ſuper*
*Species oliuarum, feriebat non odor*
*Paropſidum & nugarum, at illis additum*
*Horas olens ſublime fertur dolium.*
*Cúmque hoc poli totius hemiſphærium.*
*Et cuncta erant illic apud nos optima.*
*Piſces, & Hædi diuidit quos Scorpius,*
*Monſtrabat ouum ſemiſectum ſydera.*
*Iniecimus manus, at hic ad me loquens,*
*Atque innuens, in occupationibus* D
*Tenebat, obuiabat, expertus ferè*
*Quiduis, tamen non me moratur denique,*
*Donec cauans ollam ſtatim cribrum manu*
*Detexi.*

## *De fungis & ſio.* CAP. XXI.

ARiſtias;
*Locus ſiniſter expetitus eſt mihi*
*Ob fungos.*
& Poliochus;
*Compreſſa, parua, nigra, nobis bis die*
*Placenta vtriſque erat, paleis armatáque,*
*Cum ficubus paruis.& interdum foco*
*Fungus dabatur, irrigationibus*
*Factu ſimúlque cochleæ. deinde olus*
*Exquiritur per arua nobis incolùm.*
*Oliua facta, vina mox dubium fuit*
*Bibere.*

Antiph

A Antiphanes,

*Eſt prandium placentâ ſculpta, & aſperis*
*Frugalitatis gratia paleis bene*
*Armata, bulbus vnus, & paropſides*
*Quædam: locus quæ dat miſellis hic miſer.*
*Eſt ſonchus, & fungus, genúſque id plurima.*
*Eſt vita talis febre prorſus libera,*
*Nec phlegma habet, præſente carne quis volet*
*Edere thymum? nec qui videntur dogmata*
*Vel Pythagoræ quidem ſequi.*

& poſt pauca,

*Quis ſcit futuro quæ ſtatutum tempore*
*Pati viros ſit? protinus fungos cape*
*Hos ilicis, ſtatim duos aſſa puer.*

Quòd Cephiſodorus Iſocratis diſcipulus in iis quatuor libris, quos contra Ariſtotelem ſcripſit, Philoſophum increpat, quia Antiphanis prouerbia colligere nec ſermone dignum exiſtimarit, quippe qui totum actum prouerbia inſcriptum fecerat: ex quo hæc etiam depromuntur;

*Ego prius quàm veſcier veſtris cibis,*
B *Crudos velútque ſentio fungos, ederem*
*Acerba mala, & ſi quis alter eſt cibus*
*Qui ſuffocet.*

Naſcuntur ex terra fungi, ex quibus pauci ſunt ediles, plurimi enim ſuffocant: quare Epicharmus ſic ludit, quàm fungi aſperi ſuffocatis. Nicander ſic in Georgicis commemorat qui ex his ſint lethiferi.

*Oleis inimica propago,*
*Quercu, & puniceæ malo triſtiſsima peſtis,*
*Ilicibúſque venit fungus, grauis, humidus, atque*
*Lethifer.*

Præterea,

*Quum fuerit ficus multo ſub ſtercore tecta,*
*Si mox perpetuo fluctu conſperxeris illum,*
*Innocuis ſurgent radicibus vndique fungi.*
*Quos tu ne vertas, radicem cædito nullam.*

Reliqua legere non licuit. Fungos Amanitas non torrebis ait idem Nicander in eodem libro. Ephippus,

*Vt te velut fungi comeſi ſuffocem.*

Eparchides Euripidem poëtam ſcribit in Icarum aliquãdo nauigaſſe,

nauigaſſe,qui cùm in agris mulierem cum duobus adultis filiis, & virginem puellam lætiferos fungos comediſſe vidiſſet, ac idcirco poſtea mortuos,hoc fecit Epigramma: C

*Sol qui perpetuo cœlorum tramite curris,*
*An viſum facinus huic ſimile ante tibi eſt?*
*Pars eadem lucis geminos cum virgine fratres*
*Abſtulit, & matrem: quatuor vrna tegit.*

Diocles Caryſtius libro de Salubribus primo hæc commemorat, agreſtium coctibilia,

*Sunt beta, malua, bulbus, atque tubera,*
*Vrtica, rumex, fungus, atriplex grauis.*

Speuſippus libro de iiſdem ſecundo, ſium in aqua naſci affirmat,foliúmque habere apio paluſtri ſimile,quare Ptolemæus Euergetes ſecundus Aegyptiorum rex, dignum putauit apud Homerum vt hæc ſcriberentur: σίον.

*Sunt apio atque ſio circum molliſſima prata.*

Sium cum apio naſcitur, ſed non etiam violæ. Fungi ex Diphili ſententia conferũt ſtomacho,& ventri proſunt ad excernendum, at difficiles ſunt ad digerendum, & ventoſi, ſunt huiuſmodi ij præſertim qui ex Ceo inſula adferuntur; multi enim ſunt ibi mortiferi. Videntur eſſe tenuiſſimi, teneri, & friabiles illi, qui ſuper vlmis, & piceis naſcuntur, relinquendi prorſus ſubliuidi, nigri, aſperi, & qui elixati depoſitique conglutinantur, nam comedentes interimunt: qui tamen aquoſi, & acetoſi mulſi recentis potione adiuuantur. Poſt potum vomere oportere dicunt, quare fungos aceto, mulſóue acetoſo, vel melle, ac ſale multo condire maximè conueniet: ſic enim venenum ab illis eripitur. Theophraſtus hæc in Hiſtoriis Plantarũ ſcribit, Subterranea, & terreſtria ſunt hæc, boleti, quos aliqui ſic appellant, cùm fungis naſcentes, nam & ipſi carent radicibus. at fungus principium habet ſuæ pullulationis caulem in longitudinem protenſum, atq; per ipſum vimen ſe extẽdit. Præterea fungos eſſe in mari apud columnas Herculis cõmemorat, qui cum multæ aquæ concreuerint apud mare naſcuntur, ac ob ſolis calorem poſtea in lapides vertuntur. Phanias libro primo de Plantis hæc quidem producere inquit, illa verò neque flores, neque ſummitatis ſpermaticæ veſtigium oſtendere, neque ſemina, veluti fungus, tuber, filix, helixid ille filicẽ appellat, quod alij blachnon. D βλάχνον.

Theoph

A Theophraſtus in libris de Plantis, Leuem habent corticem tuber,fungus,boletus,geranium.

## *De tuberibus, & herba hydnophylla.*

## CAP. XXII.

Tvbera ſua ſponte ex terra naſcuntur, & in locis præcipuè arenoſis. Theophraſtus, Quod geranium aliqui nominant,& ſi quid aliud ſubterraneum. Rurſus, Generatio pullulatióque horum intra terram naſcentium,ſicut tuberis, & eius apud Cyrenem naſcentis quod miſon appellant,videtur hoc valde ſuaue,& carnis odorem habere. Sic quod in Thracia Iſtum naſcitur,de quibus etiam proprium quiddam narratur; dicunt enim cum aquæ autumnales, & magna tonitrua fiunt, quòd magna naſcuntur, atque cum maximè maxima, illa ſiquidem præcipua generationis cauſa eſſe videntur.Biennium non abſoluunt,quamuis annum viuant.Vſus eorum,& vigor eſt vere præſertim.ſunt tamen qui etiam ſeminis principium hæc habere arbitrentur, quando in Mytilenæorum litore non prius naſci compertum eſt,quā pluuia aqua ſemen ex Tiaris detulerit, is enim B locus eſt,in quo plura naſcuntur.naſcuntur in litoribus præcipuè,& vbi Regio ſit arenoſa. Horum igitur cauſæ huiuſmodi eſſe putandæ ſunt. Gignuntur etiam in Acarnida circa Lampſacum, in Alopeconneſo, & in Eleorum regione. Lynceus Samius:

*Tubera fert tellus,vrticam fert maris vnda.*
*Matron Parodus in cœna,*
*Oſtrea portauit Thetidis Nereidos almæ Tubera.*

Diphilus tuberum naturam non facile digeri affirmat, at bonum habere ſuccum,extenuare, faciléque excerni: inter quæ quædam ſunt veluti fungi lethifera. Hegeſander Delphus neque tuber,neque glauciſcum,neque thynnum naſci in Helleſponto atteſtatur,vnde neque ver,neque folia Nauſiclidis deſertum.Pamphilus in linguis hydnophyllam herbam eſſe ſcribit quæ ſupra tubera naſcitur, ex qua tubera dignoſcuntur.

## *De vrticis,& aſparagis.* CAP. XXIII.

Vrtica ab Atticis dicitur planta illa herbacea quæ prurituū gignit. Ariſtophanes in Pharoſſis, primū omniū

iphia naſci, poſt aſperas vrticas. Ex aſparagis alij paluſtres dicuntur, alij montani, quorum optimi non ſeruntur, cum omnium hortenſium maximè cultum excipiant. Qui ſeminantur, grandes admodum naſcuntur. In Libyæ Getulia naſci nonnulli dicuntur, qui Calami Cyprij magnitudinem conſequantur, & duodecim pedum longitudinem: apud Oceanum in montibus craſsitie magnarum ferularum, longitudine viginti ferè cubitorum. Cratinus per ph, ſcribit aſpharagum ſicut Theopompus. C

*Et poſtea quodam videns in ceſpite Aſpharagum.*

Amipſias,

*Non iuncus, aſpharagus, vel alta brachia*
*Lauri.*

Ὅρμενος & repẽtinus ſiue erũpens.

Diphilus, Braſsicæ aſpharagus, qui proprio nomine Ormenus dicitur, magis confert ſtomacho, faciliúsq; excernitur, oculos verò offendit: eſt enim aſper, vrinamq́; prouocat, & renibus veſicęq́; nocet. Attici ſunt ij qui florentem ex braſſica Ormenum appellare conſueuerunt. Sophocles in Indagatoribus, ormenos parit, & non ceſſat pullulatio erumpere, & pullulare. Antiphanes per p, aſparagum ſcribit:

*Hic aſparagus, mox ſplenduit, cicercula* D
*Et floruit.*

Ariſtiphon, Capparim, Pulegium, thymum, aſparagum, piceam, rhamnum, Sphacelum, tympanum.

## *De cochleis.* CAP. XXIIII.

PHilyllius,

*Non ſum cicada fœmina, haud ſum cochlea.*

& Rurſus,

*Vel corulus, vel mena, ſcomber, cochlea.*

Heſiodus cochleam domiportam nominat; vnde inquit Anaxilas,

*Multò minus nam cochleis hic credulus,*
*Non credulæ vſque quæ domum circunferunt.*

& Achæus,

*Herboſa tantas nutrit Aetna cochleas cornutas.*

Præponitur in ſympoſiis Griphi carmen de cochleis hanc habens ſaniem.

*Filia ſyluarum ſpinis, & ſanguine priua,*

Hum

A *Humentiq; aſſueta via.*

Ariſtoteles libro quinto de Animalibus, cochleæ in vtero habere videntur vere, & autumno, atque ſolæ hæ inter cruſtatorum genera coiiſſe viſæ ſunt. Theophraſtus de animalibus hyeme latentibus, Latent inquit cochleæ & hyeme, & æſtate magis, quare multæ ob pluuias autumnales apparent: earum latibula ſunt æſtate ſub terra, & in arboribus, dicuntur quædam cochleæ ſeſili.

Epicharmus:

*Hi pro omnibus mutant locuſtas, in necem*
*Concham ſeſilum ſtatim feras.*

Cochleam apud Lacedæmonios ſemelum appellari teſtis eſt Apellas. Apollodorus libro Etymologiarum ſecundo, cochleas quaſdam Colyſidipnos nuncupat.

## *De bulbis, & bulbinis.* CAP. XXV.

BVlbos edere in Eubuli Amalthea, Hercules deuitat.

*Nam ſiccius, vel caldius, medium aut tenens,*
*Hoc maius eſt quàm Pergama alta vincere.*
*Thyrſiſ ego, vel Silphio vt forem ſatur*
B *Non veni, & impia & fera paropſide,*
*Bulbiſue. primi qui putantur, & ferunt*
*Robur cibi, qui ſanitati conferunt,*
*His veſcerer: gratis bouinis carnibus*
*Coctis, & aſſata ſuilli, viſcera*
*Generoſa ſale ſparſa tria ederem.*

Alexis quæ ſit bulborum vis ad incitandam Venerem ſic demonſtrat:

Carabum, conchas, teſtas,
*Bulbos, & oua, cochleas, & viſcera*
*Quis inueniret mox amanti pharmaca*
*Tot hæc, & illud ſemper eſt præſentius.*

Xenarchus,

*Sortem domus vagam patroni concidit*
*Experta, quam ſimul malus Genius quatit.*
*Et, Pelopidum firmata nec domus bene.*
*Bulbus feraci qui domeſticus Deæ*
*Cereri, atque humo natus: nec eſt idem potis*
*Prodeſſe amicis. ſed freti vertigine*

*Nigra volutus polypus vincit virûm*
*Venas capillis, queis neceſſe pabulum*
*Captare: dolij replet voraginem*
*Corporibus.*

& Archeſtratus,

*Bulbis te madidus gaudere iubemus aceto,*
*Et thyrſis, pariter cunctis & lancibus iſtis.*

Heraclides Tarentinus hæc ſcribit in Sympoſio, bulbus, cochlea, oua, & ſimilia, ſperma generare videntur, non eo quidem quòd multum præbeant nutrimenti, ſed quòd vniformem primam habeant naturam cum ſpermate, vniformésq; vires. Bulbos ait Diphilus ſe difficiles præbere digeſtioni, at multum nutrire, & conferre ſtomacho. Purgant præterea, viſum obtundunt, Venerémque excitant. Vnde illud eſt ductum prouerbium:

*Nil tibi profuerit bulbus, niſi neruus adeſſet.*

Inter quos hi præſertim Venerem excitant, qui Regii dicuntur, qui etiam reliquis ſunt multò meliores; poſt hos flaui, albi enim & Libyci Scyllæ naturam præ ſe ferunt; omnibus peiores ſunt Aegyptii. Quæ bulbinæ dicuntur, meliorem habent ſuccum, quàm bulbi, non tamen ita ſtomacho conferunt, quia dulcedinem habent cum craſſitie. Pro aſperitate tamen faciles ſunt ad excernendum. Meminit de Bulbina Matron ſic in Parodis:

*Sonchos prætereo, nec dicam nomina quorum,*
*Spinoſis folijs, & germina plena medullis*
*Bulbinas, Iouis hæ cantrices Regis olympi,*
*Quas terra miſtus magnus Iouis educat imber,*
*Perſimiles amylis, niue multò candidiores,*
*Quas venter venerandus amat tellure cauatas.*

Nicander Bulbos Megarenſes præcipuè laudat. Theophraſtus libro de Plantis ſeptimo, ita dulces eſſe bulbos alicubi aſſerit, vt crudi etiam comedantur; ſicut in Taurica Cherroneſo, quæ eadem, & Phanias atteſtatur. Eſt genus quoddam bulborum inquit Theophraſtus lanoſum, quod in litoribus naſcitur, lanam habet ſub primis tunicis, ita vt illud quod eſui aptum eſt, intra illud quod extra & intus eſt, vtrinque lana ſeparetur; ex hac veſtes, & faſciæ pedum texuntur, vt inquit idem Phanias. Apud Indos capillatus bulbus naſcitur. De bulborũ cõditura hæc à Philemone ſcripta leguntur,

A leguntur, ſi bulbum bonum volueris, operæpretium eſt cognoſcere quot abſumptis probetur, caſeo enim indiget, melle, ſeſamo, oleo, cæpa, aceto, laſere, ipſe ſiquidem ſua natura malus eſt, & aſper. Heraclides Tarentinus bulbos ex Sympoſiis auferens, multum ſe cibum circunſcribere dicit, & eorum maximè quæ attrahant, viſcoſúmq; quiddam intra ſe contineant, ouorum ſcilicet, bulborum, viſcerum, cochlearum, & his ſimilium; hæc enim diutius manent in ventre, atque implicita ab humoribus continentur.

## *De turdis, ficedulis, ſpinis, merulis, ſturnis.*
## CAP. XXVI.

TVrdorum, & aliarum auium greges aderant in propinationibus. Teleclides, Aſſati turdi cum ametiſcis in gulam volarunt. Syracuſij turdos cichelas dicunt. Epicharmus, Et folia oliuarum comedentes cichelas. Mentionem fecit & Ariſtophanes in Nebulis. Tria eſſe turdorum genera ſcribit Ariſtoteles, quorum primum & maximum eſt picæ par, quod etiam viſcedulum appellant, quia viſcum
B edit: ſecundum genus merulæ par habetur, quod dicitur trichas: tertium his omnibus minus Illada nuncupant: quamuis non deſunt qui Tylada dicant, velut Alexander Myndius qui genus hoc gregale eſſe, & ſicut hirundines nidulari aſſerit. Verſiculus Epicichlides inſcriptus, qui refertur in Homerum, qui cum pueris illum cantaret, turdos referebat, hanc appellationem inde accepit, vt ſcribit Menæmachus in libro de Artificibus. Alexander Myndius duo eſſe ficedularum genera ſcribit, quorum alterum oliuarium ab aliquibus, ab aliis, pirias, at ficedula cum ficus matureſcit, dicitur: duo inquam eſſe earum genera ficedulam ſcilicet, & melancoryphum. Epicharmus, Splendidas ficedulas: & iterum; Aderant erodij longam flexámque ceruicem habentes, & tetraces legentes ſemina, ſplendidæq; ficedulæ. Capiuntur aues iſtæ ficuum tempore, quare melius certè per vnum λ, ſcriberentur, quamuis Epicharmus per duo λλ, metri gratia ſcripſit. Meminit ſic Eubulus de ſpinis auibus: ſυκαλλίς.

*Amphidromia de more quum fiunt, ſolent*
*Aſſare caſei Cheroneſi tomum.*

*Raphanumq; oliuo ſplendidum mox incoquunt.* C
*Tum pinguium feriunt ſimul pectuſcula*
*Agnorum, & ipſis cum palumbis & ſpinis,*
*Hinc vellicare ſuaue turdorum genus.*
*Mollire mænas aſſident cum ſepijs,*
*Et plurimos cirros ſtudioſè ſtringere.*
*Meraciores & bibiſſe ſæpius*
*Calices.*

Nicoſtratus & Philetærus.

*Quid nunc emam? nil ſumptuoſum dicito.*
*Agens ſat u feliciter cuniculum,*
*Merulasq; emas, turdos tibi quotquot libet,*
*Anatesq; : multas ac agreſtes linquito.*

Antiphanes ſturnos etiam inter epulas connumerat; mel, perdices, palumbi, anates, anſeres, ſturni, pica, monedula, merula, cothurnix, gallina. Omnium rerum rationem à nobis petis, neque quidquam non rationi obnoxium nobis proferre licet. Quòd compertum eſt ab Eubulo, & aliis ſcriptoribus paſſerculorum fieri mētionem: quatuor, aut quinque perdices capito, cuniculos tres, paſſerculos ita vt delitiari poſsint, acanthyllidas, cerchneidas, ſpinulos, bittacos, & quæ alia conſequi poſſes. D

## *De cerebro ſuilli.* CAP. XXVII.

NOn ſinunt philoſophi nos cerebrum ſuillę comedere, quia dicunt ita ſe habere id comedentes, veluti qui fabis veſcuntur, & capitibus non parentum ſolùm ſed aliorum profanorum, & idcirco nullum antiquorum id comediſſe, quia omnia comedentibus, id edentes æquiparare ſolebant. Apollodorus Athenienſis nec nominatum quidem cerebrum apud quempiam antiquorum fuiſſe ſcribit. Quapropter Sophocles, qui Herculem inducit in Trachiniis Licham in mare proiicientem, cerebrum non nominat, ſed albam medullam, cum non nominatam rem nominare deuitaret.

*Albam medullam huic in comæ medio rigat.*
*Capiteq; aperto, atque effluente ſanguine.*

Quamuis alia luculenter nominarit. Euripides præterea Hecubam ob Aſtyanactem, qui à Græcis fuerat proiectus, ita

A ita conquerentem inducit,

*Caput miſellum quàm totondit aſp.*
*Paterna ſors, Apollinis protectio.*
*Multum colebat quas parens ſemper tua*
*Comas & oſculum dedit quibus, patet*
*Mors dura fractis oſsibus, ne turpia*
*Dicam.*

Habet huiuſmodi poëmatum editio venuſtatem, & moderationem. Philocles tamen cerebrum apertè nominauit; Nec cerebrum edo pingue. Ariſtophanes etiam:

*Folia duo deperderem cerebri male.*

Albam medullam Sophocles igitur poëticè dixiſſet. Euripides deforme & aſpectu turpe demonſtrare non euitans rem vt voluit expreſsè ſignificauit. Quòd autẽ ſacrum exiſtimaretur caput, vel ex hac re manifeſtum eſſe arbitror, quòd per ipſum iurabant, & ſternutationibus ab eo factis, tanquam ſacris genua flectebant. Comprobationes prætere capitis ipſius nutu cõfirmamus, velut Iuppiter inquit Homericus, agè verò capite tibi annuam.

## *De pipere.* CAP. XXVIII.

B QVòd in pocula quæ propinabant & hæc iniicere conſueuerunt, piper, phyllia, myrrham, gladiolum, & vnguentum Aegyptium. Antiphanes, φύλλον *genus miſci apud Dioſco.*

*Emens piper ſi quis ferat, velut malum*
*Torquere dicunt hunc ſpeculatorem ſtatim.*
Rurſus;
*Betas oportet & piper nunc quærere*
*Circumeuntem.* Eubulus,
*Hæc Cnidium coccum, vel accipiens piper*
*Contudit, addita ſimul myrrha viam*
*Conſperxit.*
Ophelio, Libycum piper ſuffitus,
*Libellus & Platonis hinc multum ſtupens.*
Nicander in theriacis,
*Præbeat hirſutas tenuis pulicaria frondes*
*Sæpius, incidasq́; nouum piper: eq́; feraci*
*Medorum regione tibi naſturtia dentur.*

Theophraſtus in Hiſtoriis plantarum hæc de pipere ſcripta reliquit. Piper fructus eſt, cuius duo ſunt genera: alterum

rotundum veluti erui cortex, idq; rubicundum, alterum C oblongum atq; nigrum, ſemina papaueribus habens ſimilia, quod altero eſt potentius, ambo tamen calefaciunt, quamobrem contra venena etiam ſunt adiumento. In libro de ſuffocatione; horum conciliatio aceto fit infuſo & piperis, vel fructu tritæ vrticæ. Hîc eſt obſeruatione dignum nullum nomen eſſe neutrum apud Græcos quod in iota deſinat, præter meli. nam piperi, gummi, & cyphi peregrina ſunt nomina.

## *De oleo.* CAP. XXIX.

DE Samio oleo meminit Antiphanes & Alexis,
*Hic Samij.*
*Hic menſor eſt olei omnium puriſſimi.*

De Carico mentionem fecit Ophelio, Oleo Carico perunctus eſt. Amyntas in ponderibus Perſicis. Ferunt hi montes terebinthum, iuncum, & nuces Perſicas, ex quibus multum oleum faciunt regi. Cteſias oleum ſpineum naſci in Germania ſcribit quo Rex vtitur, hic cum libro tertio de tributis Aſiaticis omnia quæ regi apparabantur connumerarit, neq; piperis mentionem fecit, nec aceti, quod ſolum omnium optimum eſt condimentorum: neq; etiam Dinon D in Perſica commentatione, qui ſalem narrat Ammoniacum ex Aegypto mitti ad Regem, & aquam ex Nilo. De oleo quod omotribes dicitur, meminit Theophraſtus in libro de odoribus, ex ſimplicibus oliuis ſcribit, & amygdalis id confici. De oleo, quod fit in Thuriis, tanquam egregio mentionem fecit ſic Amphis:
*In Thurijs oliuum, at in Gela lens.*

## *De garo, aceto, & condimentis.* CAP. XXX.

DE garo meminit Cratinus, Calathus noſter erit garo plenus. Pherecrates Triptolemo, Salſi gari. Plato, In putri garo me tingentes ſuffocabant. Quòd maſculinum ſit gari nomen, ſignificauit Aeſchylus, & hunc piſcium garum. acetum ſolum, condimentum appellant Attici. Chryſippus philoſophus optimum eſſe Cnidium acetum & Aegyptium teſtatur. atque Ariſtophanes in Pluto, aceto perfundens Sphettio: quem locum Didymus exponit quia

A Sphettij fortaſſe ſunt acuti. meminit & de Cleonæo aceto velut eximio, inter Cleonæos acrimoniæ ſunt.

Diphilus,

*Cœnare delitens videris omnibus Laconicè*
*Aceti autem poculum ſemel, quid ſemel, vas aceti, menſurà*
*Tantum capit Cleonæorum.*

Philonides,

*Illis acetum non habet profundere.*

Heraclides Tarentinus hæc ſcribit in ſympoſio, acetum exteriora quædam congregat, quæ congregata ſunt in ventre diſſoluit, quia varij in nobis ſucci commiſcentur. Magno in pretio habebatur acetum etiam Decelicum: vnde hæc Alexis,

*Decelici cotylas qui quatuor*
*Haurire plenas me coegiſti ipſius,*
*En per medium ducis forum me poſtea.*

Dicendum eſt autem acetum oxy, per y pſilon, & vas quod illud continet, oxybaphum. Lyſias in eo libro quem in Theopompum ſcripſit in Suppliciis hæc inquit, ego oxymeli bibo: Sic igitur & oxyrodinum dicemus. De condi-
B mentis aliquid etiam apud Sophoclem inuenitur, & cibi condimenta, & apud Aeſchylum qui hæc humectas condimenta. Theopompus, Multæ condimenti medimnæ, multi ſacci librorum, multiq; culei, & omnium aliorum vitæ vtilium. quod eſt apud Sophoclem,

*Prudenter ipſe cuncta condiam coquus.*

Cratinus in Glauco,

*Condire cuiuſuis nec eſt cibos bene.*

Eupolis,

*Obſonio malo bene inde plurimo*
*Sapore condito.*

Connumerauit huiuſmodi condimenta Antiphanes ſic quodam in loco, vua paſſa, ſal, ſapa, laler, caſeus, thymum, ſeſamum, nitrum cyminum, origanum, herbulæ, acetum, oliuæ, abyrtax, gramina, capparis, oua, ſalſamenta, naſturtium, folia ficuum, ſuccus magydaris cognouerunt antiqui & cyminum dictum Aethiopicum. Quòd thymus & origanus dicti ſunt in maſculino genere. Alexandrides, Aſpharagum iuncúmq; incidens, & origanum, qui ornat ſalſamenta miſta cum coriandro. Hinc etiam Ion.

*Hunc manibus promptè celarat origanon ille.* C

Fœmininè dixit Plato, vel poculum, vel acutiſsimam ex Arcadia origanum. in neutro genere protulit Epicharmus, & Amipſias. Thymum maſculinè dixit Nicander in libris de cultu apum.

## *De peponibus.*

### CAP. XXXI.

PEpones à Cratino in rebus Vlyſsis cucumeres ſeminarij nuncupantur:

*Quando vidiſti puer Laerta virum mihi amicum,*
*In Paro cucumerem maximum ſeminarium ementem?*

Plato etiam in Laio, *Nunquid vides*
*Meleager vt Glauconis ex propagine*
*Præſtante, ſtultus vt cuculus vadat vias,*
*Longè peponis qui crura habet ſimillima,*
*Eunuchiq;?*

Anaxilas,

*Calcaneo haud tumet magis cucumis pepon.*

Theopompus, D

*Eſt viſa mollior mihi quàm vel pepon,*
*Vel cucumis.*

Et Phanias, teneri ſunt intra corticem cucumeres, & pepones ſine ſemine ediles atque maturi ſolùm. at colocynta cruda quidem eſui non eſt apta, ſed cum vel elixata vel aſſata fuerit. Diocles Caryſtius libro de ſalubribus primo, inter agreſtia quæ facile coquuntur lactucam connumerat, & maximè nigram præualere aſſerit, naſturtium, Sinapi Adrianum, & cæpam, cuius ſunt ſpecies aſcalonium, allium viride, allium, alliorum capita, cucumis, pepon, papauer. & paucis inde interpoſitis, pepon melius digeritur, & cordi magis confert. Elixatus cucumis eſt tener, & ſuauis, vrinámq; concitat: coctus in mulſo facilius etiam excernitur. Speuſippus in eiuſmodi cõmentariis peponem cucurbitam nominat. Diocles cum de pepone fecerit mentionem, de cucurbita nuſquam prorſus meminit. Diphilus pepones meliorem habere ſuccum crudos, & præpollere affirmat, at coctum peiorem habere ſuccum, parúmq; nutrire, facile corrumpi, faciléq; excerni.

De

A *De lactucis.* CAP. XXXII.

LActucam Attici thridacem nominant, vnde Epicharmus, Decorticantes thridacis thyrſum. Stratis thridacinedas dixit, blattæ quæ per frondoſos hortos incedunt, per quinquaginta pedum veſtigia, quæ pedibus longas caudas habentes ſatyros attingunt, chorόſque agunt ſupra ocymorum folia, thridacinedarúmque, & ſuauiſsimorum apiorum. Scribit Theophraſtus, inter lactucas albam magis eſſe teneram, quarum ſunt tres ſpecies: eſt laticaulis dicta, rotundicaulis, & tertia quæ Laconica vocatur, hæc folium habet criſpum, & eſt recta, facileque creſcit, at non repullulat ex thyrſo. Ex latis ita nonnullæ latos habent caules, vt eis aliqui pro hoſtiis hortenſibus vſi ſint, atque ſi thyrſi impediantur, quæ poſtea repullularunt ſuauiores eſſe dicuntur. Nicander Colophonius in libro ſecundo de linguis, lactucam aſſerit Brenthim apud Cyprios appellari, quam Adonis comedens ab apro eſt interemptus. Scribit hæc Amphis in Ialemo,

*Inter lactucas peſsimè perditas*
B *Quas ſi quis intra ſex decies annos edat*
*Cum ſortietur fœminam dormire apud*
*Oportet illum nocte tota voluier,*
*Nihilque agentem quæ volebat, pro viro*
*Fricare fortunam manu neceſſe ſit.*

Legitur apud Callimachum quòd Venus Adonim in lactucas abſconderit, poëtas allegoriam huiuſmodi ſumpſiſſe, quòd ij qui ſæpius lactucis vtuntur, minus idonei fiunt ad res venereas. Eubulus in Aſtytis:

*Ne appone lactucam mihi tu fœmina*
*Quæſo, vel ipſam te fuiſſe poſt feram*
*Cauſam: vt ferunt, Adonin hoc in gramine*
*Formoſa quondam mortuum poſuit Venus:*
*Sic mortui cibus ſit illa.*

Cratinus Venerem cum Phaonem amaret inter pulchras lactucas illum abſcondiſſe contendit, at Marſyas iunior inter hordea. Pamphilus thridacinam ſcribit ab Hipponacte lactucam in linguis appellari, quam Clitarchus ſic apud Phrygios dici voluit. Ibycus Pythagoricus eam lactucam quæ folia ex genere habet lata, ſine vel rugis, vel thyrſo

eunuchum

eunuchum inquit à Pythagoricis nominari, & à mulieribus Aſtylidem, vrinam ciet,& viribus defectos ad rem Veneream facit,atq; eſui optima eſt. Diphilus voluit thyrſum etiam multum præbere nutrimentum, difficilioremq; eſſe ad excernandum, quàm folia: quæ magis ſunt ventoſa, magis nutriunt, & facilius excernuntur. Lactuca ſtomacho omnino confert, refrigerat, ventrem purgat, ſomnúmq; bonum inducit, bonum habet ſuccum, impetúmq; ad res Venereas ſedat. Quæ autem eſt aſperior, & magis friabilis, minus ventri ſtomachóq; confert, & ſomnum inducit. Nigra lactuca magis refrigerat, ventríq; confert: æſtiuæ meliorem habent ſuccum,& magis nutriunt. Autumnales non alunt minimúmque habent ſucci. Lactucæ Thyrſus ſitim omnino ſedat,atque inter omnia olera cocta, lactuca cocta melior eſt,ſi in olla velut aſparagus braſsicæ coquatur, vt Glaucias quidem ſcriptum reliquit. Theophraſtus ſcribit olera appellari betam,lactucam,erucam, ſinapium, lapathum,coriandrum,anethum, & naſturtium. Diphilus omnia in vniuerſum olera non nutrire dicit, ſed extenuare, malum habere ſuccum, & redundare præterea ſæpius, & difficulter digeri. De æſtiuis oleribus meminit Epicharmus.

## *De cynara, cacto, & carduo.*

## CAP. XXXIII.

Sophocles in Cochlis cynarã nominat, ſed in Phœnice:

*Eſt ſpina cuncta quæ tenet cynarus loca,*

Hecatæus Mileſius in Aſię deſcriptione,ſi modo legitimus eſt eius ſcriptoris liber, nam Callimachus hunc aſcribit Neſiotæ, vel quiſquis verus eſt autor, circa Hyrcanium mare nominatum, montes inquit eſſe altiſsimos,& denſas habere ſyluas, in quibus ſpina eſt cynara. Idem paulò poſt, inter Parthos ad orientem ſolem Coraſmij habitant, terram habentes, & planam, & montes, in quibus arbores ſunt agreſtes, ſpinæ, cynara, ſalix, myrica; circa etiam fluuium Indum naſcitur Cynara. Scylax & Polemon terram fontibus, & aquæductibus irrigatam, & in montibus cynarã naſci dicit vnà cum aliis herbis. mox in his quæ ſequuntur, hinc mõs ſe extendit iuxta Indum fluuium, hinc atque illinc

A illinc altus, ſyluáque agreſti denſus, & ſpina, & cynara. Didymus Grammaticus cynaram ſpinam declarans apud Sophoclem, vide inquit ne ſpinam canis dicas:

*Spinoſa quòd ſit planta, valdéque aſpera.*

Nam & Pythium vaticinium ligneam canem illam appellauit, & Locrus cum oraculum accepiſſet ibi ciuitatē ædificare vbi à cane lignea morderetur, crure poſtea à ſpina canis lacerato ciuitatem condidit. Eſt autem ſpina canis media inter fruticem, & arborem, vt teſtis eſt Theophraſtus, fructum fert rubicundum, malo punico perſimilem, foliúmque habet viſcoſum. Phænias libro quinto de Plantis cactum appellat Siculam quandam plantam ſpinoſam, velut etiam Theophraſtus in libro ſexto de plantis, ſpina quæ cactus dicitur, naſcitur in Sicilia ſolùm, in Græcia nō reperitur. emitttit ſtatim Thyrſos ab radice ſub terra, folium habet latum & ſpinoſum, Thyrſos verò qui caſti dicuntur: ediles ſunt decorticati, paulúmque acres, quos etiam in ſalſilagine recondunt. Alterum thyrſum emittit rectum quem Pernica dicunt, & ipſum eſui aptum: at quod eſt interius his ereptis quæ papporum ſpeciem præ ſe ferunt,

B ſimile, remanet cerebro palmæ, quod etiā eſui aptum eſt, & Aſcalerum dicitur. Quis tot his deſcriptionibus tandem non adducatur vt audacter dicat hanc eſſe ſpinam quæ à Romanis dicitur carduus non longè à Sicilia habitantibus, & à Græcis cynara vulgo nuncupatur? mutatione ſi quidem duarum literarum idem eſt cactus, & carduus. hoc etiam ex Epicharmo clarius eluceſcit, qui cum aliis oleribus edilibus cactum etiam ſic connumerauit, papauer, & marathrum, cactúmque aſperum:

*Cum cæteris ediſſe oleribus nam licet.*
*In pingue ſi quis conterens ponat bene*
*Eſt ſuauis, ipſe ſolus at relinquitur.*

Et rurſus, lactucas, elatam iuncum, raphanos, cactos: & alibi etiam, hic ex agro ferre videtur, fœniculum, cactos, iphium, lapathum, otoſtylum, ſcolium, cicorium, dractylum, filicem, & onopordum. Philetas cous:

*Hinnu lus amiſi dicet cum vulnere vitam*
*Obſeruans cacti vulnera acuta grauis.*

Veruntamen Sopater Paphius, ſicut & nos cynaram nominauit, qui Alexandri Philippi Regis temporibus floruit,

& vixit

& vixit poſt illum vſque ad ſecundi Regis Aegypti tempora, velut ipſe in quodam ſuo commentario declarauit. Ptolemæus Euergetes Rex Aegypti, qui vnus fuit ex Ariſtarchi Grammatici diſcipulis, ſic ſcribit libro ſecundo commentariorum; Circa Berenicem Libyæ eſt fluuius Lethon, in quo lupus piſcis naſcitur, & auratæ, & anguillarum multitudo, & earum quæ Regiæ dicũtur proportionem ſeſquialteram habentes ad eas quæ in Macedonia, & Copaidis ſtagno capiuntur, & vnumquodque flumen variis ibi piſcibus eſt plenum; cum multæ ibi cynaræ naſcerentur, qui nos ſecuti ſunt milites, eas euellentes comedebant, ſpiniſque purgantes etiam nobis adferebant. noui & Cynarum inſulam appellatam fuiſſe, cuius mentionem fecit Samus. C

## *De palmæ cerebro.*

### CAP. XXXIIII.

DE palmæ cerebro ſic meminit Theophraſtus, vbi de palmæ arbore ſcribit, quæ ex fructibus eſt plantatio D fit hoc pacto: quæ ex ipſa arbore, quando partem ſuperiorem adimunt in qua eſt cerebrum. Xenophon libro ſecundo de Aſcenſu hic primùm milites palmæ cerebrum comederunt, multíque & formam & ſuauitatis præſtantiam admirabantur, quod tamen caput maximè infeſtabat, & palma cum exemptum fuiſſet cerebrum prorſus exaruit. Nicander in Georgicis:

*Germine palmarum, ac tenera propagine cæſa*
*Iucundum pueris epulum tribuere cerebrum.*

Diphilus Siphnius pálmarum cerebrum multum nutrire inquit, ſatietatem inducere, graue eſſe, difficiléque ad digerendum, ſitim inducere, & aluum ſiſtere. Hic nos inquit amice Timocrates cerebrum vſque ad finem habuiſſe videbimur, ſi hanc congregationem hic quieſcere faciemus.

LIBRI SECVNDI
FINIS.

# A ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM

## LIBER TERTIVS,

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De faba Aegyptia.* CAP. I.

CALLIMACHVS Grammaticus magnum librum magno malo parem eſſe dicere ſolebat. De Ciborio ſic meminit Nicander in Georgicis:

*Nilıacas ſerito inde fabas vt tempore flores*
*Colligere hinc ſertis valeas, terraéq; cadentes*
B *Maturos fructus hinc grata Ciboria ponas.*
*Inq; manus tradas iuuenis cupientis, at ipſas*
*Radices coctas inter conuiuia ponam.*

Radices hic dicuntur à Nicandro, quod Alexandrini colocaſium nominant, velut ipſe alibi demonſtrat:

*Purgaſtiq; fabas colocaſion, & ſecuiſti.*

Eſt etiam Palladis Colocaſiæ ſacellum in Sycione. Ciborium præterea genus eſt quoddam poculi. Hæc à Theophraſto in libris plantarum de faba Aegyptia ſcribuntur. Faba naſcitur in Aegypto in paludibus & ſtagnis, cuius thyrſus habet longitudinem quatuor cubitorum ad ſummum, craſsitiem vnius digiti, calamo non nodoſo oblongóque ſimilis eſt. Diſcrimina habet per totum diuiſa fauiſque ſimilia, in his flos & caput eſt, floribus papauerum duplum, colore roſarum ſaturatis ſimillimũ. Adnaſcuntur folia magna, radix quouis craſsiore calamo eſt craſsior, diſcrimináq; thyrſo habet perſimilia, hac radice aſſata, elixa, & cruda regionis incolæ veſcitur. Naſcitur in Syria etiam circa Ciliciam, ſed ipſa regio fructum ad maturitatem non perducit. Naſcitur & circa Toronem Chalcidicæ in ſtagno

gno

gno quodam mediocri magnitudine, quæ & maturitatem C aſſequitur, & fructum perficit. Radix fabæ Aegyptiæ quæ Colocaſium dicitur, bonum habet ſaporem, vt Diphilus Siphnius aſſerit, & nutrit, ſed quia conſtringit non facile excernitur, atq; minus lanoſa, multò eſt melior. Fabæ quæ ex ciboriis fiunt virides quidem difficulter digeruntur, parum nutriunt, faciléque excernuntur, & maximè ſunt ventoſæ: ſiccæ minus hæc habent, quàm virides. Naſcitur ex Ciboriis flos qui coronis eſt aptus, hunc Aegyptij lotum ſolent nominare. At mei mari dominantes nautæ ipſe inquit Athenæus, melilotum, à quo coronæ meliloticæ odoriferæ admodum, & æſtatis tempore refrigerantes. Fabas Aegyptias neque prius ſatas fuiſſe teſtis eſt Phylarchus, neque ſi quis eas ſeminauit in aliquo loco peperiſſe quàm in Aegypto apud Thyramim Theſprotiæ fluuium, qui eſt in Epiro, in palude enim quadam id accidit Alexandri Pyrrhi Regis temporibus. Nam per biennium fructum ibi feraciter admodum protulerunt, & creuerunt. Alexandro poſtea cuſtodiam ſtatuente, neque carpere ſolùm eos qui cupiebant prohibente, ſed ad lacum etiam accedere, palus illa exiccata eſt; nec fructum poſtea amplius tulerunt, D quamuis aquam locus habuerit. Res huic ſimillima fuit & ea quæ in Edepſo accidit, ibi enim differens ab aliis aquis aqua quædam frigida ex fonticulo ſcatens apparuit non procul à mari, quam ægri bibentes plurimum iuuabantur: quare efficiebatur vt multi ex longinquis regionibus illuc ad bibendum accederent. Cum verò duces Antigoni regis hanc parcius diſpenſare cœpiſſent, aliam multum differentem bibentibus dari iuſſerunt, quo ſtatim fonticulus exaruit. In Troade etiam licebat volentibus Tragaſæum ſalem ante id tempus capere, qui, cum Lyſimachus tributum impoſuiſſet continuò euanuit. Cum poſtea locum ob admirationem immunem iterum reliquiſſet, ſal iterum creuit.

## *De cucumeribus.* CAP. II.

DE cucumere prouerbium eſt:

*Cui cibus eſt cucumis mulier nunc tegmina texit.*

Et Matron in Parodis:

A *Eſt cucumis viſus mihi terræ filius almæ,*
*Inter grata iacens olera, menſaſq; tenebat.*
*Ille nouem.*

Laches:

*Augetur veluti cucumis regione madenti.*

Attici triſyllabum nomen ſemper proferunt, Alcæus, momordit Sicyas dixit à nominatiuo Sicys, ſicut Stachys, Stachyos. Steleon, raphanos, Sicyos quatuor. Phrynichus in Tragis diminutiuè dixit cucumerculum. Tria cucumerum genera connumerat Theophraſtus, Laconicum, Scythalicum, Bœoticum, atque Laconicum irrigatum meliorem fieri dicit, cum reliqui reſpuant omnino irrigationem. Meliorem præterea cucumeres habent ſuccum, ſi ſemen prius lacte, vel mulſo madefactum ſeratur. Hæc in cauſis plantarum ſcripta reperiuntur, citius cucumeres augeri ſi vel aqua vel lacte prius ſemen irrigatum fuerit, quàm in terram iaciatur. Euthydemus in libro de oleribus mentionem facit eius ſpeciei cucumerum qui anguini dicuntur. Cucumeres eò appellantur quòd moueant ad ferendum in vtero, vt teſtari videtur Demetrios Ixion libro primo Etymologiarum, concitant enim. Heraclides Tarentinus cucumerem Hedygæum nominat. Diphilus Caryſtius cucumerem prius ſumptum perturbare aſſeuerat, propterea quod ſurſum fertur velut raphanus: at poſtremùm eſum iucundiorem eſſe, & facile digeri; elixum vrinam mediocriter prouocare. Idem præterea inquit, cucumis cum frigidus ſit, difficulter digeritur, & difficillimè eiicitur, horrorem inſuper operatur, choleram generat, & Venerem ſedat. Augentur circiter plenilunium cucumeres in hortis, & manifeſtum habent augmentum, ſicut etiam marini echini videntur.

*σίκυος cucumis.*

*In manu ſcriptis antiquis exemplaribus quæ hactenus dicta ſũt, non reperiuntur.*

B

## *De ficubus.* CAP. III.

NVlli quicquam concederem in ſermonibus ad ficus pertinentibus, etiam ſi ſuſpendi oporteret, quoniam ficubus mirum in modum ſum amicus, quare diuinè de his quæ mihi inciderint edulſeram. Ficus ô viri amici ſimplicis vitæ principium extitit, quod atteſtari videtur locus is, qui ab Athenienſibus Sacra Ficus nominatur, in quo primùm

ficus inuenta fuit, atque fructus hinc dictus eſt Hegetoria, C
quia primus ad victum manſuetum inuentus fuit. Ficuum multa ſunt genera, Atticum, de quo Antiphanes meminit in homonymis, laudans enim Atticam regionem hæc ita ſcribit: Qualia producit regio Hipponice omnibus totius terræ habitatæ præſtantiora, mel, panes, ficus, ficus per Iouem fert certè. Iſtrus in rebus Atticis non licere cuiquam ſcribit ex agro Athenienſi natas ibi caricas exportare, vt ſoli loci ipſius incolæ his fruerentur. At cùm multi harum fures reperirentur, effectum eſt vt qui illocoram iudicibus accuſarent, ſycophantæ primùm ſint dicti. Vnde Alexis in poëta: Sycophanta nomen

*Prauis viris decenter haud nunc ponitur.*
*Decebat vt quicunque vir foret bonus*
*Iniuncta mores ficus ipſa oſtenderet,*
*At id malis quod additur nunc omnibus*
*Effecit incertum ſit hoc cur accidat.*

Philomneſtus in libro de Sminthiis in Rhodo hæc inquit, præterea ſycophanta hinc dictus eſt, quia tunc mulcta erāt, & tributum: ficus, oleum, vinum, ex quibus publica tuebantur, quod & facientes, & demonſtrantes ſycophantas, D
vt patet, fide digniſsimos duntaxat ciues eligentes nominarunt. De ficu Laconica ſic in Georgicis meminit Ariſtophanes:

*Omnes ſero ficus, procul Laconica*
*Sit, hæc mihi eſt inuiſa quòd tyrannica.*
*Ni eſſet illa parua in plebem oderit.*

Paruam dixit, quia exigua eſt planta. Meminit de Phrygiis ficubus Alexis in Olynthio, Suauiſsimum mihi materno ſtudio inuentum eſt, carica Phrygiæ ficus. Earum ficuum quæ Phibaleæ dicuntur, mentionem fecere complures comœdiarum ſcriptores, & Pherecrates in Crapatallis:

*Diuina febris tu nihil curans.* Et illud.
*Aeſtate ficubus Phibaleis veſcere:*
*Dormuto repletus die medio ſimul.*
*Et ſyderare, & ardeas, clama miſer.*

Teleclides in Amphictyonibus, quàm pulchræ ſunt Phibaleæ, Phibaleas etiam myrti fructus vocitant: Antiphanes in Cretenſibus, primùm

Fruct

A *Fructus quidem in menſa volo eſſe myrteos,*
*Quos inde mandam, quando cuiquam conſulam.*
*Has & Phibaleas pulchras coronarias.*

De Chelidoniis ficubus meminit Epigenes in Branchia:

*Scutella grandis inde venit poſtea*
*Plena aſperis Chelidoniis:*

Androtion, Philippus, & Hegemon ſic ficuum genera in Georgicis ſcribunt. Chelidonias, Phibaleas, Caprificos, albas Caprificos in planitie plantare conuenit, at Ooporobaſilidas vbique, habet enim vnumquodque genus aliquid vtile. Coluris, Phormyniis, Biferis, Megarenſibus, & Laconicis plurimum prodeſt aquam habere propinquam. De ficubus quæ in Rhodo naſcuntur meminit Lynceus in epiſtolis, vbi Rhodias cum optimis confert Athenienſibus: ita enim ſcribit, Caprifici cum Laconicis decertantes eandem habere rationem videntur, quam morum habet ad ficum, atque has non poſt cœnam velut ibi guſtu iam ſubuerſo, ſed intacto adhuc deſiderio ante cœnam appoſui. Veruntamen ſi Lynceus ficus Calliſtruthias dictas ſicut ego in magnifica Roma guſtaſſet, acutius fortaſſe, & plus B quàm homonymum quid diiudicaſſet, vſqueadeo hæ ficus alias totius orbis ficus antecellunt. Laudantur & alia ficuum genera quæ Romæ naſcuntur, velut Chia, Libiana, Chalcidica, & Aphricana dicta, ſicut Herodotus Lycius in Commentario ſuo de ficubus ſcriptum reliquit. Parmeno præterea Byzantius in ſuis iambis, vbi Caunorum ficus ciuitatis Aeolicæ laudat, vtpote egregias, ita ſcribit;

*Maris profunda tranſij haud ficus vehens,*
*Onus Cauneas.*

Manifeſtum eſt ficus etiam Cauniciuitatis Cariç ab omnibus paſsim laudari. Earum ficuum quæ Toxaliæ dicuntur, mentionem fecerunt Heracleon Epheſius, & Nicander Thyatirenus, qui ex actu Apollodori Caryſtij gratificantis, & pallia vendentis inſcripto, hæc deprompſerunt:

*Erant ita vt puderet illic acria,*
*Et praua vina, fert locus tum cætera,*
*Et Toxaleas ficus, meumq; vineas.*

Meminit his verbis Archilochus de his quæ in Paro inſula

naſcuntur (nam hic etiam egregiæ illæ ſunt quæ Hæmo- C
niæ dicuntur, & ſunt eædem quæ Lydiæ, quod nomen ab innato ſibi colore ſortitæ ſunt.)

*Relinque ficus, & Paron maritimam,*
*Et vitam.*

Hæ ficus tantum ab aliis omnibus quæ vbique naſcuntur differunt, quantum apri ſylueſtris caro à carnibus cicurum ſuum. Alba caprificus ſpecies eſt ficus, atque ea fortaſſe quæ albos fert fructus, cuius ita meminit Hermippus in Iambis, Albæ caprifici ſeorſum caricas. De caprificis Euripides in Scirone, vel adiungere ramis caprifici. Epicharmus in Sphinge, Sed nequaquam caprifici. Sophocles in Helenæ nuptiis, fructum ipſum nomine arboris metaphoricè ſic inquiens appellauit:

*Erinus en matura non es vtilis,*
*Vel eſui iucunda, ſed ſermonibus*
*Tu caprificas alios.*

Maturam dixit erinum pro erino maturo. Alexis in Lebete:

*Quid amplius neceſſe nobis dicere*
*Vbique ficus qui in Syriſcis vendimus?* D
*Et qui malas, duraſq; in imis ponimus,*
*Maturiores, atque pulchras his ſuper,*
*Hic poſtea tales emens velut, dedit*
*Pretium, vorauit ille maxillis ſtipem,*
*Deditq; erina iurans ficus vendere.*

Arbor ficus agreſtis, quæ producit erina, erinus in maſculino genere ponitur, velut Strattis in Troilo, Nunquid vidiſti erinum illi propinquum? Homerus:

*Intus erinus adeſtu iridans, & frondibus altus.*

Amerias groſſos Erinacas inquit appellari. Hermonax genera hæc ficuum in linguis Cretenſium nominat; Amadeũ videlicet & Nicyleum. Philemon ficus quaſdam Regias appellari teſtatur in dictionibus Atticis, à quibus Regiæ dicuntur caricæ. Quibus illud etiam addit quod maturæ ficus Colytra dicuntur. Seleucus in linguis, fructum quẽdam ficui ſimillimum Gycyſidem nominari aſſerit, à quo mulieres abſtinent, quia eas inſanire facit, vt Plato Comicus affirmat in Cleophonte. Pãphilus Brumales ficus Cydonæas inquit ab Achiuis nuncupari, quod etiam Ariſtophanem in

ling

A linguis Laconicis ſignificaſſe voluit. Hermippus Coracea-rum ficuum genus ſic in militibus commendauit, Phibalearum maximè vel Coracearum. Theophraſtus libro ſecundo in Hiſtoriis plantarum tale genus quoddam ficuum eſſe ſcribit, quale Charitium nominatum Aratium. Atque in tertio circa Idam montem Troianum ficum frutici parem deſcribit, quæ folium habet tiliæ ſimile, ficúsq; rubicundas producit oliuarum magnitudine, magísq; rotundas, quæ meſpili habent ſaporem. De ficu quæ in Creta Cypria dicitur, ſic idem libro quarto plantarum meminit; Ficus quæ Cypria in Creta nuncupatur, fert fructus ex trunco, atq; ex ramis craſsioribus germen quoddam exiguum ſine foliis emittit, radici ſimilis prorſus eſt fructus, truncus magnus, piceæq; ſimilis, at folium vlmo. Quatuor fructus perducit ad maturitatem, quotq; ſunt ab ipſo trunco pullulationes. Dulcedo ficubus eſt ſimilis, & interius Erineis: magnitudo eſt pruni. De iis quæ præcoces dicuntur, mentionem ſic fecit Theophraſtus libro quarto plantarum, quando aër mollis, humidus, & calidus ficubus inciderit, pullulationem euocat, vnde præcoces fiunt. Hinc paulum procedens, fru-B ctus præcoces hæ quidem ferunt, Laconica, Leucomphalia, aliæq; complures, illæ verò nequaquam. Seleucus Protericen genus quoddam ficuum ſcribit in linguis nominari, quæ præcocem fructum ferunt. Ariſtophanes in concionantibus meminit de præſtanti ficu, Nos vt qui cepperimus folia præſtantis ficus. Antiphanes in Scleriis, Eſt infra apud ipſam præſtantem ficum. Theopompus libro Hiſtoriarum quinquageſimo quarto, In Biſaltia Amphipoli & Græſtonia Macedoniæ ciuitatibus regnante Philippo ficus fructus medio vere produxiſſe ſcribit, vites racemos, & oleas oliuas, quo tempore primùm pullulare æquùm videbatur: hinc omnia Philippo Regi feliciter acciderũt. Theophraſtus libro ſecundo Plantarum Caprificum eſſe biferam ſcribit, alij triferam ſicut in Ceo. Ficus præterea ſi in vmbra planteturcitius exurgit, neque vermibus infeſtatur: atque omnes denique plantæ quæ in vmbra plantantur citius creſcunt, melius pullulant. Idem libro ſecundo de cauſis, Arbor dicta Indica cum admirabilis ſit magnitudinis, exiguum habet fructum & paucum, cum totum ferè nutrimentum in pullulationem abſumatur. At libro ſecundo de

naturali Hiſtoria ita Philoſophus ſcribit, eſt aliud ficuum genus in Græcia groſsiferum, in Cilicia item & Cypro, quod ficus in prima ramorum parte producit, at in inferiore groſſos, eoſq; ex annuis emittit ramis, & ex iunioribus omnino germinibus, quam ficum primam maturam dulcémq; habet, & non noſtris ſimilem. Fiunt groſsi eiuſmodi ficubus maiores, quorum tempus haud multum eſt poſt ipſam pullulationem. Noui & alia ficuum nomina, & eas ficus quæ Baſiliæ dicuntur, Sycobaſiliæ, Cirrhocæladiæ, Hyladiæ, Sarcelaphiæ, Lapyriæ, Picridiæ, Dracontiæ, Leucophiæ, Melanophiæ, Cremiæ, Mylæcæ, & Aſcaloniæ. Triphon libro Hiſtoriarum ſecundo Dorionem ſcribit in Georgicis cauſam ficus appellationis reddere, qui Syceam quendam ex Titanibus commemorat, Iouis inſequentis iras effugientem à terra matre fuiſſe receptum, quæ plantam poſtea pueri commorationis gratia emiſit: vnde & ciuitas quædam Ciliciæ Sycea nuncupatur. Quam Pherenicus poëta Heracleotes ex genere à Syce Oxyli ſorore appellatam fuiſſe contendit: nam Oxylum Orij filium cum Amadrya de ſorore concubuiſſe ſcribit, quæ inter alia nucem, glandem, Cornum, Oream, Alnum, Vlmum, Vitem, Ficúmq; peperit, quæ omnia poſtea Amadryadas nominauit, à quibus multæ arbores nomen aſſumpſerunt. Hinc etiam Hipponax nigram ficum vitis eſſe ſororem duxit. Soſibius Lacon vbi ficum à Dionyſio inuentā fuiſſe demonſtrauit, idcirco inquit Dionyſium Sycitem apud Lacedæmonios venerari. Naxij ſicut Andriſcus & Agaſthenes, Placidum aiunt dici Dionyſium ob fructum ficuum traditum, qua etiam de cauſa efficitur vt Dei Dionyſij, qui Bacchus appellatur facies apud Naxios vitea conſpiciatur. Dei autem Placidi facies eſt ficulnea, quia ficus Placidæ dicuntur. Quòd verò ficus omnibus fructibus qui ex ligno naſcuntur, hominibus ſit vtilior, Herodotus Lycius in Commentatione de ficu perabundè, multiſq; verbis demonſtrauit: qui bene nutriri pueros nuper natos aſſerit, ſi ficuum ſucco nutriantur. Pherecrates, & qui Perſas inducit, Si quis noſtrum nouam ficum aliquando viderit, inquit, puerorum oculis imponimus: quaſi non vulgarem medicinæ ficus vtilitatem conferat. Suauiſsimus maximéque admirabilis Herodotus libro Hiſtoriarum primo

C

D

C A mo magnum bonum ficus adeſſe ſcribit his verbis; ô Rex contra cuiuſmodi viros expeditionem facis, qui Coriaceis veſtibus induuntur, Coriaceáſq; calceorum ſoleas comedunt, neque tamen quantum cupiunt, ſed quantum habent. Regionem aſperam incolentes neq; vino per Iouem vtuntur, ſed aquam bibunt, neq; ficus habent quibus veſcantur, neq; aliud quidpiam boni. Polybius Megalopolitanus libro Hiſtoriarum duodecimo cum Philippus inquit Perſei pater Aſiam percurreret, annonáq; militibus eius defeciſſet, à Magnetibus victum, quia aliunde non habebat, poposcit, à quibus ficus accepit, quamobrem cum Myuntem poſtea cepiſſet, regionem Magnetibus ficuum cauſa donauit. Hinc Ananius iamborum ſcriptor;

*Si continet multum quis aurum vir domi,*
*Ficusq; paruas, & viros tres, vel duos,*
*Noſcet quòd auro ficus eſt præſtantior.*

Tot à Magno de ficuum ratione tradita ſunt, Daphnus ait medicus. Philotimus libro tertio de nutrimentis, ficus ſcribit teneras multas inter ſe differentias ex generibus, & temporibus, quibus vnaquæq; naſcitur, fuiſſe ſortitas,

B & ex propriis viribus. Sed tamen vt vniuerſim dicamus humidæ & maturæ ficus celerrimè ſoluuntur, & melius quàm alij fructus concoquuntur, reliquiq; nutrimenti concoctionem non impediunt. Vires habent humorum viſcoſas, dulces, & ſubnitroſas. Alui deiectionem vehementiorem diffuſámq; præparát, quàm celerius ac ſine offenſione maximè operantur. Quæ, cum ſale comeduntur ſalſum ſuccum, acerbitatémq; habent poſt potum. Facile igitur vti diximus ſoluuntur: quare multis comeſis, magnáque multitudine repleti, poſt exigum temporis interuallum vacui ſupra modum ſumus, quod fieri omnino non poſſet, ſi ficus conſiſterent, ac non celeriter diſſoluerentur. Ficus facilius quàm reliqui fructus concoquuntur, non ſolùm quia multas comedentes iucundius agimus, ſed ſolito inſuper nutrimento ſumpto hiſque prius comeſis, nihil omnino perturbamur. Ex quo patet ſi vtcunque conficimus cibum, quòd hæ facillimè digeruntur, atque alterius nutrimenti non impediunt concoctionem. Vires autem habent prædictas; glutinoſam ſcilicet, & ſalſam, quia glutinant ipſas manus & abſtergunt: dulcedinem ipſam

in ore cognoſcimus. Nihil autem verbis opus eſſe arbitramur, quibus demonſtremus, eas alui deiectionem ſine torminibus pertubationibúſque faciliorem, & magis, & citius operari. Non multum commutantur aliquando, non quia difficiles ipſæ ſint ad digerendum, ſed quia celeriter, & non extenuantes bibimus, tum quia decurſus ſit velox. Succum præbent ſalſum ficus, quia nitroſum quiddam in ſe continere declaratum eſt, atque magis ſalſum quàm acrem ex accidentibus faciunt. Sal enim ſalſum ſuccum, acetum & cunila acrem adaugent. Quærit Heraclides Tarentinus in Sympoſio, nunquid poſt ficus calida an frigida aqua ſit bibenda, eóſque qui calidam dicunt bibere oportere, rationibus huiuſmodi fretos, id ferre aſſeuerat, quia calida aqua citius manus abſtergit, quo conſentaneum rationi videtur, & ea quæ ſunt in ventre breui ipſo calore diſſolui. Exteriores præterea ficus calor diſſoluit, earúmq; continuationem, & in ſubtilium partium locos redigit, cui frigus contrarium operatur, ſiſtit enim. Qui verò frigidam bibere oportere aiunt, frigido dicunt poculo conſidentia in ſtomacho & grauia deorſum ferri, ficus enim minus eleganter ſtomachum diſponunt, quia ipſum inflammant, & remiſſum faciunt: qua ratione nonnulli commoti mero ſemper vtuntur, poſtea promptè quæ ſunt in ventre propellunt. Oportet autem poſt ficus multo denſóq; vti poculo, ne illæ in ventre commorentur, at in inferiores inteſtinorum partes deferantur. Sunt qui ficus meridie comedere non oportere dicant, quòd peſtiferæ ſint per id tempus ſumptæ: Vnde Pherecrates in Crapatallis, & Ariſtophanes in præludio;

*Aeſtate quondam illum laborantem videns,*
*Ficus meridie edit, laboret vt ſimul.*

Eubulus in Sphingocarione:

*Aegrota per Iouem fui vir optime.*
*Quod ante ficus ederam meridie.*

Nicophon in Sirenibus,

*Ficus edens noſtrum virentes ſi quis bine*
*Meridie recumbat en febris ſtatim*
*Accurrit illi digna nec triobolo,*
*Quæ poſtea incidens coegit vomere choleram.*

Diphilus Siphnius ficus teneras parum nutrire, malúmque habere

A habere ſuccum ſcribit, at facile excerni, & ſupernatare, ſiccis tamen facilius diſtrahi. Quæ ſub hyemē matureſcunt peiores ſunt aliis, quia per vim fiunt maturæ. Quæ in ipſa temporis opportunitate, meliores ſunt, quippe quæ natura ipſa operante ſint maturæ. Quæ multum habent ſuccum, quæq; aqua carent, conferunt quidem ſtomacho, ſed ſunt grauiores. Tralianæ ficus eiuſdē ſunt naturæ cum Rhodiis. Sed Chiæ, aliæq; omnes, peiorē habent ſuccum quàm illæ. Mnaſitheus Athenienſis in libro de Cibis, Quęcunq; cruda inquit velut Pyra, ficus, maláq; Delphica, & alia huiuſmodi comeduntur, tempeſtiuum tempus obſeruare oportet, in quo neque indigeſtos habeant ſuccos, neque putres, neque valde ab ipſo tempore abſumptos. Demetrius Sceptius in libro decimoquinto de Troico apparatu, eos bonam inquit habere vocem, qui ficu non vtuntur, & idcirco Hegeſianactem Alexandrinum hiſtoriarum ſcriptorem, à principio cum eſſet pauper tragicum fuiſſe aſſerit, & aptum ad fingendum, atque ſonorum, quia intra decem & octo annorum ſpatium ficus non guſtaſſet. Noui & prouerbia huiuſmodi ad ficus pertinentia:

B *Piſcem ſequatur ficus, at legumina*
*Caro.*
*Iucundas auibus ficus plantare recuſant:*

## *De pomis in genere, & cydonijs, & perſicis.*
## CAP. IIII.

MNaſitheus Athenienſis in libro de Edilibus Delphica mala appellat. Diphilus mala viridia nondum matura malum habere ſuccum refert, ſtomacho eſſe inutilia, ſuper ſtare, choleram gignere, ægritudines, horroréſq; inducere. Ex maturis ea ſunt meliora quæ & dulcia, nam facile excernuntur, quia non conſtringunt. Acria peiorem habent ſuccum, magiſq; aluum ſiſtunt. Quæ remiſſam habent dulcedinem, bonum os faciunt comedentium, & quia parum aſtringunt, proſunt ſtomacho. Peiorem habent ſuccum æſtiua autumnalibus. Quæ orbicata dicuntur, cum ſuauiter ſtringunt, habent dulcedinem, ita vt ſtomacho ſint vtilia. Setania verò & Platania bonum quidem habent ſuccum, & facile excernuntur, at ſtomacho minus conferunt. Mordiana, optima in Apollonia naſcuntur, quæ

Mordium dicitur Orbicatis valde ſimilia. Mala Cydonia, C quorum Struthia nonnulla vbique dicuntur, magis omnibus pomis ſtomacho conferunt, & ea maximè quæ matura fuerint. Glaucides, mala Cydonia omniũ fructuum optima eſſe inquit, Phaulia, Struthia. Philotimus libro tertio de Nutrimẽtis mala verna multò difficiliora eſſe, quàm Pyra ſcribit, ad digerendum, & cruda, quàm cruda Pyra, matura, quàm matura. Vires habent humorum quæ ſunt acria, & nondum matura, quæ multum aſtringãt, & aliqua ex parte acutas, ſuccúmq; per corpus diſtribuunt, qui xyſticus nuncupatur. Sed vt vniuersè dicam, poma difficilius quàm pyra digeruntur, quare comedentes, minus, pluráque ſumentes, magis digerimus. Xyſticus ex ipſis fit ſuccus vt Praxagora dicitur, quare non concocta craſsiores habent ſuccos. Sed ſuperius oſtendimus poma vniuersè magis difficilia eſſe ad digerendum, auſtera craſsiores ſuccos habere conſueuerunt. Ex pomis hybernis Cydonia mala magis auſteros, Struthia pauciores ſuccos præbent, minúſq; auſteros, & faciliora ſunt ad digerendum. Nicander Thyaticus mala Cydonia Struthia aſſerit appellari longe aberrans ab re ipſa. Glaucides, omnium fructuum optima eſſe D mala Cydonia voluit, & Phaulia, & Struthia. De malis Cydoniis ita meminit Steſichorus in Helena, Multa mala Cydonia ad currum Regis proiecerunt, multáque myrti folia, roſeáſque coronas, & criſpas coronas violarum. Alcman atque Cantharus, Seruat in malis Cydonius ad mammas. Philemon in rebus ruſticis mala Cydonia Struthia nominat. Phylarchus libro Hiſtoriarum ſexto, mala Cydonia vires Pharmacorum lethalium odoris ſui bonitate debilitare aſſerit, nam ſi Pharmacum pharmacum in ciſta pomorum huiuſmodi odorem habente poſita fuerint, adulterinum fit, propriámq; non amplius ſeruat naturam, atque ſi his miſceatur & detur quibus Phariacum tacitè paratur, eos ſeruant illæſos: quo poſtea ex interrogatione cogaitum fuit ab eo, qui illud vendebat, quia ex horum pomorum miſtione is animaduerterat. Hermon in linguis Cretenſibus mala Cydonia Codymala nominari aſſerit, quamuis Polemon libro quinto eorum quæ ſcripſit ad Timæum, Codymalum floris ſpeciem eſſe voluit. Alcman, malum Struthium minoris magnitudinis eſſe

A eſſe affirmat, quàm Codymalum. Apollodorus & Soſibius malum Cydonium eſſe interpretantur. Theophraſtus libro Hiſtoriarum ſecundo aliud eſſe malum Cydonium, aliud Struthium manifeſtè declarauit. Egregia poma naſcuntur in Siduntе qui pagus eſt Corinthi, vt Euphorion & Archytas in Grue commemorat;

*Ad ripas argilloſas hic qualia poma*
*Purpurea, in cultis quæ aruis Sidoentis aluntur.*

Meminit de his etiam Nicander ſic in Alienatis;

*Continuò Pliſti, aut pinguis Sidoentis ab hortis*
*Attulit hic Cadmi ſpecies, viridantia mala*
*Incidens.*

Demonſtrauit Arianus libro primo Heracleæ Siduntem pagum eſſe Corinthi, & Apollodorus Athenienſis libro quinto catalogi nauium: Antigonúſque Caryſtius in Antipatro:

*Eſt ibi maturo malo mihi gratior, arua*
*--- Quod ventoſa ferunt Ephyræ, murexq́; colorat.*

De Phauliis malis ſic Teleclides meminit in Amphictyonibus, ô in his quidem ornati, in his autem malis Phauliis B multò peiores. Theopompus in Theſeo & Androtion in Georgicis alias inquit malos Phaulias & Struthias, non enim malum decidit ex ſtruthiorum pediculo. Alias vernas, Laconicas, Siduntias, & Erugineas, ego verò viri amici maximè omnium ea mala, quę Romæ venduntur Battiana dicta, ſum admiratus, quæ ex pago quodam in Alpibus Aquileiæ conſtituto aſportari dicuntur. Non multò his inferiora ſunt ea quæ in Gangris ciuitate Paphlagoniæ naſcuntur. Theocritus Syracuſius Dionyſium primum fuiſſe pomorum inuentorem his verbis teſtatur:

*Mala ſinu ſeruans Dionyſi dulcia, frontem*
*Cui tegit Herculeus ramus, cui populus alta.*

Neoptolemus Parianus aſſeuerat in Dionyſiade poma etiã, veluti reliquos fructus, à Dionyſio fuiſſe inuenta. Vocatur genus quoddam Pyrorum, Epimelis, vt author eſt Pamphilus. At Timachidas libro quarto poma quædam Heſperidum aſſerit appellari, quæ Diis etiam apponi conſueuiſſe apud Lacedæmonios ſcriptum reliquit Pamphilus: bonum odorem hæc habere dicuntur, at eſui apta non eſſe, quæ Heſperidum vocantur. Ariſtocrates libro rerum Laconicarum

earum quarto, Mala præterea quæ dicuntur Heſperidum, C
& Perſica. Theophraſtus libro ſecundo Plantarum, cum earum arborum mentionem facit, quarum fructus non eſt manifeſtus, hæc inquit, Omnium præterea maiorum principium ſeménq; patet, ſicut amygdalæ, nucis, & quæcūque his ſunt ſimilia, præter Perſicum, cuius minimé. Et rurſus, Mali punici, & pyri fœminæ. Diphilus Siphnius in eo libro, in quo quæ ægrotantibus ſaniſq; comedenda ſint, ſcribit, hæc ita protulit, Mala quæ Perſica dicuntur, & à quibuſdam Coccymala, bonū ſuccum mediocriter habent, magiſq; nutriūt quàm mala. Philotimus libro de Nutrimentis decimotertio, Perſicū pinguius eſſe aſſerit, miliaceum, mollius, & plurimum olei, ſi exprimatur, emittere. Ariſtophanes Grāmaticus Coccymala ſcribit Laconas in linguis Laconicis oxymala vocitare, at adrya Perſica.

*De citriis malis.* CAP. V.

MAgna incidit dubitatio inter Dipnoſophiſtas de malo citrio, nunquid aliqua eius mentio apud antiquos facta eſſe reperiretur. Myrtilus igitur quaſi ad Agreſtes Capreas nos quæritantes mittens, Hegeſandrū inquit Delphum mentionem huius dictionis in ſuis Commentariis D
feciſſe, nunc tamen ſe verborū non recordari ad quem reſpondens Plutarchus, ego declarabo inquit nihil proſus ab Hegeſandro de hac re dictum fuiſſe, nam hac pręcipuè cauſa commotus omnia eius volumina diligenter perlegi. Alius præterea ſociorum hoc ita ſe habere ſtatim affirmauit, Commentariolis quibuſdam cōcitatus viri non obſcuri, quare aliud teſtimoniū tibi amice Myrtile quærendum putes. Aemilianus doctiſsimum ait Iubam Mauritaniæ regem meminiſſe de citrio in ſuis de Libya commentationibus, quod pomum apud eos malum Heſperi cum dicit nominari: à quibus fama eſt Herculem aurea mala ſic ex colore nominata in Græciam poſtea detuliſſe. Scriptum apud Aſclepiadem libro ſexageſimo rerum Aegyptiarum reperitur, terram in Iouis & Iunonis nuptias malum illud emiſiſſe. Hos reſpiciens igitur Democritus, Si hæc inquit ſcripſit Iuba, valeat cum ſuis libris Libycis, & Anonis erroribus. Ego profectò nomen hoc citrij apud antiquos poſitum non fuiſſe affirmo: id tamen quod Theophraſtus Ereſius

A in Hiſtoriis plantarum ſcripſit,coëgit me vt de malo citrio dictum intelligerem:inquit enim Philoſophus libro quarto, Regio Media & Perſia alia habent complura, & malum quod Perſicum, vel Medium appellatur. Habet arbor huiuſmodi folium ſimile,& par ferè folio lauri,portulacæ, & nucis; ſpinas quales pyrus, aut oxycantha, eaſque leues admodum, duras, & acutas: Malum non comeditur,quod & ipſum cum foliis ipſius arboris eſt odoriferum. Si malum hoc inter veſtes ſeruetur,eas cuſtodit illæſas. Confert idem cum quiſpiam pharmacũ lethiferum ſumpſerit, nam ſi in vino detur ventrem interpellat,pharmacúmque expellit,& bonum in os odorem confert. Si quis in iure,vel alio quouis, mali interiora lixauerit, atque in os expreſſerit, & ſorbillet,ſuauis efficietur ei odor. Huius arboris ſemen ex malo exemptum ſtudioſè cultum in areolas vere ſeritur, poſtea quarto vel quinto quoque die irrigatur, quod cum fuerit adultum vere rurſus in locum mollem, & riguum,non tamen nimis tenuem,tranſplantatur.Omnibus temporibus poma producit, & alia pariter auferuntur,alia florent,alia cadunt.Quicunq; flores,quaſi colum quandam
B habent in medio,fertiles eſſe putantur, at qui minimè habent,inutiles ſunt prorſus ad generandum. Multa præterea de colo, & feracibus floribus dixit libro primo eiuſdem argumenti. His ego amici tot rationibus commotus,quas de colore, odore, ſaporéque, & foliis adduxit Theophraſtus eam arborem facile eſſe crediderim, quæ citrium producit. Neque quiſpiam ſanè veſtrum debet admirari,quòd malum non comedi,dixit, quandoquidem nullus vſque ad auos noſtros citriũ guſtauit, ſed velut pretioſum quidpiam inter veſtes in ciſtis deponi conſueuerant. Quòd verò ipſa planta ex ea regione ſuperiore in Græciam deuenerit, facile eſt apud comicos poëtas fidem aucupari, qui de magnitudine eorum nonnulla dicẽtes citriorum etiam mentionem facere videntur.

Antiphanes in Bœotio:

*Abſurdus ipſe ſermo non explebili*
*De obſoniis viro. Sed hæc virgo accipe*
*Formoſa mala:pulchra certè,Quàm Dei.*
*Eſt ſemen hoc nuper relatum ad Atticos*
*A' rege,per Venerem puto Heſperidum genus.*

Tria

*Tria eſſe ſola mala dicunt aurea hæc.*
*Rarum bonum eſt vbique, ſitq; plurimi.* C

Eoſdem iambos cum Eriphus in Melibœa poſuiſſet, hæc præterea ab Antiphane differentia addidit:

*Puto Heſperidum genus Dianam per tria*
*Hæc eſſe ſola mala dicunt aurea,*
*Rarum bonum eſt vbique, ſitq; plurimi.*
*Pro his ipſe vix obolum darem, plus hoc, nihil.*
*Examino nam cuncta, mali punicæ*
*Quàm ſunt generoſæ: in Cypro quòd fertur Venus*
*Hanc arborem plantaſſe ſolam. Poſtea*
*Plantaſſe pretioſa iſta ſola Berbia.*
*Hæc ſic habe, non plura certè repperi.*

Si qua contra rationes noſtras citrium eſſe demonſtrantes aliquis habet, manifeſtiora adducat teſtimonia. Accedit noſtræ huic ſententiæ Phæniæ Ereſij opinio, qui cedrium nequaquam à cedro nominari aſſerit. Cedrum enim inquit libro quinto Plantarũ, ſpinas habere circa folia, quod etiam accidere circa citrium manifeſtum eſt omnibus. accepi à ciue meo, cui Aegypti principatus creditus fuit citrium & ſicco & humido nutrimento cõtrarium eſſe pharmacum, atque etiam per Deos venenis aduerſari. Hic quoſdam ſceleſtos viros ferarum cibum eſſe damnauerat, quia per facinora multa ita meruerant, atque hos omnibus feris proiicere decreuerat. Prædonibus igitur in paratum theatrum ingreſſuris caupona quædam mulier oleum quod præ manibus habebat in via tradidit, quæ prius citrium comederat. Hi poſtea horrendis, crudeliſsimíſque animalibus proiecti, & ab aſpidibus percuſsi, nihil denique paſsi ſunt. Dubius fuit dudum ſanè princeps, atque militem eorum cuſtodem ſi quid vel ediſſent vel bibiſſent interrogauit, vt verò citrium illis traditum eodem die fuiſſe cognouit, huic citrium poſtero die dari, illi autem nequaquam iuſsit. Is demum qui citrium prius comederat, nihil rurſus paſſus eſt, at ille morſus ſtatim interiit. Hoc cum multis in rebus expertum eſſet, inuentum eſt denique citrium omnibus venenis aduerſarium eſſe pharmacum. Si quis totum citrium, velut ſe habet ex ipſa natura, in melle Attico cum ſemine coquat, in melle ſoluetur; quòd ſi quis ex eo mane ad duos vel tres digitos ſumpſerit, nihil prorſus à venenis patietur. D

A patietur. Si quiſpiam verò minus fortaſſe noſtris ſermonibus credendum arbitratur, diſcat hoc à Theopompo Chio, viro veri maximè ſtudioſo, qui etiã multa nummûm millia in diligentem hiſtoriæ inquiſitionem impendit: hic igitur libro trigeſimo octauo Hiſtoriarum, vbi de Clearcho Heracleota Pontico tyranno agit, qui multos violenter interemit, multiſque cicutam bibendam præbuit; Poſteaquam omnes inquit pharmaci huius potum cognouerunt, nullus prius domo exibat, quàm rutam comediſſet, quam ſi quis prius comedat, nihil omnino pati ab aconito dicunt. Illud autem ita vocatur quòd in Aconis, qui locus eſt circa Heracleam naſcatur. Hæc cum Democritus dixiſſet, multi citrij virtutem admirantes, comederunt tanquam nihil antea comediſſent aut bibiſſent. narrat Pamphilus in Linguis citrum apud Romanos appellari.

## *De oſtreis.* CAP. VI.

HIs ita habitis multa poſtea nobis viritim lata ſunt Oſtrea, & alia Cruſtata plura memoria digna, quorum huiuſmodi mentionem inuenio apud Epicharmum in B Hebes nuptiis; Agè verò multiplicia conchylia, patellas, aſpedos, Strabelos, Cecibalos, Tethynacia, Glandulas, purpuras, Oſtrea aperta, quæ facile eſt comedere, diuidere non item: Mitilos, Anaritas, Buccinas, & Sciphydria, quæ dulcia ſunt ſi ſubinde comedantur, per hyemem verò acria, macrogongylos vngues, at nigra concha omnibus conchothera, eſt in Triſonia, aliæ inſuper conchæ amathitides, improbæ quidem viſæ, & generoſæ, quas omnes homines Androphyctidas appellant, nos verò Dei, Albas. At in Muſis ſcriptum reperitur, pro concha nos antellem vocamus. Eſt autem caro inſuauiſsima, ac tellinã fortaſſe intelligit, quam Romani Mytlon dicunt: cuius Ariſtophanes Grammaticus mentionem faciens in Commẽtario de Scytale mœſta ſimiles inquit eſſe patellas iis quæ tellinæ dicuntur. Callias Mitylenæus in patella apud Alcæũ, odam inquit eſſe apud ipſum Alcæum cuius huiuſmodi eſt principium;

*Petræ marisq; ſum profundi filia.*

Cuius ſub finem poſtea ſcribitur:

*Ex patellis Marina mentem mollias, patella.*

Ariſtophanes pro patella Chelym poſuit, dicæarchúmque non

non rectè dixiſſe aſſerit, qui patellas nominauit. Pueri cum in os ſumpſerunt tibia canunt, atque his ludunt, ſicut apud nos loquaces pueri, iis quæ vt vocantur tellinæ. Sic etiam Soſipater Phleacographus in eo actu qui prudens Theombrotus inſcribitur: C

*Tellina me repente quædam corripit,*
*Et dulcis auditus meas aures tenet.*

Epicharmus inquit quodam in loco in Pyrrha & Prometheo, ſi quis Græcorum andritem videret quanta eſt, & patella. Apud Sophronem Conchæ Melænides dicuntur. Melænidas quid accumulare ex paruo portu? in inſcripto piſcatorio venatorem Cherabem nominat: meminit & Archilochus de Cherabe, Ibicus verò de Anarita; dicitur autem anarites & anartas, quæ cum ex oſtrearum genere ſit, petris adhæret velut etiam patellæ. Herondas in auxiliaribus, Adhærens tanquam quiſpiam anarites ex Choeradibus. Aeſchylus in Perſis, Quis perdat inſulas dixit anaritarum nutrices? meminit Homerus de Tetheis. Diocles Caryſtius maximè ad excernendum & vrinandum prodeſſe inquit, Mitilos, Oſtrea, Pectunculos, & Chamas. Archippus in piſcibus, patellis, echinis, eſcharis, aciculis, & pectinibus. Robuſtiores etiam inter oſtrea dixit eſſe Docles conchas, purpuras, buccináſque. De Buccinis hæc ſcripta reliquit Archippus: D

*Alumne ponti, purpuraq́; Buccina*
*Fili:*

Speuſippus libro ſecũdo de iiſdem, ſimiles ferè eſſe inquit, Buccinas, purpuras, Strabelos, Conchas. de Strabelis ita Sophocles meminit in Camicis, Huius marinę Strabeli ſiquidem filiũ poſſemus inuenire. Speuſippus præterea quædam ſingulatim connumerat, Conchas, Pectunculos, Mitilos, Pinnas, Vngues. & alibi, Oſtrea, Patellas. Ararus in Campylione, aſtutę certè ſunt epulæ conchæ, & vngues, flexæ'q; ſquillæ delphinum ſaltarunt more. Sophron in mimis, quæ ſunt huic grata? nunquid longæ conchæ; & vnguis, dulcem habet carnem hoc conchylium, viduarum mulierum voluptas. Meminit de Pinnis Cratinus in Archilochis, hæc pinnis ſimilis & oſtreis. Philyllius, Phrynichus, & Ariſtophanes in Ciuitatibus, Polypodiũ, Sepiolam, Locuſtam, Gammarum, Oſtrea, Chamas, Patellas, Vngues, Mitilos, Pinnas,

A Pinnas, Pectunculos. Ex Methymne latus eſt carbunculus, trigla, Sargus, Mugil, Perca, Graculus. Agias & Dercylus in Argolicis, ſtrabelos, aſtrabelos nominant, tanquam ad buccinandum vtilium mentionem facientes. Inuenitur autem in maſculino & fœminino genere dici conchas. Ariſtophanes in rebus Babyloniis:

*Hiabat vnuſquiſque concha vt aſſolent.*

*Carbonibus coctæ ſuper feruentibus.*

Teleclides in Heſiodis Concham dixit aperire. Sophron in Gynæceis, illæ, profectò omnes veluti cōchæ nobis vno iuſſu patuerunt, quæ ſingulæ carnem exerunt. In maſculino genere dixit Aeſchylus in Glauco marino, conchi, mitili, oſtrea. Ariſtonymus in Theſeo, Aderam conchus ſicut alia tingens. Eodem pacto & Phrynichus in Satyris. Hiceſius Eraſiſtratius ex Chamis alias aſperas, alias regias inquit appellari, aſperáſq; malum habere ſuccum affirmat, parum nutrire, & vtiles eſſe ad excernendū, quibus etiam vtuntur illiciis purpuras capientes: at quod ad magnitudinem, differentiáſque ſpectat leuium ſunt fortiſsimę. Hegeſander in ſua commentatione aſperas Conchas Corycos à B Macedonibus nominari ſcripſit, ab Athenienſibus Crios. His multò facilius patellas excerni idem teſtatus eſt, ac oſtrea minus nutrire, ſatietatem inducere, faciléq; excerni. Pectines magis quàm hę nutriunt, at peiorem habent ſuccum, difficiliúſque excernuntur. Ex mitilis autem ij qui circa Epheſum naſcuntur, atque his ſimiles, meliores ſunt quàm pectines ob ſucci bonitatem; Chamis tamen deteriores, magis vrinam cient, cum in vētrem delati fuerint. Sunt quidam præterea ex his qui ſcillæ habent ſpeciem, malúmque habeant ſuccum, & guſtui ſint iniucundi. Qui minores ſunt his, exteriúſque denſi, magis concitant vrinam, meliorémque habent ſuccum, quàm ij qui ſcillæ ſimiles: minus autem nutriunt tum ob ipſam magnitudinem, tum quòd huiuſmodi naturam ſortiti ſunt. Buccinarum colla ſtomacho conferunt, & minus nutriunt quàm mitili, Chamæ, & pectunculi. Iis verò qui debiliorem habent ſtomachum, ita vt non facile nutrimentum in vas tranſmittere valeant, ſunt inutiles prorſus, quia non facile corrumpuntur. Nam quæ facile digeruntur, è conuerſo ſe habent ad huiuſmodi diſpoſitionem, quia cum ſint tenera, & ſolu-

tioni idonea, facillimè corrumpuntur. Hinc illorum papauera ad ſtomachi quidem intentionem non proſunt, at ventris debilitati conducunt. Magis nutriunt, magíſque ſunt voluptati apta purpuræ papauera, præter id quod magis ſcyllitica ſunt, nam totum eſt huiuſmodi Conchylium. Illud & purpuris, & vnguibus proprium eſt, quòd ius in quo coquuntur faciunt ſpiſſum. Si ſola purpurarũ lixentur colla, ad bonas ſtomachi diſpoſitiones præparant, de his ſic in Locris meminit Poſidippus: C

*Tempus lecu ctis eſt cure, anguillæ, & hinc*
*Conchis, echinis & nouis, papaueri.*
*Pinnis, mitilis.*

Maiores glandes facile excernuntur, & ſtomacho conferunt. Auriculæ quæ in inſula Pharo apud Alexandriam naſcuntur, magis quàm prædicta omnia nutriunt: at non facile excernuntur. Antigonus Caryſtius in libro de Dictionibus Aeolas ſcribit aurem Veneris hoc oſtreum vocitare. Pholades magis nutriunt, at ſunt olidæ. Quæ tethea dicuntur, ſimilia ſunt hiſce prædictis, magiſq; nutriunt. Naſcuntur & quædam oſtrea quæ fera dicuntur, multum hæc nutriunt, olent, & vilia ſunt guſtui. Ariſtoteles in libris de Animalibus cruſtata ſunt inquit, pinna, oſtreum, mitilus, pecten, vnguis, cõcha, patella, tethos, glandula. Progrediuntur buccina, purpura, hedypurpura, echinus, & ſtrabelus. Habet pectunculus teſtam aſperam, & virgatam, tethos ſine virgulis & leuem. At pinna tenue os habet, quod oſtreũ habet craſſum, teſtámque vniforem, & leuem. Patella biforis eſt, læuémque habet teſtam. D

ὠτάρια.

## *De purpurarum ortu, & aliarum oſtrearum.*
## CAPVT VII.

COaleſcunt mitili, at vnguis & glandulę ſimplices ſunt & læues, commune his duobus eſt concha. Epenætus id quod eſt intra pinnam, papauer appellari ſcribit in Conditura. Ariſtoteles purpuras verè naſci libro quinto Animalium ſcriptum reliquit, buccinas ceſſante hyeme. Ea cuncta omnino quæ cruſta teguntur, vere oua habere apparent, quod etiam autumno reliquis accidit echinis cibo idoneis, illi enim maximè vigent per id tempus, & in plenilu

A niluniis præcipuè, atque diebus calidis: Pyrrhæis exceptis, qui ſunt in Euripo, iſti ſiquidem meliores ſunt per hyemem, parui, ſed ouorum pleni. Videntur eodem tempore cochleæ etiam habere in vtero. Poſtea paulo vlterius procedens inquit Philoſophus, purpuræ vere in vnum congregantur, & id faciunt quod fauago dicitur, quæ faui habet ſpeciem. Non tamen ita foramina ſunt profunda, ſed ſicut ſi multi alborum cicerum cortices componerentur. Nullus horum meatuum apertus eſt, neque ex huiuſmodi compoſitione purpuræ oriuntur: ſed veluti cætera cruſtis intecta ex limo, & corruptione. Illud verò & purpuris & buccinis quaſi purgatio quædam accidit, nam & ipſæ buccinæ fauum conſtituunt, mucoſum quiddam emittunt purpuræ cum fauum concipere incipiunt, quod eſt viſcoſum, quo fit vt cortices illi inter ſe cohæreant, hæc igitur poſtea diffunduntur, emittúntque ſaniem quandam in terram, in quo loco purpuræ paruæ poſtea gignuntur, quas deinde maiores purpuræ habentes capiuntur. Has ſi quis ante quam pariant ceperit, in vnum aliquando coëuntes in caniſtris pariunt, racemúmque ipſum conficiunt. Purpurarum plura ſunt genera, quarum aliæ ſunt magnæ, ſicut quæ circa

B Sigæum & Lectum naſcuntur. Aliæ paruæ, velut quæ circa Catiam capiuntur, & in Euripo. Atque illarum quæ in ſinibus capiuntur, magnæ & aſperæ florem plurimæ habēt nigrum, nonnullæ rubrum & exiguum, aliquæ autem earum ita creſcunt, vt vel ad minæ pretium accedant. Quæ in litoribus, & circa extremas maris partes naſcuntur, exiguam conſequuntur magnitudinem, & florem habent rubicundum. Quæ in Borealibus locis reperiuntur, ſunt nigræ, cum ſæpius Auſtrales ſint rubicundæ. Apollodorus Athenienſis in iis quæ de Sophrone ſcripſit, prouerbium hoc addidit, purpuris guloſior. Quod quidam à tinctura deduci arbitrati ſunt, quia cuncta ad ſe attrahit, & quibus apponitur iis ſplendorem quendam iniicit: alij tamen ab ipſo animali deduci maluerunt. Capiuntur veræ purpuræ vt teſtatur Ariſtoteles, at ſub Caniculæ exortum nequaquam, non enim paſcuntur per id tempus, cùm ſe abſcondant & deliteant. Inter papauer & collum ſuum habēt florem. Habet purpura & buccina operimenta ſua in iiſdem corporis partibus, & omnia denique conchylia ab ipſa na-

tura. Paſcuntur ſub operimento eam, quæ lingua dicitur, C
exerentes, cuius purpuris magnitudo eſt digiti, vel etiam maior. Hac paſcuntur, cõchyliáq; perforant, & ſuam etiam teſtam. Longam & purpura & buccina vitam ſunt conſecutæ, nam viuunt ad ſextum annum, quarum augmentum ex ipſo qui eſt in ipſa teſta ambitu dignoſcitur. Conchæ, Chamæ, vngues, & pectines in ſabuloſis naſcuntur locis. Pinnæ ex profunditate naſcuntur rectæ, atque pinnophylacem intra ſe habent, aliæ ſquillam, aliæ cancellum, quo ſi priuatæ fuerint, breui moriuntur. Hunc Pamphilus Alexandrinus ſimul cum illis naſci voluit in libro de Nominibus: at Chryſippus Solenſis libro de bono & voluptate quinto, pinna & pinnoteres inquit ſimul operantur, quia neuter ſeorſum ex opera ſua viuere poſſet: nam pinna oſtreum eſt, pinnoteres verò cancer exiguus, atque pinna foribus oſtrei apertis piſciculos adeuntes obſeruans quieſcit: tum pinnoteres cum quid ingreſſum fuerit mordet, aſsiſtens, prædámque ſignificat, tum pinna oſtreum claudit, & ambo præda ſimul veſcuntur. Sunt qui ex eodem ſpermate hæc vnà naſci affirment. Omnia cruſtata in locis limoſis naſci autor eſt Ariſtoteles, in cœno quidem oſtrea, in ſabuloſis conchas, & quæ dicta ſunt in lapidum cauernis tethea, & glandulas, & quæ ſtant in ſuperficie ſicut patellæ & natices. Eodem pacto quo cruſtata, & non cruſtata naſcuntur, ſicut ſpongiæ & vrticæ, in ſaxorum ſcilicet foraminibus. Sunt autem duo vrticarum genera, aliæ enim in petris concauis naſcentes nunquam abſoluuntur, aliæ in planis rurſus & læuibus ſolutæ diſcedunt. Has vrticas Eupolis in Autolyco acalephas nominat, Ariſtophanes præterea in Phœniſsis, habebat omnium primum vt naſcerentur iphya, Poſtea Cranaa acalepha: ſic etiam in Veſpis. Pherecrates in Transfugis, & par temporis ſpatium acalephis coronati. Diphilus Siphnius medicus vrticam ventri aſſerit conferre, vrinam ciere, vtilémque eſſe ſtomacho, at pruritum capientibus facit, niſi prius vncti fuerint: ipſa enim venantes vrtica magno dolore afficit, à quibus etiam ob aſperitatem vrtica nominatur. Ob hanc ipſam fortaſſe & herba, nam ex bono omine per antiphraſim nomen ſortitur, non enim facilis eſt tactui, vel tenera, at aſpera & iniucunda. De marina vrtica ſic meminit in Amphiarao D

Philip

A Philippides, Oſtrea, vrticas patellas appoſuit mihi. In Ariſtophanis Lyſiſtrate etiam ſic luditur, Sed ô oſtrearũ robuſtiſsima, maternarúmq; vrticarũ. Tethea præterea oſtrea, ad nutricem & matrem comicè vertuntur. De aliis oſtreis ſic Diphilus meminit, ex Chamis magnis, quæ minores ſunt, carnémque habent tenuem, oſtrea dicuntur, & ſtomacho conferunt, faciléque excernuntur. Maiores, quæ à quibuſdam regiæ dicuntur, & Peloriç, nutriunt, non facile excernuntur, bonúmque habent ſuccum, & ſtomacho conferunt, & quæ maiores, maximè. Tellinæ multæ in Canopo naſcuntur, & ſub Nili aſcenſum præcipuè abundant, inter quas regiæ magis ſunt tenues, facile ſecedunt, ſunt leues, & nutriunt: dulciores ſunt fluuiatiles. Mitili mediocriter nutriunt, ſecedunt vrinámque cient: optimi ſunt Epheſij, atque his etiam meliores autumnales. Mitilæ fœminæ, & quæ inter has ſunt minores, ſunt dulces, bonum habent ſuccum, multúmque nutriunt. Solenes à quibuſdam dicti, ab aliis tibiæ, fiſtulæ, & vngues, multum eúmque malum habent ſuccum, & ſunt viſcoſi: mares inter hos ſunt virgati, non ſimplicem habent colorem, qui colore cæſio, lapidem generantibus ſunt vtiles, & cum difficultate vrinantibus. vel ἀγαν χρώματων.

B Fœminæ ſimplicis ſunt coloris, & dulciores. Comeduntur elixi, & in ſartagine cocti, meliores tamen ſunt qui ſuper carbonibus torrentur, donec aperiantur. Huiuſmodi oſtrea captantes Soleniſtæ dicuntur, ſicut Phanias Ereſius in libro, Cædes tyrannorum ex ſupplicio inſcripto, ita ſcribens teſtatur, Philoxenus Soleniſta cognominatus ex populari tyrannus euaſit. Primum enim victum ex piſcatione acquirebat cum vngues piſcaretur, poſtea temporis proceſſu occaſionem capiens habuit prædia. Ex pectinibus teneriores ſunt albi, fœtidi, ita tamen vt ventri conferant. Ex nigris & fuluis, maiores, & iuuenes bonum os faciunt, atque omnes generatim ſtomacho conferunt, facile digeruntur, & ſunt vtiles ventri, ſi cum pipere, cuminóque comedantur. Mentionem facit Archippus eorum in piſcibus, patellis, echinis, eſcharis, aciculis, & pectunculis. At glandulæ, ob eam quam habent cum glandibus quercuum ſimilitudinem ita dictæ, pro locorum ratione differunt. Nam Aegyptiæ teneræ ſunt, dulces, bonum os faciunt, nutriunt, multum habent ſuccum, vrinam cient,

ventríque ſunt vtiles, cùm aliæ ſint amariores. Auriculæ difficulter digeruntur, & in ſartagine coctæ magis nutriunt. Pholades bonum faciunt os, at ſunt fœtidæ, & malum habent ſuccum. Echini ſunt teneri, bonúmque habent ſuccum, ſunt fœtidi, inducunt ſatietatem, & facile corrumpuntur; ſi cum oxymellæ, apio, & mentha comedantur ſtomacho ſunt vtiles, bonum habent ſuccum, & ſunt dulces. Leniores ſunt inter hos rubicundi, fraxinei, craſsiores, & qui cum raduntur lacteum quiddam emittunt. Eorum qui circa Cephaleniam, Icariam, & Adriam naſcuntur, quidam ſunt ſubamari. Qui circa Siciliæ ſcopulum capiuntur, ventrem ſoluunt. Plura eſſe echinorum genera ſcribit Ariſtoteles, vnum quod comeditur, in quo vocata oua reperiuntur, & duo eorum qui Spatagi & Bryſsi dicuntur. De Spatagis ſic Sophron & Ariſtophanes in Nauibus onerariis meminit, Deuorantem, concidentem, lingentémque mihi inferiora, Spatagum. Epicharmus in Hebes nuptiis hæc de echinis commemorat, Cancer & echinus veniunt, qui per ſalſum mare natare neſciunt, ſed pedeſtres tantùm progrediuntur. Demetrius Scepſius libro vigeſimoſexto Troiani apparatus Laconem quendam ſcribit ad conuiuium vocatum acceſsiſſe, mariniſque Echinis appoſitis cum vſum eos edendi ignoraret, neque tamen conuiuis, quo pacto comedere oporteret, admonentibus pareret, vnum ſumpſiſſe, quem cum in os vnà cum ſuo putamine poſuiſſet, Echinum dentibus momordiſſe, quo cibo offenſus cùm ob aſperitatem non cederet, ô ſceleſtum inquit edulium, neque te nunc pigrè dimitto, neque rurſus poſtea capiam. Teſtatur Ion Chius in Noua Phœnica his verbis Echinos & terreſtres & marinos, ſe ipſos à venatoribus defendere, ſpinas in eos, quaſi aliquod vallum munitum, iaculantes.

C — D (margin section letters)

*Leonis in terris at exituli doles.*
*Laudans Echini artes magis poſt aſperas,*
*Qui primùm odorem cum ferarum ſenſerit*
*Se contrahit, rotundus & ſpinis tegit*
*Totum, facultas nulla tangendi patet.*
*Mordere nec poſſunt, humi, tutus iacet.*

Ex patellis aliæ ſunt exiguæ, vt teſtis eſt Diphilus, aliæ oſtreis pares, quæ aſperæ ſunt, & minimum habent ſucci,

non

A non ſunt valde acres, at bonum faciunt os, facileque digeruntur, elixæ bonum aliquantulum os efficiunt. Pinnæ vrinam cient, nutriunt, non facile digeruntur diſtribuuntur've. His ſimiles ſunt buccinæ, quarum colla ſtomacho conferunt, at difficilia ſe præbent ad concoctionem, quo fit vt non idonea ſint ſtomacho laborantibus, difficulter excernuntur, & mediocriter nutriunt. Ea, quæ harum vocantur papauera in vmbilicis, tenera ſunt, facileque corrumpuntur: quare iis conueniunt qui ventrem habent debilem. Purpuræ mediæ inter pinnas ſunt & buccinas, quarum colla multum habent ſuccum, bonúmque os faciunt: reliqua earum pars ſalſa eſt, & ſuauis, facile diſtribuitur, & bono habitui eſt peropportuna. Oſtrea in fluuiis, ſtagnis, & mari naſcuntur, meliora tamen ſunt marina, ſi ſtagnum, vel fluuius adiaceat, nam & maiora & dulciora, bonúmque ſuccum habentia fiunt. Quæ in litoribus ſunt, & petris limoſis adhærent ſine aquis, parua ſunt, aſpera, & mordacia. Meliora ſunt verna, & quæ ſub æſtatis initium fiunt, nam plena in mari verſantur, conferunt hæc
B ſtomacho cum quadam dulcedine, facileque excernuntur. Quæ cum malua, vel lapatho, aut piſcibus, vel etiam ſola cocta fuerint, nutriunt, & ventri conferunt. Mnaſitheus hæc in libro de Edilibus ſcripta reliquit, oſtrea Conchæ, mitili, & ſimilia, carnem habent difficilem ad concoquendum, ob eum qui eſt in iis ſalſum humorem, quare ſi cruda hæc comedantur, aluum ob ſalſedinem ſubducunt. Cocta verò vel totum ſalem, vel bonam eius partē in humorē remittunt in quo cocta fuerint, hinc humores in quibus oſtreum aliquod fuerit coctum perturbant, & aluum ſubducunt, carnes præterea coctarum oſtrearum humore priuatæ ſtrepitum faciunt. Si quis oſtrea ipſa aſſare diligenter voluerit, eorum caro ſic iucundiſsimam habebit diſpoſitionem, ignitur enim, quo efficitur vt non ita difficilis ſit, veluti cruda, ad digerendum, & humores habeat inde exiccatos, quibus venter debilitatur. Nutrimentum humidum difficileque ad digerendum & vrinandū omnia præbent oſtrea, vrtica, echinorúmque oua, & cōplura huiuſmodi nutrimentū humidum, exiguumq́; cōferunt, ventrē tamen ſoluunt vrinamq́;

promouet. Nicander Colophonius hæc de oſtreis ſcripſit. C

*Oſtrea vel ſalſo paſcuntur tanta profundo,*
*Natrix, & turbo, mitiliſque, peloriđes, ipſa*
*Lubrica, pinnarum ſimul his arcanáque tecta.*

Archeſtratus in Gaſtronomia:

*Aenus habet magnos mitilos, habet oſtrea Abydus.*
*Vrſas inde Paros, pectunculus eſt Mitylenes.*
*Plurimus Ambraciæ pariter qui naſcitur oris,*
*Cúmque hoc multa ſimul. Meſſana peloridas inde*
*Anguſti nutrit portus in gurgite conchas.*
*Nec minus hinc Epheſus Chamis erit vtilis alta.*
*Tethea Chartago nutrit. tu contere ponti*
*Præcones, pariter terreſtes Iuppiter alme:*
*Vnúmque excipias hominem, mihi gratus amicus*
*Ille habitat celebrem generoſo palmite Lesbum.*
*Dicitur hic Agathon.*

Philyllius, ſeu quicunque Ciuitates fecit, Camas inquit, patellas, vngues, mitilos, pinnas, & pectunculos ex Methymne. Oſtreia ſolùm antiqua dixerunt, hinc Cratinus in Archilochis, pinnis ſimilis & oſtreis. Epicharmus D in Hebes nuptiis, Oſtreia adhærentia. Meminit de Oſtreo aue Plato in Phædro, oſtrei more deuincti. Et in Timæo, oſtreorum omnium genus. At libro decimo de Republica oſtreia dixit coaleſcere, oſtrea & phycias. Pelorides autem à Pelorio maiore quàm Chama, varióque dicuntur, quas Ariſtoteles in ſabulone naſci aſſerit. Meminit Ion Chius in Peregrinationibus de Chamis, quæ Conchylia fortaſſe à petendo ita ſunt nominata.

## De margaritis. CAP. VIII.

DE oſtreis autem quæ circa Indiæ regionem naſcuntur (neque enim abſurdum fuerit de his quoque mentionem facere, ob vſum margaritarum) ſic à Theophraſto in libro de Lapillis ſcribitur; inter lapillos qui maximè ſunt in pretio, connumerantur etiam margaritæ, natura pellucidæ, ex quibus pretioſiſsima monilia conficiuntur: naſcuntur in oſtreo quodam pinnis ſimillimo, ſed minore, quarum magnitudo eſt quantus oculus piſcis ſatis magni. Androſthenes ſic in Indica à nauigatione

A ne ſcribit, Inter turbines, pocellos, reliquáque Conchylia ſuauia ſunt variata, multúmque ab his quæ ſunt apud nos differunt. Naſcuntur hic purpuræ, & multa aliorum oſtreorum copia, ſed vnum illud quod hi Berberi appellant, ex quo margarita lapillus naſcitur, peculiare eſt regioni; hæc pretioſa eſt in Aſia, & apud Perſas, ſuperioréſque locos pro auro venundari ſolet. Oſtreæ aſpectus nihil ferè differt à pectinibus, neque ſculpta eſt, ſed leuis & denſa, neque binas etiam habet aures velut pecten, ſed vnam tantum. Lapillus in ipſa oſtrei carne naſcitur, non aliter atque grando ſolet in ſuilla. Ex his lapillis ita alius auro eſt ſimilis, vt ſi apud aurum ponatur non dignoſcatur facile, alius argenteus, cuius extremus candor ſimilis eſt oculorum piſcium. Chares Mityleneus libro Hiſtoriarum ad Alexandrum ſeptimo ita de his ſcribit, in mari Indico circa Armeniam & Perſicam regionem, Suſianámque & Babyloniam quiddã oſtreo ſimillimum capitur, quod magnum eſt & oblongum, carnem magnam, candidã & odoriferã valde habet, ex qua alba oſſa euellẽtes margaritas poſtea appellãt: ex his torques faciũt mani
B bus pedibúſq; armillas cõponunt: quarum magis quàm auri ſtudioſi ſunt Perſæ, Medi, & Aſiatici. Iſidorus Characenus in commentario ſuo de Parthia, inſulam quandam circa Perſicum mare eſſe ſcribit in qua multa vnionum copia reperitur: quare rates arundineæ ſunt circa dictam inſulam, ex quibus per viginti vlnarum ſpatium in mare demittentes duplices ſurſum conchas attrahunt. Quum magna facta fuerint tonitrua, imbriúmque effuſiones tum pinnæ magis ferunt in vtero, vt aiunt, & plurimæ maioréſque naſcuntur margaritæ. Pinnæ per hyemem ſe in profundum maris immergere conſueuerunt, per æſtatem verò nocte natantes aperiuntur, mox per diem ſe occultant. Quæ petris ſaxis've concauis adhærent, radices emittunt, atque hic exiſtentes margaritas gignunt. Viuunt autem & nutriuntur per eam partem quæ carni adhæret, quæ ori ipſius oſtrei eſt propinqua, forcipémque habet quæ cibum introducit, atque ſimilis eſt cancro exiguo qui dicitur pinnophylax: hinc ſe extendit caro velut radix quædam vſque ad medium oſtrei, apud quam per conchæ ſoliditatem innata margarita au-

getur, & ſemper donec adhæret nutritur. Verùm vbi C caro apud pullulationem ſubrepit, paulatimque incidens margaritam ab ipſa teſta ſeparauit, quamuis includat non tamen etiam nutrit, ſed læuiorem, ſplendidiorem, puriorémque efficit. Prima quæ in profundo verſatur ſplendidiſsimam, puriorem, & magnam efficit margaritam. At quæ delectatur ſuperficie & rurſum fertur, minor euadit, peiorémque habet colorem, quia radiis ſolis offenditur. Periclitantur margaritarum venatores cum directè in apertam concham manus protendunt, quia tunc illa clauditur, & eorum digiti ſæpe abſcinduntur, fuerunt etiam nonnulli qui ſtatim mortui ſint: qui verò obliquè manum in concham protendere didicerunt, facilius illam diuellunt à lapidibus. De Smaragdis meminit Menander in Planitie, Smaragdum hæc, & Sardia eſſe oportebat, quod ſine, s, maragdus melius certè diceretur, nam ex ſplendore, quia pellucidus eſt nomen adipiſcitur.

## *De foro cupediarum.* CAP. IX.

POſtea lances carnes in aqua coctas habentes illati D fuerunt, & pedes, capita, aures, maxillas, inteſtina, ventres, linguas, veluti mos eſt Alexandrinis in foris cupediarum dictis. Nominatum eſt cupediarum forum Vlpiane etiam ab ipſo Poſidippo in Planitie, poſtea cum quis horum quidpiam nominaſſet illi perquirerent, de ventribus eſui idoneis meminit Ariſtophanes in Equitibus, dixit quidã, ventres nõ decimatos, dicam te vendere.

Poſtea alibi:

*Lauiſſe cur non me ſinis ventres bene,*
*Farcimen & vendiſſe, ſed rides?*

Et rurſus:

*Ego bouis vorans omaſum, cum ſuis*
*Et ventre, non lotus bibens ius, rethoras*
*Derideo, turbabo Niciam ſimul.*

Atque alibi, hæc fortem habens patrem, coctam ex iure carnem, inteſtini, abomaſi, ventriſque fruſtum. De maxilla Cratinus mentionem facit in Plutis; ob bouinam maxillam pugnans. Sophocles in Amico, maxillas iam molles

A les apponit. Plato in Timæo, ſupremáſque maxillas illis ſub faciei natura colligauit. Xenophon in libro de Equeſtri facultate, longuam maxillam, contractam. Aliqui Syagona.i.maxillam per, y, proferunt ſecundum analogiam à ſue. De inteſtinis meminit Epicharmus, quæ Oryas appellat, & actum quendam Oryam inſcribit. Ariſtophanes in Nebulis, ex me inteſtinum apponentium ſtudioſis. Cratinus in Pytia, quàm tenue dixit eſt inteſtini fruſtum. Eupolis in Capris. Alexis in Leucadia ſiue fugitiuis ſeruis, inteſtini tomus venit, & conciſionum. Antiphanes in Nuptiis, incidens inteſtini dimidium, & pedum, auriúmque; & roſtri. Alexis in Cratia vel Pharmacopola, rarum poſthac adducam teſtimonium, cum plura habeam nomina eorum, quæ requiruntur. Theophilus in Athleta, elixarum tres minas fere, dic aliud, roſtrum, anteriorem partē, pedes quatuor ſuillos, Hercules, bonis verò tres. Anaxilas in re coquinaria, Multò magis iis Aeſchyli mihi videtur piſciculos aſſare, quid piſciculos dicis? conuiuium vis ægrotare, quantum præſtat viſcerum extrema, roſtra, pedéſque elixare. Idem in Circe, Graue quidem ſuillum roſtrū habentē amice Cineſia. Et in Campſo, Roſtrū
B ſuillū tum ferēs gauiſus ſum. Auriculas nominauit in Satyro Anaxandrides, Axionicus in Chalcide, cupedias facio dū piſcem calidū condio, ſemeſáſq; reliquias cōponoꝫ aſſero inteſtini tomum, in acetum roſtrū deprimo, ita vt omnes meliorem fuiſſe diem heſternarū nuptiarum fateantur. Ariſtophanes in Præludio, Guſtaui, inteſtinū fili infelix. Qui enim roſtrum videam circumuſtum? Pherecrates:

πιγμωμα τίων.

ἱπαγα-
πλάτ]ων.
id eſt emplaſtrans.

*Nugaris hoc roſtrum ſuis quod non ſit,* &

*Verè:*

Atque locus quidam roſtrum vocatur circa Stratum Aetoliæ, vt autor eſt Polybius libro ſexto. Steſicorus in aprorum venationibus; Occultare ſummum roſtrum ſub terram. Quod autem de ſuibus proprie roſtum dicatur, iam declaratum eſt, quāuis de aliis etiam animalibus Archippus per iocum in ſecundo Amphitryone dixit, Neque hæc habens roſtrum ita oblongum. Ararus in Adonide:

*Conuertit ad nos ipſe mox roſtrum Deus.*

De ſupremis viſcerum partibus meminit Ariſtophanes in Aeolocone, Nam & grauia tibi quatuor tenera acrocolia ἀκρεχίων.

lia lixaui. In Gerytade, Acrocolia, panes, locuſtæ. Antiphanes in Corinthia, Poſtea ſuillum acrocolium Veneri ridiculum eſſe ignoras? ſic autem in Cypro here ſuibus ea delectatur, vt ab illis homines abſterruerit, & boues comedere coegerit. Suem Veneri verè ſacrificari Callimachus, & Zenodotus teſtatur in ſuis commentationibus ita ſcribens, Sues Argiui Veneri mactant, quod feſtum Hyſteria appellatur, Pherecrates in Verantibus circa metallorum fodinas, crura integra propius molliſsima in lancibus, & elixa acrocolia. Alexis in Aleatoribus, Cum nos prāſi eſſemus ferè ex acrocolio quodam. In Excubiis ſiue Lanariis, ſemicoctæ ſunt carnes, periit pericomma, conger elixus, at nondum acrocolia. De pedibus elixis meminit Pherecrates in Dulo didaſcalo, Quum cœna paratur, dicite nobis quomodo, nam fruſtum nobis adeſt anguillæ, loligo, agni caro inteſtini fruſtum, pes elixus, hepar, latus, auicularum copia, caſeus in melle, & particula carnium. Antiphanes in Paraſito, Suum crura calida, vrbanum per Veſtam prandium, elixus caſeus mouet multus. Ecphantides in Satyris, pedes elixos ſi oporteat ſuis ementem comedere. De lingua mentionem his verbis Ariſtophanes facit in coquentibus in ſartagine, ſatis mihi apuæ, extendor enim comedens pinguia: ſed ſupremum adferte vt diſcedam, vel apri collum aliquod iuuenis, aut latus, aut linguā, vel ſplenem ſi eſt, vel porcelli, aut ſquatinæ abdomina, huc cum collabis calidis adferte. Cum tot de his dicta eſſent, neque qui ex medicis aderant ſine ſymbolo acceperunt. At Dionyſiocles Mnaſitheus inquit Athenienſis in libro de edilibus: Caput ſuillum, & pedes nō multū aut pinguedinis aut nutrimēti præbere teſtatur. Leonides libro iiij. de populis Atticæ, cum Thymætes frater iunior inquit, qui erat nothus, Aphidantē Athenienſium regem obtruncaſſet, ipſe regnauit Athenis, quo effectum eſt vt Melanthus Meſſenius exul èx patria oraculum, vbinam eſſet habitaturus, acceperit: cui reſponſum eſt, vbi primùm muneribus ab hoſpitibus pedes & capita ei in cœna apponentibus exciperetur, quod accidit poſtea in Eleuſina. Nam cum feſtū quoddam de more patrio celebraſſent, omnéſque carnes abſumpſiſſent, ac pedes tantum ſupereſſent, & capita, hæc ipſa ad Melanthum detulerunt.

De

A

## *De nominum inquiſitionibus.*

### CAP. X.

Vlua poſtea illata eſt, vel vuluas faciens vt verius dicam, atque Hippocratis filiorum mater, quos noui ob ſuillam formam reprenſos fuiſſe: hanc Vlpianus reſpiciens, agitè nunc inquit amici, apud quem de vulua fit mentio? ſatis enim ventri inſeruiuimus, quare tempus eſt vt aliquid dicamus, quod Cynicis iubeo in primis, non parcè ſilentio iam ſaturatis, niſi velint maxillarum capitúmque oſſa etiam comedere, quibus non erit fortaſſe parum cõueniens tanquam canibus illis etiam veſci, nam & ſunt tales, & huiuſmodi dici gloriantur. Euripides præterea in more poſitum eſſe apud Cretenſes ſcribit vt reliquias canibus proiiciant. Omnia nanque iſti & edere, & bibere volunt, illud minimè in animum admittentes quod diuinus Plato ſcribit in Protagora, de poëtica facultate diſſerere rem ſimillimam eſſe malorum hominum & circunforaneorum ſympoſiis: nam quia viri huiuſmodi ſimul eſſe per ſe in conuiuiis non poſſunt, neque ſua

B ipſorum voce, ſermonibúſque ob imperitiam oblectantur, pretioſas faciunt tibicinas, magno præmio aliarum tibiarum vocem conducentes, quamuis per ſuam ipſorum vocem ſimul in vnum coierint. Vbi verò elegantes, boni, eruditíque ſunt conuiuæ, non cernes ibi tibicinas, non ſaltatrículas, aut fidicinas, ſed illos per ſe ſimul eſſe poſſe, ſine his nugis, & ludis, per ſuam ipſorum vocem, perſpicies: ſuam quemque partem compoſitè dicentes, & audientes videbis, quamuis multum vini bibant. Hoc vos bibentes facitis Cynulce, ſeu potius ebibentes: nam tibicinarum & ſaltatricum more ſermonum voluptatem nobis impeditis. Vitam, ex eiuſdem Platonis ſententia in Philebo, non hominis, ſed pulmonis cuiuſdam agentes, vel eorum corporum quæ ſunt in mari animata poſt oſtrea. Tunc autem iratus inquit Cynulcus, ô vir ventroſe & gulæ dedite, nihil aliud noſti? num ſermones, num Hiſtorias commemorare, num quę eſt in ſermonibus Venerem iniicere, ſed totus ſemper in hoc es, iacet, non iacet, dictum eſt, non dictum, eſt quæritans? exploráſque ad vnguem omnia incidẽtia, ſpinas diſſerentibus inducens, veluti inter

echin

echinopolas, aſperrimamque ononim ſemper verſeris, & C nullum ſuauiſsimorum florum congregas. An nunquid tu is es qui vocatam apud Romanos Strenam, & in patria quadam munus quod datur amicis, ipſe Epinomidem vocas? quod ſi Platonis imitatione dixiſti, cupimus diſcere, ſi apud alium ſic dictũ reperiſti, demonſtra & nobis autorẽ: ego enim partem quandam eſſe triremis Epinomidem cognoui, ſicut ab Apollonio in triremibus poſitum eſt. Nunquid tu is es ruſus qui nouum, & nondum in vſu habitum, phænolam dicis? at dictum eſt phænolas etiam bone vir, albe puer, da mihi phænolam non vſitatum. Nunquid cum in balneum aliquãdo proficiſcereris interroganti reſpondiſti, quo ad lauandum? ego propero inquam. Atque eodem die veſtis canuſina tibi erepta eſt à ſpoliatoribus, vt multus inde riſus oriretur in balneo ob non vſitatum Phænolam quæſitum: ſed vera vobis amici chariſſimi dicẽtur poſtea. Lapidem offendit, & fregit tibiã, deinde curam conſecutus abibat, ac percunctantibus quid hoc Vlpiane? ſugillationem dicebat. Atque ego qui cum illo aderam, cum riſum tunc ferre non poſſum, apud quendam amicum medicum partes oculorum inferiores craſſo phar D maco perunctus, percunctantibus quid tu? offendiculum dicebam. Cuiuſmodi ſapientiæ & alius eſt imitator Pompeianus Philadelphus, vir non omnino inſulſus, qui etiam nomina inquirit. Hic cum familiari quodam loquens magna voce nomine vocauit, dixitque Strombichida mihi affer in Gymnaſium blautas, aphoretos, & non vſitatam Epheſtridem, ego enim barba ligata amicos conuocabo, eſt quoniam mihi aſſatum ſalſamentum. Affer mihi lecythum olei. Primum enim fricabimus, poſtea ſic lauemur. Atqne hic idem ſophiſta menſe Februario, vt aiunt Romani, (hunc menſem Iuba Mauruſius ob timorum abſolutionem à ſubterraneis timoribus vocari aſſerit, in quo maximus eſt totius hyemis vigor, atque per multos dies mortuorum exequiæ celebrantur) nunquid me apud amicorum quendam multos dies per calores vidiſti inquit? at cum Quinquatrium feſtum perficeretur, per quod tacẽt iudicia, natalis ait eſt Palladis innuptę, atq; ſine lege dies eſt. Vocauit etiam quendam amicum noſtrum Achreſtum, qui venerat ex Delpho, quoniã nihil ei

Deus

A Deus reſpondiſſet. Cùm publicè aliquando orationem haberet, regnantíſque ciuitatis encomium percurreret, admirabile dixit Romanorum Imperium & incredibile. Huiuſmodi ſunt ô amici Vlpianici ſophiſtę, qui & miliariū apud Romanos dictum, atque ad aquæ calidæ opus præparatū, Ipnolebetem nominantes, multorum nominum ſunt autores: atque Dionyſium multis paraſangis reliquerunt, qui virginem Menandrum dictitabat, quia virum expectet. Et columnam Menecratem, quia manet, & fortiter ſuſtinet. Ballantium iaculum, quia contra iacitur. Murium latibula, myſteria, quia mures defendunt. Atlianes libro rerum Siculārum primo eundem affirmat Dionyſium bouē garotam appellaſſe, & ſuem Iaccum. Huiuſmodi fuit & Alexarchus Caſſandri Regis Macedonū frater, qui ciuitatem condidit Vranopolim nominatam, de qua ita Heraclides Lembus ſcribit libro trigeſimo ſeptimo Hiſtoriarum. Ariſtarchus qui Vranopolim ciuitatem ædificauit, peculiare etiam intulit Idioma, quippe qui gallum Orthoboam, tonſorem brotocerem, drachmam argiridem, domeſticorum viuarium, pedicas, caduceatorem, apytem nominarit: atque
B ad Caſſandrenſium Imperatores hæc aliquando ſcripſit, Alexarchus Marmon: Primis gaudere ſolares ouium, noui, cum reli nquerem ditinorum operū victores fatali fortuna confirmatos, Dei fontibus ſe abſtergentes, Montanóſq; cuſtodes: quæ epiſtola quid ſignificet nec ipſum quidem oraculū cognoſcere poſſe arbitror: nā ex antiphanis Cleophane hoc tyrannidem eſt exercere? vel quid bonum conſequi? contentio eſt in Lyceo cum Sophiſtis, velut ſummatim dicam ieiunis, & imbecillis iuris dicere quòd:

*Res hac nec eſt cum fit, nec eſt tum facta, cum*
*Fit, nec, licet prius fuit, nunc qua fit, eſt.*
*Atque eſt nihil quod non ſit ens, ea quæ nec eſt*
*Adhuc, nec eſt, vt iam fuit, qua nunc nec eſt.*
*Ex eſſe facta cernitur, ſi non erat,*
*Ex ente nullo qui poteſt exurgere?*
*Id eſſe certè non valet, quod ſi fuit*
*Non rurſus hac erit. roget ſi forte quis*
*Si quod nec eſt fiet quod haud eſt, non enim*
*Non ens poteſt. quid hoc ſit ipſe vix ſcit*

Apol

*Apollo.* C

Noui præterea Ariſtarchum appellatum fuiſſe Iouem à Simonide poëta,& Ageſilaum Plutonem ab Aeſchylo.Nicander Colophonius aſpidem animal, Iocheæram appellat. Propterea diuinus etiam Plato ſicciuaga & vdiuaga quædam dixit animalia in Politicis,& ſiccedula,& vdedula,ac de terreſtribus,aquaticis,& aeriis ſolo ſiccicola nomine vſus eſt.Quaſi ex hac nominum fictione rei nouitatem deuitare adhortetur, ita ſcribit ad verbum: ſi dederis operam ne nominum ſis paulò ſtudioſior, copioſior videberis poſtea prudentiæ in ſenectute. Noui etiam Herodem Atticum Rhetorem lignum in rotis percurrẽs trochopeden vocitare ſolitum,cùm ad accliues locos vehiculo vectus incederet,quamuis Simariſtus lignum illud epocleum in ſynonymis nominarit. Atque Sophocles cuſtodem,ita Mochlum dixit:

*Confide: magnus huius ipſe ſum tibi*
*Mochlus timoris.*

Idem alibi anchorã appellat iſchadem,quia nauẽ detinet:

*Tum nauitæ legere nauis iſchadem.*

Demades Aeginam,Piræi dixit eſſe portum, Samum verò D
ciuitatis propaginẽ, ephebos, ver populi,mœnia,ciuitatis veſtem,tubicinem,communem Athenienſiũ gallum. Qui idem ſophiſta nominum inueſtigator obſcœnam dicebat mulierem,cuius menſtrua eſſent retenta. Vnde etiam tibi in mentem venit Vlpiane dicere λιμοξηχομένοι, cum ſaturi eſſet dicendum? ad quæ Vlpianus ſuauiter ridens. Sed ne deludas inquit amice,aut caninam rabiem promas cùm caniculares inſtent dies:blandiri enim magis conuenit,conuiuiſque acquieſcere,ne forte feſtum Cynophõtem pro eo quod apud Argiuos fit celebremus. Sic etiam apud Cratinum dictum eſt ſaturati bone vir in Odyſſeis:

*Tota dies niueo ſaturari lacte ſedentes*
*Aſpicit.*

Et Menander in Trophonio ſaturatus dixit.

Ariſtophanes in Gerytade:

*Tu paſce,curámque addito monodijs.*

Sophocles in Tyro,qui omnibus ſaturitatibus hoſpitati ſumus. Eubulus in Dolone:

*Ego ſatur viri profectò ſum haud male,*

Sed

A *Sed plenus, vt ligare vix, ferè omnia*
*Expertus, ipſe calceos mihi queam.*
Sophilus in Phylarcho,
*Impletio lautiſsima eſt procemium.*
Proſpecto, certè ero ſatur.
*Bacchum per ipſum iam viri laſciuio.*

Amphis in Vrano, ad veſperas omnibus bonis ſatura. Hæc igitur quæ tibi dicerem prompta habebam Cynulce hoc tempore, cras autem, vel in perendinum diem, ſic enim in tertium diem dixit Heſiodus, verberibus te ſaturabo, niſi nobis dixeris apud quem iacet guloſus. Adhuc illo ſilente, ego inquit ipſe & hoc tibi Canis patefaciam, quòd ſic adulatores Eupolis in actu Homonymo appellauit. Teſtimonium tamen in id vſque tempus adducere prorogabo, quo te verberibus affecero. ἔννεοι. κοιλιοδαί- μων.

## *De vulua ſuilla.* CAP. XI.

Cum omnes his, quæ per iocum dicta erant, lætarentur; ego præterea inquit Vlpianus ſermonem de vulua ex-
B planabo. Nam Alexis in actu Pontico inſcripto, vbi Callimedontem Rhetorem locuſtam cognominatum mordet, (erat autem vnus ex iis qui Demoſthenis oratoris tempore rempublicam adminiſtrabant) hæc inquit:

*Pro patria vir omnis eligit mori,*
*At Callimedon Locuſta pro vulua magis*
*Cocta: profectò & Itala manu mori.*

Erat autem hic Callimedon celeberrima obſoniorum vorago. Meminit de vulua & Antiphanes in Philomatore:

*Lignum ſit emmatrum, remittit germina.* ἔμμητρον matrem habens.
*Metropolis eſt, ac non etiam patropolis,*
*Et vulua venditur caro ſuauiſsima.*
*Matrasq; Chius eſt amicus omnibus.*
Euphron in Tradita;
*Vuluam meus magiſter apparans bene*
*Cum Callimedonte edit, deinde fecit hunc*
*Saltare, quo locuſta dictus poſtea eſt.*
Dioxippus in Antipornoboſco,
*Quales dapes hic optat, & quàm muſicas,*
*Vuluas, omaſum, inteſtina.*

Idem in Hiſtoriographo,porticum deiecerunt,Amphicles, vuluas binas ſuſpenſas, demonſtrans illum mitte: Dicas ſi videris. Eubulus in Deucalione, Iocinora, veſica, pulmones, vulua. Nouit etiam illius vſum cum ſucco Lyncæus Samius Theophraſti familiaris: nam Ptolemæi ſympoſium deſcribens hæc dixit: cum vulua quædam in aceto & ſucco circunferretur. Meminit etiam de ſucco Antiphanes in Difficile amantibus, vbi de Cyrene loquitur enauigo: C

*Hinc vnde diſtracti ſumus,iubens equis*
*Cunctis valere,Silphio,bigis ſimul,*
*Thyrſis,celetibusq́; ſuccis, febribus,*
*Mammisq́;.*

De differentia quæ ad exhibendam vuluam ſpectat, his verbis meminit Hipparchus, qui Aegyptiam compoſuit Iliadem:

*Me lætum valde vulua pulcherrima forma*
*Fecit abortiua, furnoq́; incoctus amœnè*
*Porcellus redolens.*

Sopater in Hyppolyto,

*Sed fructuoſa vulua ſicut ecbolas*
*Decocta,candidata,corpus caſei.* D

Et in Phyſiologo,

*Vuluæ ſuillæ non tomus decoctus eſt,*
*Intus moleſtam qui reſeruet muriam:*

In Silphis,

*Sic opto edas vuluæ ſuillæ tu tomum*
*Pellasq́; acerbam rutam in ipſa viſcera,*

Omnibus antiquis in more poſitum erat, vt neque vuluas ante cœnam afferrent, neque lactucas, vel aliud huiuſmodi quidpiam, veluti noſtris temporibus inualuit conſuetudo. quare Archeſtratus parandis obſoniis ingenioſus propinationes poſt cœnam inducit, & eos qui vnguentis vtuntur.

*Poſt cœnas varijs crines ornare coronis*
*Conueniet,quas terra parit cum floribus arua*
*Induit, vnguentisq́; bonis curare decebit*
*Cæſariem liquidis. Myrrhamq́; & olentia thura*
*Damolli cineri, Syrijs qui naſcitur oris,*
*Vrat odoratum fructum Vulcanius ardor.*

Mox

A *Mox tibi potanti dentur bellaria: venter*
*Vuluaq; grata ſuis cum molli cocta cumino.*
*Tincta vel humore Silphi, aut mordacis aceti.*
*Adſit & his volucrum tenerum genus hora vbi primùm*
*Venerit. Hoſce Syracuſios contemnere par eſt,*
*Ranarum qui more bibunt, nil prorſus edentes.*
*His ne parueris. Tibi prompta at edulia ſunto*
*Quæ dixi, miſeri mendici cætera ſignum.*
*Garica, mala, faba, coctus cicer, atque placentam*
*Palladis lauda quæ latis venit ab oris.*
*Si nuſquam hanc habeas, diſcedens Attica mella*
*Perquiras, nam ſola volent feciſſe ſuperbam.*
*Ingenuum vixiſſe decet ſic: quærere mortem*
*Vel ſibi per terras, barathrumq;, & tartara Ditis.*
*Hinc terræ innumeros ſtadios immergere funus.*

Lynceus vbi Lamiæ, quæ Demetrium Poliorcetem excepit hoſpitio, cœnam deſcribit eos, qui ad cœnam acceſſerant varios piſces è veſtigio & carnes comedentes inducit: atque Antigoni regis ſacrificia Veneris celebrantis, & Ptolemæi regis etiam cœnam, eadem ratione declarans, piſces primùm & carnes appoſuit.

B

## *Epicurea.* CAP. XII.

EST autem admiratione dignus Archeſtratus, qui pulcherrima præbet documenta, qui cum ſapienti Epicuro dux fuiſſet ad voluptates, ſicut Aſcręus quidem poëta teſtatur, ſcitè admodum nobis etiam conſulit, ne quibuſdam pareamus, ſibi verò mentem adhibeamus. Atque hæc, & illa comedere adhortatur, nulla res coquo illo inferior, qui talia apud Demoxenum comicum in ſyntrophis loquitur.

*Epicuri,*
*Me diſcipulum docti vides: ego hunc apud*
*Duobus armis, menſibus decem ferè,*
*Talenta ſum lucratus ipſe quatuor.*
*Quid hoc ſit inde dic mihi, meq; edoce.*
*Erat coquus qui nouerat nullos Deos.*
*Qualis coquus? natura technæ totius.*
*Hoc eſt ſceleſti prorſus antiquiſſimum.*
*Nil eſt magis ſcitum labores quàm pati,*
*Et res leuis fit ipſius ſi quis ſciat*

*Modum, iuuabit hunc habere plurimùm.*
*Quare coquum ſi quem videbis inſcium,*
*Et Democriti qui ſcripta non percurrerit,*
*Vel poßideat magis, ſtatim ridebis hunc*
*Vanum velut, conducam apertè regulam,*
*Modumq́; vitæ Epicuriæ. ſcire eſt opus*
*Differre quantum ſortiatur ô bone*
*Glauciſcus hyberno, & calenti tempore.*
*Nouiſſe qualis ſub latentis Pleiadis*
*Eſt piſcis occaſum: reuolutionibus*
*Eſt ſolis vtilißimus cibus ſtatim.*
*Mutationes ſunt enim, & motus malum*
*Ingens viris, affectiones plurimæ*
*Per ſolſtitium repullulant. ſcis nunquid hoc*
*Bonum ſaporem quodq́; quod fert tempore?*
*Hæc quæ ſequuntur inde? ſæua tormina,*
*Et ſpiritus qui turpiter cogunt virum*
*Iacere, ſe minus gerentem prouidè.*
*At me cibus nutrit, fit eſus & leuis.*
*Rectè vaporat, in poros ſuccus venit.*
*Et æquè vbique conſtitit per viſcera.*
*Succum refers? Democritus nihil ferè*
*Hoc difficile credit voranti athleticè.*
*Mihi videris artis eſſe particeps*
*Medendi, & in natura ineſſe totus. at*
*Cognoſce per deos coqui ignorantiam.*
*Ex piſcibus videbis aduerſarijs,*
*Nam ſimplicem quandoque odorem ſurgere.*
*In hunc terunt & ſeſamum: ſed ſingulos*
*Si ſeparatos excipias, pedent eis.*
*Viſum mihi ſic eſt, quid obſecro bene*
*Fiet proprietas alteri ſi miſta ſit?*
*Atque applicetur tactibus non conſonis?*
*Prudentis artis eſt videre talia.*
*Non aut olere fumum, & ollam abſtergere.*
*Ego profectò non culinam ingredior,*
*Sed aßidens quid cerno ſæpius prope.*
*Ego tibi percurro cauſas: accidens*
*Et grande, cæteriq́; agunt. demittito*
*Non conſonans coquus pericomma, intendito*

Focum,

A *Focum, ſit æquus fac prius. iamq; ollula*
*Feruet: nec inde conſonè ſcu, quis modus,*
*Apollo: quid videtur ars tibi? refer:*
*Nullos cibos vt hoſpitibus ponam male.*
*Sed cuncta miſceam decorè, conſonè,*
*Nam quæ ſibi per quatuor ſunt conſona,*
*Per quinque conuenire, qui rurſus valent?*
*Per cuncta tandem? hæc duco ad ipſos limites*
*Locorum & interualla: congruentiq;*
*Componoq; aptè, mox recedens impero,*
*En vnde tangit. miſcuiſſe quid vis hæc?*
*Non congruens trahis, vides? non callidè*
*Superabis hæc? denſare ſueuit ipſa ita*
*Epicurus autor, & voluptatis pater.*
*Is diligenter manderat ſolus bonum,*
*Solusq; norat quale ſit, ſub porticu*
*Qui ſunt requirunt vſque, quale neſciunt.*
*An neſciunt quod non habent, nec alteri*
*Darent? videtur hoc tibi? ſed cætera*
*Ponamus hæc certè.*

B Atque Plato etiam comicus in opere Decipiente inſcripto, vbi patrem ob adoleſcentem viuendi ratione à pædagogo corruptum, indignantem facit, ita dicentem inducit:

*Sceleſtè perdidiſti iniquè filium,*
*Quem ceperas meum: ſibi contrariam*
*Vixiſſe vitam perſuaſiſti. ſolet*
*Bibiſſe mane perſuaſionibus*
*Motus tuis, quod haud ſolebat antea.*
*Quid improbas ſi doctus eſt hic viuere*
*Here? hoc vt aiunt velle doctos viuere eſt?*
*Epicurus ipſe dicat eſſe cum bonum*
*Solam voluptatem, hanc habere non licet*
*Aliunde, quàm ſi quis bonam vitam legat.*
*O Soſia tu vile prorſus des mihi?*
*An viſus eſt ibi philoſophus, dic mihi*
*Quis ebrius, vel captus his quæ nunc refers?*
*Omnes. viri ergo qui cilia olim contrahunt,*
*Qui quæritant prudentem vbi ambulant ſimul,*
*Vbi ſimul verſantur, vt qui fugerit,*
*Quum ponitur glauciſcus hi norunt ſtatim*

*Quæ pars petenda ſit prius, quis & locus?* C
*Hi quæritant caput velut iucundius,*
*Omnes vt admirentur?*

Et apud Antiphanem vir quidam popularis admonitiones huiuſmodi in Milite introducit:

*Quiſquis mortalium*
*Firmum quid eſſe credit in vita virûm,*
*Aberrat à ſcopo: tributa vel ferunt*
*Quæcunque poßides, vel incidens rapit*
*Lis, militum'ue dux creatus inſuper*
*Debes ea, aut choragus electus choro;*
*Veſtes, & aurum dans, lacernam mox geris.*
*Vel nauigans moriris, aut captiuus es.*
*Seu dormiens es cæſus à domeſticis,*
*Ingreſſus aut iter. Nihil ſit denique*
*Conſtans, diebus præter id quod ſingulis*
*Impendimus, viuamus inde vt ſuauiter.*
*Neque hoc ſatis tamen: poteſt auferre enim*
*Menſam iacentem quiſpiam accedens prope.*
*Putato ſola firma quæ præſentium*
*Clauduntur ipſa dentium cuſtodia.* D

Quæ eadem etiam in Hydria repetiuit. Ad hæc viri amici ſi quiſpiam reſpiceret, meritis laudibus elegantem Chryſippum cumularet, qui omnem Epicuri naturam diligenter inſpexerat, atque metropolim totius philoſophiæ illius Archeſtrati Gaſtrologiam eſſe dixit, quam decoram ſanè carminum compoſitionem, omnes guloſi philoſophi theogoniam quandam ſuam nominant, ad quos & Theognetus in Phaſmate vel Auaro ſcribit:

*Me occidis ò vir, porticus ſermonibus*
*Pulchræ repletus æger es: dices enim*
*Opes virorum differunt vaporibus?*
*Cryſtallus eſt ſapientia: hanc non perdidit*
*Qui percipit ſemel. miſerum me cui Deus*
*Iunxit philoſopho? tu ſiniſtrorſum capis*
*Miſelle literas, tuam vitam libri*
*Vertêre. terræ, excogitans. & hinc polo*
*Nugaris, haud curant tuas quis ineptias.*

De

A *De piſcibus molli cruſta intectis.*

## CAP. XIII.

Cum Vlpianus etiam num diſſereret, ingreſsi ſunt pueri locuſtas in diſcis habentes, Callimedonte rhetore multò maiores, qui ob huiuſcemodi cibi delectationem locuſta eſt cognominatus. Hunc Alexis in Dorcide vel Blandiente piſcium cupidum palàm, ſicut & alij comici, appellat:

*Eſt ichthyopolis (vt aiunt) calculus*
*Cunctis ſtatutum, Callimedontis icona*
*In piſcibus, Quinquatrijs, vt aeream*
*Ponant, locuſtam porrigat quae dextera*
*Coctam: velut ſeruator artis illius*
*Solus ſit, aerumnam inferantq́; caeteri.*

Multi fuerunt praeterea cibi ipſius locuſtae ſtudioſi, ſicut ex pluribus comoediae partibus demonſtratur, ſed vnus tamen locus Ariſtophanis in Cerealia celebrantibus ſufficiet hoc tempore ita dicentis:

*Eſt piſcis emptus quis, breuisq́; ſepia.*
B *Latae locuſtae, polypus'ue, viſcera,*
*Muſtella cocta, ſic malae lologines.*
*Non raia per Iouem chorus'mue, ſeu faba*
*Cocta, hepar apri, vel faui, vel ſumina.*
*Anguilla, magna vel locuſta foeminis*
*Opem adferte laborantibus.*

Latas appellauit locuſtas, eos qui aſtaci dicuntur, quorum mentionem facit Phylyllius in Ciuitatibus, & in inſigni poëmate Archeſtratus, qui vt ex his patet, nunquam locuſtam, ſed aſtacum ſemper nominat:

*Sed poſitis nugis coemas ipſe aſtacon, ecce*
*Brachia longa tenet, multumq́; oneroſa, pedesq́;*
*Oblongos, ſerpitq́; ſolo tardiſsimus idem.*
*Naſcitur ille frequens Liparae, virtuteq́; cunctis*
*Dignior: & multos Helles alta aequora mittunt.*

Epicharmus in Hebes nuptiis, id quod aſtacus apud Archeſtratum dicitur, locuſtam eſſe his verbis declarauit, ſunt aſtaci, & colybdaena quae pedes habent exiguos, at longa brachia, quibus nomen eſt locuſtis: eſt & aliud peculiare locuſtarum, aſtacorum, & ſquillarũ genus. Aſtacum Attici

per o,oſtacum dicunt ſicut etiam oſtaphides. Epicharmus in Terra & Mari, aſtaci inquit vncis vnguibus. Speuſippus libro de iiſdem ſecundo, inter molli cruſta intecta locuſtam, aſtacum, nympham, vrſam, coracinum, pagurum. Diocles etiam Caryſtius ſquillæ, coracini, locuſtæ, aſtaci, ſuaue os faciunt, vrinámq; promouent. Epicharmus colybdænam dixit in Phœniſsis, quod Nicander marinum pudendum, Heraclides ſquillam in re culinaria nuncupauit. Ariſtoteles libro Hiſtoriæ quinto inter molli cruſta intecta aſtaci inquit, locuſtæ, & ſquillæ coëunt, ſicuti ſolẽt retro mingentes etiam quadrupedes, coëunt autẽ ineunte vere apud terram, nam horum omnium deprenſus eſt coitus. Sunt quæ iungantur vbi ficus incipiunt primùm matureſcere, naſcuntur locuſtæ in petroſis, & aſperis locis, aſtaci verò in planis, quorum neuter in cœnoſis. Hanc ob cauſam naſcuntur aſtaci in Helleſponto, & circa Thaſum, locuſtæ multæ capiuntur circa Sigæum, & Atho, quæ diuturnam vitam omnes ſortiuntur. Aſtaci, locuſtæ, & ſquillæ ſenectutem exuunt vt teſtis eſt Theophraſtus in libro de Latentibus. Quod autem ad ſquillas attinet, ſcribit Ephorus libro primo frequentes has eſſe circa Chium inſulam, quam hi poſtea tenuerunt qui ab inundatione euaſerunt, quæ fuit Deucalionis tempore, atq; ad hanc vſq; ætatem locus ipſe Caridas nominatur. Archeſtratus obſoniorum maximè ſtudioſus ita ſquillas laudat: C D

*Si Peloponneſum, Carumq; acceſſeris vrbem,*
*Eximiam inuenies ſquillam, raræ ſed emuntur.*
*Aemathiæ pariter plures venduntur in oris,*
*Ambraciæq; locis.*

Penultima producta dixit Ararus in Campylione; *curua*
*Carides effugere delphin vt ſolet*
*In Naſſam.*

Eubulus in Orthanna; Infra caridem miſi, & inde rurſus hanc Contraxi.

Anaxandrides in Lycurgo, Ludit ſquillulis cum perdiculis, & clupeolis, paſſerculis cum Gobiolis, trachurulis cum gobiis. Idem poſtea in Pandaro:

*Nec ipſe eris rectus latenter optime,*
*Nam corpus intumeſcit ipſum, & anchora*

*Curuata*

A *Curuata corporis palam ſquillam refert.*
In Cercide,
*Magis rubicundum te caride mox coquens*
*Parabo.*
Eubulus in Nutricibus, Caridē ex gibboſis: in Callæſchro,
*Curuæ ſimul carides in ſicco loco.*
In Ialemo,
*Saltant carides vt ſuper carbonibus*
*Curua ſaliunt.*
Contractè dixit Eupolis in capris,
*Edere præter quàm ſemel qui caridas*
*In Phœace.* In Populis,
*Habens caridis calentis ille ſpeciem.*

Dicuntur autem carides à capite, quia totius corporis plurima pars eſt caput. Attici ob analogiam breuiter proferunt, à capite enim deducitur hoc nomen, quia grande eſt his omnibus. ſicut enim à pingendo pictura, à iaciendo iaculum, ſic caris dicitur à capite: producta enim penultima; finis etiam producitur, & ſimiliter atq; calculus, crepida, & loligo profertur. Hæc de cruſtatis ſcripta reliquit
B Diphilus Siphnius, ex cruſtatis ſquilla, aſtacus, locuſta, cancer, & leo, quamuis eiuſdem ſint generis, inter ſe tamen differunt: eſt ſiquidem aſtacus maior quàm leo. Locuſtæ grapſæi etiam dicuntur, quæ carnoſiores ſunt quàm cancri, cancer graue præbet nutrimentum, & non facile digeritur. Mnaſitheus Athenienſis in libro de Edilibus locuſtę inquit, & cancri, & ſquillæ, & horum ſimilium difficilis quidem eſt digeſtio, facilius tamen multò quàm reliqui piſces digeruntur, quos magis aſſare quàm elixare conuenit. Sophron caridas curidas in Muliebribus appellauit:
*Has curidas pulchras vide, hos & gammaros*
*Vt ſunt rubri, vtq; amica villoſi parum.*

Epicharmus in Terra & Mari, curides rubicundæ. In Sermone, & Loginis ita dixit, apuáſque, & curuas curidas. Simonides;
*Loligo, thynnis, gobijs, & corides.*

## *De coctis in ſartagine.* CAP. XIIII.

ILlata poſtea fuerunt in Sartagine cocta iecinora vocato omento circumuoluta, quod omentum Philetærus in

Tereo epiplæum nominat,ad quæ omnia Cynulcus reſpiciens,Dic nobis inquit docte Vlpiane ſicubi iacet iecur ita conuolutum; qui ait, ſiquidem tu prius apud quem iacet demonſtraueris, omentum de pinguedine,& membrana. His ita ſe præparantibus,apud Epicharmum,in Bacchi inquit Myrtilus omentum poſitum eſt, panémq; ad omentum deflectens.& in Thearis,de latere & omento.Ion præterea Chius in Peregrinationibus inquit deflectens habes chariſsime Vlpiane omētum,quòd ſi quando in eo conuolutus combuſtus eſſes,nos omnes his quæſtionibus liberares,æquum preterea videtur vt iecinoris ita parati teſtimonia in medium adducantur, ea quæ tibi cum de auriculis, & pedibus ſermo nobis incidiſſet commemorata fuerunt. nā vt atteſtatur Alexis in Cratia ſeu Pharmacopola omnis electio in plurima poſtea vtiliter diffunditur, quæ quando nunc memoria non complecteris, ego ipſe tibi breuiter percurram. Sic igitur inquit comicus: C

*Apud marinum Nereum quendam oſtrea*
*Alga ſenem indutum videns cepi prius,*
*Simulq; echinos: iſta ſunt proœmia*
*Valida ſatis cœna paratæ ſplendidè.* D
*His abſolutis piſcibus iacentibus,*
*Trementibusq; præ timore paruulis,*
*Quid perferet cauſa mei confidere*
*Iuſsi: nec vllam proferens iniuriam*
*Pati, ſtatim magnum coemi glaucum ego.*
*Torpedinem conſiderans cepi ſtatim,*
*Sartagini quòd inferentem fœminam*
*Molles manus oportet hanc nihil pati à*
*Spinis, ſimulq; paſſere,& phycidas,*
*Squillamq;,fucum,gobium,percam,ſparum,*
*Pauone ſartago ipſa ſit magis ſibi*
*Non concolor,carnes,pedes,aures,ſuis*
*Tectum iecur, pudet coloris liuidi.*
*Non hæc videbit, hæc nec attinget coquus.*
*Is per Iouem lugebit,hoc dico palam.*
*Scitè gubernabo hæc,& arte: ſic ego*
*Obſonium paro peritè,vt hoſpites*
*Cogat voluptas aggredi mox cætera.*
*Omnem apparatum,tum parandi ſingula*

Noui

A *Noui modos, poſſémque promptè dicere,*
*Gratis docere, ſi quis optet diſcere.*

Quòd autem mos antiquorum fuerit omentis iecinora inuoluere, his verbis Negeſander Delphus in ſuis commentariis atteſtatur: poſtea quàm Metauira amica inter coopertа iecinora pulmonem ſumpſit, atque omentum pingue circum capiens vidit, perij exclamauit, veſtium enim me ſinus perdiderunt. Crobylus autem comicus nonnunquam iecur huiuſmodi pudibundum appellauit, ſicut Alexis in Pſeudipobolimæo, qui ita ſcribit, Cirrum, valde contractum, & inter hæc pudibundum iecur, Ariſtophanes in Sartagine coquentibus, Alceus in palæſtra, Eubulus in Deucalione iecur diminutiuè dixerunt, qui etiam hoc nomen cum aſpiratione ſcribi oportere volunt. nam ſynalœpha eſt apud Archilochum cum aſpiratione, vbi dicit, bilem non habes in iecinore. Eſt præterea piſcis quidam qui Hepatus dicitur, quem bilem non habere ita Eubulus in Laconicis teſtatur:

*Habere ne bilem putes me, ſed velut*
*Hæc Hepato refer.*
B *Sum nunc quoque vnus ex melampygis ego.*

Teſtatur Hegeſander in ſuis commentariis hepatum duos lapillos habere in capite, colore quidem ac ſplendore conchyliis, figura verò rhombis perſimiles. De piſcibus in Sartagine coctis meminit Alexis in Demetrio ſicut in actu præpoſito. Eubulus in Orthanna, formoſa quæuis fœmina.

*Suetum patellæ concinit mox canticum.*
*Triballopanothreptamiracylia.*
*Simúlque loligo, phalerisq; ſubſilit*
*Immiſta pinguis inter agni viſcera.*
*Velut ſolet ſalire pullus ſub iugo.*
*Canéſque Vulcani flabellum ſuſcitat,*
*Calente concitans patellam ſpiritu.*
*Atque irritatus aduenit nares odor.*
*Cererisq; nata piſta preſſionibus.*
*Vallis digiti canis triremes atrahit*
*Roſtro ratis ſimillima, & canæ optimum*
*Prœmium imitatur.*

Comedebant præterea ſepias in ſartagine coctas, vnde Philetærus, & Nicoſtratus in Antyllo, nunquam auderem

amplius

amplius ſepiā in ſartagine coctam ſolus comedere. Hegemon etiam ſemen ex ſartagine comedentes his verbis inducit in Philenna; C

*Tu polypum multò prius fac his emas,*
*Et ſemen inde apponito ex ſartagine.*

His non lætatus, ſed mœrore affectus Vlpianus, & in nos aſpiciens iambos hos ex Eubuli Orthanna dixit:

*Quàm naufragus Myrtilus in ſartagine*
*Benè eſt, deis inuiſus quod nihil horum,*
*Quod emerit comedit,*

Idque optimè ex quoſdam eius familiarium cognoui, qui etiam hos Eubuli iambos ex Lenone recitabat.

*Vir Theſſalus me paſcit omninò grauis,*
*Auarus, & diues, ſcelestus, impius,*
*Gulo, ſed obſonans triobolo tenus.*

Erat autem adoleſcens inſtructus, non quidem apud Myrtilum, at apud alium quendam, vt ex ipſis cognoſcere licuit. Quomodo autem in Myrtilum iuuenem inciderit, hæc mihi Antiphanis carmina ex Neottide recitauit:

*Veni huc Athenas cum ſorore, cum Syrus*
*Sim, me negotiator egit, obuius* D
*Quondam hic fuit vir, omnium pauperrimus*
*Et fœnerator: emit incredibilis*
*Homo proteruitatis, & nihil demum*
*Qui conferat, nec ipſe quæ Pythagoras*
*Edat, thymum præter, boni vir ominis.*

## *De panibus.* CAP. XV.

VLpiano adhuc ita ludente, pane opus eſt Cynulcus exclamauit, non eo inquam Meſſapiorum regis, qui eſt in Iapygia, de quo Polemonis extat commentatio. meminit etiam Thucydides de illo, libro ſeptimo, & Demetrius comicus his ferè verbis in eo actu qui Sicilia inſcribitur:

*Ac verſus Italos Notis fauentibus,*
*Traiecimus mox ad Calabra littora.*
*Panis refecit hoſpitatus hic bene*
*Nos aduenas magnus, lepidúſque, ſplendidus.*

His ſiquidem panibus locus non eſt hoc tempore, ſed iis qui à Cerere frumētaria dicta, & Simalide reperti fuerunt,

eo enim

A eo enim nomine dea apud Syracuſios colitur, vt Polemon ipſe ſcriptum reliquit in Morycho: qui etiam libro primo eorum quæ ad Timæum ſcripſit, Megalarti, & Megalomazi ſtatuas in Bœotico Scolo erectas fuiſſe teſtatur. Poſtea cum panes illati eſſent, & multa vnà cum illis variorum ciborum copia, hæc aſpiciens ita dixit, quot retia miſelli mortales panibus tendere norunt ait Alexis in libro ad puteum; quare rationi cōſentaneum videtur vt & nos aliquid de panibus dicamus. Pontianus tunc ſic excipiens, hæc inquit panium genera Tryphon Alexandrinus in inſcriptis plantis, ſi rectè memini, poſuit fermentatum, non fermentatum, ſimilagineum, alicarium, furfuraceum, quem facilius quàm purum excerni aſſerit, ſiligineum, paniceum, & ex zea. fit autem alicarius ex zea vt idem teſtatur, non autem ex hordei grano. Eſt & furnaceus dictus ex modo coquendi, de quo ita meminit Timocles in Pſeudoleſtis,

*Diſcens ſcapham calidam iacentémque, calidis*
*Furnaceis veſcens.*

De clibanita mentionem facit Antidotus in Protochoro. Sumentem calidos clibanitas, quî enim non, hos conuol-
B uentem in vino paſſo tingere? Crobylus in Suffocato, & ſcapham quandam purorum clibanitarum ſumens. Lynceus etiam Samius in ea epiſtola quam mittit ad Diagoram, in qua Athenienſium edulia cum Rhodiis comparat, ita ſcribit, grauitatem præterea panes Forenſes apud illos conſequi videntur, eos enim in principio, & medio cœnæ, nihil intermittentes, afferunt: at defeſsis iam, & repletis ſuauiſsimam inducunt moram, optimum Clibanitam appellatum, qui & iucundis rebus, & mollitie ita eſt miſtus, vt multam habeat ob delitias ad paſſum vinū coactus proportionem. ita verò mirum in modum confert, vt quaſi ebrios reſipiſcere faciat, atq; eodem pacto efficitur vt rurſus is eſuriat, qui ſatis antea comederat. De pane Tabarita meminit Sopater in Cnidia, Tabarites panis aderat maxillas implens. at de Achæina Semus libro octauo Deliadis, vbi à Cereris ſacerdotibus eum fieri dicit: ſunt panes huiuſmodi magni, vnde etiam feſtum Megalartia vocatur, dicentibus his qui Achæinam ferunt; Achæinam adipe plenū hircum. De Clibanario meminit in ſenectute Ariſtophanes, vbi cauponam panariam hæc dicētem inducit, cum ſibi

ſibi panes à ſenectutem floccifacientibus direpti fuiſſent: C

*Quid hoc erat fili : quid hoc negotij?*
*Nam Clibanarios tepentes candidos*
*Num deſpicis fili?*

Subcineritij panis mentionem facit Nicoſtratus in æditvo, & ingenioſus obſonator Archeſtratus, cuius teſtimonium opportunè adducam. de Buccellato hæc in Ganymede ſcribit Eubulus, Buccellatóſque calidos : ſunt autem buccellati panes quidam apti delitiis. Alcæus in Ganymede, laganum hoc leue eſt, parúmque nutrit, quo etiam magis Carbonarius dictus. de hoc ita ſcribit Ariſtophanes in Concionantibus, lagana concoquuntur. at de carbonario Diocles Caryſtius libro Salubrium primo, magis tener eſt carbonarius, quàm lagana, qui ſuper carbonibus fieri videtur, velut is qui apud Atticos fit ſubcineritius: quem Alexandrini Saturno ſacrificantes in Saturni templo apponũt omnibus comedere volentibus. Epicharmus in Hebes nuptiis, & in Muſis, qui actus apparatus eſt rei propoſitæ, hæc panium genera connumerauit, clibanarium, conterminum, ſtætitam, encridem aliphatitam, ſemipanem; quorum ſic mentio fit in Muliebribus mimis à Sophrone, cœnam materteris clibanarios, conterminos, & ſemipanem. noui autem viri amici quòd Attici per r, & cribanum, & cribanarium proferunt. Herodotus verò libro Hiſtoriarum ſecundo in Clibano dixit perſpicuo. Et Sophron, quis ſtetitas, vel clibanarios, vel ſemipanes pinſit? meminit idem de quodam pane Placita in Muliebribus, in noctem me petit cum pane Placita. Mentionem fecit Sophron in inſcripta Socru de pane caſeario his verbis, puerulis conſulo vt pane caſeario veſcantur. Nicander Colophonius panem non fermentatum Daratum in linguis appellat. Platò verò comicus magnos panes, & ſordidos cilicios vocat in Parua nocte, panes poſtea cum emiſſet, non ex puris quidem, at magnos cilicios, aduenit, qui etiam in inſcripto Menelao quoſdam panes gregales nominat. de cibario pane meminit ſic Alexis in Cyprio. D

*Veſcens cibario ſalubriter pane.*

Quos Phrynichus in Mercenariis runcatricibus autopyritas ita nuncupat, autopyritis panibus, & pinguibus oliuis. Ornidi panis mentio fit à Sophocle in Triptolemo ſiue qui

ex

A ex Oryza fieret, vel ex eo ſemine quod naſcitur in Aethiopia ſeſamo ſimillimo. Collaborum Ariſtophanes in Sartagine coquentibus,ſinguli collabum ſumunt. Rurſus idem, vel ſuis autumnalis ſumen cum tepidis collabis huic adferte. Fiunt panes huiuſmodi ex nouo tritico ſicut in Auge Philyllius declarauit, adſum tritici trimeltris afferẽs filios calidos collabos lacteos. de panibus Maconidis meminit libro quintodecimo ſic Alcman, Septem lecti, & totidem menſæ panibus maconidis,linóq;,& ſeſamo coronantes, & pedibus nigris. Chryſocolla eſt edulium ex melle, & lini ſemine confectum.de pane qui collyra nominatur, meminit Ariſtophanes in Pace,& collyram magnã, & in ea candylum obſonium.Idem in Nauibus onerariis, & collyram tranſeuntibus ob Marathronis trophæum.Panis autẽ obelias dicitur,vel quia obolo venditur ſicut in Alexandria,vel quia in obeliſcis aſſatur,vnde Ariſtophanes in Agricolis:

*Panem quis aſſat poſtea vir obelium.*

Pherecrates in Obliuioſo, perdidit in cinere obeliam,quia nec panes quidem eſſe dignabantur: ij dicebantur obeliafori,qui panes ipſos ſuper humeris in pompis geſtare con-
B ſueuerunt, panem obeliam à Dionyſio in caſtris fuiſſe inuentum Socrates libro cognominis ſexto ſcriptũ reliquit. panis eunitas, lecithitas nominatus eſt; vt teſtatur Eucrates,qui Panos panis dicitur.at Meſſapij ſatietatem paniam, & pania repletiones nuncupant. Blæſus in Meſotriba, Archilochus in Telepho, Rhinton in Amphitryone, & Romani quem nos arton ipſi panem dicunt.naſtus panis eſt ingens, & fermentatus, vt Polemarchus teſtatur, & Artemidorus. ſed ſicut placuit Heracleoni genus eſt quoddam placentæ. Nicoſtratus in lecto:

*Hic naſtus albus tantus eſt here,exerat*
*Vt ſe calathum extra ob magnitudinem ſuam.*
*Velamen vt captum eſt,odor hinc protinus*
*Petit ſuperna, melle miſtus & vapor*
*Accedit ad nares.*

Erat enim tunc quoque calidus,cuiuſmodi eſſet panis Cneſtus vocatus apud Ionas, Artemidorus Epheſius in Ionicis ſuis commentationibus declarat. Thronus etiam nomen eſt panis, de quo Neanthes Cyzicenus libro ſecundo rerum Gręcarum ita ſcribit,Codrus panis throni nominati

fruſtum

fruſtum capit, & carnem,ſeniorique præbet panis ſubcineritius apud Helæos Bacchylus vocatur, vt Nicander libro ſecundo linguarum commemorat, cuius Diphilus etiam ſic meminit in Errante,panes ſubcineritios Chriſiretas circunfert. Apopyrias genus quoddam panis dicitur, qui coquitur ſupra carbones, & fermentatus à quibuſdam nominatur, Cratinus in Mollibus, primùm Apopyriam habeo, & fermentati plenum caniſtrum. Sic ipſe Archeſtratus de farinis, & panibus in ſua Garonomiſta ſcribit: C

*Pulchricomæ primùm cereris cariſsime Moſche*
*Bona recognoſcam, tu pectore percipe cuncta.*
*Optima perſpicies, & purgatiſsima paſsim*
*Hordea quæ campis Lesbi naſcuntur Ereſsi.*
*Candidiora niue hyberna mox Cymonis vber*
*Educat, & certè ſuperiſi forte farinis*
*Veſcuntur, venit inde ferens Cyllenius heros.*
*Naſcitur Aoniis Thebis ſimul apta farina,*
*Et Thaſo, multiſque locis: ſed grana videntur*
*Vuarum, conferre tibi eſt ſi forte cupido.*
*Hæc ita tecum animo complectere: ſitq; rotundus*
*In manibus panis tibi contritus bene Collix* D
*Theſſalicus, quem Crimmatiam gens Theſſala dicit.*
*Chondribon aſt alij panem, ſimilagine natum*
*In Tegeis laudo. pariter ſub tegmine coctus*
*Encryphias cineris, claris eſt panis Athenis*
*Venalis, quem dant mortalibus, optimus. at quem*
*Ipſe Phereſtaphylis rubris dat clibanus album*
*Florentem pulchris horis, extra ipſa iuuabit*
*Prandia.*

Cum hæc vorax Archeſtratus dixiſſet, eum etiam qui panem faciat Pœnum vel Lydium habere conſulit, ignorat autem optimos Panium magiſtros eſſe Cappadocas, quippe qui ita dicat:

*Phœniſſus tibi vir primùm, vel Lydius eſto,*
*Quiq; tuam mentem cognouerit, vſque figuras*
*Qui mutet varias, veluti tu iuſſeris illi.*

De panibus Atticis tanquam egregiis meminit ita Antiphanes in Omphale:

*Qui nobilis natus valebit quiſpiam*
*Exire tecto ex hoc videns hos candidos*

Panes,

A *Panes, habentes tranſitúque in quolibet*
*Furnum? videns formam variaſſe Clibano*
*Pro quolibet manus Athenienſium*
*Imitationes, quas Thearion prius*
*Monſtrauit?*

Hic eſt ille Thearion piſtor, de quo meminit Plato in Gorgia, vbi cum illo & Mithæcum connumerat, ita enim inquit; qui boni fuerunt, vel etiam ſunt corporum curatores, valde ſtudioſus Thearion piſtor, vt mihi videris dixiſſe, & Mithæcus, qui Siculum obſonij apparatum conſcripſit, & Sarambus locuſta caupo, quoniam hi admirabiles fuerunt corporum curatores, hic enim egregios panes, iſte obſonium, at ille vinum faciebat. Ariſtophanes in Gerytada, & Aeoloſicone, venio vt Thearion piſtrinum linquens, vbi eſt Clibanorum cibus. de Cypriis panibus velut eximiis, meminit his verbis Eubulus in Orthanna:

*Graue eſt quidem panes videnti Cyprios*
*Hos præterire: magnes vt lapis trahunt*
*Famelicos.*

At de Colliciis, qui iidem ſunt, & collabi, ita ſcripſit Ephip
B pus in Diana, ab Alexandro ex Theſſalia Collica comedens, panium furnus. Ariſtophanes in Acharnenſibus, quo lætare Collicophage Bœote,

## *De nonnullis panibus medicatis, & multiplicibus panium nominibus.* CAP. XVI.

CVm hæc ita dicta eſſent, quidam præſentium Grammaticorum Arrhianus nomine, delira ſunt inquit ſocij edulia huiuſmodi, nos ſiquidem neque farina delectamur, (eſt enim pane plena ciuitas) neque per deos huiuſmodi panium Catalogo. Incidi præterea in quædam Chryſippi Tyanei commentaria Panifica inſcripta, atq; eorum, qui ibi nominabantur, cognitionem habui apud multos amicos, accedo autem, & ipſe aliquid de panibus dicturus, nam panis qui Artopticinus dicitur, ab eo differt qui furnicius, & clibanicius appellatur: quem ſi quis cum aſpero fermento confecerit, & elegans erit, & ſuauis comedetur ſiccus, ſi cum remiſſo, erit quidem leuis, at non etiam elegãs. Clibanicius verò, & furnicius, fermentum poſcunt tene-

rius. vocatur panis quidam tener apud Græcos, qui exiguo C
lacte, & oleo cum ſale quantum ſufficiat eſt conditus: at materiam oportet eſſe remiſſam. dicitur autem hic panis Cappadocius, quoniam plurimum fit in Cappadocia panis teneri, quem poſtea Lachmam in Syria appellare ſolent: atqui optimus eſt hic panis in Syria factus, quia comeditur calidiſsimus, & eſt flori ſimillimus. Panis is qui Boletinus dicitur, fingitur quidem ſicut Bulitas, atque mactra papauere conſperſo perungitur, in qua materia deponitur, atque inter fermentandum non adhæret mactræ: vbi verò in furnum coniicitur, farina quæpiam temoni inſpergitur, tunc panis imponitur, optimúmque contrahit colorem, caſeóque fumoſo ſimilem. Panis autem Strepticius cum lacte exiguo ſumitur, cui piper, & parum olei admiſcetur: quod ſi minus hæc contigerint, adeps certè. in Panilaganum vocatum vini parum coniicitur, piper, lac, & parum olei, vel certe adeps. Capyridiis, quæ Tracta etiam dicuntur, miſtiones quæ pani pariter conueniunt; ita præcipuè magno rerum Romanarum ſophiſta hæc Ariſtarchica dogmata conſtituente. Tunc exclamauit Cynulcus, ò ſapientia admiranda, nónne admirabilis Blæpſias innumeros habet vno anno diſcipulos, tantámque opulentiam ex D
hac pulchra ſapientia eſt lucratus, vt Gorgiam, Protagorámque longe reliquerit. neſcio per Deos ipſum ne potius dicam non cernere, an eos omnes qui illi dant diſcipulos vnum habere oculum, ita vt ob multitudinem parū quiſque cernat. Beatos igitur illos, vel potius mortuos eſſe puto, cum ſe magiſtros huiuſmodi diſciplinæ profiteantur. ad quem Magnus, cum mutationum eſſet ſtudioſus, Grammaticum hunc ſummopere ob intenſionem laudans, dixit: ò vos pedes illotos habentes, humi cubantes, domum in aëre habentes, ſceleſtæ gulæ, & alienorum bonorum voraces, vt ait Eubulus comicus, nónne primus pater veſter Diogenes cum placentam in cœna voraciter aliquando comederet, panem bene factum ſe comedere dixit, ad eum qui percunctatus fuerat? vos autem ramentorum vaſcula ſecundum eundem poetam, alborum ventriculorum, non permittentes alios loqui, quieſcere non poteſtis, niſi vobis quiſpiam tanquā Catulis vel panis aliquid, vel oſsium proiiciat. vnde accidit vobis cognouiſſe quòd Cubi ſunt

panes

A panes quadrati, non quos habetis præ manibus, ſed oleo, anetho,& caſeo conditi,velut Heraclides ſcribit in re Culinaria? neglexit hunc etiam Blæpſias ſicut thorgelum, quem thalyſium nonnulli nominant. Crates libro ſecundo de Attico idiomate Thargelum panem eum appellari ſcribit,qui primus ex nouella meſſe conficitur, & ſeſamitam. Ignorauit autem eum, qui naſtus nuncupatur, qui fit in Arnis. Eſt etiam Pyramus panis cum ſeſamo factus, atque idem fortaſſe qui ſeſamites.meminit de his omnibus panibus,velut de vocatis Thiagonibus Tryphon libro primo Plantarum. Sunt autem Thiagones panes qui in Aetolia deis fiunt.Dramices,& Araxis panes quidam ſunt apud Athamanes, qui ſic dicuntur,& Idiomatographi inter panium nomina hæc etiam collocarunt. Seleucus panē ſcribit eſſe, qui à Macedonibus Dramis nominatur, ac Lecithitam eum eſſe qui apud Theſſalos Enitas vocatur:ericitámque eum nuncupari,qui ex confracto tritico, nec excreto fit & cartilagineo. Panem cibarium Amerias, & Timachidas Xeropyritam appellant.Nicander verò apud Aetolos panes eos vocari aſſerit, qui deis fiunt. Aegyptij quo-
B que panem ſubacentem Cyllaſtim appellant,de quo Ariſtophanes meminit in Danais, Cyllaſtim nomina, & Petoſirim. Hecatæus præterea, Herodotus, & Phanodemus libro ſeptimo,rerum Atticarum eius mentionem fecerunt. Quamuis Nicander Thyatirenus panē ex hordeo factum Cyllaſtim ab Aegyptiis vocari affirmat. Panes ſquallidos Alexis ſic fuſcos in Cyprio appellauit;

*Tum poſtea vix venit ille denique,*
*Coctos prehendi,depereas.ſed quot geris?*
*Sex & decem fero hinc:eorum candidi*
*Sunt octo,tótque fuſci.*

Seleucus panē, & bene ſubactum, & calidum Blema nuncupari eſt autor.& Philemon libro ſecundo de variis Oraculis, panem ex non excreto tritico confectum Pyrnum nuncupat, & omnia quæ ſunt in eo. Blomolius is dicitur, qui eſt inſectus, quem Romani quadratum appellant. at furfuraceus Brotimas,quem nunc Euconum, nunc Teuconem Amerias,& Timachidas vocant. Philetas panē quendam in Inordinatis, Spoleum dici aſſerit, quo ſoli conſanguinei inter ſe veſcuntur.

*De varijs placentis.* CAP. XVII. C

PLacentas præterea deſcriptas cum apud alios complures facile ſit inuenire, tum apud Tryphonem, habent Athenienſes Phyſtam placentam non valde tritam,& Cardamalam, Baracam, tolypas, vnà cum Achilleo, quæ placenta ex Achilleis fortaſſe hordeis conficitur. Lactucariam præterea, vinariam, mellitam, & lilium appellatam, quod nomen eſt etiam figuræ cuiuſpiam ſaltationis choreæ, vt teſtatur Apollophanes in Dalnide. Hæ placentæ quæ ab Alcmane lactucariæ dicuntur, ſunt eædem quę apud etiam Athenienſes: ſic igitur inquit Alcman; Lactucarias, & Cribanotas. Soſibius libro de Alcbane tertio placentas quaſdam figura mamillis ſimiles cribana vocari teſtatur. atq; eam quæ inter ſacra guſtandi gratia præbetur, hygæam. & Heſiodus placentam quandam amolgæam nominat:

*Mazáque amolgea, defunctæ lácque capellæ.*

Paſtoralem autem intelligit, & robuſtam, amolgus enim maximè vigens ſignificat. opus eſt vt excuſatione, me defendam, ne popana, & ſecundas menſas, quas Ariſtomenes libro tertio de iis, quæ ſpectant ad ſacrificia, poſuit, ego D connumerem: non enim ita felicem memoriam natura mihi tribuit. cognouimus autem nos etiam eum ſenem cum iuniores eſſemus, qui erat Adriani elegantiſſimi regis libertinus, veteris comœdiæ hiſtrio, & ab ipſo Rege Attico Perdix nominabatur. His ſtatim ſubiunxit Vlpianus apud quem iacet libertinus? Cùm verò dixiſſet quidam actum etiam ita inſcribi, ſermonémque continuaret, dixit is rurſus, qua in re differt à liberto? quæ in aliud tempus omnibus proroganda eſſe viſum eſt.

*De natura panium.* CAP. XVIII.

CVm iam manus in panes protendere vellemus, non prius ait Galenus cœnabimus, quàm ex nobis etiã quæ de panibus, bellariis, & farinis Aeſculapij diſcipuli dixerũt, intellexeritis. Diphilus igitur Siphnius in eo libro, in quo de iis narrat, quibus ægrotantes, & ſani veſcuntur, panes hordeaceos magis nutrire, meliúſque digeri, atque meliores omnino eſſe commemorat: poſt hos ſecundi habentur ſimi

A ſimilaginei, quos triticei, ſubinde ſequuntur, & hos ij, qui fiunt ex farina noua non excreta, iſti ſiquidem panes plurimùm nutrire videntur. Philiſtion Locrus panes ſimilagineos magis ad robur conferre aſſerit, quàm alicarios, ſecundo loco hos collocat, tertióque triticeos. Panes, qui ex Polline fiunt, peiorem habent ſuccum, quamuis ſuauem: minus nutriunt, & ſunt ventoſi, faciléque digeruntur. at refrigerati ſatietatem inducunt, & difficulter digeruntur. Qui magis inueterarũt, & refrigerati ſunt, minus nutriũt, aluum ſiſtunt, malúmque habent ſuccum. panis ſubcineritius grauis eſt, difficultérq; ob coctur æ inæqualitatem digeritur. Furnaceus vel caminites dictus, non facile digeritur. at carbonarius, & in ſartagine coctus ob olei admiſtionem facilius excernitur, qui tamen propter vaporationem ſtomachũ offendit. Qui coctus eſt in clibano omnibus virtutibus hos antecellit, bonum enim habet ſuccum, ſtomacho confert, facile digeritur, & facillimus eſt ad diſtrahendum, ſiquidẽ neq; aluum ſiſtit, neque rurſus intendit. Andræas medicus panes quoſdam in Syria ex moris fieri ſcriptum reliquit, quibus veſcentes capillorum defluxum pa-

B tiuntur. Mnaſitheus panem facilius quàm placentam digeri affirmat, eóſque magis nutrire, qui fiunt ex Olyra, quoniam digerũtur ſine magno labore. Panem ex zea factum, ſi multus comedatur, caput aggrauare, & difficulter digeri volunt, quare non ſanitatem his confert, qui ipſum comedunt. Id autem ſcire eſt operæpretium, omnes cibos, qui non bene cocti, vel contuſi fuerint, inflationes, grauedines, tormina, & dolores capitis operari.

*De ſalſamentis.* CAP. XIX.

POſt huiuſmodi diſputationes viſum eſt tandem aliquando cænandum eſſe, atque cum id ferculum circunferretur, quod vocatur Horæum, ait Leonidas: Euthydemus Athenienſis viri amici in libro de Salſamentis Heſiodum ſcribit hæc de omnibus conditis ſummatim dixiſſe:

*Anceps os primùm,*
*Maxillis piſcatores cepere lacernas*
*Induti, quibus eſt ſalſamentarius ipſe*
*Boſporus, in vaſis hi ſalſamenta ſecantes*

*Mox quadrata parant,& ponunt ordine prædam.* C
*Nec genus ignotum mortalibus oxyrinchus,*
*Quem totum,aut ſectum curantes ſalſa,tulerunt.*
*Horæis thunnis mater Byzantia vaſti*
*Vnda freti.ſcombris.*
*Naſcitur,& Pario ſimul apta monedula ponto.*
*Fluctibus Ioniis fugiens è Gadibus ipſe*
*Brutius aut campanus agit,molliq; Tarento*
*Orcyniq; repoſta triangula pinguibus vrnis.*

Quæ carmina coqui potius cuiuſpiam mihi eſſe videntur, quàm elegantiſsimi Heſiodi, vnde enim vel Parium vel Byxantiũ,Brutios,Tarentum, aut Campanum cognoſcere potuit, qui multis annis his omnibus fuit antiquior? videtur autem mihi hoc poema eſſe Euthydemi. His ſtatim ſubiunxit Leonidas, noſtrum eſt inquit bone vir vbicunque poemata fuerint, ea probatiſsimorum virorum eſſe diiudicare, & quoniam ſermo eſt inter nos de ſalſamentis, de quibus noui prouerbium dignum memoria à Clearcho Solenſi exiſtimatum, ſalſamentum putridum origanum quærit, acceſsi huc, & ipſe aliquid de illis dicturus, eáque quæ ad artem ipſam pertinent. Diocles igitur Caryſtius in libris de ſalubribus inſcriptis, inter macilenta meliora eſſe ſcribit horæa, veluti inter pinguia, thynnia. Iceſius tamen medicus Pelamides, & horæa non facile eſſe ait excernere, atque thynnia iuniora ſimilia eſſe cybiis, maximámque eſſe inter omnia horæa differentiam. Plurimum etiam Byzantia horæa ab iis aliorum locorũ diſtant, ſi cum illis conferantur, quam conditionem non Thynnia ſola conſecuta ſunt, ſed alia omnia quæ Byzantij capiuntur: quibus etiam Daphnus Epheſius aſcribit. Archeſtratus quoque, qui vniuerſum terrarum orbem ob gulam, ventriſque voluptatem peragrauit, hęc monumentis literarum tradidit, & Siculi thynni: D

*Quum condire voles in vaſis fruſta reſecta,*
*Mitto Saperdam procul alti obſonia ponti,*
*Quíque illam laudant:nam pauci forte virorum*
*Eſſe ſciunt epulum prauúmque,& debile piſcem.*
*Nec prius accipiat ſcombrum tibi muria,quàm tres*
*Viderit ille dies,noua ſalſamenta parata*
*Amphora tum capiat.ſi quando acceſſeris vrbem*

*Egregiam*

A *Egregiam clari Byzanti reſcere rurſus*
*Horæi fruſto, tenerúmque bonúmque videbis.*

Defecit autem Vorax Archeſtratus, qui Elphátinum ſalſamentum ita vocatum apud Cratetem comicū in Saniis, cum his non connumerauit, de quo ita Crates loquitur, marina teſtudo elephantinum aliquando ſalſamentum in olla coriacea piceis vndis coxit, cancriq; ex pedibus ſublimes, lupíque extenſas alas habentes, ſues in montibus pugnaces, & homines cœli raméta: puer illum ſuffoca illum, dies interſit. Quòd autē Cratetis ſalſamentū celeberrimū fuerit, his verbis teſtatur Ariſtophanes in Cerealia celebrantibus, Certè magnus cibus tragœdi eſt muſica, quam Crates ſalſamētum aliquod ſplendidū elephátinum nullo negotio appoſitum ducebat, plurimaq; alia huiuſmodi deglutiebat. Salſamentū quoddā Alexis in Deglaucеſcéte crudum appellauit, atq; idē poeta coquum quendam de ſalſamentorum apparatu hæc dicētem introducit in Agricola:

*Hic computare confidens mecum volo*
*obſonij cellam. Simul decernere*
*Primùm quid afferendum erit, quî poſtea*
B *Cibi mihi ſunt condiendi ſinguli.*
*Horæon hoc primùm mihi eſt, oboli quod eſt*
*Solius, id lotum mihi valde bene eſt,*
*In ollulam ſpargens ſapores poſtea*
*Fruſtúmque ponens, candidum infundens merum*
*Conſperſi oliuum. tum medullam vnà coquens*
*Ipſe eripui, perfudi & illam ſilphio.*

Et in Deglauceſcente cum ſymbola à quodā peterentur, is ita loquitur:

*A me nec æris duodecimam partem feres,*
*Ni ſingulatim tu prius des omnia.*
*Eſt ſermo iuſtus: charta tu numerum refer.*
*Eſt omotarichos quinque nummûm: & cætera*
*Dic. mus & eſt ſeptem, haud iniquus hactenus.*
*Dic: eſt pro echino obolus, bonus nunc es quoque.*
*Nonne affuit ſimul raphanus quem dixeram*
*Bonum? dedi pro illo duos obolos prius.*
*Quid dicimus? nam cybium triobolo*
*Qui vendidiſſe nititur nihil facit.*
*Neſcis forum vir ô bone, atque hortenſia*

*Campæ quòd dederunt, & ipſa oluſcula?* C
*Idcirco poſuiſti tarichos tu dupli?*
*Tarichopola venit, hunc interroga.*
*Congrus decem obolorum, nec id multi, refer*
*Et cætera, eſt emptus mihi drachma prius*
*Is piſcis aſſatus. papæ febris velut*
*Dimiſit hic demum, iubétque poſtea*
*Apponere, & meri choas tres ebrij*
*Quod vos dediſtis, chus obolorum ſit decem.*

Iceſius autem libro de Materia ſecundo Pelamidas magna inquit eſſe cybia. de cybiis meminit Poſidippus in Translato, & Euthydemus Delcanum ait in libro de ſalſamentis hunc piſcem dictum fuiſſe, à Delcone fluuio in quo capitur; qui inter ſalſamenta poſitus plurimùm confert ſtomacho. Dorion in libro de Piſcibus tenuem lebianum nominans, eundem eſſe dicit, qui etiam Delcanus vocatur: atq; coracinum dici Saperdam à pluribus aſſerit, & eum præcipuè eſſe optimum, qui in Mœotidis ſtagno capitur. Poſt hunc admirabiles ſunt mugiles, qui circa Abderam, hos ſequuntur ij, qui capiuntur circa Sinopem & inter ſalſamenta poſiti non parum ſtomacho conferunt. qui verò molli dicuntur, eos nonnulli gnotidia appellant, alij platiſtacos, qui tamen ſunt idem quod chellaras. nam cum vnus ſit piſcis, multa tamen nomina eſt ſortitus, nũcupatur enim bacchus, aſellus, & Chellaras: inter quos hi qui maiores ſunt platiſtaci nominantur; qui mediam ætatem degunt, molli; qui exiguę ſunt magnitudinis, gnotidia. Ariſtophanes in nauibus onerariis mentionem fecit de mollis his verbis, Scombri, monedulæ, lebij molli, ſaperdę thynni. Cum his ita dictis Dionyſocles conticuiſſet, è veſtigiò profudit hæc in medium Vder Grammaticus, meminit etiam Antiphanes de ſalſamentis in Deucalione. D

*Siquis gadiricum velantacæum volet*
*Tarichos, aut odoribus Byzantij*
*Lætatur is thymni.*

Et in paraſito, antacæum ſalſamentum in medio, pingue, totum album, & calidum. Nicoſtratus, & Phileterus in Antyllo, Byzantium ſalſamentum addatur, & gadiricus pecten accedat. & paucis interpoſitis:

*O terra diui & à ſalſamentario*

A *Emi viro bono duobus obolis,*
*Dignum gadricum profectò drachma erat.*
*Diebus haud illud tribus comedimus*
*Cum duodecim ſimus ſimul.ſupra modum*
*Nam gran de eſt.*

Vlpianus interea Plutarchum aſpiciens nullus inquit inter hos heus tu Mendeſiorum mentionem fecit apud vos Alexandrinus, quæ ne inſaniens quidem canis deguſtaret, nec bonorum certè heminirorum, ſilurorum've ſalſorum. Tunc ait Plutarchus, qua in re heminirum differat ab Hemitaricho vocato prudens veſter Archeſtratus declarauit.Sopater præterea Paphius ſic heminirum in Myſtaci ſeruo nominauit, antacæum cepit, quod magnus Iſter nutrit, heminirum Scythis voluptatem.Mendeſium ſic etiam idem connumerat:

*Mendeſiúmque horeon aſperſum bene.*
*Radiis & ignis hinc cephalus flauentibus*
*Coctus.*

Quòd huiuſmodi edulia ſuauiora ſunt iis, quæ ſunt apud te magno ſtudio elaborata Cotta,vel ſolum lepidium guſtantes cognouerũt.At tu quoque nobis declara ſi tarichus
B maſculinè apud Atticos dicitur, nam apud Epicharmum inueniri manifeſtè nouimus. Hunc excogitantem adhuc Myrtilus præueniens,Cratinus in Dionyſialexandro:

*Sportis tarichos Ponteos ego feram.*

Plato in male affecto Ioue;

*Ita vt qua habeo hæc ſint,tarichum perdam.*

Ariſtophanes in Conuiuantibus,

*Lauare non pudet tarichum hunc pro malis*
*Quot ipſe conſcius mihi ſum.*

Crates in Venenatis animalibus,& raphanos lixare oportet,piſcésque aſſare, & tarichum,nos autem manus abſtinere. Peculiaris eſt forma quæ apud Epicharmum in Artopolis,& tarichum pinguem,mortuus tarichus, aſpectúque Aegyptius. diminutiuè dixit Ariſtophanes in Pace, emito aliquod bonum in agrum tarichium.

Cephiſodorus in Sue,

*Carunculam quandam malam,aut tarichium.*

Pherecrates in Transfugis,mulier vnicuiq; noſtrũ luteum oui coquens,legumen expectat,exiguũq; aſſat tarichiũ or-

phanum. Epicharmus tarichum maſculinè dixit,& Herodotus libro nono, tarichi in igne iacentes ſaltabant, palpitabántque: Prouerbia etiam maſculinè dicuntur, vt tarichus coctus ſtatim ignē nouit. Putris tarichus Origanum quærit. non poteſt pati tarichus quibus eſt dignus. Attici in neutro genero dicunt, atque genitiuus fit in ius, vt Chionides in Mendicis, nunquid aliquid comedet, & tarichus ô Dei. datiuus in, i, deſinit, huic igitur tarichi incidendum eſt, nam datiuus facit tarichi ſicut enſi. Menander in Vertentibus, inſperge in tarichos ſalem ſi ita contigerit. quando maſculinè ponitur, tunc genitiuus non habet, ſ.tantum ſtudium ſalſamentorū habuere Athenienſes, vt ciues Chærephili ſalſamentarij filios crearint, velut Alexis in Epidauro teſtatur: Chærephili Athenienſes filios, quia is introduxit ſalſamentum: Quos cum in equis vidiſſet Timocles duos inquit ſcombros eſſe in ſatyris: de his etiam mentionem fecit Hyperides Rhetor. Euthyni ſalſamentarij mentionem fecit Antiphanes in Nouacula, ad ſalſamentarium accedens, à quo ferre ſolitus ſum, expecta quod ſi Euthynum rationes ibi reddentem offenderis, aliquid boni expectato, & nō incidere iubeto. de Phidippo ſalſamentario & ipſo, hęc Alexis in Hippiſco, & in vaſculis ficuum, Phidippus alter peregrinus ſalſamenti inductor.

C

ταρίχους
ταρίχει.

D

## *De nutrimento quod ſalſamenta præbent, & modo bibendi.* CAP. XX.

CVm ſalſamentum ederemus adhuc, multique in potum impetum facerent, Daphnus ambas manus extendens Heraclides inquit Tarentinus viri amici ita de potu in inſcripto Sympoſio ſcribit, moderatò nutrimentum ante potum ſumere oportet, & maximè ſuetas præponere ferculorum lationes. nam ſi per interualla his vtamur, quę iam ſtomacho adhæſerunt, alterationem ab ipſo vino patiuntur, cum corruptionum ſint cauſæ. ſunt qui arbitrentur has etiā ſtomacho obeſſe, olerum inquam ſalſamentorumq; genera, quia quiddam habeant in ſe mordax quę verò edulia lubrica ſunt, & ſtringunt, hæc concinnare. illud interim ignorantes quòd viſcoſi, & ſtringentes, cibi quique excretiones operātur, multi ſtomacho ſunt vtiles, inter quos eſt ſiſarum appellatū, de quo meminit in Agro

A ſtino Epicharmus,& in terra marique. Diocles libro primo Salubrium, Aſparagus, alba beta, (nigra enim ſiſtit aluum)conchæ,vngues, mures marini, hiatulæ, pectines, ſalſamentum perfectum, non autem olidum, atque piſcium genus bonum habentium ſuccum. Eſt autē perutile vocatum phyllidem ac betam, prius apponere, & ſalſamentum ad incitandum,atq; his vti, veluti non multi nutrimenti.Potiones verò cū impetu maximè ſunt deuitādæ in principio,quoniam in multum humoris cibus nō facile adducitur,quamuis Macedones,vt Ephippus Olynthius in libro de Alexandri,& Hephæſtionis exequiis teſtatur, nō ordinatè bibāt, ſed ſtatim ab initio magnis propinationibus vtātur,ita vt primis etiā menſis,iacentibus fiant ebrij, neq; cibis veſci poſtea valeāt.marina, ſtagnorū,fluuiorūq; ſalſamenta parum nutriunt, vt Diphilus Siphnius aſſerit, exiguum habent ſuccum,aluo conferunt,ſunt æſtuoſa,vrinámque cient.inter non pinguia ſalſamenta optima ſunt cybia,& horęa,& omnia huiuſce generis ſimilia:inter pinguia,thynnea& cordyla.meliora acrioráq; ſunt vetuſta,ac præcipuè Byzantia ſalſamenta.thynnium vt is ait, ex maB ioribus fit pelamidibus,quarū exiguæ cybiis ſunt ſimiles cuius generis eſt horæū.Sardę magnitudinē tantam quantam monedulæ conſequuntur.ſcomber, & leuiter admodū,& cito decedit ex ſtomacho.at monedula magis eſt tenax,& ſcyllacea,mordacior,peioris ſucci,& nutrit.melior eſt Amyclęa,& Hiſpana quę Sexitana dicitur.eſt enim magis tenuis,& dulcis.Strabo lib.Geographiæ tertio Sexitaniam apud inſulas Herculis ſecundum Carthaginem, nouam ciuitatem eſſe ſcribit,ex qua ſalſamenta eiuſdem nominis efferuntur,aliam eſſe inſulā quę Scombraria à multitudine ſcombrorum,qui in ea capiuntur,vocetur,ex quibus optimum fit garum.Salſamenta quæ melādriæ dicuntur,ea ſunt quorum mentionē fecit Epicharmus in Vlyſſe transfuga his verbis, vtile ſalſamentū erat ex melandrye. eſt autē melandrys vt Pamphilus in libro de Nominibus aſſerit,genus quoddā maximorum thynnorū,quorum ſalſamenta ſunt pinguiora. ſunt qui Omotarichū Cetē auocēt,vt Diphilus teſtatur,quod graue eſt,& viſcoſum,& non facile digeritur.Coracinus autē fluuialis,quem aliqui peltam dicunt,ex his qui habitant iuxta Nilum, Alexandriæ

verò

verò incolæ peculiari nomine heminirum appellant, pinguis eſt,minime mali ſucci,carnoſus,nutrit,facile & digeritur,& diſtribuitur,atque mollo multo eſt omnino melior.Omnium verò piſcium ſalſamẽtorúmque oua magno cum labore digeruntur,& corrumpuntur:& ea etiam maximè quæ maiorum pinguiorúmque ſunt, nam & aſperiora, & indiuidua conſiſtunt. Hæc tamen ſi ſale extinguantur, & incoquantur, bonum os faciunt,oportet autem omnia ſalſamenta vſqueadeo lauari, vt dulcis aqua, & ſine odore relinquatur.Salſamentum marinũ dulcius fit ſi elixetur,atque omnia ſalſamenta meliora ſunt calida,omnes dulces ſucci, & ſalſi aluũ ſubducunt, at acuti, & acres vrinam ſoluunt,vt author eſt in libro Ediliũ Mnaſitheus ipſe Athenienſis.Succi qui ſunt acerbiores magis vrinam conci tant,ex quibus nonnulli ventrem etiam ſoluunt:at auſteri excitant excretiones.vbi elegantiſsimus Xenophon edulia huiuſmodi in inſcripto Hierone vel Tirãnico accuſat, hæc ita inquit,nunquid Hieron machinationes eiuſmodi plurimas quæ Regibus apponuntur,acutas inquã,acres,auſteras,& his ſimiles cognouiſti?certè quidem ait Simonides, quæ mihi præter naturam prorſus hominibus adeſſe videntur.ſed nunquid arbitraris ſubiunxit Hieron hæc edulia voluptatis eſſe,vel mollis vel ob delicias ægrotãtis animi?ſiquidem qui ſuauiter comedunt, velut & ipſe optimè noſti,artificiis iſtiuſmodi non indigent.

## *De potu antiquorum.* CAP. XXI.

HIs ita ſe habentibus Cynuclus potum dicoctam popoſcit, ſalſos inquiens ſermones dulcibus vndis abluere oportere. Quem Vlpianus,moleſtè ferens,puluinúmq; manu concutiens, quouſque tandem inquit Barbaricè loqui non ceſſabitis,an donec ego cum ſermones huiuſmodi amplius ferre non poſsim, ſympoſium relinquens diſcedam? tunc ille dixit, cum in Regina Roma verſer ô vir optime, loci ipſius vocibus nunc ob conſuetudinem vſus ſum:nã & apud antiquiſsimos poëtas, & Hiſtoricos Grecè maximè loquẽtes faciliimè Perſica etiam nomina ob vſus cõſuetudinem inuenies,ſicuti paraſangas,aſtaros, & ſchænum, quæ nunc etiam menſura eſt viæ ita à multis nomina

A minata.noui multos Atticos,quòd cum Macedonibus verſati ſint,Macedonicè loquentes.at mihi melius erat taurinum ſanguinem bibere: magis enim Themiſtoclis mors eſt eligenda, quàm in te incidere. non dicam taurinam aquam bibere,quam tu neſcis quæ ſit.neque etiã animaduertiſti quòd apud optimos, & hiſtoricos, & poëtas quædam perperã dicta reperiuntur,ſcribit enim Cephiſodorus Iſocratis Rhetoris diſcipulus lib.iij.eorũ,quæ ad Ariſtotelem,quòd vnũ vel duo ab ipſis Poëtis aut Sophiſtis inſulsè dicta quiſpiã inuenire poſſet,velut apud Archilochũ: totũ hominem excoriare.apud Theodorum,id plus habere iubere,& æquum laudare apud Euripidem,linguam iuraſſe dicere.apud Sophoclem,quod dictum eſt in Aethiopibus:

*Hæc alloquor non vi coactus,at magis*
*Amore,tu lauda velut ſolent ſophi*
*Quæ iuſta ſunt: at lucra ſola quærito.*

Atque alibi idem author,nihil eſſe dicit cum lucro malũ. Apud Homerum Iuno inſidias Ioui tendit, & Mars adulterium committit, quo ab omnibus ille male audit. Si quid & ego ô pulcherrimorum nominum, verborúmque inda-
B gator erraui,ne grauiter id idcirco feras, non enim cano antiqua,vt Timothei poëtæ Mileſij verbis me defendam, quoniam meliora ſunt noua,Iuppiter nouus imperat,cum antiquitus rex eſſet Saturnus: abeat antiqua muſa. Verba ſunt hæc Antiphanis in Alceſtide:

*Ad res nouas compellit ipſa mens, ait*
*Sic ille, noui quòd nouum hoc tempore*
*Conatus vnus,vt ſit audax is nimis,*
*Multò vetuſtis eſt tamen præſtantior.*

Quòd cognitionem huius aquæ ſic dictæ antiqui etiam habuerunt,ego tibi patefaciam, ne grauiter feras ſi forte dicoctam rurſus dixero. nam id dicere poſſet quiſpiam ex his qui eruditi ſibi eſſe videntur,vt ſecundum mendacem Herculem Pherecratis loquar, cui ego contra dicerem ne ſatages anxiè,

*Sed ſi tibi videtur audi atque adhibe mentem.*

Sed ne ſuccenſeas mihi inquit Vlpianus,neque deſidero te qualis ſit taurina aqua declarare,ego enim voces huiuſmodi ſitio.ſubiunxit hæc ſtatim Cynulcus,at ego præbibo inuitóq; te ad potũ.Sitis ſermonem, ex Alexidis Pithagorã

Imit

imitante, ſumens: C

*Incocta aqua crudum bibas ſi poculum,*
*Laborioſa fit, & grauis.*

Taurinam aquam Sophocles nominauit ô amice, ex Tauro fluuio, qui eſt circa Trœzenem, apud quem, & fons quidem Hyoeſſa nuncupatur. Cognouerunt omnino antiqui, & aquarum frigidarum vſum in potationibus, ſed non prius ipſe declarabo, quàm tu an calidis etiam vſi fuerint me docueris. nam ſi crateres ab accidente nomen conſequuntur, quia miſti pleni aſsiſtebant, non ebullientem quidem potum præbebant, & igne ſuppoſito more lebetum. Eupolis in Populis aquæ calidæ vſum antiquos cognouiſſe ita declarat: Vas æreum nobis calefactum eſt, & ſacrificia quædam coquere iuſsit, vt inteſtinis adeſſemus. Antiphanes in Omphale:

*In vrna mihi*
*Aquam coquentes accidat non cernere*
*Vllos, male haud habeo, & quidem auertat Deus.*
*Ventrem vmbilicúmque ſi mihi mox tormina*
*Turbent, paratus anulus mihi optimus*
*Drachma eſt.* D

Qui actus in aliptria fertur. ſic & Alexis: quòd ſi tabernam feceritis ſonoram, ſpargam per maximam & amicam Cererem, aquam lebetis ebullientis hauriens capide, in medium veſtrum: niſi fecero, nunquam aquam libera bibam. Plato libro primo Reipublicæ, cupiditas in animo cum ſiti meritò conferri poſſet, nam ſitis eſt vel calidæ, vel frigidæ, vel vt ſummatim dicam, cuiuſpiam potionis, atque ſi ſiti caliditas aliqua ſit iniuncta, frigidi exhibet deſyderium, ſi frigiditas, calidi. An ſi plurima ſit ſitis, nunquid multi potus inducit cupiditatē, ſi exigua, deſiderium pauci? nam ſitire ipſum nullius rei alterius eſt deſiderium, quàm potus, cuius natura adducitur, rurſus fames nullius quàm cibi appetētia. Semus Delius lib. Neſiadis ſecūdo, refrigeratoria loca excauata in inſula Cimolo fieri ſcribit, in quibus æſtatis tēpore vaſa fictilia tepida aqua plena deponūt, poſtea nulla re niuibus differētia ea exportāt. Aquam tepidā metaceras Athenienſes appellāt, vt Sophilus in Androcle, Alexis in Locris, puellæ effuderūt, hæc quidē calidam, illa metaceras. Philemon in Corinthia. Amphis in

baln

A balneo exclamauit, aquam ferat calidam alter, aut metaceras. Cũ Cynicus alia quædam his eſſet accumulaturus, nouerunt amiciſsimi viri inquit Pontianus frigidæ etiam aquæ potus antiqui, velut in Paraſito teſtatur Alexis:

*Aquam volo profectò guſtes, eſt mihi*
*Res cum puteo, nam frigidior quàm par fuit*
*Eſt intus ille.*

Mentionem fecit Hermippus in Aſturis de aqua puteali. His verbis Alexis niues etiam bibere ſolitos fuiſſe antiquos in Sopita teſtatur:

*Laborioſa planta nunquid eſt homo*
*Contrarijs vtens ſibi quàm plurimis?*
*Aliena amamus, apta nobis ſpernimus.*
*Atque his abundamus, tenentes nil propè.*
*Cibi tributa nec ferentes reddimus,*
*Aut perperam. Rurſus diebus ſingulis*
*Optamus vt placentula adſit candida:*
*Et machinamur inde ius illi nigrum.*
*Pulchrum colorem tinctor vt confingimus.*
*Potare præparamus ſimul niuem.*
B *Et contrahimus ni cuncta ſint calentia.*
*Acuta vina quærimus. Bacchamur &*
*Alyrtacis, nunquid ſophis quod dicitur*
*Veriſsimum eſt? non naſcier præſtantius*
*Fuit, vel emori cito mortalibus?*

Dexicrates in Inſcripto, à ſe ipſis decepti, ſi ebrius ſum ait, & niuem bibo, vnguentúmque Aegyetus in ore optimum facit. Euthycles in Decoctoribus, aut in Epiſtola:

*Aſpexit is venalis an nix ſit prius,*
*Oportet hunc primum fams & veſcier.*

Cognouit, & elegans Xenophon potum cum niue in Memorabilibus. Chares Mitylenæus in Hiſtoriis de Alexandro declarat quo pacto niuem ſeruare oporteat, vbi Petræ ciuitatis Indiæ obſidionem percurrit, dicitque Alexãdrum triginta magnas foſſas excauaſſe, quas cum niue repleuiſſet, ramos querneos ſuperiniecit, ſic enim plus temporis niuem perdurare poſſe affirmat. vinum ab antiquis frigefieri conſueuiſſe vt frigidius biberent Strattis in refrigeratoriis ita teſtatur, Vinum calidum bibere non poſſet, ſed multò magis contrarium in puteo refrigeratum, & niue

permiſt

miſtum. Lyſippus in Bacchis: C

*Hermon quid eſt? qui nos habemus? quid niſi*
*Hoc quòd pater mihi videtur deſuper*
*Iecisse ſe in puteum, velut vinum ſolet*
*Aeſtate conijci?*

Diphilus in Recordatione, Refrigera vinum Doriton. Protagorides libro Comicarum Hiſtoriarum ſecundo, vbi Antiochi regis nauigationẽ iuxta fluuium deſcribit, quædam de ipſo refrigerandæ aquæ artificio his ita commemorat: Die quidẽ ipſam in aprico loco ponẽtes, & quod craſſum eſt, noctu excolantes, reliquam noctis partem in hydriis fictilibus ſub dio in editioribus partibus domus exponũt: per totã deinde noctẽ duo pueri ipſa vaſa exterius irrigant, at diluculo incipiẽte purgantes, fæcẽmque rurſus ſubtrahentes, & tenuem ipſam aquã, maximéque ſanitati idoneã facientes, inter paleas hydrias ipſas collocãt, poſtea illa ſic vtuntur, nullam niuis inopiam cognoſcentes. de aqua lacuſtri meminit Anaxilas in Tibicine, hanc aquam lacuſtrem à me conſequereris. Rurſus, aqua fortaſſe lacuſtris defecit, Apollodorus Gelous mentionem facit de lacu, ſicut & nos dicimus in Deficiente, his verbis. D.

*Cadum timens lacus, putei ſoluens ſimul*
*Cadum, abſolutus reddidiſti himonias.*

Hæc cum Myrtilus audiſſet, ego inquit ſocij cum Philotarichus ſim, niuem iuxta Simonidem volo bibere. Tum Vlpianus iacet ait apud Antiphanem Philotarichus in Omphale hoc pacto:

*Non Philotarichus ſum puella per deos.*

Alexis in Mulierum militia Zomotarichum quendam his verbis appellauit, hic Cilix eſt, hic Hippopocles hiſtrio Zomotarichus. quid autem ſit iuxta Simonidem, neſcio, non eſt tibi curæ ventroſe, ait Myrtilus, vt Hiſtorias percurras, quià gulosus es quidam, vt Aſius inquit poëta, ille Samius antiquus, & adulator culinæ. Calliſtratus Commiſtorum libro ſeptimo, vt teſtatur Simonides poëta, cum apud quoſdam magni caloris tempore pranderet, pocillatoréſque cæteris omnibus ſe vno excepto niuem in poculis miſcerent, hoc epigramma ex tempore pronuntiauit;

*Hac circuntexit Boreas latera ardua Olympi,*
*Qui celer huc Thracum de regione venit.*

Hæc

A *Hæc hominum pectus mordet ſine veſtibus, inde*
*Vita fit in terram Pieriam veniens,*
*Illius & nobis partem quis fundat, amico*
*Nec par eſt calida pocula ferre viro.* ἀπὸ τοῦ

Illo adhuc bibente quæſiuit Vlpianus apud quem iacet gu- πίω.
loſus, & quæ ſunt Aſij poëtæ carmina de Adulatore, poëtæ inquit Myrtilus carmina ſunt hæc:

*Erro, ſenex, claudus, maſtigia, venit & ipſe*
*Cniſocolax, coniux cum tibi pacta Meles:*
*Iniuſſus, quia iuris egens, mediusq; locatur*
*Heros de limo qui male olente ierat.*

Guloſus autem ita ponitur in Philarcho apud Sophilum:

*Obſonij certè es vorax, guloſus &c.*

Ac in inſcriptis Concurrentibus ſic de gula ipſa mentionem facit,

*Gula coactus leno mi interanea*
*Hæc ſanguinolenta præparare præcipit.*

Antiphanes etiam meminit de guloſo in Bombylio. Quòd autem vinum dulce antiqui inter edendum bibere conſueuerint his verſibus teſtatur Alexis in Dropida,

B *Ingreſſa mox amica, dulce quæ merum*
*Argenteo fert poculo: quinis erat*
*Dragmis id, aſpectuq; ſplendidiſſimum.*
*Non aut catinus, aut Phiala hæc erat, tamen*
*Rhytmi vtriuſque particeps.*

Illata poſtea fuit placenta ex melle, ſeſamo, & lacte, quam Romani libum nominant, tunc ait Cynulcus, implere Vlpiane patrio Chebrodlapſo, quod apud nullos antiquorum per Cererem ſcriptum reperitur, niſi apud Suniæthonem fortaſſe, & Moſchum tuos conciues, qui res Punicas monumentis literarum tradiderunt.

## *De chondro.* CAP. XXII.

TVm Vlpianus, at cum mihi inquit ſatis mellitæ ſit placentæ ô cynomyia, libenter profectò chondro nuces pineas, & oua multa habente veſcerer, atq; myſtilenum ferentes date mihi: non dicerem autem myſtrum, quia apud nullum antiquorum ante nos dictum fuit. Obliuioſus certè es vir admirabilis ait Aemilianus, nunquid tu

κυνόμυια *muſca canina.*

Nicandrum Colophonium antiquitatis ſtudioſum, multæq; diſciplinæ admirari ſoles, quem etiam peperium dicentem adduxiſti? Hic igitur libro primo Georgicorum Chondri vſum declarans, myſtrum etiam his verſibus nominauit: C

*Quum volucrí ſue, agníue voles, hœdíue parare,*
*Occiſi nuper epulas, ſit cura legumen*
*In vaſis triuiſſe cauis: oleoq; rigabis*
*Illud odorifero, ius feruens protinus hauri.*
*Suffoca, & impona tegmen: puls arſa tumeſcit*
*Immodicè. tepidam mox hanc effundere myſtris*
*Conueniet.*

His ô vir admirãde tacitè Nicander, & chõdri ipſius vſum, & hordei lixati deſcribit, iubens ei agni, vel hœdi, vel auis ius infundere. Legumina igitur inquit in mortario contundito, oleúmq; immiſceas, & donec coquantur, ſubige; atque ex huiuſmodi apparatu ius efferuẽs defœcatoria capide frequenter admiſceto, neque aliud interim ius iniicias, ſed ipſum ex eodem haurias, nequid pinguioris iuris efferueat. Poſtea ſuffoca dixit efferuens operculo ſuper impoſito, quia puls ſic ignita intumeſcit. Tum demum cum aliquantulum intepuerit hanc concauis myſtris effunde. Hippolochus præterea Macedonicus in ea epiſtola quam ad Lynceum ſcribit, qua cœnam quandam Macedonicam narrat, cæteras omnes quæ vnquam factæ fuerint magnificentia rerum ſuperantem, ſingulis conuiuis aureum myſtrum datum eſſe commemorat: quando antiquarum rerum vis eſſe curioſus, & nihil dictum eſſe exiſtimas, niſi id apud Atticos inueniatur. Quid eſt per deos id, quod in Operariis Nicophon antiquæ comœdiæ poeta ſcripſit? nam & hunc myſtrorum mentionem facientem inuenio, vbi Atherinopolis inquit, meripolis, caricopolis, pellipolis, farinopolis, myſtripolis, bibliopolis, cribripolis, retipolis, & feminipolis. Qui nam ſunt myſtripolæ? an non ij, qui venditant myſtra? diſcens igitur ô bone Syrattice myſtri vſum, chondro explere, ne imbellis poſtea ſum dicas, & debilis, admiratus ſum ſanè plurimùm quod cuias eſt Chõdrus, Megarenſiſne an Theſſalicus, cuias eſt, & Myrtilius, non ſis percunctatus. Cui Vlpianus, à cibis inquit abſtinebo, ſi apud quos chondri nominentur me docueris. Aemilianus, ſed non tibi inuideo, D

*Syrus Atticus.*

A uideo, nam cum ſplendidiſsimum conuiuij apparatum videam, volo te chondro ſaturatum galli legem ſubire, vt nobis quas epulas eſuri ſumus ſignifices. Quod hic moleſtè ferens vnde tibi ipſi? non enim vis quieſcere quin aliquid ab his ſophiſtis tardè diſcentibus, perquiras? Sed ego tibi inquit Aemilianus ſermonem rei huiuſmodi percurram, atque prius de chondro ediſſeram, ex Antiphanis Antia his depromptis:

*In ſportulis quid eſt amice? dic precor.*
*Chondrus Megaricus in tribus, nam Theſſalus*
*Haud eſſe fertur aptus: ipſa punica*
*Similago longe victa ſed relinquitur.*

Qui actus eſſe dicitur etiam Alexidis, nam paucis apud illum mutatis reperitur. Alexis in Agricola, Et chondrus intus multus eſt Theſſalicus. Ariſtophanes in Conuiuis ſorbitionem ſic chondrum appellauit, vel chondrum coquens, poſtea muſcam iniiciens dediſti ſorbere. meminit etiam de ſimilagine, ſed teſtimonia non memoria teneo, Strattis in Homine progrediente Alexíſque in æquilibri, Similaginis genitiuum Strattis in eo actu dixit, horum binorum ſimi-
B laginis filiorum. at edulia ſic Antiphanes nominauit in Geminis, guſtaui multa bonáq; edulia, bibẽs tres aut quatuor potiones, laſciuiebam poſtea cum cibum comediſſem, quãtum quatuor elephantes. Sed habeat iam finem liber hic inter ſermones de eduliis, quandoquidem habet conuerſionem, nam ab his quæ ſequentur cœnæ ipſius principium aſſumemus: ſed non prius quàm Macedonicum Hippolochi ſympoſium nobis commemoraris. Quando ita tibi amice Timocrates gratum eſt, & hanc prouinciam ſuſcipere non recuſabimus.

LIBRI TERTII FINIS.

# A T H E N AE I C
# DIPNOSOPHISTARVM
## LIBER QVARTVS,
## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De Carani Macedonis conuiuio.*
### CAP. I.

HIPPOLOCHVS Macedo amice Timocrates diſcipulus fuit Theophraſti,floruitque Lyncei, & Duris Samij temporibus, qui ſic cum Lynceo conuenerat, quemadmodum ex illius epiſtolis cognoſcere poſſumus, vt ſi magnifico cuipiam intereſſet conuiuio, illi diligenter omnia D
patefaceret quod & ille rurſus Lynceo retribuebat, atque horum vtriuſque conuiuiales epiſtolæ nunc etiam ſeruantur. Lynceus quidem Lamiæ Atticæ tibicinæ conuiuium, Demetrio regi cognomento Poliorcetæ, Athenis paratum, declarat, nam Lamia Demetrij fuit amica: Hippolochus verò Carani Macedonis nuptias deſcribit. incidimus prætereà in alias Lyncei epiſtolas, quæ ad eundem Hippolochum ſcribuntur, quibus Antigoni Regis Veneri ſacrificia Athenis celebrantis patefacit, vnà cum Regis Ptolemæi conuiuio: quas etiam epiſtolas tibi breui ſumus daturi. ſed quoniam Hippolochi epiſtolę non facile inueniuntur, operæpretium fortaſſe fuerit, vt quæ in his ſcripta ſunt, ego exercitationis, voluptatiſque gratia tibi percurram. Carano igitur, vt ſuperius diximus, nuptias in Macedonia parante viginti conuocati viri ad illas acceſſerunt, quorum ſingulis argentea phiala cum primum ſederunt fuit donata, coronauerat autem prius omnes ſtrigili aurea, cuius pretium erat aureorum quinquę, quàm in conuiuium ingrederentur.

A derentur. vbi phialarum vinum ebiberunt panis vnicuique latitudinis æquæ in æreo lance artéq; Corinthiaca laborato illatus fuit, auésque, anates, palumbi, anſeres, & multa accumulatiſsimè horum ciborum copia, quæ illi cum lancibus ipſis accipientes omnibus iis, qui aſtabant à tergo, præbuere. Plurima deinde alia, multiformiáque edulia circunferebantur, poſt quæ alter rurſus lanx argenteus, in quo magnus inerat panis, anſeres, lepores, hœdi, panésq; variè laborati, columbæ, turtures, perdices, & quodcunque eſt volatilium genus. Hæc etiam inquit dedimus ſeruis, atq; cum ſatis cibi ſumpſiſſemus, manus lauimus, illatæ continuò fuerunt coronæ multiplicibus floribus compoſitæ, in quibus omnibus aureæ erant ſtrigiles primis non impares pôderibus, inter hæc narrat Hippolochus quemadmodum Proteas, ex Protea filio illo Lacnines oriundus, quæ per quoddam temporis ſpatium Regis Alexandri fuit nutrix, erat valde bibax. Velut etiam eius auus Proteas, qui Alexandri fuit conſanguineus: quodq; omnibus præbibebat. Hæc deinde ſcribit, cum ſuauiter nos à temperantia iam defeciſſemus, tibicinæ, cithariſtæ, & Rhodiæ quædam ſam-
B bucinæ ingrediuntur, quæ mihi quidem videbantur nudæ, dicebant tamen nonnulli has veſtes habere, quæ ſtatim auſpicatæ abierunt. Ingreſſæ poſtea ſunt aliæ, quarum ſingulę duas lecythos vnguento plenas, auréisque loris reuinctas attulerunt, hanc quidem argenteam, illam verò auream, cotylæ capacem, atque ſingulis conuiuis obtulerunt. Inferuntur poſtea prò cœna diuitiæ non mediocres, lanx ſcilicet argenteus non mediocriter craſſus inauratus, quantusq; ſuis valde magni amplitudinem complecteretur, qui intus ſupinus iacebat, atq; ventrem multis bonis auibus plenum ſuperius oſtendebat: inerant enim turdi, vuluæ, innumeráq; ficedularum multitudo, & infuſi ouorum vitelli, oſtrea, & pectunculi, quæ ſingulis deinde in lancibus cocta appoſita fuerunt. cum poſtea bibiſſemus, hœdum feruentem in alio lance ſimili, & aureis myſtris ornato, rurſus accepimus, cum loci inopiam Caranus animaduertiſſet, ſportulas ſtatim, paniúmq; loculos loris elephantinis compoſitos nobis adferri iuſsit, quibus voluptate affecti magno plauſu ſponſum excepimus, quod hæc veſtita etiam nobis traderentur. corona rurſus, & aurea bilecythus vnguento plena, alteráq;

argentea pari pondere primis illatæ fuerunt. Hinc cum aliquantulum quieuiſſemus ingrediuntur ij, qui publicè Athenis ſeruiunt: poſt hos Ithyphalli, luſores, & quædam mulieres mira facientes in enſes præcipites ſaltantes, ignémque ex ore nudæ profundentes, acceſſerunt. His ſpectaculis abſoluti calidiorem meracioréḿq; potum aggredimur, Thaſia enim vina, Mendæa, & Lesbia, in amplis poculis aureis nobis allata fuerũt. Poſt potum lanx vitreus bicubitali diametro in aureo loculo poſitus, omni genere aſſatorum piſcium plenus, infertur, qui ſingulis poſtea fuerunt diſtributi. Ciſta præterea argentea panibus Cappadocibus plena, ex his quædam ipſi comedimus, quædam dedimus ſeruis. tum manus lauimus, coronati ſumus, & ſtrigiles aureas duplo maiores primis, & alteram bilecythum vnguenti, accepimus. Omnibus aliis quieſcentibus ſurgẽs ex ſede Proteas amplum ſcyphum expetiuit, quem cum vino impleuiſſet, parúmque aquæ infudiſſet, hibit, hæc ita loquens, qui plurimùm biberit, plurimùm etiam erit lætus. Tunc ait Caranus, quoniam tu primus bibiſti, primus etiam domum habeas ſcyphum, quod erit præmium, & cæteris bibentibus. his auditis ſurrexerunt, & alij decem, & nouem ſcyphos omnes corripientes, atq; alius alium præuenientes. inter nos quidam miſellus ſedens lugebat ſcyphi honore priuatus, quia bibere non poterat, cui Caranus vaculum poculum nihilominus largitus eſt. venit interea centum hominum chorus conſonè admodum carmen nuptiale canentium. Poſt hos ſaltatrices, aliæ Nereidum more, alię Nympharum inductæ, procedente potandi certamine, & hora iam ſubnigreſcente, domum aperiunt, in qua omnia candidis velaminibus in circulum comprendebãtur, quibus extenſis faces per clandeſtinas machinationes apparuerunt: tum ſæpimentis patefactis, Amores, Dianæ, Panes, Mercurij, & alia cõplura huiuſmodi idola in argẽteis candelabris faces prætendẽtia videbantur. Cum nos id artificium admiraremur, apri verè Erymanthæi in lancibus quadrangula figura, aureis cingulis, & bullis argenteis transfixi, vnicuiq; circunferebantur, & quod mirum eſt, cum depreſsi, & capite ob temulentiam grauato eſſemus, cum aliquid eorũ quæ inferebãtur ſpectabamus, omnes expergiſcebamur, erecti, vt dici ſolet, ſurgẽtes. Collegerũt igitur pueri in ſportulas, donec in extremo

cœnæ

A cœnæ receptui cantum eſt, veluti conſuetudo inualuit: hunc enim Macedonum morem, qui in numeroſis conuiuarum congreſsibus obſeruatur, tu optimè noſti. Cum potum Caranus rurſus incepiſſet, iuſsit pueros propinationem paruis poculis in orbem circunferre, bibimus igitur læte quaſi remedium quoddam primæ eius meri potionis. Mandrogenes interea præſtigiator à Stratone illo Attico, vt fertur, oriundus, venit, qui multum nobis riſum concitauit: deinde cum muliere quadam, quę octuaginta annos pertranſierat, ſaltauit, tum vltimæ demum bellariorum menſæ acceſſerunt, atq; omnibus bellaria in ſportulis Elephantinis data ſunt, placentæq; Cretenſes ex vnóq; genere, & ex tuis Samiis, & Atticis amice Lynceu, eáq; omnia in propriis ipſis bellariorum loculis. His ita habitis ſurgentes ac vigilantes per Deos, ob earum diuitiarũ timorem, quas acceperamus, diſceſsimus. Tu verò Athenis ſolùm commoratus felices has eſſe arbitraris, dum Theophraſti rationes audis, cunilámq;, & erucam: dum inquam bonos panes ſubcineritios comedis, & Bacchanalia, Chetróſq; ſpectas. Nos autem ex cœna Carani pro particulis, diuitias adepti, nunc alij do-

B mos, alij agros, alij mancipia emere quęrimus. Quod ſi hęc huiuſmodi reſpicias amice Timocrates, cum quo Græcorum prædictum conuiuium conferre poteris? vbi & Antiphanes comicus ſic in Oenomao vel Pelope ludens, ſcripſit, quid Græci apparatus epularum curioſi, & voraces facerent, vbi caperent quatuor paruæ carnes obolum? Apud maiores noſtros boues integri, cerui, & agni aſſantur, ac coquus poſtremò totum aſſans camelum, ita vt monſtrum videretur, magno regi calidum appoſuit. Ariſtophanes in Acharnenſibus ipſe etiam Barbarorum magnificentiam declarans hæc locutus eſt:

*Nos hoſpitatus eſt, & integros boues*
*Ex clibano appoſuit. quis vnquam per deos*
*Furnaceos vidit boues ſuperbia*
*Opus? volucrem per Iouem Cleonymi*
*Hinc triplicem dedit, phenax cui nomen eſt.*

## De conuiuio Cotyis. CAP. II.

Alexandrides in Proteſilao, vbi Sympoſiũ nuptiarum Iphicratis, qui Cotyis regis Thracum filiam ducebat,

carpit, hæc ſcripta reliquit; nos ſicuti dico lautis cœnis excipite, neq; tamen ſimilibus iis Iphicratis, quæ in Thracia fuerunt, dicunt enim has elegantiſsimè fuiſſe paratas, ſiquidem purpurea ſtragula in foro etiam ſubſtrata fuerunt vſq; ad Vrſam. Hominum verò ſqualidos capillos habentium multitudinem infinitam propè butyrum cœnaſſe ferunt: lebetéſq; æreos maiores fuiſſe duodecim clinis lacubus, & ipſum Cotym ſuccinctum, ius in choa argentea ferre, cratereſq; guſtantem, prius cæteris omnibus ebrium fuiſſe. Tibia illis Antigenidam ceciniſſe. Argam cantaſſe, Cephiſodorum ex Acharne citharam pulſaſſe, atq; odis ceciniſſe Spartam latam regionem habentem, & Thebas ſeptem portas mutaſſe, dotémq; accepiſſe duo flauorum equorum armenta, ſcutum aureum, Phialam, Lepaſtam, niuis gutturnium, ollam milij, vas bulborum duodecimcubitalem, centúmq; Polypodas. Hæc ita feciſſe Cotym aiunt in Thracia, cum nuptias Iphicratis celebraret. Sed his multò, & honorificentius eſt, & ſplendidius id, quod fit à noſtris filiis Herilibus. Qua enim in re domus noſtra deficit, aut quibus tandem bonis? non myrrhæ, Syriæ'ue odores, aut quales ſunt Libani, deſunt, non ſpecies tenerarum placentarum, panium, amylorum, polyporum, boum inteſtinorum, pinguedinis, lucanicarum; iuris, betarum, thriorum, piſorum, alliorum, apuæ, ſcomborum, thrymmatidum, ptiſanæ, pultis, fabarum, cicercularum, milij, eruilarum, dolichorum, mellis, caſei, choriorum, tritici, nucum, chondri, locuſtæ aſſatæ, loligines aſſatæ, mugil elixus, ſepiæ elixæ, muræna elixa, gobij elixi, thunni aſſati, phycides elixæ, ranæ, percæ, ſynoduntes, aſelli, paſſeres, ſoleæ, monedula, cuculus, aloſæ, torpedines, ſquatinæ, fruſta, faui, racemi, ficus, placentæ, mala, corna, mala punica, ſerpillū, pyra ſylueſtria, cnecus, oliuæ, fraces, ametes, porri, cæpæ, phyſta, bulbi, thryſi, laſerpitiū, acetum, fœniculum, lentes, cicadæ aſſatæ, naſturtiū, ſeſamum, buccinæ, ſal, pinnæ, patellæ, mures, oſtrea, pectines, orcyni. His accedit auiū multitudo innumerabilis, anates, palumbi, anſeres, paſſeres, turdi, galeritæ, picæ, cygni, onocrotali, cinglus, grues, quæ per hiantem podicem extenſæ, & per latera, frontem poſſent percutere, vinum tum album, dulce, indigena, ſuaue, fumoſum.

De coa

A

## *De conuiuijs Atticis.*

## CAP. III.

LYnceus Athenienſium conuiuia deridens hæc in Centauro ita ſcribit:

*Ad nuptias qui me vocauit ô coque*
*Rhodius, vocatus ipſe ſum Perinthius.*
*Noſtrum eſt nec alter Atticis qui gaudeat*
*Cœnis, profectò eſt Attica iniucunditas.*
*Apponit vt peregrina lancem maximum,*
*Lances habentem quinq; paruos, allium hic,*
*Duos echinos alter, hic conchas decem,*
*Hic antacæi fruſtulum, hic thrymmatidem*
*Habet. Comedi donec hæc, alter ſimul*
*Finiuit illa, donec ille hæc, iſta ego.*
*Volo fatigari ſimul vir optime*
*In hoc, at id nullo modo fieri poteſt.*
*Abſurda quæro, haud quinque ſunt mihi labra,*
*Vel ora, picturatus eſt his talibus*
*Aſpectus, at ventri nihil qui conferat.*
B *Labella concuſſi, nec impleui tamen.*
*Quid ergo, habes oſtreia multa? ponito*
*Lancem mihi horum grandiorem haud altero*
*Impoſtum, echinos anne habes? erit tibi*
*Lanx alter, hunc mercatus ipſe obolis tuli*
*Octo, replens vt par, id ergo obſonium*
*Solum dabis? cuncti ſimul quo veſcier*
*Poſſint eiſdem, non is his, illis ego.*

Quum Dromeas paraſitus interrogaretur à quodam, vt Hegeſander Delphus teſtatur, nunquid conuiuia quæ in vrbe, an quæ in Chlacide fierent ſint meliora, prooemium reſpondit Chalcidienſium multò melius eſſe eo apparatu qui fit in vrbe. Appellauit autem conuiuij prooemium & multitudinem oſtrearum & varietatem. Diphilus in Relinquente coquum quendam ita dicentem introducit:

*Quot ſunt tibi numero vocati huc hoſpites*
*Ad nuptias, ſunt'ne Attici omnes, optime?*
*Ex emporióue quidam? at hoc quid eſt? pete*
*Coquum artis, enarrabit is tibi omnia.*
*Eſt principium illius bonum quidam pater*

*Edentium nouiſſe protinus gulam.*
*Velut Rhodios ſi conuccaſti, intrantibus*
*Dato ſtatim lebete raptum feruido*
*Magnum Silurum, aut Lebiam, nam iſto magis*
*Lætantur his vnguenta quàm ſi fuderis.*
*Vrbanus eſt modus Siluri, mi : vocans*
*ByZantios, rigato quasq; , abſinthio*
*Suo dapes, quas his voles apponere.*
*Bene alliata & ſalſa fac ſint omnia.*
*Ob piſcium nam copiam qui illos apud*
*Naſcuntur, hi ſunt iis cibi gratiſſimi.*

C

Menander in Trophonio:

*Acceptionis cœna ſit certè hoſpitis ;*
*Sed cuius aut cuiatis ? id differt, coque.*
*At inſulani qualis hic recentibus*
*Qui piſcibus ſunt educati : quos neque*
*Diuerſa ſalſamenta captant, ſuauius*
*Potiusq; edunt inculta. ſed contrarium*
*Optaret Arcas ſi quis huc accederet.*
*Condire quæreret, ſimulq; aromata.*
*Captatur ollis à mari diſtans procul.*
*At Ionici qui congregant opes viri*
*Canthaulon, & cibos mouentes inquina quærunt.*

D

Vtebantur autem antiqui cibis ad aperiendas etiam venas, velut oliuis conditis quas colymbadas nominarunt, Vt Ariſtophanes in Senectute:

*Nunquid ſenex amas amicas dic mihi*
*Obſecro maturas, adhuc an virgines,*
*Quæ ſint oliua ſalſa ſicut aſperæ ?*

Philemon in Ambiente ſeu Iuſculo:

*Apparuit, tum paruulus quidam tibi*
*Elixus & piſcis, ſimulq; candida*
*Salſugo, quam noſti nimis pingis, neque*
*Olebat ollam, nec ſapores queis erat*
*Condita : clamarunt viri hic omnes ſtatim,*
*Quam per Deos facis bonam ſalſuginem.*

Veſcebantur cicadis præterea & cercopis venarum aperiendarum gratia, Hinc Ariſtophanes in Anagyro:

*Gaudes cicadis per Deos veſci, capis*
*Tenuiq; cercopas per arua arundine.*

Eſt

A Eſt autem cercopa animal cicadæ ſimillimum, aut paruo turturi, velut Speuſippus libro quarto rerum ſimilium voluit. Meminit de his Epilycus etiam in adoleſcentulo, & Alexis in Thraſone his verbis, nunquam tuam ô mulier vidi cercopam, non picam, luſciniam, turturem, aut cicadam. Nicoſtratus in Ancilla, lanx primus magnis erit Dux, echinum, omotarichum, capparim, thrymmatidem, ſalſamentum, bulbúmque habens in intrito. Quòd rapas etiam aceto & ſinapi conditas, vt aperirentur venæ comedebant, manifeſtè Nicander libro Georgicorum ſecundo his verſibus declarauit:

*Vt raphanos duplici cernes conſurgere forma*
*Deinde rapas, hæc longa ſimul, ſimul aſpera guſtu*
*Surgit in areolis, hanc tu concidito ventis*
*Extenuans, gratámque hyemi, & cuſtodibus aptam,*
*Otia longa domi qui carpunt. fluctibus ipſam*
*Si calidis ſpargas, vitam reuocare videbis.*
*Radicem concide rapis, pellémque virentem.*
*Purgato paulum ſculptas, folijs reponens*
*Siccato paulum, quum feruida protinus vnda*
B *Fecerit has tumidas, tingens ſalſugine multa*
*Mergito. ponderibúſque æquis infundito acetum,*
*Albáque muſta, tegas intus ſtringens ſale multo.*
*Mox æquare tibi ſtudium ſit, fundito ſæpe*
*His vuam paſſam, & mordentia grana ſinapis.*
*Vtraque pars fæce ſi perfundatur aceti*
*Iucundum ſalſamentum lacerare parabit*
*His, quibus haud aderunt menſæ conuiuia lautæ.*

Diphilus & Soſippus in Relinquente,

*Acetum acutum adeſt tibi credo puer,*
*Nam cepimus ſuccum, premam ipſis omnia*
*Prudenter, optiméque, ſiue is acria*
*Volet comeſſe, ſiue folijs veſcier.*
*Iſti ſapores nam ſenis celerrime*
*Mouere ſenſus, torpor his pulſus fugit.*
*Et quicquid obtuſum eſt, edúntque ſuauiter.*

Teſtatur Alexis in Tarentinis Athenienſes in ſympoſiis tripudiare etiam conſueuiſſe:

*Certè tibi:*
*Hoc eſt Athenis inclytis vernaculum,*

Quòd

*Quòd quilibet ſaltat ſtatim ſolum meri* C
*Si ſentiatur huic odor, malum refers.*
*Monſtrare poſſes ſi repente acceſſeris*
*Conuiuium ꝙ ſolet ſimulq́; imberbibus*
*Adeſſe forte gratiæ quidam decor.*
*Quum ſubdolum mihi videre contigit*
*Vel Theodotum, vel Paramaſynten impium*
*Qui candidum improbat, cum Aballumq́; accidit,*
*Hunc ſuauiter ligno profectò infigerem.*

Non'ne Antiphanes præterea in Cretenſibus ſapientem quendam Attico more tripudij tripudiantem poſt cœnam mordet his verbis?

*Non tripudiantem manibus hunc Eunuchum vides?*
βάταλον, nequeuntem coire. *Haud hunc pudet qui narrat omnibus ferè*
*Heraclitum, qui ſolus artem repperit*
*Docti Theodecti, qui ſimul ſcripſit capita*
*Cum Euripide.*

Quibus minus fortaſſe eſſet abſonum illud inferre, quod apud Heriphum Comicum in Aeolo ſcriptum reperitur.

*Sermo vetus non eſt pater certè abſonus,*
*Qui vina dicit non volenti etiam ſeni* D
*Saltare perſuadere.*

Alexis in Aequilibri inſcripto:

*Sine ſymbolis bibêre ſaltantes viros*
*Solùm videntes, nomen haud obſonij.*
*Obſonium in cibis habentes Gobium,*
*Similaginem, locuſtamq́;.*

Atticam cœnam non inſuauiter Matron parodus deſcribit, quam inquit Plutarchus, quia non facile reperitur, eiuſmodi vobis amici declarare non erit moleſtum.

*Muſa mihi cœnas lautas, multasq́; recenſe*
*Quas Xenocles rhetor nobis in Palladis vrbe*
*Præbuit. ipſe fame multa huc comitante profectus.*
*Panis vbi mihi pulcher adeſt, magnusq́; repertus.*
*Eſu perſimiliſq́; amylo, niuibusq́; colore,*
*Quod cupijt piſtum Boreas grauis, imbrifer vnà.*
*Aſt hominum Xenocles intercurſare catervas.*
*Conſtitit ingreſſus limen, ſimul & paraſitus*
*Cherephoon volucri ſimilis grauiæ eſurienti,*
*Ieiunus doctusq́; alienæ accumbere menſæ.*

Huic

A *Huic portare coqui, menſaſque implere capaces:*
*Queis aſſare epulas ſtudium, queis cura culinæ.*
*Sollicitare, ſimul producere tempora cœnæ.*
*Iniecere manus oleri ſibi quiſque propinquo.*
*Hoc ego non contentus eram, ſed cuncta comedi:*
*Aſparagos, bulbos, atque oſtrea plena medullis.*
*Omotarichon & hinc obſonia punica liqui.*
*Eſt mihi crinitus ſpinis proiectus echinus:*
*Adq; pedes pueri ſtrepuit mox ille volutus*
*In puro, primi fluctus vbi littora pulſant.*
*Conuulſi capitis ſpinas de vertice multas.*
*Inde Phalarica venit quæ Tritonis amica*
*Eſt apua, ante genus dura redimita corona.*
*Quas amat & Cyclops altis in montibus ortus*
*Conchas ipſe tulit, reſonantiáque amyla, quas &*
*Lympida nutrit aqua, quas ſaxa comantibus algis.*
*Grumoſa hinc ſolea, & minio fucata colore*
*Trigla genas venit. quam cepi protinus ipſe,*
*Impoſuíque manus: ſed nondum vulnera facta*
*Senſerat, vt læſa Phœbus medicatur Apollo.*
B *Expulſo Stratoclem cum vidi deinde timore*
*Neptuni domitoris equûm te trigla tenentem*
*In manibus, placuit. ſubitò mihi gaudia magna*
*Res tulit, atque famis bona pars lacerata receſſit.*
*Hinc albis pedibus venit Thetis edita Nereo*
*Sepia compta comas, celebris Dea; quæ grauis vna*
*Piſcibus ex cunctis album cognouit & atrum.*
*Et Tityum vidi ſtagni téque inclyte conger*
*Proſtratum in patinis. in menſas ipſe iacebas*
*Congre nouem. poſt hunc eadem veſtigia ſeruans*
*Diua venit niueis vlnis anguillaque, quæ ſe*
*Concubuiſſe Ioui iactat, genus vnde ferarum*
*Eſt anguillarum. magna hanc haud voluere poſſent*
*In carrum ex terra duo robora magna virorum:*
*Qualis & Aſtyanax fuit, Antenórque fuerunt*
*Triſpithamis cubitiſq; nouem lati, caput vlnis*
*Inde nouem plantæ pedibus diſtabat ab imis.*
*Sæpe coquus per tecta iuit ſurſum atque deorſum*
*Concutiens obſoniferos lances ſuper ipſo*
*Dextro humero, nigræ ollæ hunc quadraginta ſequuntur.*

Olla

*Ollæ at in Eubœam tot conceſſere.ſtatim iris* C
*Loligo ventoſa venit cita nuncia,perca*
*Florida ,plebeius ſequitur ſimul hanc melanurus.*
*Qui cum mortalis tamen immortalibus audet*
*Piſcibus eſſe comes.ſolum caput abſtitit inde*
*Iratus thunni raptis victricibus armis.*
*Quæ ſtatuere Dei cladem mortalibus eſſe.*
*Optauere viri fabri téque aſpera rhina*
*Plus æquo quæ alimenta refers bona:non ego certè*
*Carne tua gratam magis inueniſſe valerem.*
*Maximus hinc aſſatus eques mugil venit,illum*
*Ordine mox ſargi biſſeni pone ſequuntur.*
*Inter quos amia eſt ingens ſecreta profundi*
*Omnia quæ norat pelagi Neptunia ſerua.*
*Squillæ & Olympiaci cantores hinc Iouis adſunt:*
*Gens gibboſa quidem, multum ſed edentibus apta.*
*Hinc aurata magis pelagi formoſa colonis,*
*Atque locuſta venit:armariq; aſtacus optans*
*In ſuperum cœnis.conuiuæ his inijcientes*
*Sæpe manus ori referunt, aliò rapit alter.*
*Dux erat acer elops, pugnaciq; inclytus haſta;* D
*Quamuis non eſſet plenus, tamen haud minus illum*
*Palma petit cupidum guſtari.viſus at ille*
*Ambroſia eſt, qua veſcuntur Dij morte carentes.*
*Murænam appoſuit portans hinc tegmina menſæ.*
*Zonam quam gaudens tulerat collaria ponit*
*In lectum veniens dracontia magnanimo dum*
*Accumbit.mox ſandalium genus omne dearum*
*Depoſuit.bugloſſus habet ſalſuginis vndas*
*Feruentis:turdos iuuenes hinc altiuolantes,*
*Exeſas petras, thyadáſque apponit aquoſos.*
*Hippuri,ſargiq; ſimul,miſtimq; ſiluri*
*Contra aderant,ſparus,& mormur,coquus attulit illos*
*Apponens calidos,totam nidore domum qui*
*Perfudit, veſci iuſsit præſentibus inde.*
*At mihi ſunt epulæ viſæ magis hæ mulierum.*
*Poſt alia aggredior, quædam tum forte iacebat*
*Herba intacta, locus vbi viſus protinus illi*
*Huc merula ingreditur guſtari prompta,nec inde*
*Abſtitit intacta,hanc alij cupiere ſodales.*

*Vt trem*

A *Vt tremuit pernam vidi.mihi dulce ſinapi*
*Tunc aderat propius præpellens vtile multa.*
*Guſtaui lacrymans quod non cras talia rurſus*
*Aſſiciam,ſed me quod caſeus atque placenta*
*Fida manet.ſæuus non perſtitit ille,coactus*
*Inde receſſiſſe eſt plagis laceratus iniquis.*
*Hunc demat atrum ius,elixáque viſcera pellunt.*
*Tréſque decémque puer tulit ex Salamine feraci*
*Hinc anates pingues ſacrati pignora ſtagni.*
*Has coquus appoſuit portans vbi multa ſedebat*
*Attica turba frequens,hominum iunctæq; phalanges.*
*Norat Chærephoon prius & poſt ipſe volucrum*
*Partibus vtilibus veſci, melioráque quæ ſint.*
*Nanque vorabat vti leo, crus palmáque tenebat*
*Donec adeſſet ei redeunti menſa parata*
*Inde domum rurſus.ſpecies ſuauiſsima chondri,*
*Quem coxere decem menſes tréſque Attica quondam*
*Fictilia,auxilio Vulcani ſollicitantis.*
*Vt cœnæ compreſſus amor,vt lauimus vndis*
*Oceani patris digitos,vnguenta miniſtrat*
B *Formoſus iuuenis vernis confecta diebus.*
*Omnibus in dextras alius puer inde coronas*
*Compoſitáſque roſis tribuit,duplici ornamento.*
*Miſcetur Bromio crater, & vina bibuntur*
*Lesbia,plus æquo quorum mox quiſque vir hauſit.*
*Hinc ſubijt ſtudium menſas poſuiſſe ſecundas,*
*Queis ſuper & pyra ſunt,& pinguia mala,ſimúlque*
*Punica,cum gratis Bromij nutricibus vuis.*
*Inde recens aderat quæ amamyxis nomina dicta eſt.*
*Horum prorſus ego nihil edi,plenus at illic*
*Decubui.flauam,magnam dulcemq;,rotundam,*
*Aſſatam,cereris natam cum deinde placentam*
*Aſpexi ingreſſam,quis iam queat abſtinuiſſe?*
*Non mihi ſi ora decem certè,totidemq; manus ſint,*
*Venter & infractus,atque ærea pectore corda.*
*Protinus ingreſſæ meretrices ſunt facientes*
*Admiranda duæ,Stratocles has more volucrum*
*Expulit,& fecit celeres in curſibus eſſe.*

Alexis vbi in Concurrentibus Atticorum cœnas deridet, hæc ita inquit:

*Ego*

*Ego duos volo coquos aſſumere*
*Doctiſſimos in ciuitate, quos queo.*
*Qui Theſſalo viro daturus prandium*
*Sit, Atticè non conuenit, nec ſimplici*
*Cura famem viciſſe: oportet ſingula*
*His ſplendidè prandentibus ſed ponere.*
*Sic Theſſali ſunt ſplendidis cibis ſueti.* C

Quod etiam Eriphus ita teſtatur in Scutato,
*Non hæc Corinthus, Lais haud hæc ô Syre,*
*Non hic cibi'ue Theſſalorum ſplendidi*
*Sunt hoſpitum, quorum nec expers hæc manus*
*Quondam fuit.*

Qui mendicos delatos in Chionidē fecit, Atheniēſes ſcribit vbi in Prytaneo Caſtori & Polluci prandiū parant caſeum, phyſtam, oliuas maturas, & porros in menſis apponere, victus antiqui memoriā reuocantes. Solon placentam, comedentibus in Prytaneo, dari iubebat, atq; per feſtos dies panē his apponi, quippe quod Homerum imitaretur, is enim vbi optimates ad Agamemnonē congregat, miſcebatur autem farina inquit. Cum duæ cœnæ nō admodū antiquæ Athenis fierent, hæc in Academia, illa in Lyceo, atq; coquus ollam ad aliū vſum quēdam in Academiā intuliſſet, omnes ſacrificulos fictile id fregiſſe narrant, tanquā non vrbana fieret inductio, quòd res huiuſmodi procul abeſſe conueniret. At qui in Lyceo carnē ſalſam in ſalſamēto pararat, tanquā improbè deſiperet loris cęſus fuit, vt plurimi teſtātur. Plato libro ſecūdo Reipublicæ ita ſcribēs, ſuos nouos ciues cōuiuio excipit, ſine obſonio vt mihi quidem videris (inquit) viros cōuiuio excepiſti, verū, inquam ego, dicis, neſciebam autem quod obſoniū ſalem, oliuas, caſeū, bulbos, oleráq;, quæ coctiones in agris habentur, eſſent accepturi, ac bellaria certè ficus, ciceres, fabas, myrti fructus, caſtaneáſq; illis apponemus, vt apud ignē ſub cinere coquāt moderatè bibētes, atq; ſic vitā degentes eandem viuendi rationē poſteris etiā relinquāt. Sed iam de Laconicis cōuiuiis deinceps eſt dicendum. D

## *De Laconicis conuiuijs.*
## CAP. IIII.

HErodotus libro nono Hiſtoriarum Mardonij apparatus, meminit etiam de Laconicis conuiuiis his verbis,

A verbis,cum Xerxes è Græcia fugeret vniuerſum ſuum apparatum Mardonio reliquit. Deinde cum Pauſanias Mardonij ſupellectilem ex auro,argento, multiplicibúſque aulæis cõgeſtam vidiſſet,piſtores ac coquos,pariter ac ſi Mardonio cœna eſſet præbenda,parare iuſsit: qui cum ea quæ ſtatuta erant feciſſent,Pauſanias lectos aureos, argenteóſque inſtratos videns, menſas argenteas, lautiſsimúmque cœnæ apparatum,omnia præſentia eſt admiratus, tum ridens iuſsit rurſus ſuis miniſtris Laconicum parare conuiuium. Hoc parato ridens Pauſanias omnes totius Græciæ duces ad ſe conuocauit, quibus accedentibus cœnæ vtriuſque apparatum oſtendit, dixítque, Vos omnes ô viri amici conuocaui vt ducis Medorum inſaniam patefacerem, qui cum huiuſmodi victus apparatum habeat, ad nos tamen qui talem habemus acceſſerit. Sunt qui virum Sybaritem Sparten pererraſſe dicant, qui cum in Phiditiis conuiuaretur,meritò profectò robuſtiſsimi ſunt Lacedæmonij dixit,quiſquis enim ſanæ eſt mentis decies millies mori prius eligeret, quàm huius parcitatis eſſe particeps. Aſſerit Polemon in Canathro apud Xenophontem eius cœ-

B næ, quæ apud Laconas copis appellatur, meminiſſe Cratinum in Plutis.

*Verè vt ferunt quiuis poteſt ibi aduena*
*Conuiuium lautum,bonámque hinc copidem*
*Qui acceſſerit ſumpſiſſe?*

At in Leſchis, phyſtæ pallis affixæ ſuſpenduntur, quas ſenes mordicus accipiant. Eupolis in Iloribus, his fiet hodie copis. Copis cœna eſt peculiaris,ſicut & quod dicitur æclũ, poſtea quàm copidem pararunt, ſcenas ſtruunt prius iuxta Deum,in quibus lecti fiunt ex foliis ſyluarum,quos tapetibus ſternunt: ſuper quibus non ipſius ſolùm territorij decumbentibus incolis conuiuium præbent, verum etiam omnibus peregrinis hoſpitibus illuc accedentibus. Mactant capras in copidibus, & nullum aliud præterea ſacrum animal. Carnes vnà cum appellato phyſicillo in portiones diſtribuũt,qui phyſicillus panis eſt, bellario ex oleo melléq; confecto,perſimilis,forma tamen magis rotundus. Singulis autem accedentibus caſeum recentem,ventriſq; & phyſcæ fruſtum præbent: bellaria verò caricas, fabas,& faſellos virides. Copidem parat ex Spartanis quicunque alius

voluerit;atque copides in vrbe agunt, & in locis in quibus nutriuntur pueri, puerorum gratia, nutrices enim pueros mares in agros per id tempus exportant,& ad Dianam Corythalliam nominatam, cuius templum eſt apud dictam Tiaſſum,in iis locis qui ſunt Cletæ propinqui,copidáſque prædictis ſimiles faciunt. Mactant lactantes etiam porcellos,panéſque furnaceos in conuiuio apponunt. at æclum dictum, à Doricis quidem cœna nuncupatur, vnde Epicharmus in Spe,conuocauit enim te ad cœnam quidam volens, tu verò volens etiam accurriſti: hæc eadem in Perjallo repetiuit. Illi qui ad phiditiũ accedunt in Lacedæmone poſt cœnam æclum afferre conſueuerunt panes in caniſtro vimineo, atque ſingulis carnem apponunt. Eum autem qui partes diſtribuit, ſequitur miniſter qui æclum pronuntiat, ac nomen mittentis ſolet addere. Hæc quidem Polemon. Cui contradicens Didymus Grammaticus (appellat enim hunc Demetrius Trœzenius Bibliolatham, ob eorũ commentariorum multitudinẽ quæ edidit, ſunt enim tria millia ſupra quingenta) ita ſcribit, Polycrates in rebus Laconicis narrat quòd Lacones per trium dierum ſpatium Hyacinthi ſacrificium celebrant, qui ob dolorẽ quem ex Hyacinthi morte ceperunt, neque coronantur in cœnis, neque panem inferunt, ſed bellaria tantum, quæque his ſunt ſimilia, apponunt. Neque Pœana ad Deum canunt, neque ſimile quidpiam introducunt, ſicuti in aliis ſolent ſacrificiis, ſed magna cum moleſtia cœnantes diſcedunt. Medio autem trium dierum die varium ſpectaculum celebratur, conuentúſque fit egregius admodum & magnus: pueri ſiquidem citharam in ſagulis ſuccincti pulſant,ad tibiámq; canentes,omnéſque chordas in rhythmo anapæſto plectro percurrentes,cum acuto tono Deũ concinunt. Alij in equis ornatis theatrum percurrunt, multique adoleſcentũ Chori, qui poema aliquod vernaculum canunt, ingrediuntur, inter quos ſaltatores immiſſi deliram motionem ad tibiam cantúmque effingunt. Ex virginibus iſtæ quidem in concauitate lignei currus viminei magnificè præparati vehuntur, illæ verò in certaminibus iunctorum curruum pompam ducunt, vniuerſaque ciuitas in motu ſpeculationíſque gaudiò detinetur. Permulta fiunt hoc die ſacrificia. Atque ciues omnibus quos norunt,ſuiſq; ſeruis conuiuium exhi-

A exhibent. Neque quiſpiam eſt qui ſacrificiis non interſit, ita vt tota ciuitas vacua maneat vniuerſis ciuibus ad ſpectaculum proficiſcentibus. Meminit de copide Ariſtophanes & Philyllius in Ciuitatibus. Epilycus in Adoleſcentulo, aliquando ad copidem Amyclas vocabor: ſignificant baraces multi admodum valdéq; ſuaues, & in partes duodecim diuiſi. Placentas luculenter declarans in copidibus apponi conſueuiſſe. Nam id baraces ſignificat, non autem lanas, vt voluit Lycophron, vel placentarum fermenta, vt Eratoſthenes:& panes ac ius quoddam egregiè conditum. Cuiuſmodi ſit copis manifeſtè in Lacedæmoniorum Republica Molpis ita patefecit;faciunt & copidas appellatas, eſt autem copis cœna;placenta, panis, caro, olus crudum, ius, ficus, bellarium, lupinus, ſed non porcelli, quoniam mane venduntur, vt Sæus in Laconica Republica teſtatur, vt Dioſcorides libro ſecundo de Republica. Ariſtocléſque & ipſe de Republ. Laconum libro primo. Polemon præterea cœnam apud Lacedæmonios æclum appellari aſſerit, omnibus Doricis ipſam ſic nominantibus. Sic igitur & Alcman, molæ poſtea ſeptæ & in Synæcliis: ſic cœnas appellat. Et B rurſus, æclum Alcmaon parauit. Lacones portionem poſt cœnam æclum non dicunt, neque ea quæ poſt cœnam dantur in phiditiis, eſt enim panis & caro, ſed hæc epæcla dicuntur, quaſi ſtatuti æcli in phiditiis corollaria, atque vocem ipſam hinc deductam eſſe arbitror. Dictorum epæclorum non ſimplex eſt apparatus, vt Polemon credidit, at duplex, quem enim pueris dare conſueuerunt, ſimplex eſt & frugalis; nam farina eſt oleo irrigata, quam Nicocles Lacon eos in foliis lauri poſt cœnam veſci aſſerit, vnde & folia illa cammatides dicuntur, ipſæ verò placentæ, cammata. Quòd autem antiquitus mos fuerit lauri folia ad bellaria conficienda aſſumere, ita Callias, Diocléſque in Cyclopibus teſtatur, Tu folia cœnæ diſſolues, atque hic veluti figura eſt quædam: quæ verò in virorum phiditia introducuntur, ex quibuſdam ſtatutis animalibus parantur, quæ vel vnus, vel plures eorum qui his abundant, ſuppeditant: affirmat Molpis epæclum mattyam etiam nuncupari. De epæclis ita in Laconica Republ. ſcriptum reliquit Perſeus, Diuites ſtatim in epæcla mulctat, quæ ſunt bellaria poſt cœnam; pauperibus calamum, vel paleas, aut lauri folia

afferre imperat, vt epæcla habeant quibus poſt cœnam veſcantur, fiunt enim farinę oleo conſperſæ. Prorſus verò veluti parua quædam Reſpubl. hæc conſtituitur, nam quem primum accumbere oporteat, quémve ſecundam ſedem in epæclis occupare ſeruatur. His ſimilia ſcribit etiam Dioſcorides. De cammatidibus atque cammatis ita meminit Nicocles, Poſtea quam omnia ephorus audiuit, vel abſoluit, vel cōdemnauit, qui autem victor euaſiſſet leuiter cammatum aut cammatidum mulctam impoſuit, ſunt enim cammata placentæ, cammatides quibus cum placentis veſcuntur. Dicæarchus in inſcripto Tripolitico mentionem facit de cœna phiditiorū his verbis; Cœnam primùm ſeorſum vnicuique appoſitam, quæ nihil cum alio habeat commune, placentæ poſtea quantum quiſque voluerit, & potus. Rurſus, quando eſt animus cuilibet, donec accumbit. idem ſemper ferè eſt obſonium omnibus caro ſuilla elixa, aliquando autem aliquid ſolum, exiguúmque præterea obſonij; quod maximè pondus vt quatuor habeat, atque præter id, nihil aliud, niſi ius quod fit ex his, quod ſufficiat eos omnes per totam cœnam tranſmittere, niſi & aliqua adſit oliua, vel caſeus, aut ficus. Quare etſi piſcem, leporē, palumbum, vel aliud quidpiam ſimile congiarium conſequantur, iis qui iam cito cœnauerint, ſecunda nihilominus hæc, quæ epæcla dicta ſunt, inferuntur. Conferunt autem ſinguli in phiditium farinæ in primis tres ſemimedimnas Atticas, vini Choas vndecim vel duodecim, libram inſuper caſei & ficuum, in obſoniū obolos circiter decem Aegineos. Sphærius Reipub. Laconicæ libro tertio ita de his ſcripſit; Ferunt autem illis epæcla etiam phiditæ, multíque ex iis quæ ipſi emerunt ſæpius, afferunt ſimul diuites & panes, & quæ ex agris opportuna videntur, quantum tamen eorum huic cōuentui ſufficere poſſe arbitrentur, nam ſuperuacaneum eſſe putant plura quàm opus ſit parare, quę non eſuri ſint. Molpis ſemper aliquid poſt cœnam inquit ab aliquo afferri conſueuit, aliquando verò à pluribus ea mattya affertur, quam ipſi domi condierunt, quod epæclum nominant. Ex iis qui important, nullus quidpiam quod ipſe emerit, inferre conſueuit, ſiquidem non voluptatis gratia, ventriſque intemperantiæ portant, ſed ſuæ ipſorum virtutis argumentum in venationibus. Complures

ſunt

A ſunt etiam qui cum ſuos greges nutriant, ex eorum fœtibus lautè conuiuiis impertiantur, ſunt autem mattya, palumbæ, anſeres, turtures, turdi, merulę, lepores, agni, hœdi. Declarant eos coqui ſemper qui aliquid in medium attulerunt, vt omnes venationis illius ſtrenuitatem intelligāt, atque in omnes eos liberalitatem. Demetrius Scepſius libro primo Troici apparatus feſtum inquit apud Lacedæmonios imitationem quādam eſſe militaris inſtitutionis: locos enim numero nouem eſſe aſſerit, qui vmbracula vocantur, ſceniſque quiddam habent ſimillimum: in quibus ſingulis viri nouem cœnant, quæ omnia ex mandato per præconem pronunciantur. Habet vnaquęque ſcenā conuentus tres, celebratúrque Carneorum feſtum per nouem dierum ſpatium. Huiuſmodi diætæ aſperitatem Lacedæmonij poſtea ſoluentes, in delicias conuerterunt: quamobrem Philarchus libro decimoquinto & vigeſimo Hiſtoriarum hæc de Laconicis ſcripta reliquit; Non amplius in phiditia more patrio Lacedæmonij acceſſerunt, quando tamen acceſſiſſent, iis qui parua tuliſſent gratia etiam habebatur. Et iterum; Lecti illis ita & magnitudine ornati magnificè,

B varietatéque egregiè, vt ex hoſpitibus nonnulli qui accepti fuerāt, cubitum ſupra puluinaria firmare vererentur. At verò tenuem lectum prius non verentes, per totū conuentus ſpatium, vbi cubitum ſemel firmaſſent, conſiſtebāt. Acceſſit ad dictas delicias quod pocula multa exponunt, cibíque variè parati appoſiti ſunt, vnguenta præterea multiplicia, vináque & bellaria diuerſa: quem conuiuij apparatum illi inceperunt, qui regnarunt paulò ante Cleomenē, Areus ſcilicet & Acrotatus aulicam licentiam imitantes, quos vſqueadeo gregarij nonnulli, qui eorum tempeſtate in Spartana Republ. fuerunt cum ſuis adhuc temporibus viger, & extulerunt, vt Areus & Acrotatus omnes alios, qui ante ipſos frugaliſſimi fuerunt, frugalitate ſuperaſſe appareant. At Cleomenes multum & rerum prudentia excelluit; quamuis eſſet iuuenis, & quod ad diætam ſpectāt, fuit frugaliſſimus. Is enim cum tantis rebus præeſſet, illis demonſtrabat quos vnà ad ſacrificium aſſumpſerat, quod nihil apud illos magis tenue, quàm apud ſe paratum eſſet: atque cum multæ ad eum legationes acceſſiſſent, nihil cumulatius quàm conſueuerat parauit; ſternebatur

pentaclinium:at nunquam plus. Quando verò nulla aderat legatio,triclinium,neque mandatum per prægustatorem fiebat quis primus ſedeat atque accumbat. Sed primus duxerat ſenior ad menſam,niſi quempiam is accerſiſſet. Comprendebatur ſæpius ferè cum fratre,vel cum aliquo æqualium accumbere. Adiacebat ſuper tripode vas aheneū aptum refrigerādo,ramúsque,& ſcaphium argenteum duarum cotylarū capax,& cyathus, vas præterea ad infundendum,neque potus cuipiam ferebatur niſi prius is popoſciſſet. Dabatur vnus cyathus ante cœnam, isq; tum primùm cum ille annuiſſet: ſic poſtea & reliqui petebant. Hæc illa erant quæ in populari menſa apponebantur, reliqua verò vt neque ſupereſſent,neque deficerent, ſed omnibus ita ſatisfacerent,vt nulla re præſentes indigerēt. Neque enim ſicut in phiditiis iure tantū & exigua carne parciſsimè conuiuas excipi conuenire exiſtimabat,neque rurſus ita exuperare, vt nulla de cauſa diætæ temperantiam excedendo abſumeret:illiberale enim hoc,ſuperbum illud eſſe arbitrabatur. Vinū paulò erat melius vbi adeſſent quidam. Cum cœnaſſent omnes ſimul tacebāt, aderat & puer potū miſtū habens qui poſcentibus afferebat. Eodē pacto & poſt cœnam,neque plus duobus cyathis dabatur, quod annuenti afferebatur. Nihil omnino audiebatur, at ipſe puer apud ſingulos verſabatur,adhortabatúrque omnes vt hæc quidem audirent, illa dicerent, ita vt omnes ad quæſita recurrerent. Antiphanes in actu Principe inſcripto cœnas Laconicas irridens ita ſcribit, In Lacedæmone natus es, eas leges ſerues oportet, vade ad cœnam in phiditia, fruere iure,induere byſtaces,ne contemnas,neq; alia quæras bona,in eorum moribus ſis antiquus.

## *De Cretenſibus conuiuiis.* CAP. V.

DOſiadas ita de Cretenſibus conuiuiis ſcribit libro quarto Rerum Cretenſium, Lyctij ſic communia conuiuia congregant, ſinguli decimam partem fructuum eorum qui adſunt, conferunt ad ſocietatem,atque ad ciuitatis ingreſsum, quos ij poſtea qui rebus huiuſmodi ſunt præfecti in ſingulorum domos diſtribuunt,atq; vnuſquiſque ſeruus Aeginęam ſupra caput fert ſtateram. Diuiſi ſunt

A ſunt ciues omnes ſtatim in ſodalitates, & mulieri totius conuiuij cura relinquitur, quæ tres aut quatuor ex popularibus in miniſterium ſibi adſumit, ſingulos eorum duo ſerui ligna ferentes, quos caloforos nominant, ſequuntur. Sunt autem vbiq; in Creta binæ domus in conuiuiis, quarum hanc quidem virilem, illam verò in qua hoſpites dormire ſolent, cœmeterium appellant. In domo in qua conuiuantur, duæ primæ ponuntur menſæ, quæ peregrinæ vocantur, quibus accumbunt ij hoſpites qui adſunt. Deinde menſæ collocantur aliorum. Aequa ſingulis præſentibus apponitur portio, at iunioribus dimidium tantum carnis conceditur, qui nihil præterea ex aliis attingunt. poculum in ſingulis menſis aquoſo miſtum apponitur, ex quo communiter omnes bibunt qui communi menſa vtuntur. Cum verò cœnarunt aliud apponitur, at pueris commune miſcetur poculum, ſenioribus licet etiam plus bibere ſi velint. Mulier conuiuio præeſt optimos quoſque cibos ex in menſa appoſitis capiens, iiſque apponit qui vel armorum virtute, vel rerum prudentia cæteros omnes antecellant. Poſt cœnam de rebus publicis primum cõſultare ſolent,

B poſtea de rebus in bello geſtis mentionem faciunt, eóſque laudant qui viri & boni & fortes fuerunt, iuuenes interim ad probitatem ſtrenuitatémque ſimul adhortantes. Pyrgion libro tertio Legitimorum apud Cretenſes in conuiuiis hęc ſcribit, Cretes ſedentes comedũt aptè, cum quia orphanis non cocta in furno apponuntur, tum quia his iuniores ſtantes miniſtrant, tum etiam quoniam cum laudibus Deis libãtes omnibus præſentia impertiuntur. Diſtribuunt filiis etiam in ſellis patrum ſedentibus dimidium eius, quod viris appoſitum eſt. At verò vt orphani æquam portionem ſortiantur, apponuntur illis non cocta in furno iuxta miſtionem ſingulorum legitimorum. Aderant & peregrinæ ſellæ, & ex dextra parte tertia menſa, virorum locum ingredientibus, quam peregrini Iouis, peregrinámque vocitabant.

## *De Perſarum conuiuiis.* CAP. VI.

Scribuntur hæc ab Herodoto vbi Græcorum Perſarúmque conuiuia inter ſe confert; Eum præcipuè diem

ſupra reliquos omnes venerari Perſarum legibus ſancitum eſt,in quo quiſq; natus eſt:in quo etiam plura conuiuia parari dignum eſſe arbitrantur, in quo & qui ſunt diuites bouem, aſinum, equum, & camelum totos in fornacibus aſſatos appoſuerũt. At pauperes oues exiguas apponere ſolent,paucisque cibis vtũtur,multisque,at iis non bonis bellariis. Atque ideo factum eſt,vt Græcos dicant Perſæ vbi conuiuantur etiam fameſcentes ceſſare,quia nihil his memoria dignum poſt cœnam afferatur: quod ſi afferatur quid bonum,non etiã ceſſare.vino abunde vtuntur,neque illis ex oppoſito alicuius aut vomere licet, aut meiere. Hæc ita obſeruantur. Cum facti ſunt ebrij de rebus eorum maxime ſeriis conſulere conſueuerunt, quod autem conſultantibus placuerit, id die poſtero ædium præfectus ieiuniis,vbi conſultaturi conuenerunt,proponit quod ſi ieiunis etiam placuerit, tunc id perficiunt, ſin autem,omittunt.Rurſus verò de quibus ieiuni conſultarunt, ebrij decernunt.De regum Perſarum deliciis ita in Ageſilao ſcriptum reliquit Xenophon; Quid Perſarum rex ſuauiter bibat,multi totum terrarum orbem peragrantes inquirunt,atque infiniti propè quid ſuauiter comedat machinantur,quot autem ſunt qui vt dormiat indagant, nullus profectò eſt qui dicere poſsit. Ageſilaus autẽ quia vir ſtrenuus erat,omne quod contigerat ſuauiter & bibebat & comedebat, & ad commodè dormiendum quiuis locus erat peropportunus. At in Hierone vbi de iis deliciis agit quæ Regibus,& de iis quæ priuatis parabantur, quæ ſcripta reliquit. Noui inquit Simonides ita vulgus iudicare, nos ſuauius quàm priuatos & bibere,& edere, quia videntur hi ſuauius edere ſi nobis appoſita cœna veſcerentur, quàm ea quę ſibi apponitur,ſed ſolitos cibos poſſe ſuperare id prẹcipuè voluptatem præbet, quare omnes homines feſta ſuauiter expectant,pręter Reges,his ſiquidem lautiſsimè ſemper paratæ menſæ nullum poſſunt per feſta augmentum accipere:ex quo fit vt ex ſpe huius voluptatis primum excidentes, minus habeant quàm priuati. Poſtea illud bene noui inquam, quod & tu ſæpius expertus es, quòd quantò plura pręter neceſſaria apponuntur,tantò citius ciborum incidit ſatietas, quare eo ipſo edendi tempore is cui multa apponuntur minus iis habet,qui mediocri-

C

D

A ter viuunt. Sed certè inquit Simonides eo ipſo temporis ſpatio, quo animus cupit multò magis hi lætantur, quibus lautiſsimi apparatus apponuntur, quàm illi quibus frugaliſsmi. Theophraſtus in libro de Regno ad Caſandrum (ſi modò legitimum eſt ipſius commentariũ, multi enim Soſibij eſſe arbitrãtur, in quod Calimachus poeta elegiacum epinicium compoſuit,) Perſarum Reges ſcribit magnã argenti copiã per præconẽ proponere ſolitos iis, qui nouam aliquam voluptatẽ inueniſſent. Theopompus libro Hiſtoriarũ trigeſimo quinto Regem aſſerit Paphlagonũ Thyn dum cœnaret centum ex omnibus in menſa appoſuiſſe à bobus incipientem, & captiuum adductum ad Regem, atque in cuſtodia ſeruatũ, mox rurſus ea nihilominus ſplendidè viuentem, apponere. Quam rem cum audiuiſſet Artaxerxes dixiſſe aiunt, quòd hic ſibi viuere videbatur tanquã cito moriturus. Idem Theopompus libro quarto decimo Rerum Philippicarum, cum Rex inquit ad aliquos, quibus imperat accedit, viginti talenta in eius cœnam, aliquando etiam triginta abſumuntur. Hi verò multò etiam plura abſumunt; vnicuique enim ciuitati pro ipſius B amplitudine, veluti tributum, antiquitus cœnam parari eſt iuſſum. Heraclides autem Cumanus qui Perſicas res ſcripſit, libro ſecundo inſcriptorum apparatuum, qui ſeruiunt inquit Perſarum Regibus cœnantibus loti omnes, ſumptuoſaſque veſtes habentes ſeruiunt, atque dimidium ferè totius diei in cœnæ ſtudio verſantur. Ex his qui cœnant cum Rege, alij cœnant extra, ita vt omnibus intueri volentibus liceat, alij intus cum Rege, ſed neque hi tamen cum ipſo cœnãt. At duo ſunt inter ſe oppoſita domicilia, vnum in quo Rex prandet, alterum in quo couiuæ, atque eò Rex aſpicit per portę operimentum, illi autem Regem non vident. Accidit tamen aliquando vt omnes diebus feſtis in eodem loco cœnent, quo tempore & Rex in magno palatio. Quãdo Rex ipſe conuiuiũ exhibet (Quod ſæpe quidem facit,) duodecim ſæpius ſunt Regis conuiuæ. Atque quando cœnant, & Rex ipſe ſolus, & conuiuæ, hos quiſpiam ex Eunuchis aduocare ſolet, qui cum venerint vnà cum illo bibunt, at non tamen etiam idem vinũ, hique humi ſedentes, ille in thoro pedes aureos habenti accumbit. Mox cum ebrij fuerint, diſcedunt. Sæpius Rex ſolus &

prandet,& cœnat, quamuis aliquando vnà mulier cœnet, C
& nonnulli filiorum. Poſt cœnam pellices canunt coram illo & tripudiant, vnáque incipiente aliæ ſimul cunctæ canentes hanc ſubſequuntur. cœnam eam quæ Regis appellatur, fama quidem eſt eſſe ſplendidam, ſed ſi diligentius perquiratur, ſtudioſe ſedulóque ordinatam eſſe & eodem pacto multis potentibus Perſarũ apparari, inueniemus. Regi millæ victimę eodem die mactantur, inter quæ ſunt equi, cameli, boues, aſini, cerui, & plurimæ oues, multæ ſunt & aues quę abſumuntur. paſſeres Arabici, ſunt enim magna animalia, anſeres, & galli, ex quibus moderatè ſingulis Regiis conuiuis apponitur, quorum vnuſquiſque quod ex prandio reliquum fuerit, aufert. Maxima pars horum ciborum victimarúmque, quas Rex nutrit, in ſtipatorum ſcutatorúmq; aulam deportatur, vbi omnia intueri licet. Partes carnium paniúmque æquas facientes diſtribuunt: nam ſicut ſtipendiarij milites ſtipendium æs in Græcia, ità iſti victum à Rege accipiunt, qui pro ſtipendio dari illis conſueuit. Aliis item Perſis qui ſunt in principatu conſtituti frequentes cibi in menſa apponuntur. Poſtea quã cœnarunt conuiuæ, ſingulis ſeruis ciborũ in menſa D relictorum (relinquuntur autem carnes complures, & panes) portionem diſtribuit is qui menſę eſt præfectus, quam illi ſumentes per totum diem habent nutrimentum. Accedunt ad Regem conuiuæ honorificentiſsimi ad prandium ſolùm, vt excuſationem coſequantur, ne his cogantur accedere: qui & ipſi conuiuas excipiunt. Scribit Herodotus libro ſeptimo eos Græcos qui Regem exceperunt, Xerxique cœnas præbuerunt, in tantas calamitates incidiſſe, vt extorres eſſe demum neceſſe fuerit: cum viris Thaſiis ſuarum ciuitatum, quæ ſunt in Epiro, impenſis Xercis exercitum excipientibus, cœnámque præbentibus. Antipater ciuis quadringenta talenta abſumpſit, argentea enim aureáque pocula & crateres, eáq; poſt cœnam apponebãtur. Quare ſi bis Xerxes in eadẽ ciuitate comediſſet, prandium ſimul ſumens, extorris illa ciuitas continuò efficiebatur. Hęc ita inquit idẽ autor libro nono Hiſtoriarum, Regiam cœnam Rex ipſe proponit, quæ ſemel tantum ſingulis annis paratur, eóque die quo Rex natus eſt, quæ cœna Perſarum quidem Idiomate Tycta, at Græcè Annuum appel

latur

A latur. Tunc caput ſolum purgat, Perſiſque mittit munera. Alexander verò Magnus cum frequenter vnà cum amicis cœnaret, centum minas vno die abſumebat, circiter ſexaginta aut ſeptuaginta amicis apud eum cœnantibus, vt Ephippus Olynthius in Commentariis de commutatione Alexandri Hephæſtioniſque teſtatur. At Rex Perſarũ cum quindecim millibus virorum cœnabat, atque quadringenta talẽta in cœnam abſumebat quæ pro Itala pecunia ſunt quadringenta ducentaq; myriades: quæ ſi in quindecim millia hominũ diuidãtur, ſingulos homines circiter centũ & ſexaginta nũmos Italicos abſũmpſiſſe continget, ita vt æqua ſit hæc impenſa illi Magni Alexandri, is enim centum minas vt Ephippus aſſerit, abſumpſit. Menander autem maximæ cœnæ ſumptum ita in ebrietate talentum connumerauit:

*Mactamus haud ſimillime atque vendimus,*
*Quando Deis ſummis id emptum creditur?*
*Drachmarum ouem duco duarũmque & decem,*
*Vnguenta, ſaltatriculas, tibicinas*
*Has, caſeum, thaſiũmque, mel, cũmque his ſimul*
B *Anguillis, vt talento nil deſit prope.*

Quaſi ſupremæ alicuius impenſæ talentum nominauit. Et in Moroſo ſic ait:

*Vt ſacrificant fures*
*Lectos ferentes, pondera haud Dei quidem*
*Cauſa, ſed ipſorum popanum, thus & pium,*
*Quod cepit in flammas Deus. ſed hi latus*
*Summum deis, bilẽmque ponunt, cætera*
*Mox deglutiunt ipſi.*

## *De cœna Cleopatræ.* CAP. VII.

*Philoxeni Cytherij cœnã prætermiſi in hoc loco, quòd eã vt ingenuè fatear minimè intelligo.*

Socrates Rhodius libro tertio de Bello inteſtino ita Cleopatræ illius, quæ vltima regnauit in Aegypto, Antonióque Romanorum Imperatori in Cilicia nupſit, conuiuium deſcribit. Cùm Cleopatra obuiã Antonio in Cilicia iuiſſet, Regium ei conuiuiũ parauit, in quo omnia erãt aurea, magnificéque & gemmis ornata, & artificio laborata, erant inquit præterea parietes purpureis aureíſque velaminibus obtecti. Hæc cum triclinia duodecim ſtrauiſſet,

Antonium cum his, quos voluit Cleopatra, conuocauit, qui cum aſpectus magnificentiam admiraretur, ſubriſit Cleopatra, atque omnia ei ſe largiri inquit; Antoniúmque rurſus cum amicis & ducibus ſuis in diem poſterũ ad cœnam inuitauit, cùm multò ſplendidior, honorificentiórque hic conuiuij apparatus viſus eſſet, effecit vt prima illa exigua friuoláque viderentur, deinde rurſus hæc Antonio donauit. At thorum in quo quiſque ducum conſederat, & calices ſicut etiam ſellas omnibus diſtribuit, auferréque iuſsit. Cùm verò diſcederent, iis, qui in dignitate eſſent conſtituti, lecticas vnà cum ferentibus, reliquis autem equos argenteis ornamẽtis paratos donauit. Omnibus pueros Aethiopes qui candelabra ferrent aſsiſtere iuſsit. Quarto poſtea die magna pretia, vt flores coemerentur, tradidit, pauimentáque ad cubiti altitudinem retibus circunuolutionibúſque extenſis ſubſtrata fuerunt. Ipſum præterea Antonium narrat cum poſteà Athenis commoraretur pontem tumultuarium inſignem excitaſſe ſuper theatrum, virenti ornatum materia, veluti in antris Bacchicis fieri conſueuit, ſuper quo cum tympana, pelles ceruinas, multiplicіáque alia ludorum Dionyſiacorum genera inſunxiſſet, vnà cum amicis ſolitum eſſe mane accumbere atque bibere: miniſtrãtibus his recitatoribus, qui frequentes ad Græcorum ſpectaculum accerſiti venerant. Tranſibat etiam aliquando (vt is aſſerit) in arcem cum lampadibus, ex tectis vniuerſa Athenarum ciuitate faces præferente. Atque ex eo tempore ſeipſum Dionyſium per vniuerſas ciuitates celebrare præconibus imperauit. Gaius autem Imperator, qui ob id quod in caſtris natus eſſet, Calligula eſt cognominatus, non ſolùm nouus Dionyſius dicebatur, verum etiam Dionyſiacum ornatum indutus incedebat, atque ita ornatus leges dicebat. Si quis autem ad hæc quæ ante nos fuerunt reſpiciat, rem profectò dignam exiſtimabit, vt Græcorum paupertas ametur, cum Thebanorum præcipuè cœnas ante oculos ſibi poſuerit, de quibus Clitarchus in libro primo, vbi res geſtas Alexandri narrat, ſcriptum reliquit, quod omnis eorum opulentia poſt effoſsionem ciuitatis, quæ facta fuit ab ipſo Alexandro, ex quadringentis & quadraginta talentis eſſe reperta fuit, & quod animo erant abiecto, quódque ad victum pertinet, voraces, quippe C D

A qui thria in cœnis, piſciculos, apuas, inteſtina, farcimina, laterum carnes, fabámque elixam apponant: quæ etiam Mardonio, aliiſque quinquaginta Perſis Autamnus Phrynonis in conuiuium præbuit: quod tamen ſcribit Herodotus libro nono cum diuitiarum magnificentia paratum fuiſſe. Exiſtimo ſanè quòd neque Græci ſuperfuiſſent, neq; opus fuiſſet iis in libellum apud Platæam parari, quoniam ab huiuſmodi cibis iam conſumpti fuiſſent.

*De cœna Arcadica.* CAP. VIII.

Ecatæus Mileſius libro tertio Genealogiarum, placentas, carnémque ſuillam Arcadum cœnas eſſe ſcribit, Harmodius verò Lepreates in libro de Legitimis apud Phigaliam, qui declaratus eſſet inquit apud Phigalios ciborum præfectus, tres Choas vini, farinæ medimnum, caſei quintam minæ partem, reliquáque quæ ad condenda ſacrificia ſpectabant, afferebat. Ciuitas autem vtrique Choro oues tres, coquum qui hydriam ferret, menſas, ſubſelliáque ad ſedendum, omnémque apparatum huiuſmodi B præbebat, præter vaſa coquinaria, quæ Choragus ſuppeditare conſueuerat. Erat hæc cœna, caſeus, phyſta, placentáq; pro legis conſuetudine in æreis caniſtris, qui apud nonnullos Mazonomi dicuntur, quod ex vſu ſibi cognomẽ aſſumpſerunt. Vnà cum placenta & caſeo inteſtinũ ſalémque comedebant. Cùm verò iuſta perſoluerent, mos erat ſingulis vt paulũ ex fictili cũ ſonitu biberẽt, atque is qui afferebat, bene cœnes nũtiabat. Ius poſtea & pericõma in commune apponebatur, atque duas carnes ſingulis promptas tradere mos erat. Lege ſancitũ erat in omnibus quidem cõuiuiis, at in iis præcipuè, quæ Mazones dicuntur, (ad hoc enim vſque tempus Dionyſiacus conuentus id nomen ſeruauit) iunioribus conuiuantibus robuſtius ius infundere, & placentas, & panes apponere qui mos & generoſus eſſe putabatur & maximè virilis: erat enim admirandus ſummæq; dignitatis apud illos is, qui multum comedebat. Poſt cœnam manibus illotis ſed buccellis abſterſi fœdera inibant, atque omnes magdaliam auferebant, quod quidem nocturnos in biuiis timores faciunt. Poſt huiuſmodi fœdera Pœan ſtatim canitur, at cum Heroibus ſacrificant, magnificum

ſicum opiparúmque conuiuium celebratur, omnéſque con C
uiuantur cum ſeruis, at pueri nudi in conuiuiis ſuper lapidibus apud patres eorum ſedentes, cœnant. Theopompus rerum Philippicarum libro quadrageſimoſexto ita ſcribit, dominos & ſeruos Arcades in conuiuiis excipiunt, vnámq; omnibus menſam parant, & cibos eoſdem omniũ in medio ſolent apponere, idémque poculum omnibus nulla controuerſia miſcere.

## *De cœna Naucratitarum.* CAP. IX.

INualuit hæc conſuetudo apud Naucratitas, veluti Hermias libro ij. de Apolline Gryneo teſtatur, vt in Prytaneo natalibus Dionyſiacis. Veſtæq; Prytanitidis cœnent, & Apollinis Cumæi tempore conuentus omnes albis ſtolis induti ingredientes, quas nunc etiam Prytanicas veſtes nominant, ac declinati in genua recumbunt, Deos ſibi conciliantes donec ſacer præco patrias preces peragit. His abſolutis omues declinati duas cotylas vini ſingulatim capiunt, præter ſacerdotes Apollinis Pythij & Dionyſij, hi enim vtriq; vini, aliarúmq; rerũ duplices referunt portiones. Apponitur ſingulis præterea panis purus in latitudinem extenſus, ſuper quo & alius adeſt panis quem Clibanarium vocãt, caróq; ſuilla, lanx hordei, vel oleris ſi quod ſit tempeſtiuum: oua duo, caſei fruſtum, caricæ, placentáq; & corona. Quod ſi quis cum ſacrificaret quidpiam præter hæc præparaſſet, mulctabatur à magiſtratu. Neque his qui in Prytaneo comedunt, quidpiam inferre licet, ſed iis ſolis veſcuntur, reliquiáſq; ſuis familiaribus exhibent. Cæteris verò diebus omnibus totius anni licet vnicuique eorum, qui in Prytaneo paſcũtur, ſi quis in Prytaneũ ad cœnã ingredi voluerit accedere, quamuis olus quodpiã, vel legumina, aut ſalſamentum, ſiue piſces, exiguúmve fruſtum carnis ſuillæ, atq; cum his vini cotylam aſſumpſerit. Mulieri ingredi in Prytaneum nõ licet, niſi ſoliti tibicinæ, neq; matula rurſus in Prytaneum infertur. Si quis ex Naucratitis nuptias celebrarit, oua, placentæq; mellitæ inferri prohibetur, ſicut in nuptialibus legibus ſcriptum reperitur, quarũ rerum quænam ſit cauſa, iuſtum profectò videretur, vt nobis Vlpianus patefaceret.

D (margin, beside "nem extenſus")

A *De cœna Aegyptia.* CAP. X.

LYncæus in rebus Aegyptiis, vbi cœnas Aegyptiorum Perſicis anteponit: cum expeditionem feciſſent inquit Aegyptij contra Ochum Perſarum Regem, & poſtea ſuā fuiſſent, atque captiuus eorum Rex ductus eſſet, benignè admodum ad cœnam eum Ochus conuocauit, cúmq; apparatus ſplendidus factus fuiſſet, riſit Aegyptius quaſi parcè viuerent Perſarum Reges, tunc ſi vir inquit ô Rex quo pacto potentiſſimos Reges viuere oporteat cognoſcere, impera iis qui mei coqui olim fuerunt, vt Aegyptiam tibi cœnam parent, quæ vbi ex Regis mādato parata fuiſſet, gauiſus eſt certè Ochus ea cœna, tum te malum inquit ô Aegyptiæ male dei perdant, quando cœnas huiuſmodi relinquens conuiuium appetiſti frugalius. Quales fuerint Aegyptiorum cœnæ docet nos Protagoridas libro primo de Daphnicis certaminibus ita ſcribens. Tertia cœnarum ratio eſt apud Aegyptios non poſitis menſis, at lancibus circum latis.

B *De cœna Galatarum.* CAP. XI.

MOs eſt apud Galatas vt panes complures fractos ſuſim in menſis apponant, vt Phylarchus libro ſexto teſtatur, carnéſque ex lebetibus excerptas, quas nullus prius guſtare audet, quàm Regem viderit aliquid attingere appoſitorum. Narrat idem poſtea Phylarchus libro tertio Ariamnem, qui ditiſſimus erat Galatarum, pollicitum fuiſſe ſe omnibus Galatis per anni ſpatiū epulas eſſe traditurum, atque hoc ita perfeciſſe. Per opportuna primùm viarum loca pro regione in ſtatiuis excepit, in quibus ex arundinibus, calamis, viminibúſque ſcenas circiter quadringentos homines, vel etiam plures, ſi locus ita ferret, capientes, facere aggreſſus eſt: tunc ex ciuitatibus & vicis, quæ futurum erat vt confluerent, multitudinem excipere cepit, atque hic multiplicibus carnibus plenos magnos lebetes conſtituit, quos ante annum, & quàm id facturus eſſet, fabris ærariis ex ciuitatibus accerſitis facere iuſſerat. Poſtea ſacrificia taurorum, ſuum, ouium, aliorum iumentorum ſingulis diebus multa perſoluit

ſoluit, vini dolia, farinæq; irrigatæ magnam copiam C
parauit, ita vt non ſolùm iſ inquit Galatæ, qui ex vicis ciuitatibúſque conuenerant his veſcerentur, verumetiam omnes qui accedebant externi non prius à pueris detinentibus dimittebantur, quàm cibum ſimul ſumpſiſſent.

## *De cœna Thracum.* CAP. XII.

DE cœnis autem quæ à Thracibus parabantur meminit Xenophon libro ſexto Aſcenſus, vbi ſympoſium apud Seutham Regem ita deſcribit. Cùm omnes ad cœnam acceſsiſſent, quæ in circulo ſedentibus erat parata, omnibus tripodes continuò illati fuerunt, qui circiter viginti aderant carnibus diuiſis pleni, atque panes fermentati magni transfixi carnibus aſsiſtebant, ſemper autem menſæ externis maximè apponebantur, erat enim huiuſmodi conſuetudo, quam primus Seuthes confirmauit, cum appoſitos panes capiens minutim confringeret, atque ad eos iaceret quibus ſibi placuiſſet, & carnes eodem modo. Tantúmque ſibi aſſeruauit quantum ad guſtandum ſufficeret. Hunc reliqui ſecuti ſunt omnes apud quos poſitæ erant menſæ. Arcas autem quidam Aryſtas nomine, quòd ſtrenuus erat edendo, proiicere quidem deſiit, at cum tantum cepiſſet panis, quantum ad trium ſemodiorũ magnitudinẽ accederet, cúmq; carnes intra genua ſibi poſuiſſet, ita cœnabat. Cornua vino plena circunferebantur, omnéſque ea capiebant. Ariſtas verò cùm ad ipſum pocillator cornu ferens acceſsiſſet, Xenophontémque non amplius cœnantem vidiſſet, da hæc illi ait, quoniam ille otioſus eſt, at ego nequaquam, qua ex re ortus eſt riſus nõ mediocris. Cum potus autẽ procederet, ingreſſus eſt vir quidã Thrax qui equum albũ habebat, tum cornu plenum capiens præbibo tibi inquit ô Seutha. & hunc equum largior, ſuper quo quicquid volueris perſequendo accipies, neque ſi ſecedes hoſtes vnquam timebis. Alius puerum introducens ſic præbibens donauit, alius eius mulieri veſtimẽta. Tum Timaſion præbibens argẽteam phialem, & decem minarum tapetem attulit. Surrexit Gnaſippus quidam Athenienſis, atque optima eſt ea inquit conſuetudo antiquitus obſeruata, vt qui habẽt Regi honoris gratia conferãt, iis autem, D

qui

A qui non habent, Rex ipſe largiatur. Surrexit audacter & Xenophon cornúque excipiens inquit, ego me ipſum tibi largior ô Seutha, meóſque hoſce ſocios fidos fore, quod nullum inuitum confirmare intellige. Ac nihil nunc petentes adſunt omnes tua cauſa laborare, periclitarique parati. Tunc ſimul aſſurgens Seuthes bibit, & eum qui poſt ipſum aderat cornu inſperſit. His ita habitisCeraſuntæi tibiis buccinisque ex cruda pelle bubula confectis ſignum dederunt, rhythmos & quaſi magaden buccinantes.

## *De cœna Celtarum.* CAP. XIII.

POſidonius Stoicus in iis Hiſtoriis quas compoſuit, cum non multum aberraret ab eo ſtudio philoſophiæ quod elegerat, multa & legitima & aſſueta apud multos deſcribens: Celtæ inquit Choas apponunt fœnum ſubiicientes, ſuper ligneis menſis paulum à terra elatis: quorum cibus eſt panes quidem perpauci, at plurimum carnis elixæ, vel ſuper carbonibus, aut in obeliſcis cocta. Quibus eleganter

B quidem, at leonum more manibus ambabus integra membra diripientes mordicantéſque veſcuntur: quare ſi paulò difficilius quidpiam diuelli oporteat, id paruis quibuſdam cultellis, quos ſinguli in vaginis appenſos ferunt, diſſecantes comedunt. Nonnulli autem eorum qui apud fluuios habitant, aut intimo exteróque mari finitimam regionem incolunt, piſcibus etiam veſcuntur, quos cum ſale, aceto, cuminóque coctos comedunt. Hæc in pocula etiam ſolent iniicere. Olei, tum ob eius penuriam, tum etiam quia rarò vtentibus inſuaue videtur, nullus eſt vſus. Cum verò plures ſimul cœnant, circularibus menſis vtuntur, medius eſt optimus ac fortiſsimus, veluti chori totius princeps, qui alios vel rerum bellicarum experientia, vel generis nobilitate, vel diuitiarum ſplendore antecellat. At qui proximi, ex vtraque parte illi aſsident, ex virtutis, ac reliquarum rerum præſtantium excellentia locum hunc conſequuntur. Armigeri ſcuta ferentes à tergo aſsiſtunt, ſtipatoréſque coràm circulatim ſedentes veluti domini & ipſi conuiuantur. Illi qui potum miniſtrant in vaſis cado ſimilibus vel fictilibus, vel argenteis, circunferunt: nam lances

etiam habent eiuſmodi in quibus cibũ apponunt, alij æreos, alij ligneos caniſtros intextos. Quod bibitur à diuitibus, vinum eſt ex Italia, Maſsiliáue regione delatum, quod eſt non miſtum, quamuis modicum aquæ aliquando infundant, & à multis purum dercoma nuncupatur. Abſorbent paulatim ex eodem poculo non amplius Cyatho, quod quidem faciunt frequentius. Circunfert puer in dextras & ſiniſtras, ſic quidem miniſtrant ac Deos in dextram conuerſi venerantur. Præterea vbi Poſidonius diuitias Luernij patris Bitytis, qui à Romanis interfectus fuit, commemorat: hæc ita narrat, cum multitudinis gratiam venaretur, ferebatur in curru per agros, aurúmque & argentum iis Celtarum myriadibus ſeminabat, qui eum ſequebantur. Septúmque ſtadiorum duodecim quadratum fecit, in quo magnifica torcularia potus impleuit, tantámque ciborum copiam comparauit, vt per multorum dierum ſpatium volentibus ac ingredientibus, paratis cibis veſci liceret, qui nullo interuallo adminiſtrabantur. cum ſtatutum conuiuiorum diem is finiuiſſet, poëtam ait quendam barbarum tardiuſculum acceſsiſſe, atque obuium eius amplitudinem ceciniſſe, conqueſtúmque eſſe quòd paulò ſerius acceſſerit, hunc eius cantu delectatum auri loculum petiiſſe, atque ei accurrenti obieciſſe, quem cum ille accepiſſet, cecinit rurſus, quod quacunque hic curru vehebatur, terræ veſtigia aurum beneficiáque hominibus producunt. Hæc in libro vigeſimo tertio ſcripta repe-riuntur. C D

## *De Parthorum cœna.* CAP. XIIII.

AT libro quinto Parthorum cœnas his verbis declarat, Qui amicus dicitur, menſa quidem non vtitur communi, at humi ſubſidet Regi in ſublimi thoro accumbenti, atque more canum iis veſcitur cibis qui ab ipſo Rege proiiciuntur. Sæpius etiam vel minima de cauſa ab extenſa illa in terra cœna diſtractus loris teſſelatis virgisque cæditur; atque cum factus eſt ſanguinolentus humi pronus procumbens tanquam benefactorem, verberonem cogitur venerari. At in libro ſexto, vbi de Seleuco Rege narrat, qui cum in Mediam veniſſet, bellúmque Arſaci Regi

A intuliſſet, ductus eſt captiuus ab ipſo Barbaro, multúmque temporis apud Arſacem verſatus Regiè tractatus eſt, hæc ita ſcribit; Mos eſt apud Parthos vt in cœnis Rex Thronum in quo ſolus ſedet, aliis & ſublimiorem habeat, & ſeparatum: menſáque ſoli ponatur Barbaricis epulis iacentibus onuſta. Libro poſtea quarto Hiſtoriarum, vbi de Heracleone Berœœo narrat, qui ab Antiocho Rege Grypho cognomento ita adductus fuit, vt paulum defuerit quin Euergentem de Regno deiecerit, hæc ſcripta reliquit; cum circiter mille milites ad cœnam conuocaſſet, diſcumbere fecit eos humi ſub dio, quæ cœna erat magnus panis & caro. Potus vinum miſtum frigidæ aquæ ſimillimum viri autem miniſtrabant enſiferi, ſilentiúmque aderat compoſitum.

## *De Romanorum cœna.* CAP. XV.

Scribit idem autor libro ſecundo quòd in Romanorum ciuitate in templo Herculis conuiuantur, vbi is qui triũphat ſtatuto tempore cœnat, Herculeus adeſt cõuiuij ap-
B paratus. Potio mulſum adminiſtratur, atque cibi ſunt magni panes, carnésq; fumoſæ elixæ, & nuper iugulatarum victimarum carnes aſſatæ multæ.

## *De Tyrrhenorum Indorumq́; cœnis.* CAP. XVI.

INualuit apud Tyrrhenos huiuſmodi conſuetudo, vt ſingulis diebus bis menſæ lautiſsimę parentur, lectique floridi, & varia pocula argentea, magnáque formoſorum ſeruorũ multitudo adſtat, qui ſumptuoſis veſtibus ſunt induti. Timæus libro primo Hiſtoriarũ nudas etiam ſeruas ait, donec creuerint apud ipſos Tyrrhenos miniſtrare ſolitas. At Megaſthenes libro ſecundo rerum Indicarum morem eſſe apud Indos ſcribit, vt ſingulis Indis menſa cœnantibus apponatur, quæ ſcriniis eſt ſimillima, ſuper qua catinus aureus imponitur, in quem Oryzam prius coctam, ſicut chondrum quiſpiam coqueret, iniiciunt. Mox obſonia complura Indico more laborata imponunt.

nomachiæ certamen addidit, ad quod quatuor milites acceſſerunt. Demetrius autem Sceptius libro duodecimo Troici ornatus hæc ſcribit, apud Antiochum Regem, qui magnus dicebatur, non amici ſolùm Regis in arma tripudiabant in cœnis, ſed ipſe etiam Rex. Cum verò ad Hegeſianactem Alexandrum ex Troa ſe oriundum, qui Hiſtorias conſcripſit choreæ ordo perueniſſet, aſſurgens hæc dixit, nunquid ô Rex me male tripudiantem mauis aſpicere, an potius mea quædam propria poëmata bene pronunciantem audire? qui cum dicere iuſſus eſſet, ita Regi placuit vt dignus qui amaretur, & vnus eſſet ex amicis Regis fuerit iudicatus. Duris etiam Samius libro decimoſeptimo Hiſtoriarum Polyſperchontem ſcribit cum bibiſſet, quamuis eſſet ſenex, nulloq; vel militari ſcientia, vel dignitate inferior, tripudiare ſolitum, ipſumq; Crocotum indutum, Sicyoniiſque calciatum choreis indulgere. Narrat Agatharchides Gnidius libro octauo rerum Aſiaticarum quòd amici ij qui Alexandrum Philippi filium ad conuiuium conuocabant, omnia bellaria quæ erant appoſituri prius deaurabant, atque cum illa vellent comedere, aurum vnà cum reliquis inutilibus eripientes, abiiciebant, vt amici magnificentiæ illius eſſent ſpectatores, familiares autem haberent. Sed obliti ſanè ſunt iſti interim Philippum etiam Alexandri patrem, cum aureum poculum ponderis quinquaginta drachmarum haberet, ſemper id cum eſſet dormiturus accipere ſolitum, atque ſub capite ſupponere conſueuiſſe. Seleucus quoſdam ex Thracibus ſuffocationem ludere ſolitos in conuiuiis aſſerit, laqueum rotundum ex loco quopiam demittentes, ſub quo lapidem ad perpendiculum ponebant, qui facile aſcendentibus conuoluebatur. Sortiebantur poſtea inter ſe, atque is cui ſors tuliſſet falcem accipiens lapidem aſcendebat, collúmque ponebat in laqueum, mox accedens alius lapidem prouoluebat, ille verò ſuſpenſus ſubtracto lapide niſi citiſsimè laqueum falce abſcidiſſet, moriebatur. Alij interea ridentes pro ioco mortem illius habebant. Hæc habui quæ dicerem viri amici & conuiuæ, qui multò prius antiquorum Græcorum conuiuia cognouiſtis. At ſapiens Plato libro primo de Legibus accuratè admodum ita diſſerit de conuiuiis, neq; in agris, neq; in ciuitatibus profectò conuiuia

cum

A cum concinnitate quadam videre poſſes, velut apud Spartanos, neq; quotquot hæc ſequuntur, omnes voluptates pro viribus ſectantia. Nec enim eſt vllus ex omnibúſq; qui non magnam pœnam ei continuò imponeret, ſi cui ebrio incedenti obuius fieret, neq; ſi Bacchanaliorum quidem excuſatione ſe defenderet, eum pœna liberaret, ſicut ipſe apud nos vidi in Hamaxis, & apud noſtros colonos in Tarento: vniuerſam ciuitatem aſpexi Bacchanaliorum tempore ebriam. At nihil tale in Lacedæmone reperitur. Tunc ait Cynulcus, multò magis ludum illum Threicium ludendo interire præſtitiſſet, quàm apud vos hodie quaſi ieiunantes expectantéſq; vt aſtrū oriatur, eſſe: quo viſo iis qui bonam hanc philoſophiā inuenerunt nihil guſtare legitimum eſt. Ego autem infelix, vt Diphilus ait comicus, mugil certè eſſe poſſem ob ſummum ieiunium. Sed & vos boni admonitus poëtæ mihi obliti eſſe videmini, qui ita cecinit:

*Non opportunè eſt peius cœnaſſe profectò*

Atque bonus Ariſtophanes ait in Cocalo,

*Sed eſt pater verè ferè meridies,*
*Cœnare conuenit pueros quo tempore.*

B Erat autem multò mihi vtilius ſecundum Parmeniſcum, Cynicorum conuiuium cœnare, quàm hic veluti febre præmamur, omnia quæ circunferuntur aſpicere. Cum verò nos rideremus, ſed nec moleſtū tibi ſit dixit quidam ô optime, Parmeniſci illud conuiuium nobis percurrere.

## *De lente.* CAP. XVIII.

Hic verò ſuſpenſum illum detinens ita locutus eſt,

*Ipſum Deum vobis viri iuro, ebrijs*
*Ex quo repertum eſt eſſe nobis omnibus,*
*Legenda vita talis eſt nobis magis*
*Quàm ſit Seleuci Regis excellentia.*
*Sorbere lentes eſt quietè dulcius,*
*Quàm molliter dormire ſit timentibus.*

Sed ita Parmeniſcus incepit, Parmeniſcus Molpidi gaudere, cum te ſalutando egregiis titulis abundem, vereor ne ſi forte in eorum multitudinem incideris tu tamen etiam conqueraris. Quare te participem etiam cœnæ illius quæ apud Cebetem Cyzicenum fuit, facere volo: at prius bibens

hyſopi tempus in conuiuium prorogato. Cum igitur Dionyſia feſta Athenis celebrarentur, ad illum acceſsi, vbi ſex Cynicos iacentes vnúmque Cynulcum Carneum Megarenſem comprendi. Cum autem cœnæ tempus aliquantulum prorogaretur, incidit ſermo inter nos quæ aquæ eſſent ſuauiſsimæ, cúmque alij Lernæ aquam laudarent, alij Pirenes, reſpondit Carneus ex Philoxeni ſententia quæ manus abluit. Menſa deinde appoſita cœnauimus, lentémque exhauſimus, atque hæc influxit. Lentes poſtea rurſus illatæ fuerunt aceto irrigatæ, tunc à Ioue nutritus apprendens inquit: C

*He.lateat te Iuppiter hic qui eſt author lentium.*

Tunc exclamauit alius:

*Lens numen, & fortuna te lens accipiat.*

Mihi autem venit in mentem ex Diphili comici ſententia loqui, qui ita ait:

*Ornata cœna maximè, atque florida*
*Fuit, viritim lentis ingens, plenus &*
*Catinus: at prius ferens haud florida.*
*Coracinus ingens duxit hinc choreas olens.*
*Tum piſcis anthias ſacer qui nouerat* D
*Permulta turdis dicere.*

Cum magnus interea riſus erupiſſet, aderat Meliſſa Theatrotoryna, Niciúmq; Cynamyia, quę meretrices erant non ignobiles, aſpicientes igitur appoſitos cibos & admiratæ riſerunt, tunc ait Nicium, nullus veſtrum ô viri barbam collectam habentes piſcem comedit, nunquid & vos ita facitis velut in inſcriptis Gratiis veſter auus Meleager Gadareus ſcripſit, quòd Homerus ſcilicet cum eſſet ex genere Syrius, pro patriæ ſuæ conſuetudine omnes antiquos à piſcibus abſtinere fecit, cum multa eſſet eorum copia circa Helleſpontum? an eius tantum commentarium legiſtis quod lecythi lentiſq; comparationem continet? quando multum lentis apparatum video, quem cum intueor vobis ſecundum Socraticum Antiſthenem poſſem conſulere, vt vos ex huiuſmodi vita eripiatis, cum talibus veſcamini. Ad hanc reſpondit Carneus, Euxitheus Pythagoricus ô Nicium dicere ſolebat, vt Clearchus Peripateticus libro ſecundo Vitarũ teſtatur, huic corpori vitæq; noſtræ omnium animas caſtigationis gratia alligatas eſſe, Deúmq; ita con-

ſtituiſſe,

A ſtituiſſe, atque niſi in his donec ipſe volens eas abſoluat, permanſerint, maiores grauioréſq; calamitates eſſe paſſuras, vnde fit vt vnuſquiſq; propriorum deuaſtationem deuitet ac timeat, quamuis ex hac vita libenter exiret. Eáq; ſola idcirco mors quæ ab ipſa ſenectute procedit libenter proponitur, quòd exiſtimamus animæ diſſolutionem ex dominorum ſententia accidere; hæc nos dogmata, vt ita ſibi credamus, adduxere. Neq; quiſpiam ſanè debet perturbari, ſi ex tribus malis vnum habere eligamus. Sed ignoratis viri miſerrimi, neq; comprenditis quòd graues cibi Regiam animi magnitudinem obturant, neque rationis participem animi partem in ſe ipſa eſſe patiuntur. Ex quo ſcribit libro quinto Rerum Philippicarum Theopompus multum comediſſe, & carnibus veſci cogitationes eximit, animáſque tardiores, iracundas, aſperitatíſque & imperitiæ plenas facit. Dixit idcirco admirandus Xenophon, quàm ſuaue eſt placentam fame laboranti naſturtiúmque comedere, ſuaue eſt & ſitienti aquam ex flumine hauſtam bibere. Socrates cum ſæpius ante domum ſummo veſperi deambulare comprenderetur, interrogantibus quid iſtic B agis? dicere ſolitus fertur, obſonium ad cœnam comparo. Nobis autem ſatis pars ipſa ſufficiet, quam à vobis acceperimus, neque enim grauiter feremus, quaſi minus quàm deceat referentes, velut Hercules apud Anticlidem. Narrat enim hic libro ſecundo Redituum, quemadmodum Hercules, poſtquam omnia certamina abſoluit Euryſtheo ſacrum quoddam celebrante conuocatus, acceſsit, vbi verò Euryſthei ſerui partes ſingulis diſtribuiſſent, minorémque Herculi contuliſſent, Hercules ſe paruipendi arbitratus tres Euryſthei ſeruos Perimedem ſcilicet, Eurybium, & Eurypylum interemit. Non enim nos eius ſumus iracundiæ, quamuis omnibus in rebus Herculem imitari ſtudeamus. Res tragica enim lens eſt, inquit Archagatus ſcriptum eſſe. Sophilus autem comicus ſorbentem dixit Oreſtem morbo ſolutum eſſe. Eſt autem Stoicum dogma quòd omnia recte ſapiens faciet, prudentérq; lentes condiet. Quare Timon etiam Phliaſius Zenonium eſſe dixit lentem coquere, qui quidem haud rectè percepit, quaſi verò lens aliter coqui non poſsit, niſi ſecundum Zenonis præceptum coquatur, qui ita dixit, in

lentem iacias coriandra duodecim. Crates Thebanus, ne C
ante lentem ollam augens nos inijcias in contentionem. Chryſippus in libro de Honeſto ſententias quaſdam nobis inferens ita ſcribit, nunquam oliuam comedas hyemis tempore, cum vrticam habes, lentem Papæ Papæ, lens diuina fere per frigus horridum. Elegans præterea Ariſtophanes in Gerytade, Ptiſanam doces te ipſum coquere vel lentem. Et in Amphiareo, Qui lentem ſuauiſsimam obſoniorum vituperas. Epicharmus in Dionyſis, Olla lentes coquebat. Antiphanes in ſimilibus, bene fit, vel lentem me coquere doce quiſquis es indigena. Noui autem temperantiſsimi ſapientiſsimiq; Vlyſsis ſororem Lentem appellatam fuiſſe, quam quidam alij Caliſto nominarunt, ſicuti Mnaſeam Patreum libro tertio rerum Europæ atteſtari Lyſimachus tertio Redituum ſcriptum reliquit. His dictis cum Plutarchus non leuiter mehercle riſiſſet, non ferens contemptã fuiſſe Canis copioſam de lente diſciplinam, ſed vos ait ô Plutarche qui ex pulchra eſtis Alexandria cibis ex lente confectis eſtis adſueti, vniuerſa ſiquidem veſtra ciuitas plena eſt cibis ex lente, de quibus Sopater Phacius parodus in actu Bacida inſcripto meminit his verbis: D

*Potis nec eſſem quippe cernens areum*
*Magnum coloſſum pane lentis veſcier.*

Præterea quibus opus eſt ad hominum victum ô ſapientiſsime ex Euripidis ſententia duobus exceptis, fructu ſcilicet Cereris, & Aquarij potu?

*Quæ & adſunt, & vos poſſunt nutrire.*
*Ad hæc quæ non ſufficiunt ad repletionis delicias*
*Aliorum edulium machinationes quærimus.*

Atque alibi ſcenicus hic inquit Philoſophus; ſufficit mihi mediocris victus temperatæ menſæ. Omne autem non opportunum ac ſuperuacaneum, non eſt admittendum. Idcirco Socrates ſe ab aliis hominibus differre dicebat, quòd hi viuebant vt ederent, ipſe verò edebat vt viueret. Diogenes, ad eos, qui quòd ſe fricaret, increpabant, reſpondiſſe fertur, vtinam poſſem ventrem etiam fricando faméque ac indigentia liberari. Euripides hæc inquit de Capaneo in Supplicibus:

*Hic eſt Capaneus, plures erant opes ei,*
*Quibus ſuperbus haud erat quicquam, nihil*

Faſtus

A *Faſtus habebat plus,homo quàm pauper. at*
*Carpebat idem ſi quis intumeſceret*
*Menſis nimis,laudabat id quod ſufficit.*
*Dicebat haud in ventris eſca eſſe optimum*
*Sufficere enim mediocria.*

Haud enim huiuſmodi erat Capaneus, quemadmodum bonus Chryſippus in libro de iis quæ per ſe non expetenda ſunt ſcribit, ſunt nonnulli qui vſqueadeo pecuniarum ſtudio inſaniant, vt quendam cum in extremis laboraret multos aureos nummos deglutiſſe narrent, deinde mortuum eſſe. Atque alium in ſago aurum conſuiſſe, eóque ſe induiſſe affirmant, qui poſtea ſuis familiaribus iuſsit,vt eum ita indutum ſepelirent, neque vrerent, aut cultum quempiam adderent. Iſti enim, omnéſque huiuſmodi in hunc ferè modum clamantes moriuntur:

*O dignitas mortalibus tu aurum optima.*
*Quam mater haud tales voluptates habet,*
*Aut in domo puer, vel optatus pater.*
*Quales habes,& qui domi te poßident.*
*Quòd ſi Venus pariter videt,mirum nihil*
B *Illam innumeros habere amores protinus.*

Huiuſmodi erat eo tempore apud illos auaritia, de qua Anacharſis interrogante quodam ad quid argento Græci vtantur, ad numerandum, dixiſſe fertur. At Diogenes in ſua Rep. legem tulit vt nummi eſſent aſtragali, de quibus Euripides hæc venuſtè admodum:

*Plutum haud feras,admiror haud ego Deum.*
*Nullo labore & peßimus quem poßidet.*

Chryſippus in inductione ad bonorum malorúmq; actionem iuuenem quendam ex Ionia valde diuitem Athenas acceſsiſſe refert, qui veſte purpurea, & fimbriis aureis erat indutus, atq; hic ad interrogantem quendam cuias eſſet, reſpondit quòd diues erat. Mentionem fecit de illo & Alexis in Thebanis ita ſcribens:

*Dic cuias eſt hic, diues, hos omnes ferunt*
*Huiuſmodi profectò nobilißimos.*
*At pauperes nec nobiles nec aſpicit.*
*Hos quiſpiam*

Cum hæc dixiſſet Cynulcus, quòd plauſu nō fuit exceptus, iratus, ſed quando inquit ô ſympoſiarche, iſti perturbati non

non fameſcunt, illáque quæ de lente dicta fuerunt ſubſannant, & in animo habentes quæ apud Pherecratem in Corianno dicuntur: C

*Age iam recumbam, tu feras menſam ſtatim:*
*Calicemq́; quo veſcar, bibam quò ſuauius.*
*Adeſt calix, & menſa, lentes & tibi.*
*Lentes mihi non per Iouem, non hæ placent.*
*Quas ederit ſi quis male os inde huic olet.*

Quoniam igitur ſapientes ipſi lentes deuitant, fac vt panis nobis afferatur, quibus cum nihil eſt magnificum: ſed etſi vulgatam celebrémque habes lentem vel conchum vocatum. Cum riderent omnes conchi præcipuè gratia, indocti eſtis ait ô conuiuæ, qui eos libros non legiſtis, qui ſoli bona appetentes edocent. Dico autem Timonis Pyrrhonij libros Sillorum. Hic eſt enim qui de concho etiam meminit libro ſecundo Sillorum his verbis:

*Placenta ſexta nec mihi, nec caryca*
*Placet Lydorum, ſqualliduin concho aut iacens*
*Graio, nimis quæ delicata ærumna ſit.*

De ſextis placentis velut præſtantibus ſicut & Eretreis meminit Sopater in Bacchidis procis, In Eretriam irruimus albas farinas habentem. Atque Timon Conchum vtriſque carycis Lydiis anteponit. Ad hæc elegans etiam noſter conuuij dominus Larenſius inquit, ô viri Canes iuxta Stratidis comici Iocaſten, quæ in inſcriptis Phæniſsis ita loquitur: D

*Prudens ſibi quiddam volo nunc conſulere,*
*Vnguenta coctis lentibus non fundere.*

Sopater, cuius hæc commemoraſti, in mortuorum exequiis ſic ait:

*Ithacus Vlyſſes in lente vnguentum*
*Adeſt, confide anime.*

Clearchus autem Peripateticus in libro Prouerbiorũ tanquam prouerbium deſcribit, in lente vnguentum. Cuius & auus meus Varro Menippus cognomine mentionem facit, & alij Romani Grammatici complures, qui cum non multum inter Græcos poëtas & ſcriptores verſati ſint, neſciunt vnde Varro iambicum illud exceperit. Tu autem mihi videris ô Cynulce, quando lætaris hoc nomine, cum non dicas quomodo mater te à teneris nominauit, pulcher & magnus

A gnus eſſe ſecundum tuum Timonem, neſcire tamen quòd Conchus apud vtrunque comicum vt nominaretur obtinuit, apud Epicharmum in feſto & Naſis, & apud Antiphanem comicum, qui ſic ipſum diminutiuè in nuptiis nominauit, conchulum paruum, & fruſtum farciminis. Tum Magnus ſermonem excipiens, in omnibus inquit optimus Larenſius acutè admodum & optimè canino ventri de concho occurrit, ego autem Galatarum more Sopatri Paphij, apud quos extat conſuetudo, vt ſi quam victoriam conſequantur in bellis captiuos Diis immolent, Galatarum inquam imitatione & ego tres dialecticos ex aſcriptis Deis comburere voui: nam cum vos philoſophari, nugarique audierim, atque ſtudioſè tolerare elegiſſe, periculum ſanè faciam dogmatũ, prius ſufumigans hunc, poſtea ſi aſſatorum veſtrum quenquam cõtrahentem videro crus, Zenoni apponetur hic domino, elicere mentem neſciens.

## *De diæta Pythagorica.*

## CAP. XIX.

B CVm magna loquendi licentia ipſos alloquar, ô philoſophe, ſi rerum copiam complecteris, cur Pythagoricos illos non imitaris, de quibus hæc Antiphanes ſcribit in monumentis?

*Quidam miſelli forte Pythagorici*
*Veſcuntur in ſpecu alera, ac huiuſmodi mala legentes.*

Et in Caniſtro proprio inſcripto:

*Primum velut Pythagorizans comedit*
*Animatum nihil, at quæ plurima obolo*
*Datur placentæ nigram partem capiens excoriat.*

Alexis in Tarentinis:

*Pythagoriſtæ ſicut olim audiuimus*
*Obſonio haud veſcuntur vllo: non edunt*
*Aut quidpiam viuum, merũmque reſpuunt.*
*Epicharides ex Pythagoreis ſcilicet at*
*Cedens canes, iis veſcitur: nam tum neque*
*Viuunt.*

Et paulò vlterius progreſſus:

*Tenues, laboratíque ſcalpro Pythagoriſmi, ſermonéſque*
*nutriunt*

*Illos,*

*Illos, diebus ſingulis hac: poculum* C
*Aquæ liquentis, panis vnus purus. hanc*
*Dicis diætam carceris. viuunt ſophi*
*Sic hi miſelli, perferunt & tot mala.*
*Deliciantur alij cum aliis, nunquid noſti quòd*
*Melanippides ſodalis eſt vnà & Phacuſ*
*Phyromachúſque Phanus? iſti nam die*
*Quinto farinæ vnam cotylam cenant ſimul.*

Et in Pythagoram imitante:

*Epulum caricæ, & oliuæ,*
*Et caſeus fiet iubet lex hæc Deis*
*Offerre Pythagoræ, ſacrum quod per Iouem?*
*Id optimè certe ſe habet vir optime.*

Et poſt pauca:

*Ieiunium & ſquallorem oportet perpeti.*
*Frigus, ſilentium, lauarier neque,*
*Quorum nihil vos ò Sophi perficitis.*

Sed quod omnium videtur grauiſsimum de iis nugamini quæ minimè noſtis, & quaſi ornatè comedentes turundam facitis, vt ſuauiſsimus inquit Antiphanes, qui in ſeruos fugitiuos Ducente, ornatè admodum ait turundam faciens, D paruam quidem ante, plenámque intus manum habentes, ſicut mulieres multa, eáque quàm citiſsimè comeditis. Deinde ſecundum hunc ipſum poëtam in Thombycione dicentem, drachma ediles nobis cibos emere, allium, caſeum, cepas, capparim, quæ omnia drachmæ ſunt ſimul. Ariſtophanes in Pythagoricis:

*An per Deos cenſemus antiquos viros*
*Squallere verè Pythagoriſtas, ſponteq;?*
*Vel ſuauiter veſtes magis, decenter &*
*Geſtaſſe? nil horum videtur, vt mihi.*
*Sed ſit neceſſe non habentes quidpiam*
*Occaſionem vt hanc ſecuti terminos*
*Præfiniant mox ſumptibus. perutiles*
*Ponatur illis piſcis, aut caro, niſi*
*Digitos edant ſimul, volo ſuſpendier decies.*

Non eſt fortaſſe parum opportunum vt Epigrammatis illius mentionem faciam, quod contra vos factum fuit, quod Hegeſander in libro ſexto Commentariorum ſuorum poſuit:

*Contractis*

A *Contractis ciliis,quibus eſt in naribus ingens*
*Barba,alitis ſaccum barbæ ſuramini & ollas,*
*Nudatis pedibus,neruis ac veſte reuincta.*
*Nocturni fures, veſcentes nocte latenter.*
*Syllaba compoſita eſt quis plurima,decipientes.*
*Virtutis ſectatores,ſapientia praua*
*Sub quibus ipſa viget quibus ac autoribus extat.*

Archeſtratus Gelous in ſua gaſtronomia quod ſolum commentarium vos ſapiētes complectimini, hoc vnum Pythagoricos ſeruaſſe dicit,vt tacerent,quod quidē ob verborum inopiam faciebant. complectimini etiam Sphodrij Cynici amatoriam artem,Protagoridæq́; expoſitiones amatorias, dialogóſq; conuiuales optimi philoſophi Perſæi,ex Stilponis Zenoniſq; commentariis cōpoſitos; in quibus quo pacto conuiuæ nō dormiant,quærit; qua ratione potionibus ſit vtendum.Quando pulchros,formoſáſque in conuiuium ducere conueniat,quando ipſos vigentes admitti ſit opportunum,quando inquam oporteat emitti velut contemnentes; de rationibus coquendi,de panibus, & aliis compluribus,quótq; nimis fortaſſe accuratē. De oſculis Sophroniſci
B philoſophus dixit, qui cum ſemper in hæc mentem intenderet, Acrocorinthúmq; in fidem ab Antigono conſecutus eſſet, velut teſtis eſt Hermippus, cum potui indulgeret ab ipſa etiā Corintho excidit,ab Arato Sicyonio deuictus, qui prius in dialogis ad Zenonem contendebat quod ſapiens eſſet, & dux ſtrenuus, hoc vnum confirmauit per opera vir bonus Zenonis œcitieus.Venuſtē ſanē Bion etiā Boryſthenites inquit, qui cum æream eius ſtatuam cōſpicatus eſſet, in qua erat inſcriptum Perſæum Zenonis Citieum, erraſſe eum dixit,qui inſcripſerat,ſic enim inſcribi oportere, Perſæum Zenonis œcitieū. Fuit enim Zenonis familiaris hic, velut Nicias Nicaeus narrat in Hiſtoria philoſophorum, Sotiónq; Alexandrinus in ſuis tractatibus incidimus, & in duo Perſæi cōmentaria,quæ de optimo hoc negotio agunt, quorum huiuſmodi eſt inſcriptio:cōuiualium dialogorum. Cteſibius Chalcidenſis Menedemi familiaris, Velut Antigonus Caryſtius in vitis teſtatur, cū interrogaretur à quopiam quid ſibi ex philoſophia lucratus videretur,vt cœnem inquit immunis.vnde,& Timon ad eum aliquando dixit:

*Cœnæ ſectator,defuncti lumina habensq́;,*

Et

*Et cor intemperans.* C

Erat autem Cteſibius promptus, & ad ridendum ſuauis, quo efficiebatur vt ab omnibus ad conuiuia vocaretur, non quidem velut tu ô Cynice, qui non modo Gratiis, ſed nec Muſis quidem vnquam ſacrificaſti: quare cum te, tibique ſimiles virtus effugiat, aſsidet Voluptati, ſicut Mnaſalces Sicyonius ait in Epigrammatis:

*Infelix dudum Virtus lacerata capillos*
*Ecce Voluptati turpiter aſsideo.*
*Quam dolor immodicus carpit, quia praua voluptas*
*Me potior cunctis creditur eſſe viris.*

Baton verò comicus ita ſcribit in homicida:

*Nunc temperantes ex ſophis eos voco*
*Qui nil ſibi bonum ſolent concedere*
*Et ambulantes queritant prudentem vti*
*Diffugerit conuentibus ex omnibus.*
*Homo proterue cur habens pecuniam*
*Sic abſtines faciens deis iniuriam?*
*Quid ô vir argentum facis te dignius?*
*Huiuſmodi natura nunquid illius?*
*Es ciuitati inutilis bibens aquam.* D
*Mercator hinc, & myſticus damnum capit.*
*Aſt ipſe prouentus bonos facio ebrius.*
*Et poſtea fers mane circum lecythum*
*Diſcens oliuum, qui magis circunferat*
*Horarium videre, quàm qui lecythum.*

Archeſtratus autem quem tu ô Cynulce pro Homero ob ventrem veneraris, quo nihil eſt magis temerarium, atque tuus etiam Timon hæc de cane marino ita ſcribit:

*Diuinum hoc epulum pauci nouere virorum,*
*Aut ediſſe volunt, ſtupidam quicunque leuémque*
*Mortales animam ſortiti ſunt, Stelidámque.*
*Carnis vt humanæ ſit edax, at obuius omnis*
*Humanam carnem piſcis vorat, vt fuit illi,*
*Quam decuit purè vana hæc quicunque loquuntur*
*Tranſmiſiſſe oleri, Diodorúmque ad ſapientem*
*Ire, ſimul toleranter vt vnà Pythagorizent.*

Erat autem Diodorus hic genere quidem Aſpendius, qui cum Pythagoricus eſſe videretur, more noſtro tamen Cynicorum viuebat, comam nutriens, ſqualidus, ſine calceis, vnde

A vnde & morem illum Pythagoricum qui ad comam perti net,ab ipſo Diodoro emanaſſe nonnulli arbitrantur, ſicut teſtatur Hermippus. Timæus verò Tauromenites libro Hiſtoriarum nono,ſic de eo ſcriptum reliquit, Diodoro ge nere Aſpendio diuerſum introducente ornatũ,Pythagoriciſque rebus adhærere ſimulante. ad hunc ſcribens Stratonicus,iuſsit vt Pythagoræ familiari firmam porticum habenti,de iniuria,veſteq; ferina cùm diſcederet dictum nun tiaret. Soſicrates libro tertio de Philoſophorũ ſucceſsione magnam barbam Diodorum habuiſſe narrat,palliúmque geſtaſſe,& tuliſſe comam, atque ſtudium ipſorum Pythagoricorũ,qui eum anteceſſerunt,forma quadam reuocaſſe, qui veſtibus ſplendidis,lauacris,vnguentis,tonſuráque ſolita vtebantur.Sinautē vos ô Philoſophi quod ſufficit com plecti verè tandem ſtatuiſtis,conuiuiáq; minime ſumptuoſa perquiritis,quid huc vel non conuocati acceſsiſtis? nunquid velut intemperantium coquinaria vaſa numeraturi? vel quaſi Cephalioni Athenogenis nobis os obturaturi? eſtis enim iuxta Sophoclis Cedalionem verberones,verſutiæ alienorúmque comedones. Quia autem vos Philoſophi B ſemper animum habetis in patinis, oportet aliquid quod comedatis petere, vel comedere aliquem caninorum ciborum. nec enim fas eſt vos ſuauiter loqui, quod ex eo patet, quod teſtatur Alexis in inſcripto Lino. fingitur ſiquidem Hercules ibi diſciplinam à Lino percipere,qui multis adiacentibus libris vnum ex iis qui contigiſſet,capere iubetur, qui cum librum de ciborum condimentis in manus acce piſſet,valde ſtudioſè apprendit,ſic autem dicit Linus,

*Quemuis librum hunc cedens cape:illum poſtea*
*Conſideratè perlegas: inſcriptio*
*Monſtrabit illum protinus qualis ſiet.*
*Orpheus ineſt, & Heſiodus,tragœdia,*
*Charillus,ac Homerus,Epicharmus ſimul*
*Plures libri, natura ſic eſt prodita.*
*Aſſumo quem primum mihi ſors attulit.*
*Oſtende,quid ſit,condiendi formula*
*Obſonij:vt patet quis eſt certè ſophus,*
*Congeſta cui tot pulchra ſunt volumina.*
*Artem Simi cepiſti,at hic quis eſt Simus?*
*Valde bonus vir,aptus & tragœdijs.*

*Nunc accidit, qui mimus eſt certè optimus* C
*Obſoniorum fictor apparet velut*
*Vtentibus, guloſus eſſe obſonij*
*Vir hiſtrio apparet, quid ipſe vis refer.*
*Fameſco, bene hoc ſcias.*

Cum Magnus hæc etiam percurreret, aſpiciens præſentes philoſophos Cynulcus hæc locutus eſt:

*Nouiſti ſalſum ſacrum en hic qualia latrat.*
*Quàm bene, quámque cito pœnas dedit, atque repente.*
*Nec ſtolide cæcus apparuit eſſe locutus,*

Vt inquit Cratinus in Archilochis, oblitus enim ſui in iis iudiciis, quæ facit de ſuis pulchris iambis, declarationes ex innata ſibi guloſitate, & ſuauiloquio imperfectas recitat, carmináq; abſona, & cymbala minimè numeris congruentia, atque poſt venuſtos huiuſmodi ſermones inſulſos, domos circumit, ſicubi ſplendida aliqua cœna paretur, inquirens, magis quam Chærephon ille Athenienſis, de quo meminit Alexis in Fugitiuo.

*Hic Chærephon artem requirit vſque, qua*
*Immunis, & nunc forte cœnas expetit.*
*Vas ſicubi eſt ipſi coqui locare quod* D
*Conſueuerint, hic mane viſit hos ſtatim,*
*Qui ſi locatum viderit, tum quæritat*
*In prandium quis vaſa conduxit vir hæc?*
*Conuiuij mox oſcitantem ianuam*
*Si repperit, primus intrauit.*

Non dubitat autem vir eiuſmodi, velut bonus etiam Magnus, Montanas peregrinationes ventris gratia aggredi, ſicut idem inquit Alexis in Commorientibus:

*Ad prandium Corinthon iuit Chærephon*
*Non conuocatus, iam per vndas aduolat.*
*Sic dulce ſumptibus eſt alienis viuere.*

Theopompus in Vlyſſe,

*Euripidiſque prandium non male habens,*
*Aliena comedere bene fortunatum.*

Cum rideremus omnes ob huiuſmodi dicta, tunc ait Vlp.

## *De ſuauiloquio & intemperantibus.*

## CAPVT XX.

VNde verò ſuauiloquium etiam voluptuoſis his in ſermone errantibus? ad quem Cynulcus, ſed ô porcelle

bene

A bene condite, Phrynicus comicus ita meminit de ſuauiloquo in Ephialte,

*Illos opus vitare ſit grauiſſimum*
*Habent innatum aculeum in digitis.*
*Inuiſum florem pubertatis poſtea ſuauiter allequūtur omnes*
*Semper per forum circumeuntes,in ſubſelliis vbi ſunt.*
*Ibi hos quibus ſuauiter loquuntur magnopere laniantes*
*Celantéſque omnia rident.*

Venuſta loqui Aeſchylus in vincto Prometheo dixit,

*Hæc vera noſces,nec mihi ſtultè loqui*
*Placet venuſta.*

Cum verò diceret rurſus Vlpianus, quænam ſunt vaſa coquinaria ô amici? de quibus in cœnis Arcadicis dignum apparuit vt mentio fieret? atque intemperantia vbi iacet? intemperantes enim celebres cognoui: vnum de quo meminit Alexis in Cnidia:

*Dignus ters Diodorus annos per duos*
*Fecit pilam paterna,qui malus bona.*
*Sic deglutiuit cuncta mox voraciter.*
*Tu ſegne per ſcilam refers,atque otio.*

B At in Phædro,

*Epicharides paruus diebus quinque cum*
*Pilam paternam fecerit ſubſtantiam.*
*Voluebat ille ſe cito ſic,& leue.*

Cteſippus præterea Chabrij filius vſqueadeo in intemperantiam incidit,vt paterni etiam ſepulchri, in quod populus Athenieñſis mille drachmas impẽderat, lapides ob voluptatẽ vendiderit:ſcribit igitur ita Diphilus in Expiãtibus;

*Ni Phadimo domeſticus certè foret*
*Ex Chabrio Cteſippus editus,diu*
*Legem tuliſſem non inutilem,vt puto.*
*Quòd ipſe rurſus conderet ſumptu ſuo*
*Patris ſepulchrum:ſingulis annis,tamen*
*Quod dico parcè valde.plauſtri lapidem.*

Timocles autem in Demoſatyris, *ferret,*

*Non Chabrij Cteſippus etiam ter tondetur*
*Inter mulieres ſplendidus,nedum inter viros.*

Menander in Iracundia hæc de illo ſcripſit,

*Certè iuuenis quendam fui ipſe ô fœmina,*
*Sed quinquies tunc ſingulis diebus haud*

*Lauabar, vt nunc, haud habebam amiculum,* C
*Sed nunc, nec vnguentum tenebam, nunc vti.*
*Et tingar, atque vellicabor per Iouem.*
*Cteſippus, haud homo vt breui ſim tempore.*
*Vt ille ſaxis veſcor omnibus, mihi*
*Nec ſola terra ſufficit.*

Fortaſſe igitur Demoſthenes in libro de immunibus nomen eius præteriit ob multam illius intemperantiam, & impudentiam. Oportet enim eos qui bona paterna liguri-uerint ſic puniri ſecundum Menandrum, qui ita ſcripſit:

*Quàm res es ingens terra mater optima,*
*Poſſeſſio quàm digna mente præditis,*
*Si quis paternum prædium vorauerit.*
*Hunc quàm decet ſulcare ſemper æquora,*
*Nec ingredi arua, ſentiat quo ſic bonum*
*Quantum fuerat adeptus, haud parſit tamen.*

Meminit etiam Axionicus in Tyrrheno de Pythodelo quodam intemperante:

*Pythodelus iſte conſumptor relictus*
*Accedit, dictus intemperantiſſimus.*
*Ebriáque poſt hunc ſapientiſſima* D
*Puniens per veſtigia aduenit.*

Polyeuctum intemperantem reprehendit Alexandrides in Tereo his verbis:

*Auis vocaberis refert, ò per deam*
*Veſtam? an velut vorans patris ſubſtantiam?*
*Tanquam b nus Polyeuctus haud profecto, ſed*
*Quia mas à fœminis victus es.*

Theopompus libro decimo Philippicarũ Hiſtoriarum, à quo vltimam partem nonnulli ſeparant, in qua de iis agit, qui populi gratiam Athenis ambibant, Eubulum inquit populum ſe ducere ſolitum fuiſſe intemperantem, qui dictione huiuſmodi vſus eſt. tantum intemperãtia auaritiáq; à populo Tarentino differebat, vt hi in conuiuiis tantum immoderatè ſe gererent, hic vero inter Athenienſiũ etiam militares conuentus verſatus omnia profuderit. Scribit Calliſtratus etiam Callicratem ipſum populi ſeductorem ad voluptates fuiſſe procliuem ac intemperantem, cum rerum ciuilium tamen eſſet accuratus. at libro quinquageſimoſecundo de Tarentinis, ciuitas inquit Tarentinorum

ſing

A ſingulis ferè menſibus boues ſacrificat, conuiuiáque publica facit, ita vt priuatorũ multitudo ſemper fere inter pocula, congreſſúſq; verſetur, atque rei huiuſmodi rationem ita reddunt Tarẽtini, reliquos homines dum laborant, & ſunt in operis, victum ſibi comparare conſueuiſſe, ſe verò per conuentus, & voluptates frequentes de victu non eſſe ſolicitos, ſed iam viuere. De intemperantia verò ac vita Philippi, atque illius ſociorum, hæc tradita accepimus à Theopompo libro quadrageſimonono Hiſtoriarũ. Poſtea quàm Philippus adeptus eſt magnã nummorum copiam, nõ eos quidẽ citò abſumpſit, ſed proiecit ac diſsipauit, cum omniũ non ipſe ſolùm peſsimus eſſet œconomus, ſed ii ipſi etiam quibus ille familiariter vtebatur. Verum vt ſummatim dicam, nullus eorum aut rectè viuere nouerat, aut prudenter domeſtica gubernare, cuius rei ipſe erat autor cùm eſſet inſatiabilis, multáq; impenderet, ac omnia prompte faceret, & poſsideret, & daret. Nam cùm miles eſſet, neque ei acceptorum rationes, neq; abſumptorũ per negotia ſupputare licebat. Socij præterea illius pluribus ex locis confluxerãt, iſti quidem ex ipſius regione, illi verò ex Theſſalia, aliíque
B ex aliis Græciæ partibus. ac neque ex optimis quidem collecti, ſed ſi quis inter Græcos, vel Barbaros erat ſalax, abhominandus, moribúſq; temerariis, hi omnes ferè in Macedoniam congregati Philippi ſocij dicebantur. Atque ſi quis ab hac vitæ inſtitutione alienus acceſsiſſet, ab eorũq; conſuetudine, ille ſtatim diæta Macedonica ſimilis efficiebatur, vt illud interim prætermittamus quòd bella, expeditiones, nummorúmq; profuſiones eos audaces eſſe adhortabantur, & vt inordinate intemperãtérq; latronum more viuerent, perſuadebant. Duris libro ſeptimo rerum Macedonicarũ vbi de Paſicypro illo ſcribit, qui in Cypro regnauit quòd intemperãs vir fuerit, hæc ita ad poſteros reliquit; Cum Tyrum Alexander obſediſſet Pnytagoram dimiſit, cui & alia munera, & regionem quam petierat donauit. At prior illo Paſicyprus rex ob intemperantiam, & regionem, & regnum quinquaginta talentis Pymato Citieo vendidit, quibus nummis acceptis in Amathunte conſenuit. Fuit huiuſcemodi Aethiops etiam Corinthius, ſicut Demetrius Scepſius teſtatur, de quo mentio fit etiam ab Archilocho, voluptate enim intemperantiáque adductus hic, cum vnà

cum Archia in Siciliam nauigaret, vbi Syracuſas eſſet con C
diturus, eius coniunx illam placentæ mellitæ portionem tradidit, quam Syracuſis eſſet habiturus. In tantum intemperantiæ Demetrius etiã ille à Demetrio Phalereo oriundus incidit, velut autor eſt Hegeſander, vt cum Ariſtagorã Corinthiam amicam haberet, ſumptuoſeque viueret, atque Areopagitæ vt melius viueret, ipſum & adhortarentur, & iuberent, At nunc liberius viuo, dixerit: nam & amicam habeo pulcherrimam, neminem offendo, vinum Chium bibo, & aliorum quantum mihi ſufficiat, comparo, cum priuati mei redditus in has impenſas ſufficiant, non viuo autem ſicut veſtrum nonnulli donis corruptus, & ſtupris delectatus, atque res huiuſmodi perpetrantium quorundam nomina connumerauit, quæ cum Antigonus rex audiuiſſet legiſlatorem eum eſſe conſtituit. Qui cum Quinquatria celebrarentur princeps exiſtens, Icrium apud Ariſtagoræ hermas ipſiſque hermis ſublimiorem ſtatuit. Poſtea cum in Eleuſina myſteriorum tempus aduentaſſet, thronum illi apud templum collocauit, pœnas daturos eos inquiens, qui id facere vetuiſſent. Quòd autem intemperãtes eos etiam, qui nulla ex opulentia viuebant antiquitus vocarint Areopagitæ, atque puniuerint, cum Phanodemus, & Philochorus ſcripſit, tum etiam alij complures, ex quo effectum fuit vt Menedemum, & Aſclepiadem nouos philoſophos, & pauperes aduocarint, interrogauerintque qui fieri poterat vt totum diem rebus philoſophicis operam nauarẽt, ac nihil prorſus poſsiderent, corpora tamen ita bene ſe habeant. tum hi iuſſerunt molitorem quendam accerſiri, qui cum veniſſet, dixiſſetque quòd ſingulis noctibus in molendinum ingreſsi rotam voluentes duas drachmas vtrique capiunt, admirati Areopagitæ ducentarum drachmarum munere eos decorarunt. Democritum præterea Abderitæ quia bona paterna abſumpſerat publicè condemnarunt, ſed vbi mundi ſeriem, inferorũmque arcana declaraſſet, atque in hæc diſcenda ſe omnia bona conſumpſiſſe affirmaſſet, continuò dimiſſus eſt: Illi verò qui non ita ſunt intemperantes vt ait Amphis: D

*Bibunt duos dies diebus ſingulis,*

*Turbante vino præpotenti tempora.*

Atq; tria capita iuxta Diphilũ habentes, velut Palladis ſtatua.

A tua, ſuorum bonorum hoſtes, vt ait Satyrus in libro de Characteribus, agrum percurrentes, domum populantes, vendentes ſpolia præſentia, non quid deuoratum eſt, ſed quid vorandum ſit conſiderantes, neque quid ſuperſit, ſed quid non ſuperſit, ipſum ſenectutis viaticum per iuuentutem abſumentes, lætatique amica potius, quàm amicis, & vino non conuiuis. Agatharchides Cnidius libro vigeſimo octauo rerum Aſiaticarum Gnoſippum ſcribit intemperantem in Sparta fuiſſe, quem Ephori prohibuerũt cum iuuenibus verſari. Mentio fit apud Romanos, velut Poſidonius libro quadrageſimo nono Hiſtoriarum memorię tradidit, de Apicio quodam, qui omnes homines intemperantiam facile ſuperauit. eſt autem hic Apicius, qui autor extitit vt Rutilius, qui Romanã Hiſtoriã Græcis vocibus ſcripſerat, in exilium mitteretur. ſed de ipſo Apicio ob intemperantiam celeberrimo mentio dudum facta eſt à nobis. Diogenes Babylonius in libris de nobilitate, Phocum inquit Phocionis filium nullus eſt ex Athenienſibus, qui non oderit, cui quiſquis obuius fiebat, ò deturpans antiquorum tuorum nobilitatem dicebat, omnia ſiquidem bona paterna intemperãter abſumpſerat, & poſtea ei adulabatur, qui

B eſſet cœlebs, quamobrẽ alapis ab omnibus cędebatur. Atq; cum fieret pecuniarum aliquãdo collatio, ipſe quoque accedens, & ipſe confero inquit, quo effectum eſt vt omnes Athenienſes vna voce in intemperantiam conclamarint. Erat hic Phocus bibax admodum: nam cum in Quinquatriis equo viciſſet, paterq; eius ſocios ad conuiuium vocaſſet, venientibus illis ad cœnam lautiſsimus factus fuit apparatus, vaſáq; lauandis pedibus apta cum vino, & aromatibus ſingulis accedentibus afferebantur. Hæc cum pater vidiſſet, Phocũ ad ſe vocauit, non placabis inquiens ſocium tuum victoriam tibi deturpantem? Noui & alios intemperantes complures, de quibus vobis enarrare prętermittam vno Callia Hipponici filio excepto, quem puerorũ etiam Pædagogi cognouerunt. De aliis verò quos ego prætereo vos ſi quid habetis dicite, fores enim aurium patentes habeo: quare dicite donec ego inquiro. Tum Magnus ſubinde comedere, & veſci dixit. Cui Aemilianus, intemperantiam habes apud Stratidem in Chryſippo ita loquente:

*Si nec effundere ipſi otium erit,*

*Nec in intemperantiam verti, neque*
*Ipſi obuset quis, alloqui nullum.* C

## *De coquinariis vaſis.* CAP. XXI.

VAſa autem coquinaria ſic Anaxippus in Citharœdo connumerauit:

*Capidem feras, obeliſcos duodecim.*
*Creagram, mortarium, tyrocneſtam puerilem.*
*Steleon, ſcyphos tres doridem, mucrones quatuor.*
*Non prius annues diis inimice, tu*
*Lebetem ex olla rurſus tardè fers,*
*Et ſecurim premium certantium.*

Ariſtophanes in comprendentibus ſcenis cacabum ollam ſic appellat:

*Cacabum enim Caryſti magiſtri.*

Et in conuiuantibus, & ferre inde cacabum.

*Antiphanes in Philotthebano,*
*Cuncta adſunt nobis, & ſynonyma*
*Quæ intus eſt anguilla Bœotiæ.*
*Miſta concauis in profundis cacabi,* D
*Calefit, attollitur, coquitur, ebullit.*

βατάνιον πατάνιον Patellam nominauit Antiphanes in Euthydico,

*Poſtea polypus ſectus*
*In patellis coctus.*

Alexis in Aſclepiadide,

*Obſonium parare ſic didici bene*
*Apud Sicanos, in patellam ſæpius*
*Vt ob voluptatem viri dentes iactant,*
*Cœnantes.*

Antiphanes autem in ſamo per p. dixit,

*Patellas, betam, laſerpitium, ollas, lucernas,*
*Coriandra, cepas, ſalem, oleum, catinum.*

Philetærus in Oenopione

*Coquus hic patellarum.*

Antiphanes in paraſito hæc ſcripſit,

*Alius in hoc magnus*
ἰσοτράπε- *Habebit quis commenſalis nobilis, quem*
ζος. *Dicis? Caryſti alumnum ex terra genitum feruentem.*
*Poſtea num dicere potes? agè, cacabum dico.*

Tu

A *Tu verò forte diceres ollam, apud me nomen*
*Putas differre, ſiue cacabum quidam*
*Volentes nominant, ſiue ſit tybum?*
*Præter id quod dicis vas noui.*

Eubulus in Ione patella vtroque modo dixit his verbis:
*Catinos, patellas, cacabos,*
*Ollas, ſartagines, varias multas,*
*Quæ neque dicendo dixerim.*

## *De condimentis.* CAP. XXII.

CONdimentorum catalogum hunc in modum fecit Alexis in Lebete:
*Et ne excuſationes hic mihi, neque non habeo,*
*Sed dic quid opus ſit. capiam ego omnia*
*Rectè: primùm cape accedens ſeſama.*
*Sed eſt intus, vuam paſſam piſtam,*
*Fœniculum, anethum, ſinapi, caulium, laſerpitium.*
*Coriandrum, ſiccam roſam, cuminum, ſapam,*
*Seſeli, rutam, porrum.*

At in excubiis, ſeu lanam tractantibus coquum quendam
B inducit ita dicentem:
*In circulum opus erit currere me, & clamare*
*Si qua re indigebo, cœnam poſces à me tu*
*Iam accedens, non habeo autem*
*Non acetum, non anethum, non origanum,*
*Non thrium, non oleum, non amygdalas,*
*Non allium, non ſapam, non viridem cepam,*
*Non bulbum, non ignem, non cyminum, non ſalem,*
*Non ouum, aut lignum, non ſcapham, aut ſartaginem,*
*Non funem putealem, non lacum vidi, non puteum.*
*Non hydria eſt, fruſtra conſtiti ego*
*Habens cultrum, etiam ad hæc ſuccinctus.*

Mox in agricola *Origanum*
*Primum ponens in ollam nouam,*
*Trimma in ſuperficie concinnè humefactum*
*Aceto, ſapa inficiens, & Laſerpitio*
*Multa condenſans.*

Subinde comedere Teleclide dixit in quæſtoribus hunc in modum, Tyrium ſubinde comedentem. At ſtatim veſci ἐπεσθίειν. dixit Eupolis in Centurionibus, ſtatim veſci nihilo, præter ἐπιφαγεῖν.

quam vel aſpiciente cepa, aut tribus oliuis conditis. Ariſtophanes in Pluto: C

*Antea paupertate coactus omnibus ſtatim veſcebar.*

## *De ſtructoribus menſæ, & de coquis.*
## CAP. XXII.

INter coquos erant nonnulli, qui reliquis differebant, menſarúmq; ſtructores dicebãtur, quorũ quod eſſet officiũ apertè Antiphanes his verbis in Inquilino declarauit:

*Accepi veniens hunc*
*Menſæ ſtructorem qui lauat vaſa, lychnóſque,*
*Iunxi fœdera, feci'que alia quotcunque*
*His conueniunt.*

Quærendum eſt autem an idẽ ſtructor ſit, & menſæ curator, cum Iubas rex in comparationibus eundem eſſe dicat menſæ curatorẽ, & eũ qui à Romanis ſtructor nominatur, hæc ex Alexandri actu depromens, qui potus inſcribitur:

*In craſtinum me oportet, & tibicinam*
τραπεζονό- *Sumpſiſſe, ſtructorem artificem capiam ſimul,*
μος. *Ad hoc miſit ex agro me dominus.*

τραπεζο- Appellarunt autem ſtructorem eum, qui menſas curabat,
ποιός. & aliud decorum. Philemon, in Accedente:

*Circa culinam non eſt conſideratio.*
*Structor eſt in miniſterio.*

Vocabant autem eas dapes quas in menſa ponebant, menſalia. Plato in Menelao:

*Quàm pauca ſunt relicta de menſalibus.*

Appellabant eum etiam, qui obſonia emebat emptorem, nunc verò obſonatorem, velut Xenophon his verbis in libro ſecundo memorabilium teſtatur, Miniſtrum, obſonatórémque ſimilem capere vellemus. at apud Menandrum in Phania communius capitur, parcus erat modeſtúsq; emptor. Obſonatorem dixit Ariſtophanes in ſartagine coctis.

*Tanquam obſonator prandium veſtrum diſpenſare videtur.*

Obſonia clam coemere dixit Cratinus in Cleobulinis, at Alexis in Dropide, clàm emere. Dicuntur verò eleatri velut aſſerit Pamphilus, hi, qui ad menſam regiam vocant ab eleo menſa, quos tamen Artemidorus cõuocatores cœnarum nominauit. Dicebantur etiam prægustatores

eleatri,

A eleatri, quoniã ſecuritatis gratia ante quàm reges, cibos guſtare cõſueuerunt. noſtris tamē tēporibus eleati illi dicuntur, qui prǽficiũtur cõuiuij totius adminiſtrationi, quæ res, & honorifica fuit olim, & prǽclara. nã Ptolomæum etiã ſeruatorem Alexandri eleatrũ vocatum fuiſſe Chares teſtatur libro Hiſtoriarũ tertio. Sępius autem quem nunc Romani prægustatorem ſolent appellare, tũc Græci protēthen nominabãt, velut Ariſtophanes in prioribus Nebulis aſſerit:

*Quî non capiunt certè multus io*
*Principia Prytania, ſed vetere, & noua?*
*Id quod Protentha, mihi videntur pati*
*Vt celerrimè Prytania ſubtrahantur,*
*Idcirco prægustabant die vno.*

Mentionem fecit de his Pheregrates etiam in Agreſtibus,
*Ne mireris:*
*Protentharum nam ſumus, ſed neſciebam heus tu.*

Et Philyllius in Hercule,
*Vultis, certè ego dicam quis ſim ego.*
*Protentharum dorpia nominata.*

Inuenio autem concilium Cephiſodoro Athenis imperante factum fuiſſe, in quo velut congregatio quædam ſunt B protenthæ, ſicut etiam paraſiti nominati, ſic ſe habens: Quando inquit Phocus, ſenatus vnà cum reliquis Athenienſibus dies intercalares agit de more patrio, ſuffragiis decretum eſt in ſenatu hos dies ſenatores prætermittere, quos & alij ſenatus diaphetæ, quinque dies agunt, incipientes ab eo die, à quo etiam protenthæ. Quòd autem prægustatores vocatos antiqui etiam habebant, teſtatur Xenophon in Hierone vel tyrannico inſcripto, vbi narrat ita; Tyrannus neque cibis neque potui confiſus viuit, ſed prius quàm primitias horum Deis perſoluat, miniſtri ſecuritatis gratia guſtare iubentur, ne quid mali in his bibant aut comedant. Anaxilas in Calypſo:

*Prægustabit tibi prius vetula potum.*

Eos verò, qui bellaria placētáſque præparabant, artifices antiquitus appellare conſueuerunt. Menander coquis iratus quia ea aggrediuntur quæ minimè oporteat, hæc ſcripſit in mentito Hercule:

*Coque iniucundus mihi videris eſſe valde.*

Qua

*Quot menſas facturi ſumus? tertiò*
*Iam me interrogas? porcellum vnum mactamus,*
*Octo facito menſas, duas, vnam?*
*Quid tua refert hoc? pone tu vnam.*
*Non licet candylum facere, nec qualia tu*
*Sueuiſti in vnum condire, mel,*
*Siliginem, oua, cuncta enim contraria*
*Nunc ſunt. Coquus ſiquidem in Pichycheti domo facit,*
*Placentas coquit, chondrum lixat, & fert*
*Poſt ſalſamentum, tum thrium, racemos.*
*Ipſa artifex oppoſita*
*Carnes aſſat, & turdos, & bellaria,*
*Poſtea hic cœnans bellaria comedit.*
*Vnguento perfuſus, & coronatus rurſus*
*Cœnat mellitas placentas cum turdis.*

C

Quòd autem diuiſa eſſent miniſteria, prædictíque artifices bellaria prudenter pararent, coqui verò condiendi curam ſortirentur, declarauit Antiphanes in his verbis in Chryſide.

*Quatuor tibicinæ*
*Mercedem habent ſimul, coquíque duodecim,*
*Et artifices, mellis petentes ſcaphas.*

D

Menander in artifice,

*Quid hoc puer? nam per Iouem diaconicè*
*Veniſti. ita eſt. figmenta certè fingimus,*
*Hac nocte vigilaui, ſed & nunc plurima*
*Non facta ſunt nobis.*

Seleucus primum inquit Panyaſim de bellariis meminiſſe in iis cōmētariis, in quibus narrat quēadmodum homines apud Aegyptios ſacrificabantur, multa inquiens bellaria imponi conſueuiſſe, cum multas nouas aues Steſichorus, & Ibycus prius in inſcriptis certaminibus dixerint:

*Afferte dona virgini aſamidas.*
*Chondrúmque, & enchridas,*
*Aliáque bellaria, & mel viride.*

Quòd autem hoc ſit legitimum Steſichori poema, idoneus maximè teſtis eſt Simonides poëta, qui cum verba fecit de Meleagro hæc ita ſcribit:

*Quàm lancea deuineit omnes iuuenes,*
*Verticoſum iaculans ſtagnum ſuper*

Racem

A *Racemoſa ex Iolco.*

Sic enim Homerus.at Steſichorus cecinit populis:hic enim Steſichorus ſic inquit in Cantilena athletis præpoſita:

*Saltando enim Amphiaraus,*
*Iaculo verò vincit te Meleager.*

Neque ea ſanè me prætereunt quæ de Delis Apollodorus Athenienſis ſcripta reliquit,quòd coquorum ſtructorúmq; operæ præbebantur iis,qui ad ſacrificia procedebãt, quódque ex ipſis actionibus ſinguli nomen ſortiebantur, veluti magadis, & gongylus,quoniam ſingulis diebus placentas verſantes in conuiuiis præbebant, vt author eſt Ariſtoteles, velut inter. mulieres miſtas rotundas. Atque noſtris etiam temporibus quidam eorum Chæraci,Amni, Artyſilaíque dicuntur,Seſamíque,& Artyſitragi,æditui,ac piſcatores.Ex mulieribus quædam Cyminanthæ, atque omnes communiter Eleodytæ,quoniam ſub menſas ingrediũtur in conuiuiis miniſtrantes. Eſt autem eleus menſa coquinaria,hinc Homerus:

*Aſt vbi iam aſſauit,eleis poſuítque culina.*

Inde effectum eſt vt Polycrates Crythonis filius,qui Herenæis legem ſcripſit,nõ Delios ipſos nominarit, ſed cõmuni Eleodytarũ nomine increparit. lex etiam Amphictyonum Eleodytas,ſtructores ſcilicet,& miniſtros huiuſmodi ſignificans aquam præbere iubet.Criton comicus Dei paraſitos Delios ita appellat in Curioſo:

B

*Phœnicem magni dominum marſupij*
*Nauclerum in portu cum iuſſiſſet non nauigare,*
*Irruere naues coegit duas*
*In Delum venire cum vellet ex Piræo.*
*Ex omnibus audiens quòd paraſito locus*
*Hic tria ſolùm habere videtur.*
*Obſonij boni forum,variam habitantem multitudinem,*
*Ipſos paraſitos dei Delios.*

At Achæus Eretrieus in Satyrico Alcmeone Delios ita Carycopæos vocat:

Carycopæos aſpiciens abhominor:quoniam victimas circumincidentes manifeſtè coquum agunt,guloſáq; tractãt.

Ad quæ reſpiciens Ariſtophanes etiam hæc ſcripſit:

*Sed ò Delphicorum multos acuens Phœbe gladios,*
*Tuóſque docens miſtros,*

Mox in ſequentibus inquit Achęus, quis deliteſcens manet C
ſtrabacorum cultrorúmque homonyme. Conſueuerunt ſatyrici poëtæ Delphicos carpere quòd in ſacrificiis conuiuiiſque verſarentur. Semus libro quarto rerum Deliarum, Delphicis inquit in Delum accedentibus ſalem, acetum, oleũ, ligna, & lectum Delij prębere ſunt ſoliti. Ariſtoteles, & Theophraſtus in ſuis de Magnetibus cõmentationibus, eos qui iuxta fluuium Mæandrum habitant, Delphicorum coloniam eſſe ſcribens, perſimiles rerum vſus peregrinis accedentibus exhibere demonſtrat his verbis: Magnetes ij, qui apud fluuium Mæandrum incolunt ſacri Deo, Delphicorúmq; colonia, tectum, ſalem, oleũ, acetũ, lucernam cathedram, lectum, & menſas peregrinantibus accommodant. Demetrius Scepſius libro ſextodecimo Troici ornatus in via, quæ apud Laconicos extat, Hyacinthidis nominata, ab his miniſtris, qui placẽtas in Phiditiis faciunt, & qui vinum miſcent, Dætoni, & Ceraoni Heroibus ſtatuas erectas eſſe aſſerit, qui idem autor libro xxiiij. eiuſdem tractatus Dætam heroem narrat apud Troianos coli eſſe ſolitum, de quo mentionem facit Mimermus. Hegeſander præterea Delphus Iouem conuiualem ſcribit viſcerúmque D
ſectorem apud Cyprios coli ſolitum.

## *De muſicis inſtrumentis, & conuiuio Homeri.* CAP. XXIIII.

Qvum multa huiuſmodi dicerentur, ſonus quidam hydraulis ex propinquo ſuauis admodũ auditus eſt, atq; iucundus, ita vt omnes ea cõcinnitate capti cõuerteremur. Tunc Alcidem muſicũ intuens Vlpianus, Audis inquit ô omnium muſiciſsime iucundum hũc concentum, qui nos omnes ſuauitate affectos ad ſe conuertit? nõ eſt autem ſicut apud vos Alexandri nos multus monaulus, qui mœrorem potius audiẽtibus, quàm voluptatem vllam muſicam præbeat. Tunc ait Alcides, verumtamen, & inſtrumentum hoc hydraulis ſiue vnum ex intenſis id eſſe dicas, ſiue in quod ſpiretur, noſtrum eſt Alexandrinæ regionis inuentum, ex arte tonſoris, cui erat nomen Cteſibio. Quod etiam Ariſtocles in libro de Choris hunc in modum ſcribens, teſtatur: Quæritur an hydraulis ex his ſit inſtrumẽtis quæ in-

A tenduntur, an quæ inflantur. Non nouit hoc inſtrumētum Ariſtoxenus, dicit tamē Platonem exiguam quandam opinionem de illius artificio tradidiſſe, cum nocturnum horologium hydraulicæ formæ non abſimile feciſſet, cuiuſmodi valde magna eſt Clepſydra: & profectò hydraulicum organum Clepſydra eſſe videtur, ex quo patet non eſſe opinandū vt intendatur, aut percutiatur, ſed inflari potius apparet, cum ab aqua inſtrumentū ipſum infletur. Sunt enim fiſtulæ in aquā contortæ, quæ, cum aqua à iuuene quopiam percutitur, ligulis per organū tranſeuntibus inflantur, periucundúmq; ſonū emittūt. eſt autem aræ rotundæ perſimile hoc inſtrumentum, quod à Cteſibio tōſore hic in Aſpendia habitante ſecundi Euergetæ tēporibus inuentum eſſe aſſerunt, magnoperéq; delectaſſe: quem Cteſibium ſuam etiam amicam Thaidem ferunt docuiſſe. Tryphon lib. iij. coniugatorum, quæ commentaria ſunt, & de inſtrumentis, Cteſibium mechanicum de hydraule ſcripſiſſe narrat, ſed neſcio an nomine ipſo decipiatur. Ariſtoxenus ea quæ intenduntur inſtrumenta, ea quæ inflantur antecellere affirmat, facilia, hæc eſſe inquiens quæ inflantur, quare vulgus

B etiam fiſtulis, & tibiis cum vti nō didicerit his tamen vtuntur, veluti ipſi etiam paſtores. Hæc habui ô Vlpiane quæ de hydraulico inſtrumento tibi dicerem. Gingriunt Phœnices, vt ait Xenophon, vtebantur enim tibiis palmi menſuræ magnitudine, quæ ſtridulum, lugubrémq; ſonū emittebant. vtebantur his & Cares in lamētationibus, niſi etiā Caria Phœnicia nuncupatur, ſicut apud Corinnam Bacchylidémque ſcriptum inuenimus. Dicuntur autem tibiæ apud Phœnices gingri, ab iis querimoniis quæ circa Adonim factæ fuerūt. vos enim Phœnices Adonin gingren appellatis, vt ait Democlides, meminit Ariſtophanes in medico, & Menander in Carina de ipſis gingris, atque Amphis in dithyrambo ita ſcribens:

*Ego gingram ſapientiſſimum,*
*Quis eſt autem gingras, nouum inuentum aliquod*
*Noſtrum, quod theatro nunquam*
*Oſtenſum eſt? Athenis vſitatum*
*In conuiuijs ſuauiſſimum, cur autem non agis*
*In multitudinem ipſum? quod gentem expecto*
*Contentioſam valde vt ſortiar aliquam, noui enim*

Quod

*Quod omnia ſubuertent applauſibus.*

Axionicus in Phileuripide:

*Sic enim cantibus Euripidis*
*Ambo affecti ſunt, vt alij ipſis appareant*
*Eſſe cantus gingrantici, & malum magnum.*

Quantò autem melius eſt ò ſapientiſsime Vlpiane inſtrumentum hoc hydraulicũ, quàm id quod naublĩũ appellatur, quod Sopater paradus à Phœnicibus inuentũ eſſe ſcribit, in eo actu qui Portæ inſcribitur, ſic enim inquit,

*Neque Sidonij naublij*
*Crocitans chordis tenſa eſt forma.*

Et in Myſtaci ſeruo,

*Nablas in articulis literarum, non ſuauis.*
*Cui lotus in lateribus inanimata decipula.*
*Inflans emittit muſam, ſuſcitet aliquis*
*Suauem voluptatis gratia chorum cantans.*

Philemon in mœcho,

*Oportebat adeſſe Parmeno tibicinam,*
*Vel nablam aliquem. at nablas quid eſt?*
*Non noſti ſtattonite. non per Iouem, quid ais?*
*Non noſti naublium? nondum noſti bonum.*
*Tu verò nec ſambuciſtriam?*

Inſtrumẽtum illud quod triangulum vocatur, Iobas libro quarto rerum in theatris geſtarum, apud Syrios inuentum fuiſſe teſtatur, ſicut etiam ſambucam Lyrophœnicẽ nominatum. Quod inſtrumentũ ab Ibyco poëta Rhegino inuẽtum fuiſſe Neanthes Cyzicenus libro primo Horarum voluit, ſicut barbitum ab Anacreonte. Inter nos autem Alexandrinos tanquam muſices ignaros differis, atq; monaulum vſitatiſsimum apud nos aſsiduè nominas, ſed accipe ea etiam quæ nos de ipſo dicere in promptu habemus, Iobas in prædicto commentario Aegyptios affirmare inquit monaulum ab Oſiride fuiſſe repertum, ſicut photingem etiam obtortas tibias habẽtem, cuius & ipſius virum eximium mentionem facientem adducam: eſt enim in vſu frequenti apud nos Photinx. De monaulo meminit ita Sophocles in Thamyra:

*Emiſit colliſas pectidum cantilenas*
*Lyra monaulus, quæ hyemis plena*
*Nauis numinen laſciuientis.*

Arar

A Aratus in Panis natalibus,

*Rapiens monaulum ſtatim quomodo opinaris*
*Leuiter aſsiluit?*

Anaxandrides in theſauro,

*Sumens monaulum cecini hymenæum.*

Et in Phialoforo,

*Monaulum quo vertiſti heus tu Syre?*
*Quem monaulum? calamum?*

Sopater in Bacchide, & monaulum cantum ſonuit. Protagoridas Cyzienus libro ſecundo congregationum, quæ in honorem Daphnes fiebant, Omnis organi chorda tacta eſt crotalorum à Pandoro Phano, ſuauíque monaulo ſuauiſsimas harmonias ſuccinebat. Poſidonius philoſophus Stoicus hæc libro tertio Hiſtoriarum ſcripſit, vbi bella percurrit quæ Apamei geſſerunt in Lariſſæos, Gladiolos, & lanceas rubigine ſqualoréque obſitas ſumentes, velamináque, & vmbracula, vmbram facientia, colla tamen ſpirare non prohibentia ponentes, aſellos vino variíſque cibis onuſtos ſecum ducentes, ſuper quibus monauli photingéſque aderant, ita vt pagi potius quàm belli hæc inſtrumenta viderentur. B Nec me prætereunt autem ea quæ ab Ameria Macedone in linguis dicuntur, quod monaulum illud eſſet, quod nunc tityrinum vocari ſolet. vide ô bone Vlpiane, habes & eum, qui de photinge mentionem fecit. Quòd autem monaulus is eſſet, qui calamaules nunc appellatur, manifeſtè in libro Epigrammatum declarauit Diyllus:

*Hoc iacet in tumulo dulcis Theon ille monaulus,*
*Scenis, & mimis gratia multa viris:*
*Annis cæcus, erat cui natus Scirpalus, amens*
*Scirpale dicebat, degeneransq; mihi*
*Natalem cantare ſuum, ſolum quod habebat,*
*Ipſius queuis dulcia ſignificans.*
*Muſarum luſus Glauces, & facta canebat,*
*Te certè iuro Battale dulce bibens.*
*Cotaleq;, & Pacalum; calamauletenq; Theonem.*
*Sed iam vos ſalue dicite quiſque Theon.*

Nam ſicuti calamos inflantes calamaulas dicunt hoc tempore, ſic rhapaulas eos, qui calamo canunt, vt Amerias Macedo in linguis teſtatur. volo autem te optime Vlpiane cognoſcere, quòd nulli magis periti ſunt artis muſicę quàm

Alexandrini, neque pulſandæ citharæ ſolùm dico, cui vel pauperrimus quiſque priuatus apud nos atque indoctus omnis ita eſt aſſuetus, vt quàm celerrimè errores, qui in pulſatione chordarum fiunt, deprendere poſsit; ſed tibiarum etiam ſunt peritiſsimi. nec earum ſolùm quæ virgineæ pueriléſque vocantur, ſed & earum quæ dicuntur viriles, perfectæ, & ampliores, cithariſteriarúmque, & dactylicarum: Tibias enim buxeas, de quibus Sophocles in Iuba, & Tympaniſtis meminit, nullas alias eſſe cognouimus quàm Phrygias, quarum etiam non ignari ſunt Alexandrini. nouerunt & diopos, & muſocopos, quæque hypotreti appellantur. de buxeis tibiis mentionem facit Callias in deuinctis, quas Iubas Phrygiorum eſſe inuentum aſſerit, & ob ſimilitudinem craſsitudinis ſcytalias nuncupari, quibus vtuntur Cyprij, ſicut Cratinus iunior in Theramene teſtatur. Nouimus etiam hemiopos tibias dictas, de quibus Anacreon, Quis animum meum tenerum oblectans ingreſſus eſt, vt ob hemiopum tibiam ſaltem? Sunt tibiæ huiuſmodi perfectis minores, nam & Aeſchylus iuxta menſuram ſtudẽtes induxit. At Xenophon priuatos etiam quoſdam immiſcuit. multò igitur melius Homerus, qui egregia conuiuia poſuit, quod ex comparatione facilius colligitur. Eſt enim procorum conuiuium quale iuniorum eſſe poſſet inter ebrietates, & amores iacentium. Phœacum verò his magis conſtans, voluptuoſum tamen, quibus ea oppoſuit quæ ad rem militarem ſpectant, at illa magis vrbanè, & temperanter perficit. Ea rurſus conuiuia quæ popularia ſunt, & quæ familiarium ſynodus, diuiſit, Epicurus philoſophorum ſolùm conuiuium fecit. Demonſtrauit pręterea Homerus quos conuocari non oporteat, ſed ſua ſponte accedere, ex vnius conſanguineorum exemplo vniuerſam ſimilium rationem patefacit: G D

*Sponte ſua venit vocem bonus hinc Menelaus.*

Manifeſtum eſt enim quod neque fratrem, aut filios, vel vxorem aduocare oportet, neque ſi quis aliquos ſimili honore dignos arbitretur: eſſet enim res abſurda admodum, & ab amicitia prorſus aliena, quamuis verſum quidam aſcripſerunt cauſam apponentes:

*Norat enim fratrem magnum cepiſſe laborem.*

Quaſi verò dicere conueniat idoneam cauſam ob quam frater

A frater ſponte accedat ad conuiuium. Verum inquit fratrem conuiuium parantem non norat? atqui quo pacto non eſt ridiculum cum celeberrimum fieret ſacrificium, & omnibus notum? quomodo venit ſi non nouerat? vel per Iouem occupatum ipſum cognoſcens dixit dedit veniam,quia eum non conuocauit,& circumiens ſponte venit,ſic qui non vocatum dixit accedere,ne mane ſe ſuſpiciant hic quidem pudore correptus,ille verò iratus.Sed ridiculum erat ſanè Agamemnonem fratris ſui oblitum eſſe, cum illius præcipuè gratia non tunc ſolùm ſacrificaret, ſed bellum etiam ſumpſerat. eosq; cõnuocaſſet, qui nullo ſanguinis vinculo illi eſſent coniuncti,ac neque ipſius patriæ eſſent incolæ. Athenocles Cyzicenus, qui magis acutè quàm Ariſtarchus Homeri carmina audiebat,doctiorem nobis Homerum relinquere aiebat, quia Menelaus familiarius ſe haberet quàm opus eſſet. Demetrius autem Phalereus ineptum eſſe hunc verſum aſſumere dicit,& à poëmate prorſus alienum,

*Norat enim fratrem magnum cepiſſe laborem.*

Rerum ſiquidem tenuium ſtudium moribus immiſcuit. exiſtimo enim ait familiariter, & amicè vnumquenque virorum elegãtium ſeſe erga illum eſſe habiturum, ad quem

B dum ſacrificatur acceſſerit, neque vocantem expectauerit. Plato de iiſdem ita ſcribit in ſympoſio, vt prouerbium inquit corrumpamus permutantes quòd viri boni non vocati ad bonorum conuiuia accedant. Homerus autem non ſolùm ad periculum proximè acceſsit vt ipſum prouerbium corrumperet, ſed etiam maximas in id inferret iniurias, quippe qui Agamemnonem rerum bellicarum peritiſsimum fecerit,Menelaúmque mollem pugnatorem, at dum Agamemnon ſacrificat peiorem ad conuiuium melioris vltrò accedentem tamen inducat. At Bacchylides de domo Ceycis ita ſcribit:

*Iuit in durum pauimentum*
*Conuiuiumq; iſti parabant: ſic ferunt.*
*Vltro bonorum nam petunt conuiuia*
*Viri boni.*

Ex prouerbiis verò hoc quidem ait,

*Sponte boni accedunt conuiuia læta bonorum.*

Hoc autem,

*Sponte boni veniunt timidi ad conuiuia læta.*

Neque enim rationi conſentaneum eſt quòd Plato timidum Menelaum arbitraretur, quem Homerus Martis amicum appellat, ſolúmq; Patrocli cauſa ſe optimè gerentem, & ſingulari certaminè cũ Hectore ante alios omnes promptè pugnantem inducit, quamuis viribus eſſet inferior, de quo vno inter omnes militantes hæc decantauit. C

*Ipſe ſuis animis audax confiſus abibat.*

Quamuis hoſtis contumeliis eum inceſſens mollem pugnatorem appellarit, atque Plato idcirco ipſum mollem verè eſſe ſibi perſuadeat. At nunquid Agamemnonem etiam inter malos collocabit? quem ipſe bonum eſſe contendit, quamuis hoc carmen in illum dicatur:

*Proh temulente, canis q; oculis, ex pectore ceruus.*

Neque enim ſiquid apud Homerum dicitur, id dicit Homerus: quî enim fieri poteſt vt Menelaus eſſet mollis, qui Hectorem ſolus à Patroclo fugauit, Euphorbúmq; interemit? atque in medio Troianorum ſpoliauit? abſurdum eſt profectò carmen non ſatis cognouiſſe quo accuſabatur, qua de cauſa bonus clamore Menelaus dicitur? ſolet Homerus acclamare robuſtiſsimis tribuere, quia bellum apud antiquos clamor appellari conſueuerat, cum omnibus in rebus Homerus diligens accuratúsq; extiterit, neque hoc ſanè exiguum quamuis prætermiſit, oportere eum qui corpus curat ad cœnam lotum accedere, quare ita dixit de Vlyſſe ante conuiuium apud Phœacas: D

*Illum continuò iuſsit tum Proma lauari.*

Poſtea de Telemacho:

*In aſaminthos euntes pulchras loti ſunt.*

Erat enim indecorum inquit Ariſtoteles multo cum ſudore, & puluere accedere ad conuiuium, quippe cum viro politico neque ſordido eſſe, neque ſqualere conueniat, neque limo gaudere, vt inquit Heraclitus. Oportet autem eum in primis, qui domum alicuius ingreditur non ita accedere ad conuiuium vt ventrem ſtatim expleat, ſed aliquid prius videndi ſtudio tribuere, domúmque ipſam conſiderare, neque hoc ſanè poëta prætermiſit:

*Intrauere domum diuinam, ipſiq; videntes*
*Mirati ſunt ſpectantes ſacri atria regis.*
*Nam qualis ſplendor ſolis, lunæq; nitentis,*
*Fulgebat clari Menelai tecta per alta.*

Ariſtoph

A Ariſtophanes in Veſpis agreſtem ſenem, & litigioſum in vitam humaniorem à puero traductum inducit.

*Quieſcito huc profectus, eſſe diſcito*
*Conuiuiorum amicus, & libidinis.*

Atque docens eum quo pacto accumbere oporteat inquit,

*Laudato poſthæc æreum vas quodpiam;*
*Mirare vel lacunar aulæ, pictaq;.*

Homerus præterea, quæ ante conuiuia nobis facienda ſint nos edocet, deis ſcilicet primitias perſoluendas, idcirco Vlyſsis ſocij, quamuis eſſent in Cyclopis ſpelunca, ignem accendentes hic ſacrificia peregrinus, & ſimul ipſi caſeos acceptos edimus, & Achilles quamuis ſolicitarent legationes quæ media nocte acceſſerant:

*Sacra ſuum ſocium ſuperis tribuiſſe Patroclum*
*Imperat, hic flammis coniecit munera prima.*

Libare etiam facit conuiuantes:

*Crateras pueri ſtatuunt, vinoq; coronant,*
*Libanteſq; dedere viris tunc omnibus illos.*
*Aſt vbi libarunt.*

Quæ Plato etiam in ſympoſio obſeruauit, poſt cœnas enim & libamina deis offeruntur, & carmine deum celebrant ſta- B tutis honoribus, quod Xenophon etiam ſeruauit. Apud Epicurum autem neque libamen, neque primitiæ diis offeruntur, ſed, veluti de inornata muliere inquit Simonides, illibata ſacra ſæpe comedit. concinnam vini miſtionem ab Amphictyone rege doctos fuiſſe Athenienſes inquit, atque idcirco recto Dionyſio templum fuiſſe erectum: eſt enim rectum verè vinum, & non dubium ſi concinnè temperatéque bibatur. Siquidem.

*Inſipiens vinum multum ceciniſſe coegit,*
*Saltare ac ridere iubet: prudentia cedit*
*Si quis paruerit: dixiſſeq; plurima cogit,*
*Quæ præſtat tacuiſſe.*

At vinum Homerus neque inſipiens, velut ſtultum appellat, viróſque inſanire faciens, neque tamen eum, qui canit aut ridet, vel in rhythmo aliquando ad ſaltandum conuertitur, triſtem eſſe iubet, neque enim ita agreſtis, ſiniſtérq; eſt, ſed horum omnium qualitatem quantitatémque cognouit: ex quo non dixit quod vinum prudentem virum canere faciat, ſed valde canere, quod eſt immoderate,

& multum, ita vt perturbat. neque ridere per Iouem aut C
ſaltare; at commune in vtriſque his mollem eſſe inquiens,
hunc quidem effœminatum eſſe vetat, leuiter tamen ridere, ſaltaréq; ſinit. apud Platonem verò nihil eſt horum menſura contentum, ſed bibunt vſqueadeo, vt ſe ſuis pedibus firmare non poſsint. reſpice enim Alcibiadem quemadmodum ad iniuriam vſque proceſſerit, ſine vlla verecundia; & vt alij octo cotylarum vas, hanc occaſionem nacti, euacuerint, quod Alcibiades ipſos attraxerat. Non autem ſicut apud Homerum:

*Poſt vbi libarunt, vinumq; bibere volebat*
*Quantum animus.*

Ex his quædam nobis omnino ſunt circũſcribenda, quibus etiam moderatè vti conuenit, eáq; tanquam appendices quaſdam reſpicere oportet, velut ait Homerus.

*Appendix cœnæ ſaltatio, cantus & ipſe.*

Sed procis, vt ſummatim dicam, ac Phœacibus ad res huiuſmodi ſe flectere concedimus? Neſtori autem ac Menelao nequaquam, cuius in nuptiis Ariſtarchi ſequaces hoc non admittentes, (quòd conuiuio continuo vigente, diebúſque peropportunis præteritis, in quibus nupta à ſponſo ducebatur, finem habuerunt huius valde triſtis nuptiæ, atque ſoli hi vixerunt Menelaus ſcilicet, & Helena.) non cognoſcentes inquam, primo ſtatim verſu decepti ſunt: D

*Pluribus hunc annis conuiuia concelebrantem*
*Inuenere ob connubia.*

Atque carmina huiuſmodi idcirco addiderunt.

*Sic iſti domibus celebrant conuiuia in altis*
*Finitimi, comites Menelai concelebrati*
*Gaudentes, cantor diuinus pectine chordas*
*Percurrens cantabat eis. duo ſeq; per illos*
*Voluebant medios homines cantum incipientes*
*Saltatores.*

Transferentes ex ipſa armorum ſtructura errorem in dictionem: non enim ſaltatores incipientes, at cantore incipiente ipſi ſaltabant, incipere ſiquidem proprium eſt citharæ. vnde Heſiodus in Clypeo, deæ autem inceperunt cantum muſæ Pierides Archilochus, incipiens ante tibiam Lesbiam Pæana. Steſichorus muſam archeſimolpum nominat.

ἐξάρχειν.

A minat,& Pindarus procemia chorum incipientia. Diodorus verò Ariſtophanius totas nuptias circunſcripſit, primos dies extremúmq; eſſe illarum inquiens per iocum, atque diem matutinum conuiuij non adnumerat. Poſtea iubet ſcribere, duo ſaltatores per ipſos, in aſpirata litera ſolœciſmum facere cogens, per ipſos enim, eſt, per ſe ipſos. at ſeipſos dicere iam ſolœciſmus eſt. Sed quod antea dicebam audiendarum rerum in moderatum hoc ſympoſium introductio adſcriptitia eſt, & ab ipſo cretico choro translata, de quo in armorum artificio ſcribit:

*Diſtinxitq; chorum Vulcanus claudus, & illi*
*Perſimilem fecit, quem Gnoſſi Dædalus oris*
*Fertilibus dedit olim pulchricomæ Ariadnæ.*
*Intus erant iuuenes clari, innuptæq; puellæ*
*Saltantes, manibusq; manus cepere viciſſim.*

Quibus ſubiunxit,

*Plurima turba chorum ſuauem cicunſtetit inde*
*Delectata, duo ſaltatoreſq; per ipſos*
*Voluebant ſeſe medios cantum incipientes.*

Cretenſibus quidem ſaltatio reuolutióq; in caput patria B eſt, ex quo ad Merionem Cretenſem inquit,

*Merione, quamuis ſaltator es optimus, haſta*
*Te mea pacabit cito ſi percuſſero vtrinque*
*Traijciens.*

Hinc cantilenas etiam Cretenſes appellant, modúmq; Cretan, inſtrumentum verò Moloſſum. Qui autem Laconiſtæ dicuntur, in quadratis choris cantabant, vt teſtatur Timæus. Sed vt ſummatim dicam, multiplex Muſices varietas extabat apud Græcos, cum Dionyſiacos choros, circularéſque Athenienſes præponerent, Syracuſij iambiſtas, alij aliud quodpiam genus. Ariſtarchus non ſolùm à Laconica inſtitutione alienum fecit, & à Regis temperantia, qui verſus, quos minimè decebat in Menelai ſympoſium iniecit, verumetiam ex Cretico choro cantorem exemit, cum poëmata hunc in modum abſcindat:

*Plurima turba chorum ſuauem circunſtetit inde*
*Delectata, duo ſaltatoreſq; per ipſos*
*Voluebant ſeſe medios cantum incipientes.*

Ita vt immedicabile ſit prorſus, id incipientes, cùm relatio ad cantorem ſeruari non amplius poſsit. Quòd autem non

eſt rationi conſentaneum vt apud Menelaum audiatur, manifeſtum eſt eo quòd totum ſympoſium per congreſſus inuicem perficiebatur, ac neque cantoris nomen prolatum eſt, neque cantus quem canebat, neque quòd Telemachi ſocij mentem ei adhiberent, ſed in ſilentio quopiam potius, & quiete domum contemplantur. At quî enim fieri poteſt vt prudentiſsimorum Vlyſsis ſcilicet, & Neſtoris filios introducere fidei non repugnet? ita vt ruſticorum more paratos recitatores non audiant? Vlyſſes enim Phæacum audit cantilenas, *Celeres at Vlyſſes* C

*Spectabat motusq; pedum, miratur & illos.*

Quamuis plurima haberet quæ eum diſtraherent, potuiſſétque dicere:

*Pectora ſollicitant curæ cantoribus iſtis*

*Maiores.*

Quo pacto fieri poſſet vt non abſurdus eſſet Telemachus, qui ſaltatore cantoréq; præſentibus ſe ad Piſiſtratum inclinat, vaſáq; diſponit? Homerus autem quaſi ſapientiſsimus pictor Telemachum patri perſimilem omnibus in rebus effingit, ambóſq; deſcribit, hunc quidem ab Alcinoo, illum à Menelao cũ lachrymis cognitos fuiſſe, in ſympoſio verò Epicuri ingens eſt adulatorum multitudo viciſsim laudantes. Platonis conuiuium ſubſannatorum plenum eſt ſe inuicem deridentium: nam de Alcibiade ſermonem prætereo. Apud Homerum moderata excipiuntur conuiuia, quæ quiſpiam laudauit aliquando ita inquiens ad Menelaum, *quàm non audeo dicere:* D

*Te coram, nos voce Dei, lætamur, vt ipſa.*

Hic autem non rectè dictorum aut factorum quiddam carpens:

*Et nunc ſi quid vſquam eſt audi me, non enim ego*

*Gaudeo triſtis cum ſim in conuiuio.*

Hic rurſus,

*Qualia fugerunt ex ipſis dentibus heu nunc*

*Verba tibi Telemache?*

Per Metaphoram dixit Ixion, minorem hemiopum cito magnus abſorbet, ſunt autem illis ſimillimi, qui pueriles dicuntur, quibus, cum non ſint exagoni, vtuntur in conuiuiis, quare Anacreon molles eos appellauit. Noui, & alia tragicarum tibiarum genera, lyricarum ſcilicet, & citharæ

A citharœdicarum, de quibus Ephorus in inuentionibus meminit: Euphranórque Pythagoricus in libro de tibiis; Tibia ex arundine facta apud eos Doricos, qui ſunt in Italia tityrinus dicitur, ſicut Artemidorus Ariſtophanius lib. ſecundo Doridis atteſtatur. Tibia quæ magadis nuncupatur, atque Palæomagadis ibidem dicitur, acutum grauémque ſonum emittit, velut Alexandrides in Hoplomacho affirmat, magadim garriam paruum tibi, & magnum. Tibiæ quæ lotinæ dicuntur, eædem ſunt, quæ ab Alexandrinis nominatur Photinges, atque ex dicta loto conficiuntur, quod lignum naſcitur in Libya. Iuba eam tibiam quæ ex hinnulorum membris conficitur Thebanorum inuentum eſſe aſſerit, ac eas quæ nominantur elephantinæ, apud Phœnices primum fuiſſe perforatas. Noui præterea quòd magadis inſtrumentum eſt extenſum ſicut cithara, lyra, barbitos. Euphorion poëta in libro de Iſthmiis, qui nunc inquit nabliſtæ, panduriſtæ, ſambuciſtæ'que vocantur, nullo quidem nouo vtuntur inſtrumento, baromum ſiquidem, & barbitum de quibus Sappho, & Anacreon mentionem fecerunt, magadimque, B & trigona, & ſambucas antiquas eſſe conſtat: vidimus enim vnam muſarum in Mitilene quoddam horum inſtrumentorum ſambucum manibus habentem. Ariſtoxenus alienigena inſtrumenta vocat Phœnicia, pectides, magadides, ſambucas, trigona, clepſiangos, ſcindapſos, & nouichordium dictum. Plato libro tertio Reipublicæ, Non igitur multichordio inquam ego, neque pararmonio nobis opus erit in cantilenis, & concentibus? non vt mihi quidem videtur inquit, trigonis igitur, & pectidibus, omnibúſque inſtrumentis, quæcunque multas chordas habent, quæ'que ſunt pararmonia. eſt autem ſcindapſus organum tetrachordum, velut Matron Parodus in his teſtatur, Scindapſus colum non habentis fœminæ, meminit de illo Theopompus etiam Colophonius poeta in inſcripto Harmatio:

*Scindapſumq; lyram manibus concuſſit acernam*
*Ingentem, confecta pyro quæ aſtabat agreſtis.*

Anaxilas in lyrarum opifice,

*Ego ipſe barbitos, trichordos, pectidas,*
*Citharas, lyras, ſcindapſosq; ſuſpenderam.*

Sopater autem parodus in libro Myſtis inſcripto, pectidem C dichordum inſtrumentum eſſe dixit his verbis;

*Pectisq; muſa barbaro ſuperbiens*

*Dichordis in manus repoſita venerat.*

De pariambidibus ita meminit Epicharmus in Perialo, Semele tripudiabat, ſonat illi cithara ſapiens periambidas, hæc verò peritas audiens pulſationes oblectatur. Alexander Cytheræus pſalteriũ chordis impleuit, vt Iuba teſtatur, qui cum in Epheſiorum ciuitate conſenuiſſet, hoc ſapientiſsimum quaſi artis ſuæ ipſius inuentũ in templo Dianæ depoſuit. Meminit inſuper Iuba lyrophœnicis, & epigonij, quod in Pſalterium rectum nunc mutatum eſt, atq; illius, qui eo vſus eſt nomen ſeruat, erat hic natura quidem ex Ambracia Epigonus, at à Sicyoniis vrbe donatus: qui cum Muſices eſſet peritiſsimus, quod ad manus ſpectat, dupliciter plectro cantabat. Omnium verò prædictorum inſtrumentorum, & tibiarum artificioſè, & eleganter periti ſunt Alexandrini, in quibuſcunq; autem mei volueris periculum facere, ego tibi patefaciam, cum alij complures muſici peritiores eſſent in patria mea. Alexander enim meus conciuis, qui paucis ante diebus ex humanis deceſsit, publicè in vocato trigono organo ita declaratus eſt, vt Ro- D manos omnes ad Muſicæ deſiderium conuerterit, multiq; de pulſationibus illius meminerint. mentionem fecit trigoni Sophocles in Myſis his verbis:

*Multus Phryx trigonus, intenſaq;*

*Lydiæ cantent pectidis ſynchordia.*

Et in Thamyra. Ariſtophanes in conuiuantibus, Theopompus in Penelope. Eupolis in Baptis, qui bene percutit, & canit trigonis. Meminit Euphorion, vt prius dictum eſt, deuocato Pandoro, Protagorides libro ſecundo congregationum, quæ in honorem Daphnes, at Pythagoras, qui de mari rubro commentarium edidit troglodytas inquit panduram ex ea lauro quæ in mari rubro naſcitur, conficere. Sunt autem cornua, & tubæ à Tyrrhenis inuentæ. Metrodorus præterea Chius in rebus Troicis fiſtulam, & tibiam primum Marſyam inquit inueniſſe in Celænis, cum prius vnico calamo vterentur. Mercurium tamen fiſtulam vnius calami inueniſſe Euphorion poëta teſtatur in libro de Cantilenis; atque quoſdam eſſe qui Medis

attrib.

A attribuant Seuthæ ſcilicet, & Rhonaci. ex multis calamis compoſita tibia Sileno attribuitur, at Marſyæ cæra cōiuncta. Hæc habes huiuſmodi nomina ô Vlpiane à nobis Alexandrinis eorum, qui monaulorum fuerunt ſtudioſi: neque enim Meneclem Barcæum ſcriptorem cognouiſti, neque Andronem Alexandrinum, qui cronica conſcripſit, qui aiunt quòd Alexandrini tum Græcos omnes, tum Barbaros docuerunt, cum omnis ferè circularis diſciplina defeciſſet, ob mutationes crebras quæ temporibus eorum, qui Alexandro ſucceſſerunt, factæ ſunt. Fuit rurſus diſciplinæ totius innouatio Ptolomæi temporibus, qui ſeptimus regnauit in Aegypto: eius inquam, qui ab Alexandrinis legitimè Cacergetes fuit nominatus. Hic enim cum multos ex Alexandrinis iugulaſſet, compluréſque in exilium, ex iis qui fratris ſui tempore pubeſcereut, profugaſſet, inſulas, & vrbes omnes viris Grammaticis adimpleuit, philoſophis, geometris, muſicis, pictoribus, pædagogis, medicis, aliiſque compluribus, qui ob paupertatem docentes ea quæ ſciebant, multos viros eximios effecerunt.

B

## *De ſtudio Muſices apud antiquos.*

## CAPVT XXV.

MAgnum fuit muſices ſtudiū antiquitus apud omnes Græcos, quare, & ars tibiarum non paruo in pretio habebatur. Chamæleon igitur Heracleotes in inſcripto adhortatorio, omnes ait Lacedemonios ac Thebanos tibiis vſos fuiſſe, atque ſuis etiam temporibus Heracleotas in Ponto. ex Athenienſibus præterea clariſsimos Calliā Hipponici filiū, & Critiam Callæſchri. Duris in libro de Euripide, & Sophocle Alcibiadem inquit tibiarum artem non ex vulgari quouis magiſtro, ſed ex Panoſmo, qui celeberrimus erat eo tempore, didiciſſe. ſcribit Ariſtoxenus Epaminondam Thebanum ab Olympiodoro, & Orthogora tibiæ cantum didiciſſe. multi inſuper Pythagorici tibiarum artem exercebant, atque Euphranor commentarium de tibiis reliquit, ſicut etiam Archytas. Declarauit in conuiuantibus Ariſtophanes quod fuerit huius ſtudium apud antiquos, vbi hæc inquit, qui ipſam tibiis lyriſque vtens magnopere ſum attritus, poſtea me fodere iubes. Phrynichus in Ephialte:

Non

*Non hunc quidem tu citharam pulſare vnquam,*
*Aut tibijs vti docuiſti.*

Epicharmus Palladem inquit in Muſis Enoplium Caſtori, & Polluci cum tibiis ceciniſſe. Ion in Phœnice, & Cæneo tibiam his verbis gallum appellat:

*Intus tibia gallus lydium hymnum Achiuorum.*

Ac in cuſtodibus fiſtulam gallum Idæum ita dixit, præcurrit tibi fiſtula Idæus gallus. in ſecundo verò Phœnice inquit idem Ion, manifeſtam grauem tibiam ferens accurrente rhythmo, ſic Phrygio inquiens: Grauis hæc eſt quando cornu etiam illi adiungunt, quod cum fiſtularum Crepitaculis habet rationem. Cum hæc ita dicta ſint, finem habeat iam hic liber amice Timocrates, ſatis enim magnitudinis eſt conſecutus.

LIBRI QVARTI
FINIS.

A
# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM

## LIBER QVINTVS,

*Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De antiquis conuiuantibus.*

### CAPVT I.

VERVM cum plurimus ſermo de conuiuiis amice Timocrates, ſic ſuperius ſit abſumptus, quorum vtiliſsimas, miniméq; grauantes animum partes prætermiſimus, quæque
B ei pandeſiæ quam introduxit Homerus maxime cõueniant, operæpretium facere videbor, ſi ea etiam quæ de his ab optimo in quouis negotio Maſurio dicta ſunt, commemorauero. Nos enim ex elegantis Agathonis ſententia:

*Quod eſt parergon expedimus tanquam opus,*
*Opus parergon rurſus eſſe credimus.*

Inquit igitur poëta vbi de Menelao loquitur:

*Hunc celebrare vident ſponſalia pluribus annis,*
*Nati vel natæ cauſa in penetralibus altis.*

Sic enim lege ſancitum eſt, vt ſympoſia nuptiarum tempore celebrarentur deorum nuptialium gratia, & quaſi teſtimonij cuiuſpiam. At quale eſſe deceat ſympoſium, quod externis exhibetur, docuit nos Lyciæ rex, qui Bellerophontem magnificè admodum excepit:

*Excipit hoſpitio peregrinum forte diebus*
*Ille nouem, totidémque boues mactauit ad aras.*

Videtur autem vinum vim habere quãdam, quæ ad amicitiam attrahat, cum animum, & accendat, & diffundat: quare non prius qui eſſent interrogabant, ſed poſtea, quaſi

pereg

peregrinorum amicitiam venerantes.ſed nō particulatim, C
& ſingulos ex nobis priuatim.Cum noſtras has cœnas ami-corúmque proſpicerent legumlatores, publicas etiam cœnas ſtatuerunt, & thiaſos, & tribules, & orgeonicas vocatas. Sunt & aliæ multæ philoſophorum ſynodi in ciuitate Diogeniſtarum ſcilicet, Antipatriſtarúmque dictorum, & Panætiaſtarum. Reliquit pecuniam Theophraſtus in eiuſmodi conuentum non per Iouem vt intemperanter agant vnà conuiuantes, ſed vt moderatè eruditéq; in ſympoſiis diſſerere liceat. Cœnabant autem quotidie ij, qui in Prytanio verſabantur moderatas cœnas, ciuitatibúſque ſalubres, ad quod Sympoſium teſtatur Demoſthenes vniuerſam Elatiæ aſſumptionem ſublatam fuiſſe, veſperi enim quiſpiam nuncians ad Prytanenſes accedebat, quòd Elatia aſſumpta fuiſſet. Curæ erat ipſis præterea philoſophis vt iuuenes ſtatuto quodam ordine ad conuiuium ſecum adducerent: nam & Xenocratis lex erat in Academia, & Ariſtotelis conuiualia quædam inſtituta. Phiditia quæ erant in Sparte, & Andria apud Cretenſes, magno cum ſtudio ciuitates ipſæ congregabant: vnde non male dixit quidam: D

*Sympoſiis ſocios haud conuenit abſtinuiſſe*
*Dudum, nam talis ſit commemoratio grata.*

Antipater philoſophus cum ſympoſium aliquando coegiſſet, accedentibus iuſsit vt de ſophiſmatibus diſſererent, atque Arceſilaum aiunt ad ſympoſium conuocatum aliquando, accumbentémque, cuidam qui voraciter comederet, cum ipſe nihil guſtare poſſet, cum quidam ei illum ſignificaſſet, dixiſſe:

*Bonum tibi ſit, Telepho ego aduerſarius.*

Fuit autem Telephus obſoniorum comedo, atque Vorago dictus. Zeno, cum quidam ex præſentibus obſoniorum vorax vnà dum apponeretur ſuperiorem piſcis partem extraxiſſet, ipſe etiam piſcem vertens extraxit ita dicens,

*Vt ſit laboratum ex vtriſque partibus.*

Cum Socrates quendam immoderate obſoniis vtentem vidiſſet, ò præſentes ait, quis eſt veſtrum qui pro pane obſonio, pro obſonio pane vtatur? at nos de Homericis ſympoſiis nunc dicamus.

De

A *De Homeri Platoniſque Sympoſio.*

## CAPVT II.

Tempora, perſonas, cauſáſque conuiuiorum poëta diffiniuit, quod Xenophon etiam Platóque rectè admodum exceperunt, quippe qui in principio ſuorum commentariorum, conuiuiorum cauſas appoſuerint, & eos, qui adeſſent. Epicurus autem neque locum, neque tempus vllum determinauit, nihilque exorditur. Oportet igitur diuinaſſe quo pacto fieri poſsit vt cum quis poculum teneat quæſtiones in medium afferat, ſicut in congreſſu inquit Ariſtoteles, qui illotum pulueréque obtectum quendam ad ſympoſium accedere ſcribit. Homerus, qui etiam conuocandi ſint nos edocet, vbi optimos quoſque, & in honore habitos conuocandos eſſe dicit:

*Accerſitq; ſenes præſtantes inter Achiuos.*

At non eo pacto quo Heſiodus: hic enim vicinos etiã præcipuè conuocare iubet, atque quiſquis apud te habitat, quod ſympoſium voracis verè ſtupiditatis eſt, & quod maximè inuiſo hominibus prouerbio conueniat:

B *Non ſunt amici qui procul viri incolunt.*

Quî enim fieri poteſt vt non protinus abſurdum ſit amicitiam loco, & non moribus diffiniri? nam poſt potum apud Homerum:

*Texuit inde ſenex ſapientiam primus in illis.*

Apud eos autem, qui non moderatum conuiuarum cœtum congregant:

*Primus cœpit eis adulator texere ſtulta.*

Homerus præterea differentes ætate viros conuocatos, variarúmque electionum inducit, Neſtorem ſcilicet, Aiacem, ac Vlyſſem, omnes tamen virtutem complectantes, quamuis variis rationibus ad eandem tendant. Epicurus omnes atomorum prophetas induxit, cum hæc exempla ante oculos haberet, varietatem ſcilicet ſympoſij poëtæ, Platoníſque, ac Xenophontis iucunditatem: quorum Plato Eryximachum quidem medicũ, Ariſtophanémq; poëtam, atque alium alia de cauſa inter comedentes inducit, neque adulatorem adeſſe par eſt, aut ſubſannatorem quempiam. Epicurus rurſus de difficili cõcoctione quærit in ſympoſio ita vt auguretur; rurſúſq; de febribus: nam quid incõcinnitatem

tatem etiam cum dictione irruentem opus eſt recenſere? C Plato hunc ſingultu quidem perturbatum facit, & aquæ gargarizationibus medetur, atque ſuppoſitam feſtucam quæ naſum mouens ſternutare faciat, prætermitto: obiurgare enim voluit, & carpere, Agathoníſque Iſocola, & antitheta ſubſannat Alcibiadem, quòd obſcœna patiatur, dicentem introducit. Sed quanquam hæc huiuſmodi ſcribant, Homerum è ciuitatibus eiiciunt, neque enim ex ſatureia lancea fit, vt ait Democharis, neque ex ſermonibus iſtis fieri bonus vir quiſpiam poſſet, nec Alcibiadem ſolum carpit, ſed Charmedem etiam, & Euthydemum, alióſque complures iuuenes. Hoc eſt autem Athenas ciuitatẽ Græciæque totius Muſeum carpere, quam ciuitatem, Græciæ Græciam Pindarus nominauit, Pythius Græcorũ domum atque Prytaneum. Quòd verò falſa in iuuenes ipſos dixerit, ex ipſo Platone facile licet perſpicere: nam Alcibiadem in ita vocato dialogo cum iam pubeſceret inquit, omnéſq; corporis ipſius amatores hunc deſeruiſſent, tum primùm Socratem allocutum fuiſſe, quæ in principio ipſius dialogi ſcribuntur. At quæ contraria in Charmede reperiantur, facile eſt vnicuique, qui dialogum ipſum legere voluerit, intelligere. D illum enim inconcinnè hallucinatum, ebriúmque amore pueri, vagantémque inducit, & quaſi mortuum decidentem ex leonis robore: atque illius ætate contemnere ſimul aſſerit.

## *De Sympoſio Xenophontis, & Homeri.*

## CAP. III.

NEque minora ſanè ſunt ea peccata, quæ in Xenophontis quamuis laudatiſsimo conuiuio reperiuntur: Callias ſiquidem ſympoſium exhibet, quoniam Autolycus eius deliciæ in Quinquatriis ob pancratium coronatus eſt, atque accumbentes, puero mentem ſtatim adhibent, quæ omnia patre aſsidente fiebant. Nam ſicut lumen in tenebris cum apparuit omnium oculos ad ſe trahit, ſic & Autolyci ſpecies omnium oculos ad ſe conuertit. Nullus poſtea ex præſentibus aderat, cuius animus non aliquid illius gratia pateretur: alij tamen melius ſilentium tolerare poterant, alij vultum nonnihil cõmutabant.

Homerus

A Homerus autem nihil eiuſmodi dicere aggreſſus eſt, ſed quidam ex iis, qui Helenæ erant oppoſiti hæc veritate coactus de illius præſentis forma dicere auſus eſt;

*Indignum nihil eſt Troas, fortes & Achiuos*
*Tempore tam longo perpeſſos eſſe dolores*
*Ob talem vxorem, cui præſtantiſsima forma*
*Nil mortale refert, ſuperiſque ſimillima Diuis.*

Et poſtea,

*Quamuis ſit talis, in nauibus illa recedat.*

At adoleſcentes, qui ad Menelaum acceſſerant Neſtoris ſcilicet filius, & Telemachus, cum inter pocula, nuptialéque ſympoſium verſarentur aſsidente Helena, ſilentium velut par eſt agentes, propter celeberrimam formam fiunt attoniti. Socrates verò cuius rei gratia à tibicinis, & à puero eo, qui citharam pulſabat ac tripudiabat, abſtinuit? fœminæq; parum decorè in caput ſaltantis vnguentum abnuit? non enim ſine riſu ſe continere poterat, cum carmina eiuſmodi in mentem veniebant:

*Sine calceis tu refers, & pallidos,*
*Quorum eſt Socrates miſer, ſimúlque Cherephon.*

B Ac ea etiam quæ iſta ſequuntur minimè ſeueritati conueniunt, Critobolus vrbanus adoleſcens Socratem ſenem, ſuúmq; magiſtrum cauillatur, multò Silenis eum turpiorem eſſe inquiens. hic verò ſibi faciem conſiderandam proponit, puerúmque, & ſaltatricem iudices eligit, proponens victoriæ præmium iudicum ipſorum oſcula. quis eſt per deos ex iuuenibus, qui non libentius inter hæc ſi contingat, verſaretur, quàm proficiſcatur ad virtutem? Apud Homerum in Menelai ſympoſio quæſtiones viciſsim in medium proferunt, velut in diſputatione quapiam, vrbanéque verſantes, & nos, & ſeipſos eodem tempore delectãt. Nam cum ij, qui cum Telemacho erant ex lauacro acceſsiſſent, cibíque iam eſſent appoſiti, eos adhortatur his verbis Menelaus ad comedendum:

*Sumite nunc epulas, gaudetéque: poſt vbi cœna*
*Sumpta ſatis fuerit, qui ſitis deinde feremus.*

Nonnulla poſt hæc ex iis quæ illi appoſita fuerant perbenignè diſtribuit.

*Sic fatus, dedit his prepinguia terga iuuenci,*
*Colla manu capiens, quæ magni munus honoris*

*Attulerant ſibi.* C

Atque illi cum ſilentio, ſicuti maximè decet, comedentes, cum iuuenibus decorè verſantur, ac quietè decũbentes non de cibis aut ſeruis hoſpitis à quibus loti fuerunt, diſſerunt, ſed de ſupellectile eius qui excepit.

*Hæc Iouis in domibus lautis pretioſa ſupellex.*

Sic enim melius ſcribi inquit Seleucus, cum minus aptè ſcribat Ariſtarchus,

*Intus perſimilis cœleſtis adeſt Iouis aula.*

Nec domus ſolùm admirabantur, quo pacto enim electrũ, argentúmve aut ebur eſſet in parietibus, ſed de domo quidem alia dixerunt, vtpote quòd domus eſt ſonora, qualia ſunt magna palatia, quódque habeat alta laquearia, alia verò de ſupellectile velut:

*Argenti, electri, ac auri, paritérque elephantis.*

Quibus meritò infertur.

*Cernitur hæc Iouis in domibus pretioſa ſupellex.*

*Quæ permulta ſtupor me detinet aſpicientem.*

Non ſequitur autem illud.

*Intus perſimilis cœleſtis adeſt Iouis aula.*

Vt poſtea inferamus, quæ permulta, cum ſolœciſmus fiat inuſitatæ lectionis. Neque enim aula in domo conuenit, quandoquidem locus is, qui perflatur aula dicitur, atq; perflari locum dicimus, qui ventum excipit ex vtraque parte: ac aulum, id eſt fiſtulam id inſtrumentum per quod ſpiritus percurrit, vnde omnis figura quæ in rectum extenditur, aulum vocamus, ſicut ſtadium ſanguiniſque ſcaturiginem. Statim autem aulus ex naribus craſſa venit. Galeæ etiam medium in rectum protenſum aulopim vocamus. Sunt & ſacerdotes quidam Athenienſes, qui Aulones dicuntur, de quibus Philochorus meminit libro nono, appellant maſculinè ipſos aulonas, velut Thucydides libro quarto, & omnes denique Hiſtoriographi. At poetæ fœmininè dixerunt, cancer Achilli profundam in aulonem curriculum exercitus. Sophocles in Scythis, præcipitiáque, & cauernas, altáſque aulones. Sciendum eſt autem quod apud Eratoſthenem fœmininè dictum eſt in Mercurio, profunda conſurgit aulon: pro profunda. ſicut etiam fœmina dicitur ros. nam omne his ſimile, & aula, & aulon dicitur, quanquam regias aulas appellare nunc ſolent, ſicut Menander D

αὐλὸς fiſtula.

βαθὺς αὐλὴ ἡ βαθεῖα. τίςβη.

A nander aulis ſeruire: & ſatrapis. Diphilus, aulis ſeruire vel exulis eſt, vt mihi quidem videtur, vel famelici, aut verberonis. Siue eò quòd ampla loca habeant ſub Dio antè domos, ſiue quòd excubent dormiántque ibi regij ſatellites. Aulam ſemper in locis ſub dio expoſitis Homerus conſtituit, vbi Iouis Hercei ara erat erecta. Peleus enim comprenditur:

*Gramineis aulis, auratáque pocula dextra*
*Plena tenens, libánſque deis nigrantia vina*
*Cœlicolis inter fumantia plurima ſacra.*

At Priamus,

*Aulæ in graminibus per limum ſæpe volutus.*

Et Vlyſſes iis, qui erant cum Phemio ita imperauit,

*Sed exeuntes ex bene habitatis domibus,*
*Ex cæde in aulam.*

Quòd autem domum vnà cum ſupellectilibus Telemacho laudauerit, declarat ita Menelaus:

*Cum Ioue mortalis nullus contendere poſſet:*
*Immortalis enim domus huic, diuina ſupellex.*

Verumenimuero ad ſymposium illud accedendum eſt, in B quo concinnè admodum ſermonum opportunitatem Homerus venatur, vt amici opes cōparet: non enim tanquam problemata proponit, ſed ſuauiter ſeſe ingerēs Menelaus, poſteaquam laudes audiuit, ſe diuitem quidem eſſe non inficiatur, at inuidiam omnem adimens multa ſe perpeſſum poſsidere dicit, neque tamen idcirco ſe diis comparandum arbitratur:

*Quorum immortalis domus eſt, ac ipſa ſupellex.*

Poſtea innatum fraternum amorem declarans, neceſſarióque, & viuere, & diuitem eſſe cùm dixiſſet, amicitię ſermonem oppoſuit:

*Quorum præſtabat mihi portio tertia adeſſet*
*In domibus, ſaluíque forent qui funera paßi,*
*Sunt procul Argiui Troiana per æquora latè.*

Quis enim ex eorum minoribus, qui huiuſmodi de cauſa mortui ſunt, non ſatis amplè retributum pro patris priuatione arbitretur, rectè diſpoſitum in ſuauiſsima patris memoria dolorem? at ne communis omnibus, & eodem pacto beneuolus quo erga illum eſſe videatur, hæc Intulit:

*Vt doleam, haud omnes tanti mihi cauſa doloris,*

*Quanti vnus, cuius cauſa vix pectora ſomnos,* C
*Ora cibos capiunt.*

Sed ne quempiam rurſus ex amicis eum paruifacere pateat nomine ſingulos dixit:

*Queruntur ob illum*
*Laertéſque ſenex, & prudens Penelopeia,*
*Telemachúſque puer paruus à patre relictus.*

Qui cum ob memoriam lachrymaretur, hic quidem cõſtitit, cum Helena interea ingrederetur ex ipſa ſimilitudine coniectata eſt. Mulieres enim quia continentiam mirum in modum viciſsim obſeruant, magnopere quam filij habeant cum patribus ſimilitudinem cognouerũt: rationem quandam Piſiſtrato etiam inferente, neque enim hanc ſatellitij conſuetudinem adeſſe conueniebat. Cum Telemachus de verecũdia honeſtè diſſereret, rurſus de Vlyſsis amicitia ſermõnem Menelaus iniicit, quódque cum vno illo conſeneſcere maximè optabat, atque hi velut rationi conſentaneum eſt, lachrymantur: Helena verò Iouis filia, quæ multa ex Aegyptiis ſapiẽtibus didicerat, panaces verè pharmacum in vinum coniecit, & quæ ad Vlyſſem ſpectabant percurrere incipit, neque tamen extendi opificium interea D prætermittit: Non quidem quia hoc illi placeret faciebat, ſed quia domi hanc ſibi aſſumpſerat electionem. Venus enim poſt ſingulare certamen ad ipſam profecta,

*Annoſæ vetulæ ſimilis ſic ore locuta eſt*
*Lanam tractanti, Lacedæmonis vrbe moranti,*
*Pertractes pulchras lanas.*

Declaratur etiam non abſurdè illius induſtria ex his:

*Huic ſimul Adraſtæ poſuit tentoria pulchra.*
*Alcippe lanæ mollis tulit inde tapetem.*
*At calathum Phylo ex argento, quem ſibi dono*
*Coniux Alcandra Polybi dederat.*
*Appoſuit quem ſerua ferens pulcherrima Phylo,*
*Arte laborato filo plenum, ſed in illo*
*Eſt colus extenſus. violarum picta colores*
*Tempora veris habent.*

Videtur autem & ipſa Helena ſuam ipſius induſtriam admirari, nam cum Telemacho indumentum quoddam largiretur, hæc inquit:

*Hæc Helene puer, hæc manuum monumenta mearum*

Dona

A *Dona fero, Vxori referas quæ tempore læti*
*Connubij.*

Atque ipſa profectò induſtria temperantiam illius demonſtrat, neq; enim voluptuoſa, aut deliciis dedita ob pulchritudinem introducitur, ſed telam texens inuenitur, picturatéque eam diſtinguens:

*Hæc inuenta domi eſt percurrens pectine telam*
*Splendidulam, duplicem, huic inſperſit prælia multa*
*Quæ Troes geſſere, manus quæ fortis Achiuûm.*
*Quæq; ſui cauſa fuerunt te vindice Marte*
*Perpeſſi.*

Docet autem nos Homerus quòd eos qui ad conuiuium conuocantur, oportet hortari eos, qui conuocarunt vt ſurgant, ſic enim Telemachus Menelaum alloquitur:

*Aſt agitè in lectum cedamus, temporis hora*
*Inuitat dulci ſomno lætemur vt omnes.*

Pallas etiam quæ ſe Mentorem eſſe fingit ſic Menelaum interpellat:

*Iam miſcete merum ſacrum iam cædite linguas,*
*Libantes vt Neptuno, ſuperiſque beatis*
*Curemus ſomnum: vocat huius temporis hora.*

B In aliis verò deorum feſtis minus religioſum videtur plus temporis commorari, quare ſcitè inquit Pallas apud Homerum:

*Mergitur oceano lumen: iam dedecet eſſe*
*Præſentes menſis diuûm, diſcedere præſtat.*

Noſtris etiam temporibus ſacra quædam celebrantur, ex quibus lex iubet priuſquam ſol occidat, diſcedere. Temperatum ſanè conuiuiorum genus apud Aegyptios antiquitus fuiſſe declaratur, veluti Apollonius ait, qui de his rebus ſcripſit. Nam comedebant ſedentes, frugaliſsimis, ſaluberrimíſque dapibus vtentes, tantúmque vini ſumebant, quantum animorum tranquillitati ei ſufficeret, quam Pindarus ab Ioue ita popoſcit.

*Quid faciendo amicus tibíque valde fremens Iuppiter,*
*Amicúſque Muſis, tranquillitatíque animi cantans eſſem?*
*Hoc à te peto.*

Platonis autem conuiuium num concilium eſt? num conſilij locus? num philoſophorum nugæ? Socrates ſiquidem neque ipſe vult abeſſe, quamuis Eryximachus, Phædrus,

& alij quidam abſtiterint: ſed vnà cum Agathone, Ariſtophanéque vigilauit, bibitque ex argenteo puteo, ita enim peruenuſtè magna pocula quidam nominauit. Bibítque dextrè ex phiala. Poſtea duos dormitaſſe inquit, cum prius dormiuiſſet Ariſtophanes: atq; die iam illuceſcente Agathonem & Socratem cum illos ſopitos reliquiſſent, ſurrexiſſe, ac in Lyceum eſſe profectos: licet in Homeri Leſtrygonas dicat Herodicus: C

*Hic inſomnis homo portauit præmia bina.*

Omnis præterea conuiuarum congregatio ſui ipſius cauſam in Deorum honorem antiquitus referebat, ex quo effectum eſt vt illis etiam coronis, hymnis, & odis vterentur, quibus dij ipſi maximè delectabantur. Neque ſeruus vllus admittebatur qui miniſtraret, ſed liberorum virorum pueri vinum infundunt, veluti Menelai filius, & ſponſus, qui in ipſis nuptiis aderat. At apud bonam Sappho Mercurius vinum fundit, atque ij qui cœnarant per diem tunc etiam diſcedebant. In nonnullis autem Perſarum conuiuiis de ſumma rei totius conſultabatur, ſicut in eo Agamẽnonis quod fit in exercitu. Sympoſium Alcinoi, in quo Vlyſsis ſermo intenditur: D

*Certè ego non dicam quidquam iucundius eſſe,*
*Quàm cum lætitia capimur, pulſóque dolore*
*Conuiuæ accipiunt iucunda per atria cantum.*

Peregrinum excipit, cum & ipſi Phæaces deliciis ſint dediti: quod tamen cum philoſophorum conuiuiis ſi quis comparet, magis ornatũ facile inuenire poterit: nam & hilaritatem & iocum honeſtum hoc habere reperiet. Poſt certamen enim exercitationis cantor fabulam quandam riſu permiſtam de Martis amore canit: atque in procorum interitum de conſiliis Vlyſsis, veluti Vulcano & Cyllopodione Martem robuſtiſsimum debellante. Sedebant eo tempore cœnantes, quare Homerus multis in locis ſcripſit:

*Inde thronos ſedere ſuper, ſedésque paratas.*

Solus enim thronus liberorum eſt cathedra cum ſuppedaneo, quod ſcabellum vocant, inde thronum ipſum nominarunt ſedendi gratia, quòd in ſedendi vſum ſtatuerunt ſicut Philetas; ſedere humi ſub platano. At ſedes magis ſumptuoſum ad diſcumbendum parata eſt, currus autem

A tem his omnibus eſt frugalior, quare Vlyſsi qui mendicus eſſe videbatur, currum vilem inquit ſupponens, menſámque exiguam. At crateres, ſicut nomen ipſum ſignificat, miſti ipſis aſsiſtebant, ex quibus pueri miniſtrantes ſemper plenum poculum viris dignißimis præſtantibúſque adferebant, reliquis verò ex æquo diſtribuebant. Vnde effectum eſt vt ad Idomeneum dixerit Agamennon:

*Vt mihi, plena tibi ſemper ſtant pocula, poſſis*
*Quo bibere vt mens ipſa iubet.*

Præbibebant viciſsim, non ſicut nos ſolemus, (hoc enim prius ebibere eſt) ſed ſcyphum plenum.

*Crateras vinc hinc implens excepit Achillem.*

Quoties etiam cibum ſumerent, iam diximus antea, quòd tria erant ciborum tempora, quódque aliquando quidem cœna, aliquando prandium vocaretur. Ridiculi mihi ſanè videntur ij, qui quater antiquos comediſſe arbitrati ſunt, quandoquidem inquit poeta, tu venias ad crepuſculum ientatus. Illud interim non animaduertentes, quòd crepuſculum expectans dixit. Neque B tamen eſt quiſquam qui aliquem ter cibum ſumentem apud poetam poſsit oſtendere, quare aberrarunt ij qui verſus huiuſmodi poſtea appoſuerunt.

*Appoſuit pudibunda ferens cellaria panem,*
*Atque epulas multas: rebus præſentibus illos*
*Excipiens. lances oneratas carnibus ipſe*
*Diuiſor tulit.*

Nam ſi epulas proma appoſuit, manifeſtum eſt quòd non oportebat diuiſorem carnium reliquias afferre, quare diſtichum illud ſufficit. Cum poſt cœnam diſcederent, mos erat vt menſæ auferrentur, velut apud procos & Phæaces intueri licet, de quibus hæc ita ſcripſit, Serui autem abſtulerunt arma conuiuij. Patet quòd vaſa ſunt, nam ex armis, ea quæ tegunt velut thorax, tibialia, reliquáque huiuſmodi, arma appellare conſueuerunt, quaſi corporis partes protegant. Ex domibus Heroicis ea quæ ſunt ſublimiores Homerus palatia appellare conſueuit, aut atria, aut tentoria: iuniores verò cœnacula, viriliúmque conuiuiorum locum dicendum arbitrantur.

## *De Antiocho inſano vocato, déque illius pompa.* CAP. IIII. C

QVo pacto viri amici conuiuium illud quod Antiochus celeberrimus vocatus, at ob res geſtas, inſanus deinde dictus, parauit, appellare poſſumus? Erat autem hic vnus ex Syriæ Regibus poſt Seleucum, de quo hæc à Polybio ſcribuntur: tanquam aulam effugeret vbicunque locorum in ciuitate ſeruos cõſequeretur, ſecundus vel tertius inter eos conſpiciebatur, atque in argenti aurive officinis ſæpius de arte differens vnà cum tornatoribus aliiſq; artificibus cõprehendebatur. Poſtea verſabatur cum viris popularibus nullo habito delectu, quicunque ei contigiſſet, atque cum viliſsimis peregrinis bibere conſueuerat. Hûc accedit quòd cum iuuenes aliquos ſimul conuiuantes audiret, nulla obſeruata opportunitate accedebat cum fictili & ſymphonia, laſciuiens, ita vt multi, ob non ſperatum illius aduentum aufugerent. Sæpe Regia etiam veſte depoſita, lacernáque aſſumpta forum circumibat populi gratiam aucupatus, atque hos quidem dextra apprendens, illos autem complectens, vt ſibi ſuffragia donarent, precabatur. Sæpius inſuper Aedilis fiebat, ſæpius velut Tribunus plebis. Vbi verò principatum eſt conſecutus, atque in eburnea ſede Romanorum more conſtitutus eſt, ea audiebat commercia quæ ſpectabant ad forum, multáque cum promptè tum ſtudioſè diiudicabat. Quare complures ex probis hominibus in paupertatem redegit, vnde effectum eſt vt alij eum probum, alij inſanum eſſe arbitrarentur. Erat enim, quod ad donatiua ſpectat, ſtulto ſimillimus: his ſiquidem aſtragalos dorcadeos, illis palmæ fructum, aliis aurum donabat, nonnullis, quos nunquam antea viderat, obuius factus improuiſa munera largiebatur. In ſacrificiis quę ciuitatum cauſa in honorem Deorum celebrabantur, omnes qui ante ipſum regnauerant magnificentia longe ſuperauit, quod vel ex Olympio Ioue, qui extat apud Athenienſes, & ex ſtatuis quæ ſunt in Delo circa aram, facile quiſpiam coniectari poſſet. Lauabatur in balneis popularibus, ac quando maximè balnea viris popularibus eſſent plena, precioſiſsimis fictilibus vnguentorum plenis ſibi allatis. Hic ad dicentem quendã beati eſtis vos D

ô Re-

A ô Reges, qui his vnguẽtis vtimini & ſuauiſsimè oletis, nihil quidem reſpõdit, ſed vbi ille poſtea lauabatur ingreſſus, maximum fictile precioſiſsimo vnguento plenũ, quod Stacte nominatur, in caput ei profundi iuſsit, ita vt omnes ſurgentes in vnguento conuoluti lauarentur, cadantéſque ob illius tenacitatem riſum concitarent, ſicut & ipſe Rex. Hic idem cum Pauli Aemilij Romanorum ducis certamina in Macedonia abſoluta fuiſſe audiuiſſet, ac vellet largitionis magnificentia Paulum ſuperare, legato ſpeculatoréſque in ciuitates miſit, qui ea certamina nunciarent, quæ ab ipſo honorem Daphnes eſſent facienda: ita vt multum ſtudium per vniuerſam Græciã ad eum eundi concitaretur cuius triumphi congregationiſque principium huiuſmodi eſſe ſtatuit. Præcedebant quidam hamatis thoracibus Romanorum ritu armati, virorum florem ætatis attingentium quinque millia. Poſt hos ſequebantur Myſorum quinque millia continuò, Cilicúmque tria millia aureas coronas habentium, & in morem velitum armatorum. Thracum tria millia, Galatarum quinque millia, quorum alij ſcuta argentea geſtabant, quos ducẽta & quadraginta
B monomachorum paria ſubſequebantur. Aderant his à tergo mille Piſæi equites, vrbanorúmque tria millia quorum plurimi coronas aureáſq; phialas, alij phaleras argenteas habebant. Erant poſt hos ij qui ſocij equites dicuntur, qui erant circiter mille, omnéſque aureas phaleras habebant. Adiungebatur his ea acies, quæ ſocia nuncupatur, nihi lo vel multitudine vel ornamento inferior. Poſt hanc mille extraordinarij milites: vltimus erat catafractorum equitum ordo, qui ob homines equóſque armis coopertos ita meritò appellatur, erant & hi mille ſupra quingentos, omnes iſti prædicti purpurea habebant ſuper indumenta, multi etiam auro intexta & belluata. Currus ſex equis tracti centum aderant, quadrigæ quadraginta. Erat præterea elephantorum currus & biga. Singulatim verò triginta & ſex elephantes ſine ordine ſubſequebantur. At reliquam pompam dicere nimis arduum eſſet, quare ſatis erit hæc omnia per capita enarraſſe. Imberbes circiter octingenti coronas aureas habentes prçcedebant, boues circiter mille pingues, ſacrificiiſque præfecti trecenti ferè. Elephantorum dentes octingenti. Imaginum autem multitudi-

nem difficillimum eſt omnino percurrere, omnium ſiquidem Deorum qui ſunt apud homines nominati, vel eſſe in rerum natura cenſentur. dæmonúmque ac Heroum Idola, hęc quidem aurata, illa verò veſtibus auratis induta, expoſita fuerunt: quibus omnibus fabulæ conuenientes ſecundum traditas hiſtorias in magnificis apparatibus adiacebant. Sequebatur hæc diei, noctiſque imago, terræ, cœli, auroræ, & meridiei. At vaſorum aureorum argenteorúmque quanta eſſet copia, ſic animo quiſpiam complecti poſſet. Mille pueri vnius amicorum Dionyſij, qui epiſtolas conſcripſit vaſa argentea habentes, proceſſerunt in pompam, inter quæ nullum erat vas minoris ponderis quàm mille drachmarum. Acceſſerunt & ſexcenti pueri Regij aurea vaſa habentes, mulieres poſtea ducentæ feræ vnguentis ex peluibus aureis aſpergebãt, poſt quas mulieres octuaginta in ſellis aureos pedes habentibus vehebantur, atque in argenteos pedes habentibus quingentæ ſedentes, quæ ſumptuoſiſsimè fuerant paratę: & profectò quę illius pompæ ſunt clariſsima ea fuerunt huiuſmodi. Abſolutis autem certaminibus, duellis, & venationibus intra triginta dierum ſpatium, quibus ſpectacula hęc attribuit, per quinque dies primos, omnes in Gymnaſio ex aureis peluibus vnguento crocino perungebantur, quę quidem erant quindecim, æquáque pars ex nardo & cinamomo. Simili ratione autem & ſequentibus diebus telinum, amaracinum, liliaceúmque habuerunt, quæ omnia ſuauitate odoris inter ſe differebant. Sternebantur in conuiuium ſæpe mille triclinia: quæ tamen ad mille ducentorúmque numerum cum magnificentiſsimo apparatu accedebant: rerúmque ipſarum conatus per Regem ipſum fiebat: qui cum coquum haberet frugi per põpam ipſam percurrebat, hos quidem iubent præcedere, illos autem ſe firmare. Inter potandum etiam ipſe in introitu conſiſtens alios introducebat, alios faciebat diſcumbere. Seruos præterea cibos ferentes ipſe inducebat: atque circumiens hic quidem accumbebat, ibi verò ſedebat. Deinde poculum aut fruſtum panis aliquando deponens, conſurgebat atque exiliebat, conuiuiúmque circuibat rectus propinationes ab aliis aliquando excipiens, cum feſtiuis ludens narratiũculis. Sed cum in longum ſpatium ſe conuiuium prorogaſſet, multíque iam ſeceſsiſſent



ceſsiſſent

A ceſsiſſent, Rex totus coopertus illatus eſt à mimis, atque veluti minorum aliquis eſſet in terra depoſitus fuit: ſymphonia poſtea aduocata exiliẽs tripudiabat, vnáque cum morionibus reſpondebat, ita vt omnes pudore correpti aufugerent. Hęc omnia ita geſta fuerunt, ex quo res nonnullas Aegyptias ſibi vendicauit, cum Regi Philo matri puero adhuc fœdus violáſſet, nonnullas amicis conferentibus multas etiam res ſacras è templis diripuiſſet.

## *De pompa Ptolomæi Philadelphi.* CAP. V.

CVm admirarentur conuiuæ Regis ipſius mentem, quod non celebris, at inſanus potius eſſet, addidit Maſurius eam pompam, quæ in Alexandria ab optimo Rege Ptolomæo Philadelpho facta fuit, Callixenum Rhodium libro quarto Alexandriæ narraſſe, qui hunc in modum ſcripſit: Prius quàm incipiam in prima porticu præparatam ſcenam, ſine militum, artificum, peregrinorúmque numero declarabo: nam & inſignis admodum ſcena, quæque digna ſit vt audiatur facta eſt: cuius ea erat amplitudo vt centum & triginta thoros B in circulum caperet, atque apparatum habebat huiuſmodi. Ligneæ columnæ quinque in ſingulis lateribus longitudinis quinquaginta cubitorum conſtituebantur in altitudinem, at vno cubito minores poſitæ ſunt in latitudinem. Supra has epiſtylium quadratum aptabatur, quod vniuerſum loci conuiuij tectum fulciebat: atque ipſum tectum croceo colore tinctum in circulúmque deal batum extendebatur. In vtraque verò parte trabes ligneas ſemialbas habebat turritis petaſmatibus complexas, quarum per medium picta laquearia extenſa erant. Ex columnis, quatuor palmarum arboribus erant ſimiles, atquę erant in medio tyrſi ſpeciem prę ſe ferebant: quarum periſtylus exterior ſyrinx efficiebatur: quæ in tribus lateribus tectum habebat cameratum, vbi diſcumbentiũ ordinem eſſe accidebat. Huius pars intima purpureis aulęis intexebatur, at in locis intermediis ferarũ pelles & ob varietatem, & ob magnitudinẽ admirandę ſuſpendebantur. Locus autem qui erat ſub dio quique ſcenam complectabatur, ramis & lauri & myrti erat intextus: atque pauimentũ variis multiplicibúſq; floribus erat conſperſum. Aegyptus

ptus enim & ob aëris temperiem, & ob colentium hortos induſtriam, ea quæ in aliis regionibus rara videntur, plurima & ſemper producit: ac neque roſæ, aut albæ violæ, aliúdve florum genus ibi deeſſe facile conſueuit. Quare cum per mediam hyemem aliquod fit conuiuium, admirabile ſpectaculum peregrinis apparet. Quę enim in vnam coronam non facile inuenirentur in alia ciuitate, hæc in accumbentis multitudinis coronas facile ſuppeditantur, fuſim inquam flores per ſcenæ pauimentum erant conſperſi, diuini cuiuſpiam prati vt verè loquar aſpectum referentes. Centum marmorea animalia egregiorum artificum in ſcenæ porticibus erant poſita, at in locis intermediis lances Sicyoniorum pictorum. Ex oppoſito verò picturæ eximiæ, variáq; ſaga auro intexta, & veſtes pulcherrimæ, quarum aliæ Regum imagines habebant intextas, aliæ fabuloſas habebant diſpoſitiones. Supra hæc aurea argenteáque ſcuta viciſsim erant diſpoſita: at in his locis qui erāt iſtis ſuperiores, antra quædam magnitudinis octo cubitorum conſpiciebantur, in longitudinem quidem ſex ex vtroque latere, at quatuor in latitudinem. Aderant & oppoſita inter ſe comicorum, tragicorum, ſatyricorúmque ſympoſia, quæ verum habebant veſtimentum, quibus aurea pocula adiacebant. In antrorum medio Nymphæ erāt poſitæ, inter quas erant tripodes aurei Delphici fulcra habentes. In altiſsimo laquearis loco aquilæ aureæ in faciem inter ſe conuerſæ aderant, quarum magnitudo erat quindecim cubitorum. Diſpoſiti erant præterea aurei lecti, pedes in ſphingum effigiem formatos habentes centum in binis lateribus: aſpectus autem qui prior occurrebat apertus relinquebatur. Subſternebātur his purpurei tapetes villoſi ex vtraque parte in primo pauimento, aderant etiam periſtromata picturata, egregiéque laborata. Atque pertenues Perſici panniculi locum qui erat medius inter pedes cooperiebant, qui exquiſitam lineamentorum ſeriem intextorum animalium continebant. Appoſiti erant inſuper aurei tripodes numero ducenti accumbentibus, ita vt duo ſingulis thoris in ſellulis argenteis adeſſent. Ex poſtremis autem partibus centum pelues argenteæ ad aſpectum poſitæ fuerant, totidémq; gutturnia. Aderat & alius thorus ex oppoſito ad calices deponendos, & pocula, reliquáque quæ ad

A ad vſum præparationémque requirebatur paratus. Quæ omnia aurea, argentea, miráque arte compoſita erant. Sed horum omnium particulatim apparatum, genúſque recenſere, res quæ longo ſanè tempore indigeret, mihi videbatur. Ponderis autem magnitudo, ad decem millia talentorum argenti, vniuerſi apparatus accedebat. Sed quando ad ſcenæ opificium acceſsimus, totius etiam reliquæ pompæ declarationem aggrediamur. Quæ ducebatur per ciuitatis ſpatium, prima Luciferi imago incedebat, atque ipſa pompa principium eo tempore ſumebat, quo ſtella prædicta apparere incipit. Quam ſequebatur ea quæ nomen à parentibus Regum obtinuit. Poſt has omnium Deorum imagines quę proprium, ſingularúmque hiſtoriis conuenientem habebant apparatum. Vltimæ eſſe contigit Veſperis imagini. cum tempus in eam horam rem perduxiſſet: quare ſi quis earum rerum ſingulas partes percurrere cupiat, ſcripta quinquennalia capiens illa videat. In pompa verò Dionyſiaca Sileni alij purpureis amiculis præibant, alij purpureis ſuperindumentis induti, multitudinémque ſummouebant. Succedebant his Satyri in ſingulis partibus ſpatij

B viginti aureas lampades in hederarum folia inciſas ferentes. Poſt hos Victoriæ aureas alas habentes collocabantur, ferebántque ſex cubitorum thuribula aureis hederaceis columellis ornata, quæ veſtibus variis animalibus intextis erant indutæ, atque multum ornatum aureum ſe circum compoſuerant. Has ſexcubitalis ara duplex, hederaceíſque ramis auratis ornata ſequebatur, viteam coronam auream mitris ſemialbis cōplexam habens, quam centum & viginti pueri ſagulis purpureis induti, thúſque, myrrham, & crocum in aureis mazonomis ferentes comitabantur. Poſt hos quadraginta erant Satyri, quadraginta aureis coronis in hederarum formam elaboratis coronati. Quorum corpora aliorum quidem Conchylio, aliorum autem minio, aliiſq; coloribus picta fuerant. Ferebant hi coronam præterea auream ex vite & auro laboratam, quos Sileni duo clamyde purpurea induti, crepidiſq; albis ſequebantur: horum alter petaſum & aureū caduceum, alter lituum habebat. Medius inter hos vir quatuor cubitis etiam maior tragico ornatu ac perſona incedebat, qui aureum Amaltheæ cornu ferens Annus vocabatur

tur. Huic mulier formoſiſsima eiuſdē magnitudinis multo auro, mundóque muliebri ornata ſuccedebat: altera manuum coronam Perſeæ ferens, altera palmæ ramum, quæ appellabatur quinquennium. Subſequebantur hanc Horæ quatuor ornatæ, duóque vaſa hederacea aurea ſex cubitorum, atque inter hæc ara quadrata aurea, rurſúsque Satyri coronas hederaceas aureas habentes, veſtéſque purpureas circumiectas, quorum alij aureum gutturnium, alij carcheſium ferebant. Hos Philiſcus poëta Dionyſij ſacerdos, omnéſque Dionyſij artifices, ſequebantur: tum ferebantur Delphici tripodes qui eſſent eorum præmia qui athletarum impenſas ſuppeditarent, quorum quidem nouem cubitorum altitudinis, at virorum duodecim. Currus poſtea quatuor rotarum quatuordecim cubitorum, habens latitudinem octo, qui à centum & octoginta viris trahebatur, ſuper quem Dionyſij erat imago decem cubitorum libans ex aureo carcheſio, ſagum habens purpureum vſque ad talos, atque in ipſo crocotam pellucidam, circumierat autem veſtem purpuream, auróque variegatam. His crater aureus Laconicus metretarum quindecim capax propinquus iacebat, tripóſque aureus, ſuper quo aderat aurea acerra, duæque phialæ aureæ plenæ croci & caſiæ. Circumponebatur illi vmbraculum hederá, vite, reliquiſq; arboribus ornatum, cui coronæ, vittæ, thyrſi, tympana, mitræ, & comicæ, tragicæq;, ac Satyricæ perſonæ appendebantur. At in ipſo curru ſacerdotes erant, & ſacrificantes fœminæ, Perſæque, cerimoniæ, varij thiaſi, quęque vannos ferrent. ſequebantur hæc pugnaces fœminæ, quæ mimallones dicebantur, & baſſaræ, & Lydæ ſparſis capillis, atq; aliæ ſerpentibus, aliæ ſmilace, pampinis & hedera coronatæ. Habebant in manibus hæ enchiridia, illę ſerpentes. Currus deinde quatuor rotarum latitudinis octo cubitorum à viris ſexaginta trahebatur, in quo Nyſſæ imago octo cubitorum erat, quæ tapſino ſago & auro intexto indutá ſedebat, ac amiculo Laconico veſtiebatur. Surgebat arte quadam hæc ſtatua nullo ei manum porrigente, poſtea lac ex aurea phiala libans rurſus conſidebat. Tenebat in ſiniſtra manu thyrſum mitris coronatum, atq; ipſa hederaceo auro coronabatur, racemíſque ſumptuoſiſsimis lapillis ornatis. Aderat etiam vmbraculum, atque in quatuor angulis

A angulis ipſius currus lampades erant inauratæ. Sequebatur alius currus, quatuor rotarum vuæ plenus, cuius longitudo erat cubitorum vigintiquatuor, latitudo quindecim. Peſſundabant vnà Satyri ſexaginta, cantum epilenium ad tibiam canentes, inter quos erat Silenus, atque per totum iter muſtum in terram defluebat. Ductus fuit deinde currus totidem rotarum, cuius longitudo erat cubitorum vigintiquinque, latitudo quatuordecim, quem viri ſexcenti trahebant, ſuper quo vtris erat capax triũ millium metretarum ex pardorum pellibus conſutus, fluebat & hoc vinum per totam viam paulatim dimiſſum. Hunc currum ſatyri Silenique centum & viginti coronati ſequebantur, quorum hi gutturnia, illi phialas, alij pocula Thericlea magna, omnia tamen aurea geſtabant. Continuato ordine crater argenteus ſexcentarum metretarum capax in curru quatuor rotarum à ſexcentis viris tracto ſubſequebatur, qui ſub labris & auribus ac baſe animalia torno laborata habebat, atq; coronabatur auro per medium gemmato. Portabantur poſthęc duo calices argentei duodecim cubitorum, quorum ad ſex cubitos erat altitudo, qui pin-

B nacula in ſuperiore parte, & in aluo in circulum habebant, in pedibus tria animalia: ſemicubitalia verò & cubitalia multitudine complura. Pelues decem prægrandes, & duodecim crateres, quorum maiores metretas triginta, minores quinque, continebant. Lebetes ſex, monticuli viginti & quatuor in quinque thecis, duo argentea torcularia, in quibus vigintiquatuor erant dolia, menſa duodecim cubitorum tota ex argento, aliæque ſex cubitorum triginta. Accedebant his quatuor tripodes, quorum vnius, cum totus eſſet ex argento, circumferẽtia ſexdecim cubitorum ſpatium amplectebatur, at reliqui tres minores variis gemmis per medium erant diſtincti. Allati fuerunt poſt hos Delphici tripodes argentei numero octoginta multò prædictis minores, quorum anguli erant quadrati, hydriæ viginti & ſex, amphoræ Panathenaicæ ſexdecim, vaſa refrigerando apta centum & ſexaginta, inter quæ maximum metretarum ſex minimum duarum erat capax: quæ omnia erant argentea. Succedebant his illi, qui aurea vaſa geſtabant crateres quatuor Laconicos viteis coronis gerentes, aliiq; quatuor metretarum capaces, duo erant Corinthia-

ca

ea arte laborati, qui eximia ſuperimpoſita animalia torno formata habebant, atque in collo & in ventre ſculpturas præclare factas, quorum ſinguli metretas octo continebant, atque erant in arculis. Aderat & torcular, in quo decem erant dolia, peluéſque duæ, quarum vtraque metretas quinque capiebat, duóque pocula duarum metretarum capacia. Refrigeratoria vaſa viginti & duo, quorum maximum triginta metretas, at minimum vnam capiebat. Proceſſerunt in pompam & tripodes aurei quatuor magni, vaſorúmque aureorum arca aurea decem cubitorum multis lapillis diſtincta, quæ altitudinem habebat ſex graduum, in quibus & animalia complura quatuor palmorum erant mira quadam arte laborata, duóque calices, & duo vitrei inaurati. Duæ aureæ arcæ quatuor cubitorum, aliæ tres minores. Hydriæ duodecim, ara tricubitalis, mazonomiæ viginti & quinque. Incedebant poſt hæc pueri mille & ſexcenti ſagulis albis induti, quorum alij hedera, alij pino erant coronati. Ducenti eorum & quinquaginta choas habebant aureas, quadringentíque argenteas. Alij trecenti & viginti vaſa refrigeratoria aurea portabant, alij argentea. Poſt quos alij pueri fictilia geſtabant ad rerum dulcium vſum, quorum viginti erant aurea, quinquaginta argentea, & trecēta inuſta variis coloribus picta. Poſtea cum miſta fuiſſent in hydriis & vaſis, omnes qui erant in ſtadio dulcedine capti ſunt. Poſt hæc huiuſmodi menſas quatuor cubitorum cōnumerat, ſuper quibus multa erant conſideratione digna, multáque ſpectacula magnificè laborata ferebantur, inter quæ Semeles erat thalamus, in quo quidam erant ſagulis auro lapilliſque pretioſiſsimis intextis induti. Nec profectò dignum viſum eſt, vt currum quatuor rotarum ſilentio prætereamus, cuius longitudo erat duorum & viginti cubitorum, latitudo quatuordecim, atque à viris quingentis trahebatur: in quo erat antrum eximiæ profunditatis hedera & minio ornatum, ex quo columbæ, palūbæ, & turtures corymbis pedes vinctos habentes per totam viam euolabant, vt facile ab iis qui ſpectabant, caperentur. Scaturiebant ex ipſo binę ſcatu rigines, hæc aquę, illa vini: omneſq; Nymphę, quę circunſtabant, coronas habebant aureas. Tenebat Mercurius aureum caduceū, veſteſq; habebat magnificas. At in alio curru

A ru qui Dionyſij peregrinationem ex India continebat, erat Dionyſius duodecim cubitorum, qui veſte purpurea indutus ſuper elephanto conſidebat, coronámque habebat ex hedera & pampinis auream: cuius in manu haſta aurea viteis frondibus veſtita poſita fuerat, ſubligabantúrque aurea calciamenta. In collo autem ipſius elephanti Satyrus quindecim cubitorum aurea pini corona coronatus, conſidebat, dextráque manu aureo capræ cornu ſignificabat. Elephas ipſe ornamentum habebat aureum, coronámque auream hederaceam circa collum: hunc puellæ quingentæ purpureis veſtibus auróque præcinctæ ſequebantur. Coronabantur primæ centum & viginti aureis pineis coronis, quas Satyri centum & viginti ſequebantur, alij quidem argenteum, alij autem æreum armorum apparatum habentes. His quinque aſinorum alæ ſuccedebant, ſuper quibus Satyri erant coronati, & Sileni. Ex aſinis alij argenteos frontis apparatus, ornatúmque habebant, alij aureos. Sequebantur hos elephantum currus viginti & quatuor, bigæq; hircorum ſexaginta, aprorum duodecim, orygum ſeptem, bubalorum quindecim, ſtrutorum bigæ octo, ceruorum ſeptem, aſinorum agreſtium bigæ quatuor, quatuórq;

B currus, in quibus aurigarum ſagula petaſosq; habentes pueruli incedebant, iuxta quos alij rurſus pueri paruis peltis, haſtisque frondibus veſtitis ornati, tum veſtibus aureis induti ſequebantur: coronabantur pueruli aurigæ, pino, at pueri ſequentes, hedera. Aderant camelorum bigæ tres ex vtraque parte, quas plauſtra à mulis tracta ſequebantur ſcenas barbaricas habentia, quibus Indæ mulieres, & aliæ velut captiuæ ornatæ, vehebantur. At cameli trecentas thuris minas ferebant, croci autem, & caſiæ, cinamomi, iridis, aliorúmque aromatum ducentas. His coniungebantur ſatellites Aethiopes, ex quibus alij ſexcentos dentes ferebant, alij tria millia truncorum ebeni, alij ſexaginta crateres aureos & argenteos, refrigerandique vaſa aurea. Proceſſerunt in pompam poſt hos duo venatores auratas haſtas habentes, atque canes quadringentos vltra duo millia poſt ſe habebant, quorum alij erant Indi, alij Hyrcani, aut Moloſsi, aliorúmque generum complurium. Viri poſtea centum & quinquaginta accedebant arbores ferentes, quibus ferarum auiúmque multiplicium genus ſuſpendebatur. Portabãtur

in caueis etiam pſitacci complures. Atque cum alia multa, tum animalium greges ſimul connumerauit. Oues Aethiopicas centum & triginta, trecentas Arabicas, Euboicas viginti, viginti & ſex boues Indicos alba membra habentes, octo Aethiopicos, quos vna alba vrſa ſequebatur. Quatuor pardales, ſexdecímque aderant pantheræ, quatuor paruæ lynces, vrſi tres, vna camelopardalis vnúsque Aethiopicus Rhinoceros. In curru poſtea quatuor rotarum Dionyſius erat, qui ad aram Rheæ confugerat, vbi eum Iuno inſectabatur, habebátque auream coronam: cui Priapus auro hederaceo coronatus aſsiſtebat. Iunonis autem imago coronam habebat auream. Alexandri deinde ac Ptolemæi ſtatuæ hederaceis coronis aureis coronabantur. At Virtutis ſimulachrum quod erat Ptolemæo propinquum coronam auream habebat in oliuæ folia inciſam. Aderat illis Priapus coronam habens hederaceam auream. Corinthus ciuitas Ptolemæo aſsiſtebat aureo diademate coronata, quibus omnibus calix rerum aurearum plenus adiacebat, cratérque aureus quinque metretarum capax. Hunc currum mulieres mundum muliebrem, ſumptuoſásque veſtes habentes, ſequebantur, quæ nominabantur ciuitates in Ionia & reliqua Græcia exiſtentes, quæq́; in Aſia & inſulis conditæ ſub Perſarum Imperium deuenerunt, quæ omnes aureas coronas geſtabant. In alio curru thyrſus aureus nonaginta cubitorum ferebatur, & haſta argentea cubitorum ſexaginta. In alio curru Phallus aureus pictus, atque coronis aureis ligatus cubitorum centum & viginti, cuius in ſumma parte ſtella aurea collocabatur, cuius erat ambitus ſexcubitalis. Sed cum multa variáque in his pompis ſint connumerata, ea ſolùm elegimus in quibus aurum erat & argentum, cum multa tamen eſſent & alia digna quæ audiantur: ferarum ſcilicet equorúmque multitudo, & leones viginti & quatuor prægrandes. Aderant & alij currus non Regum ſolùm imagines ferentes, ſed Deorum etiam complures. Poſt quas virorum ſexcentorum chorus in pompam procedebat, inter quos trecenti citharistæ coronas totásque citharas inauratas habentes canebant. His taurorum vnicolorum duo millia cornibus auratis, aurea frontis ornamenta, coronásque tranſuersè & monilia ac ægidas ante pectus habentium,

A bentium, ſucceſſerunt, quæ omnia erant aurea. Poſt res huiuſmodi Iouis aliorúmque deorum complurium pompa ducebatur, atque in primis Alexandri, qui in curru verorum elephantorum aureus vehebatur habens ex vtraque parte Victoriam & Palladem. Proceſſerunt in pompam multi throni ex auro facti & ebore, quorum in vno aurea corona iacebat, in alio cornu aureum, in alio aurea corona, in alio cornu totum ex auro. In throno autem Ptolemæi Seruatoris corona poſita erat ex decem millibus nummorum aureorum facta. Thuribula præterea trecenta & quinquaginta aurea, aræq; inauratæ, & coronis aureis ornatæ proceſſerunt, in vna quarum faces quatuor decem cubitorum erant infixæ. Acceſſerunt etiam craticulæ duodecim inauratæ, quarum hæc duodecim cubitorum habebat menſarum, at quadraginta altitudinem, altera verò quindecim cubitorum. Secuti ſunt nouem aurei tripodes Delphici quatuor cubitorum, aliique octo cubitorum ſex, ac alius triginta cubitorum, in quo aurea erant animalia quinque cubitorum, coronáque vitea in circulo aurea. Acceſſerunt & ſeptem palmæ inauratæ octo cubi-

B torum, caduceúsque inauratus cubitorum quadraginta & quinque, fulménque auratum quadraginta cubitorum, atque templum præterea auratum cuius erat circunferentia cubitorum totidem. Et bicorne adhæc cubitorum octo, multáque animalium inauratorum multitudo in pompam proceſsit, quorum plurima erant cubitorum duodecim, feræque eximiæ magnitudinis. Aquilæ inſuper viginti cubitalis magnitudinis, coronæq; aureæ ducentæ ſupra tria millia, tum alia myſtica cubitorum octoginta aureáq; & pretioſis lapillis diſtincta, quæ circum Berenices ianuam ponebatur. Simul autem aderat ſcutum aureum. Secutæ ſunt & aureæ coronæ cōplures, quas puellę ſumptuosè ornatæ gerebant, quarum vna bicubitalis erat altitudinis, atq; ſexdecim cubitorum habebat ambitum. Proceſsit & thorax aureus duodecim cubitorū, atq; alius decem & octo argenteus, qui duo fulmina aurea habebat duodecim cubitorum, coronámq; querneam lapillis ornatam: aurea ſcuta viginti. Arma aderant ſexaginta & quatuor aurea, tibialia duo cubitalia aurea, duodecim aureæ pelues, phialæ numero multæ, cyathi triginta & ſex: vaſa vnguentis apta

magna decem, hydriæ duodecim, mazonomi quinquaginta, variæ menſæ, calices aurei quinque, cornu totum aureum cubitorum triginta, quæ res erant aureæ, extra ea quæ ferri in Dionyſij pompa conſueuerant. Poſtea rerum argentearum plauſtra trecenta, vigintíque aurearum, ac aromatum octingenta. Inter omnia peditatus equitatúſque omnis mirum in modum armati in pompam inceſſerunt, erant enim peditum quinquaginta & ſeptem millia ſupra ſexcentos, equitum autem viginti tria millia & ducenti, qui omnes ea veſte quæ maximè ſingulis ex more patrio conueniebat, induti in pompam acceſſerunt: iis etiam armis armati quæ apta viſa eſſent. Extra quæ & alia arma habebant, aliáque complura adiacebant, quorum numerus non facile ſcriptis complecti poſſet, quamuis Callixenus ipſum comprendat. In ipſo certamine viginti aureis coronis coronati fuerunt: inter quos primus Ptolemæus & Berenice viginti tribus in aureis curribus & in nemoribus Dodones. Abſumpta fuerunt autem talentorum duo millia, ducentáque & triginta nouem, minæ quinquaginta, quæ omnia ab œconomis numerata ſunt ex coronantium, priuſquam venirent ſpectacula. Philadelphus ipſorum filius viginti aureis, duabus quidem in aureis curribus, in columnis autem vna ſexcubitali, quinque cubitalibus quinque, ſex quatuor cubitorum. Quodnam imperium ô coniuiæ ſic vnquam fuit auri opulentum? non Perſarum profectò regnum, vel Babylonia, quę metalla effodit, aut nummos imprimit, habénſque Pactolium, qui auream arenam producat. Solus ſiquidem auro fluens verè appellatur Nilus. Qui cum fructus vberrimos ferat, tum aurum etiam purum gignit ſine periculo laboratum: ita vt omnibus hominibus inſtar Triptolemi ſufficiat, quippe quod etiam per vniuerſum terrarum orbem mittatur: quare & Byzantius poeta Parmeno cognominatus ad ipſum, Aegyptie Iupiter inquit Nile. Manifeſtum eſt autem quòd multos Reges opulentia Philadelphus ſuperauit, atque omnium apparatuum, vt ſuperbè conficerentur, maximè fuit ſtudioſus, ita vt multitudine etiam nauium omnes alios antecelleret: omnia ſiquidem maxima nauigia apud illum reperiebantur. Trigintiremes, naues quidem duæ, at vna vigintiremis, tredeciremes quatuor, duodeciremes duæ, vndeciremes quæ

C

D

A quatuordecim, nouiremes triginta, ſeptiremes triginta & ſeptem, ſexremes quinq;, quinqueremes decem & ſeptem, at à triremi vſque ad ſeſquialteram proportionem habentes, harum duplex erat numerus. Eæ autem naues quæ in inſulas, aliáſque ciuitates quibus imperabat, & in Lyciam miſſæ fuerunt, trium millium numerum ſuperabant. De librorum præterea multitudine, de bibliothecis congregatis, de apparatu eo, qui fiebat in Muſeum, quid opus eſt recenſere? ſed quando in nauigiorum apparatum mentionē incidimus, agitè aliquid etiam de nauibus dicamus.

## *De naue Philopatris.* CAP. VI.

Digna ſunt profectò vt audiantur & ea nauigia, quæ à Philopatre Rege parata fuerunt, de quibus libro primo rerum Alexandrinarum his verbis meminit Callixenus; Nauem quadragintiremem longitudinem ducentorum & octoginta cubitorum habentem, octo verò & triginta ab ingreſſu ad ingreſſum ædificauit, cuius altitudo quadraginta erat cubitorum ad ipſa vſque ora. Sed à puppis
B cacumine ad illius partem quæ erat in mari, cubiti quinquaginta & tres interiacebant. Habebat quatuor gubernacula triginta cubitorum, atque remos maximos remigum triginta & octo cubitorum, qui, ob plumbū quod in manubriis habebant, cum intus eſſent valde graues, in tranſtris ad vſum remigrandi) facilè accommodabantur. Habebat hæc nauis duas proras, duas puppes, ſeptémque ingreſſus: vnum quidem primum, ac ducentem, alios verò diſsimulatos & obſcuros, atque eorum quoſdam per epotides. Tabulata duodecim capiebat, quorum vniuſcuiuſque menſura ſexcentorum erat cubitorum: erátque concinnè mirum in modum facta, atque omnis alius nauis ornatus admirabilis. Habebat enim in puppi & in prora animalia quædam cubitis duodecim haud minora, omníſque ipſius locus infuſta pictura variabatur. Deinde à remis ad carinam vſque totus locus circum folia hederacea, thyrſóſque habebat. Aderat etiam armorum ornatus permultus, qui partes illas nauis impleuerat, quæ illis indigerent. Cum verò fieret eius experientia plus tribus millibus remigum capiebat, quadringentos quidem in miniſterium, at in epi-

ὑποζώματα

batarum foros tria millia, quamuis centum ac quinquaginta deficerent: tum præter eos qui erant in tranſtris, aliam non exiguam hominum multitudinem vnà cum commeatu. Tracta eſt primùm à thuribulo quodam, quod contignatione quinquaginta nauigiorum quinqueremium compactum fuiſſe aiunt: atque cum tubis & clamore à multitudine ducebatur. Poſtea ex Phœnicia quidam vniuerſam rei rationem cognouit, quippe qui vallum pari longitudine naui ſubſtituerit, quem prope portum excauauerat, atque huic ſuper firmo lapide ad quinque cubitos in profundum fundamenta locauerit, per quæ obliqua internodia per foſſæ latitudinem continua locum quadricubitalem in profundum relinquentia, impulit, tum maris fluxum intrò fluere faciés locum excauatum ipſo mari adimpleuit, in quem nauem ab hominibus quibuſuis compulſa, quod erat apertum prius obturans, iterum inſtrumẽtis ex eo loco aquam maris exiccauit. Quod cum factum eſſet firmatum fuit nauigium tuto ſuper prædictis internodiis. Fecit Philopater fluuiale nauigium quod Thalamagus nominabatur, atque longitudinem habebat dimidij ſtadij, latitudinémque multo triginta cubitis ampliorem. Altitudo autem cum altitudine ipſius ſcenæ parum defuit quin ad quinquaginta cubitos accederet, huius figura neque longis nauibus neque rotundis erat ſimilis, ſed & multum differebat, & ad vſum fluminis profunditas accommodabatur. Inferior enim pars plana erat & lata, ac ſublimis ob amplitudinem: ſed partes quæ erant in ſummitate illius & præcipuè apud proram, ſatis idoneè pulchræ lineæ refractione apparente, protendebantur. Habebat binas proras, binásque puppes, atque ad altitudinem vnda in fluuio ſæpius excitabatur, quia valde ſublimis conſiſtebat. Præparata erant in medio profundo illius ſympoſiorum loca & cubicula, quæque victui forent neceſſaria. At circum ipſam nauem duplicia deambulatoria per tria latera conſpiciebantur, quorum ambitus erat haud minor quinque iugerum ſpatio. Diſpoſitio autem ſubterranei, loco columnis cincto erat ſimillima: loci ſuperioris crypta vndequaque ſæpimentis, & feneſtris continebatur. Prima pars per puppim ingredientibus ex oppoſito erat aperta, atque deambulatorium erat in circulo, cuius in ea parte quæ e regione proræ

erat

A erat oppoſita, veſtibulum ex ebore pretioſiſsimáq; materia confectum erat. Hoc autem tanquam proſcenium tranſeuntibus diſpoſitum erat opertum deſuper, atq; rurſus ſimiliter medium latus habebat cum reliquis partibus retro adiacens. Ianuáq; quatuor valuarum in ipſum ducebat. à dextra verò & ſiniſtra parte erant feneſtræ quæ ſplendorem luménq; intromittebant. His enim maxima domus contrahebatur aderátq; circularis locus qui lectos viginti complectebatur: cuius bona pars ex ſciſſa cedro erat ædificata, atque ex Mileſia Cypariſſo. Ianuæ quæ erant in circunferentia viginti ex tiliæ aſſeribus erant compactæ, eburneáque habebant ornamenta. Clauorum ordo earum & malleorum ex ære rubro erat factus, atque ex igne vt auro obducerentur obtinuerant. Columnarum corpora erant ex Cypariſſo, capita autem arte Corinthiaca laborata, ornatáq; ex ebore & auro, epiſtylium ex auro totum, in quo cingulum erat præclarum eburnea habens animalia cubito maiora, mediocri quidem arte laborata, at ſumptu tamen mirabili. Aderat inſuper tectum ſympoſij in loco perpulchrum, quadratum, ex Cypariſſóque conſtru-
B ctum, cuius ornamenta erant ſculpta, auream habentia ſuperficiem. Aderat huic loco cubiculum ſepticlinium, cui perangusta ſyrinx erat adiuncta, quæ pro latitudine fundi nauis Gynecæum capiebat, vbi locus erat ſympoſij nouenclinium capiens, qui pro magnificentia, magno erat non abſimilis, & cubiculum quinqueclinium. Atque ea quæ ad primam vſque contignationem ſpectant, huiuſmodi apparatibus erant ornata. iis verò qui ſcalas prædicto cubiculo propinquas aſcenderent, domus aderat quinqueclinium continens, tectúmq; rhombi figuræ ſimile, apud quod Veneris templum teſtudini ſimile erat erectũ, in quo imago ipſius Deæ conſpiciebatur marmorea. Ex oppoſito & alius ſumptuoſus ſympoſij locus orbicularis opponebatur, cuius columnæ ex lapidibus Indicis erant erectæ, quem locum cubicula prædictorum apparatum habentia ſequebantur. Procedentibus ad proram domus aderat Bacchica orbicularis quindecim thoros continens, inauratáque habens ſuggrundia, vſque ad circumplectens epiſtylium. At deæ tectum aptè erat diſpoſitum, cuius in dextro latere antrum erat factum colorem habens lapideum, quippe

quod ex veris lapidibus,auróq; eſſet diligenter extructum: erant in eo imagines affinium ipſorum Regum lapidi Lychnæo ſimillimæ. Aderat etiam alius ſympoſij locus periucundus, qui ſub ipſo ſanè magno tecto poſitus erat, ac ſcenæ habebat ſerien, ita vt in hac quidem parte non eſſet, at per ſpatium quoddam arcuatè extenſus longè protenderetur, in quibus ſpatiis purpurea aulæa inter nauigandum extendebantur. Poſtea locus ſub dio ſuppoſiti oſtij formam accipiebat, vbi tortuoſa ſcala aderat, quæ ad ſecretum deambulatorium perducebat, atque locum conuiuij nouemclinium, qui Aegyptium habebat apparatum. Illæ enim, quæ ibi erant columnæ rotundæ vertebras permutantes, conſurgebant, atque hæc alba, illa nigra viciſsim erant poſitæ. Erant & earum capita circulari figura quorum tota circunferētia roſis paulum apertis erat perſimilis. Circa appellatum calathum non capreoli, neq; aſpera folia, velut in Græcis ponuntur, at fluuialium locorum bacchæ videbantur,fructúſq; palmarū nuper pullulantium:inſculpebãtur aliquando & aliorum florum genera cōplura.Id verò quod ſub radice eſt,quod coniungenti vertebrę ad caput adiacet,quaſi ſimilē habet diſpoſitionem ac ſi ex fabæ Aegyptiæ floribus & foliis ſint implicitæ. Aegyptij enim columnas ita facere conſueuerunt, parietes albis,nigríſq; lateribus variantes. Accidit tamen aliquando vt ex petra, quæ alabaſtritis nominatur, id efficiant. Multa erant & alia in media nauis profunditate, atque in omnibus illius partibus thalami reperiebantur. Malus erat cubitorum ſeptuaginta, velúmque byſsinum habebat purpureo fune ornatum. Omnes Philadelphi Regis ſeruatæ diuitiæ, ab vltimo Ptolemæo, qui bellum Gabiniacum excitauit, diſsipatæ fuerunt: qui non vir fuit, ſed tubicen potius & magus.

*De naue Hieronis.* CAP. VIII.

DE naue autem Hieronis Syracuſij, quam fecit, cuius & Archimedes Geometra procurator fuit,indignum profectò putaui verba non facere, cum præcipuè quidam Moſchio commentaria ediderit, in quem nuper non ſine ſtudio incidi, ſic igitur ſcribit hic Moſchio: Admiratione dignus eſt Dioclides Abderites exiſtimatus ob Elepolim,

quam

A quam Demetrius ad Rhodiorum vrbem aduexit: Timæus ob pyram paratam Dionyſio Siciliæ tyranno: Hieronymus ob currum viros vehentem, quo Alexandri corpus portari contigit: Polycletus ob candelabrum quod Perſæ operatus eſt: at Hieron Syracuſiorum Rex, qui omnibus in rebus Romanis fuit amicus, ob rerum ſacrarum exercitationúmque apparatum, cuius maximè fuit ſtudioſus. Erat & in nauibus conficiendis induſtrius, quippe qui & frumentaria nauigia fecerit, quorum vnius apparatum recenſebo. In materiam lignorum primùm multitudo triremium nauium ſexaginta parata fuit ex Aetna, quæ operibus eſſet idonea. Poſtea quam hæc parata fuerunt, clauos, repletioníq; res aptas, tabulata, quæq; alij materiæ eſſent vſui, ex Italia deportanda curauit, in funes autem populum albam ex Iberia, canabim & hederam ex Rhodano fluuio, aliáq; multa neceſſaria ex aliis locis. Conduxit & nauium magiſtros, alióſq; opifices, ex quibus omnibus, cum Archiam Corinthium præfectũ operariis cõſtituiſſet, eum promptè aggredi apparatum adhortatus eſt, ſeruiens & ipſe interim interdiu. Nauis igitur dimidium intra ſex
B menſium ſpatium perfectũ eſt, ſempérq; tegulæ plumbeæ, ad eam partem quæ perfecta erat, adiungebantur. Erant enim, vt miniſtros omittam, trecenti illi artifices, qui materiam præparabant. Tum ſtatuit vt hæc pars reliquum apparatum in mare traheret, vt ibi perficeretur: ſed cum quo pacto in mare trahenda eſſet magno ſtudio quæreretur, ſolus Archimedes mechanicus ipſam paucis inſtrumentis deduxit, nam primus Archimedes vitis vſum reperit, quam cum feciſſet tantam nauim traxit in mare. Poſtea verò & reliquæ partes nauis factæ fuerũt in aliis ſex menſibus, atq; tota machina æreis clauis circunſepta fuit, quorum pondus plurimorum ad decem minas accedebat, reliqui erant his ſeſquialteri, qui terebrarum beneficio aptabantur tabulata continentes. Cooperiebantur autẽ plumbeis tegulis ligno adiunctis, lintheíſq; picatis. Vbi primum ſuperficies exterior facta eſt, ad interius opificium omnem operam ſtatim conuerterunt. Erat hæc nauis, quod ſpectabat ad apparatum, viginti tranſtrorum, atque tres habebat aditus, vnum quidem ad penu, in quod deſcẽſus fiebat per multas ſcalas: aditus in diætã ingredi volentibus oſtendebatur, poſt quem

vltima erat ea aula,quæ armatis erat conceſſa. Aderant in C medio acceſſu apud vtrunq; murum diætæ quatuor virorum thoros habentes numero triginta. At naucleorum diæta quindecim thoros habebat, tréſque thalamos triclinios,ex quibus is qui proræ erat propinquus,culina efficiebatur. Hæc omnia pauimentū habebant in abaculis ex variis lapillis compoſitū,in quibus facta erant miro quodam artificio omnia,quę in Iliade fabula cōtinentur,quæ omnia in apparatibus,laquearibus,& in foribus erant formata.In ſupremo ingreſſu erat exercitationis locus,deābulatoriáq; mediocrē pro nauis magnitudine habentia apparatum, in quibus multiplices erant horti mirum in modum plantationibus, fictilibus,& plumbeis vaſis,locum complectētes. Aderant & ſcenæ ex alba hedera & vineis, quarum radices in doliis terra repletis nutrimentum capiebant,eandémq; irrigationem,quam etiā horti conſequebantur, quæ ſcenæ deambulatoria adumbrabant.Poſt hęc triclinium Veneris erat paratum,quod pauimentū habebat ex lapidibus achatibus,aliiſq; pretioſis, qui in inſula reperiebantur.Parietes & lacunar erant ex cypariſſo, fores autē ex ebore & thyia, quæ picturis,imaginibus,ac poculorū magnificentia egregiè erant ornatæ. Sequebatur hoc quinqueclinium ſcholæ D dicatum,quod fores & muros habebat ex buxo, atq; intus bibliothecam: in laqueare verò polum ad ſimilitudinem illius heliotropij, quod eſt in Achradina formatum. Erat & balneum triclinium quod tria vaſa ærea igni apta habebat,peluimq; quinq; metretas capientem ex lapide Tauromenite variegatum. Aderant multi præterea thalami, & claſsiariis,& iis quibus curę eſt vt ſentina euacuetur,parati. His ita poſitis in vtraque parte parietum erant decem equorum ſtabula, in quibus equorum pabulum ponebatur, claſsiariorúmque ac puerorum vaſa collocabantur. Aderat in prora locus clauſus, vbi aqua reponebatur ex aſſeribus, pice, & lintheis factus, qui metretarum duo millia capiebat: apud quem ex plumbatura clauſiſq; aſſeribus piſcina facta erat plena aqua marina, vbi multi piſces lautè nutriebantur. erant ex vtraque murorum parte conuerſiones apertæ, ſpatium mediocre habentes, in quibus lignorum loca conſtituta erant, clibanique, & culinæ,& molæ, aliáque miniſteria complura. Atlantes ſex

cubita

A cubitales nauem ipſam exterius percurrebant, qui ſupremos terminos triglyphúmq; deprenderant, omnes in ſpatia diuiſi. At vniuerſa nauis aptis picturis erat laborata: turres octo habebat in ipſius nauis angulis, duæ erant in puppe, totidémq; in prora, aliæ in medio ipſius nauis, quarum ſingulis duæ antennæ alligabantur, ſuper quibus contignationes erant; per quas demittebantur lapides in adnauigantes hoſtes. Singulas turres quatuor iuuenes armati conſcenderant, duóque arciferi, totúſque locus interior turrium lapidibus, & ſagittis erat plenus. Murus autem foros propugnaculáque habens ſuper cillibantis in naui erat conditus, in quo lithobolus poſitus erat, ſaxa trium talentorum à ſe iaciens, ſagittámque duodecim cubitorum, quam machinam ædificauerat Archimedes. Sagittarũ autem vniuſcuiuſque iactus ad ſtadium vſque perueniebat. Poſt hæc foramina ex funibus craſsis compoſita, ferreiſq; vinculis ſuſpenſa. Cum tres eſſent mali ab vnoquoque duæ antennæ, quæ ſaxa gerebant, continebantur, vnde harpagones lateréſque plumbei in aggrediẽtes hoſtes demittebantur. Erat & vallum ex ferro in circulo ipſius nauis in eos paratum,
B qui nauim conarentur aſcendere. Atque circum ipſam nauim coruuli ferrei, qui per inſtrumenta quædam demiſsi hoſtium naues detinebant, ac in vulnera conuertebant. In vtroque murorum latere iuuenes ſexaginta toti armati conſtituebantur, atque par numerus circa malos ſaxiferáſque antennas. Inerant alij circa malos in æreis carcheſiis, atque in primo viri tres, ſic vno per ordinem ſemper deficiente. Ad hos in ſportulis compoſitis lapides ſagittæque à pueris per trocheas in propugnacula mittebantur. Aderant & quatuor anchoræ ligneæ, octóque ferreæ, ex malis autem ſecundus & tertius inuenti fuerunt, at primus difficulter in montibus Britanniæ à viro quodam ſubulco, quem Phileas Tauromenites mechanicus in mare deduxit. Sentina autem, quamuis eximiam haberet profunditatem, ab vno viro per cocleam exiccabatur, quia ſic Archimedes inuenerat. Nominabatur hæc nauis Syracuſia, quam cum Hieron emiſiſſet, Alexandriam poſtea vocauit. Subſequebantur nauiculæ ab ea tractæ, ac primus quidem lembus qui tria millia talentorũ capiebat, qui totus erat remigibus munitus. Poſt hũc ſcaphæ nauiculæque

piſcatoriæ mille & quingenta vehentes complures erant C
coordinatæ. Aderat vltra prædictos homines turba non inferior, alij enim ſexcenti apud proram, quæ nuntiabantur obſeruabant. Earum iniuriarum quę fierent in naui, nauclerus, nauis gubernator, & gubernator proræ iudices erant conſtituti, qui iuxta Syracuſiorum leges iudicabant. Frumenti ſexaginta millia in nauim congeſta fuerunt, decem millia fictilium plenorum ſalſamentis Siculis, carnium viginti millia talentorum, atque aliorum onerum viginti millia, præter id quod aderat etiam nauigantium commeatus. Hieron poſteaquam omnes portus cognouit, atque hos quidem poſſe nauem excipere, in illis autem ineſſe periculum, decreuit illam Ptolemæo in Alexandriam donum mittere, quandoquidem magna erat annonæ penuria in Aegypto: ſic igitur fecit, nauiſq; in Alexandriam tranſiuit atque illuc tracta eſt. Hieron præterea Archimelum epigrammatum poëtam, qui epigramma in nauim ſcripſit, centum frumenti medimnis decorauit, quod etiam ſuis ſumptibus miſit in Piræum. Eſt autem epigramma huiuſmodi:

*Quis ratis eximiæ inuentor mortalis? eam quis* D
*Infractis traxit funibus in pelagus?*
*Qua cunei cæſi dolabra fetere profundum*
*Hoc opus? aut tabulis iuncta carina fuit?*
*Aetnæ verticibus quæ æquatur, Cycladibus'ue,*
*Quas circum Aegæi perſonat vnda maris.*
*Muri vtrinque pari ſpatio lata. an'ne gigantes*
*Hoc opus in ſuperos expoſuere Deos?*
*Sydera contingunt carcheſia: nubila magna*
*Thoracas triplices protinus intus habent.*
*Anchora vincta pari fune eſt queis bina & Abydi,*
*Et Seſti à Xerxe iuncta fuere vada.*
*Inſculpta & lateri declarat littora forti,*
*Quis valuit terra prouoluiſſe ratem.*
*Dicitur hoc Hieron, quò pinguem Græcia fructum,*
*Inſula quò ponti munera quæque tulit,*
*Doricus, ac Siculus Rex. ô Neptune per vndas*
*Cæruleas dubiæ ſit tibi cura ratis.*

Præterij ego libenter ſacram Antigoni triremem, qua Ptolemæi duces circa Leucollam Coæ ſuperauit, quam
poſtea

A poſtea Apollini depoſuit, cum neque tertiam partem, ne dicam quartam fortaſſe haberet huius nauis Syracuſiæ vel Alexandrinæ. Hæc non à Bœoticis quidem catalogum nauium ſumentes recenſuimus, ſed à Panegyricis pompis incipientes.

## *De ſcrinio vaſorum.*

## CAP. VIII.

SEd poſteaquam rurſus nobis Vlpianum obiectantem video quid ipſum ſit vaſorum ſcrinium apud Callixenum, dicimus illi quod oratio quædam de vaſorum ſcrinio inſcripta refertur in Lyſiam rhetorem, cuius principium eſt huiuſmodi: Siquidem iuſtum eſt viri iudices aut moderatum quod dixit Lyſimenes. In qua procedens ait, non enim de ipſo vaſorum ſcrinio diſceptare curaui, quod neq; ad triginta drachmarum pretium accedit. Quòd autem ærea eſſet arca declarat ita in ſequentibus, cum ipſum facere anno præterito voluerim, dedi ei in hoc vas quoddam aheneum: eſt enim compoſitum, ac Satyrorum Bucephalorúmque habet capita. Eſt & aliud eiuſdem magnitudi-
B nis, ſiquidem idem artifex multa huiuſmodi vaſa ſimilia inter ſe confecerat. In his quod vaſorum ſcrinium æreum eſſet, apertè Lyſias declarat, ſicut & Callixenus lebetibus ipſum ſupponi conſueuiſſe oſtendit. Sic etiam Polemon ſcriptor libro tertio earum rerum, quas ad Adæum & Antigonum ſcribit, vbi diſpoſitionem Philunte in porticu Polemarchio à Sillace Rhegino pictam percurrit, cuius Epicharmus meminit, ac Simonides ita ſcribens, Arca vaſorum, & in ipſa, poculum. Hegeſander Delphus in inſcripto ſtatuarum imaginúmque commentario Glauci Chij depoſitum, quod erat in Delphis veluti arcam vaſorum ferream fuiſſe ſcribit, Alyattíque depoſitum: cuius mentionem facit Herodotus craterulam ipſum appellans. Atque hæc etiam ab Hegeſandro hunc in modum ſcribuntur, Vidimus ipſum & ipſi in Delphis depoſitum conſideratione dignum vt ingenuè fatear, ob ea animalia quæ in illo erant inſculpta, tum etiam ob alia animalia exigua, & pulcherrimas plantas. Quæ ab Alexandrinis vaſorum arca nominatur triangularis eſt, & in medio concaua, ita vt impoſitum fictile continere valeat. Hanc pauperes ligneam habere

bere ſolent, diuites autem æream vel argenteam. ſed cum de arculis vaſorum locuti ſimus, de regibus cœnarum ſtudioſis tempus eſt ſane vt diſſeramus. C

## *Antiochorum conuiuia.*

### CAP. IX.

REx enim qui erat eodem nomine vocatus, quo & prædictus Antiochus, at Demetrij filius vt inquit Poſidonius, cum tumultuariò conuiuas interdiu excepiſſet, præter ea quæ erant abſumpta, ſingulis conuiuis conceſsit vt cumulatè terreſtrium, volatilium, aquaticorúmq; animalium integras carnium partes auferrent, eáſque non diuiſas paratas, ita vt plauſtrum poſſent implere: magnam præterea mellitarum placentarum copiam, & coronarum ex myrrha & thure, cum aureis pileis in corymbi morem ad menſuram hominis accedentibus. Alius item Rex Antiochus cum certamina in Daphnes honorẽ faceret, conuiuas ſplendidè accepit, velut ipſe atteſtatur Poſsidonius: prius enim integrarum epularum munus viritim diſtribuit, poſtea viuorum animalium, anſerum ſcilicet, leporũ, & dorcadum. Dabantur & aureæ coronæ cœnantibus, argenteorúmque vaſorum multitudo, ſeruorúmque, equorum, & camelorum. Atque eum oportebat qui camelum eſſet aſcenſurus primùm bibere, poſtea capere camelum, & aſtantem puerum. Hi nanque omnes qui Syriam incolunt ob vbertatem ipſius regionis, propter nullam rerum neceſſariarum inopiam, conuentus faciunt complures, ita vt ſemper potationibus indulgeant, gymnaſiis velut balneis vtentes: pretioſoque oleo perunĉti & vnguentis, in ludis literariis (ſic enim communium conuiuiorum loca nominant) quaſi in domibus verſantes, bonam diei partem abſumunt ventri inſeruientes viniſque & epulis dediti, ita vt ad garrulæ hirundinis ſtrepitũm multa canentes ſe comparent, ac ciuitates vniuerſæ reſonent huiuſmodi clamoribus. D

## *De Sympoſio Alexandri.*

### CAPVT X.

LAudo magnopere viri amici ſympoſium illud, quod ab Alexandro Syriæ Rege factum fuit, qui erat Antiochi illuſtris

A illuſtris filius ſuppoſititius, quamobrem omnes homines odio Demetrium proſequebantur, de quo Athenæus amicus noſter in commentariis earum rerum, quæ ad Reges Syriæ ſpectant ſcripſit, conuiuium parauit huiuſmodi: Diogenes Epicureus, qui ſatis idoneus erat iis ſermonibus quos aggrederetur, genúſque à Seleucia Babyloniæ ducebat, à Rege aliquando exceptus fuit, quamuis Stoicis delectaretur diſceptationibus. Amabat ipſum Alexāder, quamuis male viueret, eſſétque maledicus & inuidus, ob ridendi occaſionem, quum neque ab Regibus abſtineret. hic cum quidpiam à philoſophia longe alienum peteret, vt veſtem ſcilicet ferret purpuream, coronámque auream, quæ in medio Virtutis faciem præ ſe ferat, quàm ſic ſacerdos nominarit: conceſsit ei coronam Rex gratificatus, quam poſtea ille mulieri cuidam Bacchanalia canenti donauit, cum illam amaret. Hoc cum audiuiſſet Alexander philoſophorum virorum inſignium ſympoſium congregauit, inter quos conuocauit ipſum etiam Diogenem, qui cum acceſſiſſet, vt cum corona, veſtéque accumberet Rex expetiuit, atque cum hic prœter opportunitatem eſſe diceret, iuſsit in-
B nuens vt cantores introducerentur, inter quos etiam mulier illa Dionyſia canens corona virtutis coronata, veſtéque purpurea induta acceſsit, cum multus inde riſus eſſet exortus, conſtitit philoſophus, mulierémq; Dionyſiam canentem laudauit. Hunc Diogenem Antiochus ille qui poſtea in Regnum ſucceſsit, cum dicta illius moleſta ferre non poſſet interfici iuſsit. At Alexander erat facilis, & in conuentibus iucundus, nulláque in re ſimilis Athenioni philoſopho Peripatetico, qui præerat philoſophico cœtui Athenis, in Meſſena & in Lariſſa Theſſaliæ: ac tyrānidem poſtea in Athenienſium ciuitate exercuit, de quo ſingula particulatim ſcribuntur à Poſidonio Apameo. Quæ & ſi paulò fortaſſe ſunt longiora, tamē recenſere non erit moleſtum, vt omnes diligenter inquiramus qui ſe philoſophos eſſe profitentur, nec tantum fidei palliis & intonſis barbis præbeamus: nam ſecundum Agathonem:

*Si vera dicam, nil feram gratum tibi:*
*Quod ſi feram, non amplius verum loquar.*

Sed quando amica eſt, vt aiunt, veritas, omnia illius viri ſicuti acta ſunt, exponam.

De

*De Athenione tyranno.* C

## CAP. XI.

VErſabatur in Erymnei Peripatetici ſchola Athenion quidam, qui rationibus Peripateticis operam dabat, atque cum hic ſeruam Aegyptiam emiſſet illius amore detinebatur, quæ cum ſiue ex ipſo peperiſſet, poſtea, ſiue ex alio quodam eiuſdem nominis cum domino, filius apud ipſum Athenionem nutriebatur, tum literas diſcens dominum iam ſeniorem factum vnà cum matre manu ducebat, quo mortuo hæres relictus ciuis Athenienſis eſt aſcriptus, puellámque formoſam vxorem duxit. Poſt euentus huiuſmodi ad ſophiſticas diſceptationes ſe conuertit adoleſcentes ſcholaſticos obſeruans. Deinde cum ſophiſta fuiſſet in Meſſena Lariſſáque Theſſalica, multas accumulauit pecunias, atque Athenas contendit, vbi declaratus fuit legatus cum res vergerent ad Mitridatem, Regémque circumueniens factus eſt vnus ex iis àmicis, qui plurimùm cum Rege verſabantur, quare Athenienſium animos per epiſtolas extulit, quia plurimum apud Cappadocem poſſet, ita vt non debitis ſolùm impoſitis liberati viuerent, ſed democratiam poſsidentes magna dona publicè priuatéque conſequerentur. D Hæc Athenienſes extollebant, quòd Romanorum imperium ſublatum eſſe de medio arbitrabantur. Mox ex Aſia profectus Athenion Athenas contendit, atque tempeſtate turbatus delatus eſt in Caryſtiam: quod cum Athenienſes cognouiſſent, naues longas miſerunt quæ illum aſportarent, lecticámque habentem pedes argenteos. Tum cum ingrederetur plurima ferè ciuitatis pars ad illũ excipiendum fuſa eſt. Concurrebant & alij ſpectatores incredibilem fortunæ euentũ admirãtes, quandoquidẽ Athenion aſcriptitius ciuis apud Athenieſes in lectica argenteos pedes habẽte feratur in veſtibus purpureis, qui nunquã antea in purpureis veſtibus erat cõſpectus. Cũ nullus prius vel Romanorũ Imperator in tanto deliciarũ apparatu ab Athenienſibus fuerit exceptus. Concurrebant igitur ad hoc ſpectaculum viri, mulieres, & pueri, optima quæque de Mitridate expectantes, quando Athenion pauper qui conuiualia commentaria fecerat, cum voluptate per Regionem ac ciuitatem ob Regem pompam ducat. Iuerũt ei obuiam Dionyſij

A nyſij artifices, Dionyſij iuuenis nuncium vocantes, atque ad communem Veſtam ſupplicationéſque ac ſacrificia ad eam ſpectantia inuitantes. Hic ex domo mercenaria primum exiens in Dieuſi domum delatus eſt, viri eo tempore opulenti ob quæſtus ex Delo, quæ domus lectis, picturis, viris, argenteorúmque vaſorum apparatu erat ornata: ex qua ſplendidam veſtem trahens exire conſueuerat, annulúmque habebat aureum qui Mitridatis effigiem habebat inſculptam. Præcedebãt ipſum ſequebantúrque ſerui complures, atque in luco artificum ob Athenionem præſentem ſacrificia conficiebantur, fœderáque cum præconis declamatione. Poſtero autem die plurimi domum illius accedentes illius acceſſum expectant, erátque cum ciuium, tum etiam peregrinorum plenus Ceramicus: concurſúſq; fiebat multitudinis in concilium non aduocatæ. Hic vix tandem, iis qui populi gratiam inire ſtudebant circunſeptus acceſſit, omnibus vel veſtem ipſam tangere ſtudentibus. Cùm igitur pulpitum Romanorum ducibus paratum ante Attali porticum conſcendiſſet, conſiſtens ibi paululum, ac circum ſe multitudinem circunſpiciens, deinde

B ſuſpiciens, res ipſa inquit viri Athenienſes, patriæq; vtilitas me ea dicere cogunt quæ noui: at rerum futurarum ſtatus incredibilis mihi eſt impedimento quo minus ea dicam. Cum omnes circunſtantes vna voce eum confidere clamaſſent, ac dicere; Dico igitur ea inquit quæ neque ſperare quiſpiam, nec in ſomniis quidem imaginari poſſet Mitridates Rex Bithyniæ, ſuperioriſque Cappadociæ factus eſt dominus, totámque Aſiam ad Pamphyliam vſque ac Ciliciam poſsidet, Armeniorum Perſarúmque Regibus ſtipatus incedit, omnibúſque potentibus earum nationum, quæ circa Mæotidem, totúmque pontum intra triginta millia ſtadiorum incolunt. Quintus Hippius Dux Romanorũ proditione captus in Pamphylia vinctus hunc ſequitur. At Manlius Acyllius conſul, qui de Sicilia triumphauit ab equite pedes longa cathena trahitur, arculam habens quinque cubitorum alligatam. Ex aliis Romanis quidam ante Deorum imagines genibus aduoluuntur, illi reliqui veſtes quadratas induti patrias rurſus à principio nominant. Vniuerſæ ciuitates honoris gratia obuiantes Regem ipſum Deum appellant, atque oracula, totius ter-

rarum orbis vim, ad hunc confluere vaticinantur. Quo fit C
vt magni exercitus in Thraciam Macedoniámque mittantur, omnéſque ſimul Europæ partes ad ipſum conuertantur. Veniunt ad illum legationes non ex Italicis ſolùm nationibus, ſed à Carthaginenſibus etiam, qui ſe ſocios in populi Romani perniciem ei pollicentur. Cum his ita dictis quieuiſſet aliquantulum, populúmq; de iis, quæ incredibilia dicta erant, colloqui permiſiſſet, tum frontem ſcalpens, quid igitur conſulam inquit? an Anarchiam non perpeti quam Romanorum Senatus ſufferri fecit, donec ipſe exemplum præbeat, quo pacto oporteat gubernari? ſed nec ſacra Deorum templa clauſa contemnamus, nec gymnaſia ſqualere ſinamus, nec feramus theatrum eſſe ſine congreſſu, ne muta ſubſellia paruifaciamus. nec Pnycam Deorum reſpõſis conſecratam priuatam eſſe populo patiamur. Nec negligamus viri Athenienſes ſacram Iacchi vocem quæ conticuit, ſacrúmque Deorum adytum non feramus eſſe clauſum, nec patiamur philoſophorum cœtum obmutuiſſe. Cùm & alia complura ab eo qui ex parentibus ſeruis natus erat, dicta fuiſſent, colloquentes inter ſe multitudo, atque in theatrum concurrentes Athenionem ducem in armis exceperunt. Tum peripateticus non alio pacto atque D
Pythocles in Orcheſtram accedens gratias egit Athenienſibus, dixítque, quando vobis ipſis nunc duces eſtis, aſſurrexi ego dicturus, quòd ſi opem feratis tantum ego potero, quantum vos ſimul omnes. Quum hæc dixiſſet, ex aliis imperantibus quos voluit ſibi aſsidere fecit, eorum nomina declarans. Atque paucos poſt dies tyrannum ſe oſtentans, dogmatáque inſidiarum, & quid philoſophia illis acquireret quam bonus Pythagoras introduxit, demonſtrauit, veluti Theopompus libro octauo Rerum Philippicarum atteſtatur. Similiter autem & Hermippus Callimachius. hic enim ſtatim prudentes ciues contra Ariſtotelis Theophraſtique dogmata. Ita vt verum habendum ſit illud prouerbium, quod ita ſe habet; ne puero cultellum, de medio ſtatim tulit. Cuſtodes ad portas conſtituit ita vt multi Athenienſes quod futurum erant præuidentes, ſéque noctu per funes ex muris demittentes aufugerent. Tunc equites mittẽs Athenion alios interfici, alios vinctos ad ſe adduci iuſſit, multóſq; habebat ſatellites eorum; qui cataphracti dicuntur.

A cuntur. Sæpius etiam concilium conuocans ſe de rebus Romanorum conſulturum eſſe fingebat, multiſque accuſationes inferens quod ad fugitiuos acceſsiſſent, nouiſq; rebus ſtuderent, eos interficiebat. Ad ſingulas portas viros triginta cùm conſtituiſſet, neque exire quenquam volentem, neque ingredi quempiam ij patiebantur. Multorum prætera opes accepit, tantúmque congeſsit pecuniæ, vt multos etiam puteos adimpleuerit. Emiſit viarum obſeſſores in fugientes per ipſam regionem, qui illos ad ipſum adducerent, quos ſine iudicio explorans, & membra eorum torquens interimi iubebat. multis accuſationem proditionis obiiciebat, qui vt redirent fugitiui operam dediſſent, quorum alij ante iudicium fugiebant, alij in iudiciis ipſo quoque ſuffragium ferente condemnabantur. Effecerat vt annonæ inſuper penuria ciuitatem inuaderet, cum parum frumenti ac hordei vendi iuſsiſſet. Emiſit viros armatos per ipſam regionem, qui perſcrutarētur ſi quis fugitiuus intra agri Athenienſis terminos inueniretur, aut ſi quis Athenienſium in locum extra terminos peruagetur: atque captis omnibus caput amputari imperauit, quorum nonnul-

B los in tormentis abſumpſit. iuſsit præterea per præconem vt omnes occidente ſole domi ſe continerent, nullúſq; cum lucernis incederet. Sed nec Ciuium ſolùm res diſsipabat, verum in peregrinos etiam manus extendit, & in Dei pecuniam quæ erat in Delo, cum Apelliconem Teium miſiſſet in inſulam, qui ciuis erat Athenienſis, maximéque variam ac mutabilem vitam vixiſſet, cum operam nauaret philoſophiæ, & rebus peripateticis, & Ariſtotelis bibliothecam, & alias multas coemit, quia nummos complures poſsidebat, atque antiquorum manu ſcriptos libros ſuffragiorum ex deæ Phrygiæ ſacello ſurripuit, tum ſi quid in aliis ciuitatibus antiquum fuiſſet ac reconditū, quibus in furtis depræſus periclitatus eſſet Athenis, niſi aufugiſſet. Poſtea non longo interpoſito temporis interuallo multos demulcens iterum rediuit, atq; ad ſuffragia vnà cum Athenione quaſi eiuſdem eſſet electionis miſſus eſt. Athenion cum peripateticorum decreta percepiſſet hordei ſemodium ſtultis Athenienſibus in quartum quēque diem diuidebat, quibus non hominum, ſed gallinarum potius victum præbebat. Cùm verò Apellicon in Delum cum exercitu impetum feciſſet,

A nienſes eſſent interfecti, reliqui omnes aufugerent, quod nullus tamen literarum monumentis tradidit. Sed hæc omnia minus verè dicta ſunt, in Amphipolim enim exercitus Alcæo imperante contendit, Duce Cleone vno ex delectis viris, velut atteſtatur Thucydides. Ex his igitur delectis neceſſe fuit eſſe & Socratem, cui nihil aderat præter veſtem & baculum. Quis enim per Deos vel Hiſtoricum vel poetam hoc dicentem reperire poterit? aut vbi Thucydides Socratem Platonis militem finxit? quî enim ſcutum conuenit cum baculo? aut quando in Potidæam tranſijt cum exercitu, ſicut Plato ſcribit in Charmide? vbi ipſum inquit tunc Alcibiadi de victoriis conceſsiſſe, cum neque Thucydides, neque Iſocrates in ſermone de iugo hoc dixerit. Nam, vt ſummatim dicam, quibus certaminibus peractis, aut quibus rebus præclarè ac inſigniter geſtis Socrates honorem victoriæ conſecutus eſt? cum nec bellum quidem vllum per id tempus acciderit, vt ait Thucydides. Nec tamen vel monſtro ſimili hoc ſermone contentus Plato, inducit etiam bellum in Delio geſtum, vel fictam potius boni viri ſtrenuitatem. Nam ſi Delium dixit, Socrates im-

B pudenter vnà cum multis fugit, ſicut Herodius Cratertius in commentariis ad Philoſocratem narrat, cum duas equitum alas Pagondas ex inſidiis repente miſiſſet, tunc ex Athenienſibus alij in Delium, alij ad mare fugerunt; alij ad Oropum, alij ad Parnethem montem, quos Bœoti, & equites in primis inſectantes trucidabant, Locrorúmque ipſorum turmæ. Cum tumultus huiuſmodi ac terror Athenienſes inuaſiſſet, ſolus Socrates fremens, toruéque aſpiciens conſtiterat Bœotorum Locrorúmque equitatum reprimens, neque tamen vel Thucydides, vel alius quiſpiam poeta mentionem facit huiuſmodi ſtrenuitatis. Sed quomodo Alcibiadi de victoriarum honoribus conceſsit, qui nihil prorſus huius expeditionis attigerat? at in Critone memoriæ compos Plato Socratem nunquam præter quam in Iſthmum peragraſſe ſcribit, quibus verbis Socraticus etiam Antiſthenes in libro Victoriarũ aſſentitur. Eſt autem minus verus exiſtimandus hic ſermo, multa enim & hic Canis ad Socratis gratiam loquitur, quare neutri eorum fidem præſtare conuenit, cum exploratorem habeamus ac ſcopum Thucydidem. Nam Antiſthenes ita in fal-

ſa hiſtoria introducit, audiuimus nos & in pugna contra C
Bœotos geſta te victoriam eſſe conſecutum. Melius loque-
re ô hoſpes, Alcibiadis eſt honor, at non meus. Te conce-
dente vt nos quidem accepimus. At Socrates Platonis ſe
in Potidæam acceſsiſſe, de victoriarúmque honoribus, con-
ceſsiſſe inquit. Secundum autem omnes Hiſtoricos ea quæ
facta fuit in Delium expeditio, eam præcedit, quæ fuit in
Potidæam, cuius prioris dux erat Phormio. Omnibus igi-
tur in rebus mentiuntur philoſophi, nec ſentiunt multa ſe
extra ſuum tempus deſcribere: ſicut etiam elegans Xeno-
phon, qui Calliam Hipponici filium Autolycum filium
Lyconis amantem introducit, qui eum in Pancratio vice-
rat, conuiuiumq; parantem, ac cum aliis conuiuis præſen-
tem fingit, qui neque natus erat fortaſſe, vel certè puerilem
adhuc agebat ætatem. Eſt enim id tempus quo regnabat
Ariſtion, eo tẽpore Eupolis Autolycum fuiſſe demõſtrans
Autolyci victoriam ſubſannat per Demoſtratum. Xeno-
phon rurſus hęc Socratem in conuiuio dicentem introdu-
cit: nam Pauſanias Agathonis pœtæ amator, vbi eos de-
fendit qui in intemperantia conuoluuntur, potentiſsimus
fieret exercitus dicebat, ſi ex amatoribus atque amatis iu- D
uenibus componeretur: hos enim maximo affici pudore
inquit ſi ſe deſererent. Admirabilia profectò dicit, ſi qui ni-
hil dedecus curare, nec verecundia capi vicisſim conſueue-
rint, hos quidpiam turpe facere pudeat. Quòd autem nihil
eiuſmodi dixerit Pauſanias facile eſt ex Platonis conuiuio
cognoſcere. Pauſaniæ neq; ego vidi commentarium, neq;
apud alium de vſu amantium, puerorumq; amatorũ, quod
ita verba effutiat, eſſe ſcio velut reperitur apud Platonem.
Prętereà ſiue mentiatur hoc Xenophon, ſiue in inſcriptum
Platonis ſympoſium inciderit, omittatur: at amentia quæ
accidit circa tempora conſideranda eſt. Ariſtion ſub quo
ſympoſium inducitur, quatuor annis ante Euphemum im-
perauit, ſub quo Plato deſcribit Agathonis Niceteria, in
quibus Pauſanias ea percurrit quæ ſpectant ad amatores.
Admirabile profectò eſt ac portentò ſimile ſi quę nondum
dicta fuerunt, ac pòſt annos quatuor dicenda erant, diui-
nauit. Nugæ ſunt omnino Platonis ſympoſium, nam cum
victor fuit Agatho, Plato annum ætaris ſuæ quartum poſt
decimum agebat, hic verò Euphemo regnante in Bacchi
feſtis

A feſtis coronatur. Plato ſub Apollodoro, qui poſt Euthydemum imperauit, natus eſt, annóſq; octoginta & duos cum vixiſſet, ſub Theophilo qui Callimachum ſecutus eſt, deceſsit ex humanis, qui annus octogeſimus eſt & ſecundus. Ab Apollodoro Platoniſque natiuitate quartus decimus imperauit Euphenus, ſub quo ob Agathonis victorias in conuiuium excipiuntur, at ipſe etiam Plato hunc conuentum multò prius factum fuiſſe declarat, ita vt ego quoque acciderem, ego profectò inquit, vbi inquam ego eſt Glauco, an non noſti quòd iam multos annos Agatho huc non acceſsit? poſtea paulum progreſſus ait, ſed dic mihi quando conuentus ipſe factus fuit? dixi ego, pueris nobis adhuc exiſtentibus cum Agatho tragœdia vicit.

*Platonis multi errores circa tempora.*

## CAP. XIII.

QVòd Plato etiam ſæpe circa tempora errauerit patet multis ex locis. Nam ſecundum poëtam qui dixit, quòd in linguam minimè tempeſtiuum venit, nullo habito delectu ſcribit. Neque enim non ſcriptum quidpiam B dixit, ſed omnia conſideratè admodum, velut in Gorgia; infelix igitur ſecundum tuum ſermonem eſt hic Archelaus; ſiquidem iniuſtus ô amice. Poſtea apertè dicit, velut imperium Macedonum Archelao obtinente hęc ita ſe habentia, & Periclem nuper defunctum. nam ſi Pericles nuper obiit, Archelaus nondum imperium accepit, aut certè ſi hic accepit regnum, multò prius mortuus eſt Pericles. Perdiccas enim annos quadraginta & vnum ante Archelaum regnauit, vt Acanthius Nicomedius eſt autor. Theopõpus verò annos vnum & triginta eum regnaſſe aſſerit, Anaximenes quadraginta, Hieronymus viginti & octo, Marſyas & Philochorus viginti & tres; qui omnes cum tantopere inter ſe ſcribendo differant, minorem numerum ſumamus, viginti ſcilicet & tres annos. At Pericles regnante Epaminone anno tertio belli Beloponneſiaci diem ſuum obiit, quo tempore mortuus eſt etiam Perdiccas, atq; Archelaus in Regnum ſucceſsit. Quo pacto igitur fieri poteſt vt ſecundum Platonem Pericles nuper ex humanis deceſſerit? atq; in ipſo Gorgia Plato ita dicentem Socratem introducit, cùm nuper eſſem conſulturus,

poſteaquam tribus gubernauit, atque me ſuffragiis decernere oportuit, riſum commoui, neque calculum addere poteram. Atque hoc Socrates ex ſtrenuitate, neque enim democratię leges diſſoluere volebat. Id autem apertè Xenophon libro primo Rerum Græcarum ita patefecit, cum quidam ex Prytaneis ſe calculum contra leges non daturos eſſe aſſererent, aſcendens rurſus Callixenus eos increpauit, at hi non dicentes, vocari oportere clamarunt, quod cum perterrefacti Prytanei audiuiſſent, omnes ſimul aſſenſerunt ſe calculos eſſe daturos, præter Socratem Sophroniſci filium. Hic enim nequaquā dixit, ſed omnia ſecundum leges fieri oportere cōtendebat. Hæc eſt ſuffragiorum latio, quæ contra duces qui erant apud Fraſinidam, quoniam milites qui in bello nauali, quod fuit in Arginuſis mortui fuerant, nō exceperunt. Factum fuit hoc nauale prælium poſt mortem ipſius Periclis annis viginti & quatuor Callia imperante. Verum enimuero in Protagoræ dialogo, qui poſt Hipponici mortem factus fuit, cum Callias iam hæres eſſet relictus, ac Protagoras paucis ante diebus ſecundò acceſsiſſet. Hipponicus Euthydemo imperante vnà cum Nicia dux cōtra Tanagræos declaratus eſt, militéſque auxiliario Bœotorum bello ſuperauit: mortuus eſt ante quàm doctrina floreret Alcæi, nō multo tamen interuallo ante Eupolidis adulatores, vt par eſt: actus enim paulum ante Calliæ captas opes fuiſſe declarat, nam Eupolis velut peregrinantem Protagoram in hoc actu inducit. Amipſias autem duobus annis prius in communi edocto ipſum non connumerauit inter ſtudentium chorum. Quibus ex rebus manifeſtum eſſe arbitror quòd intra hęc tempora affuit. Plato tamen Hippiā Eleum in Protagora cum priuatis ciuibus quibuſdā adeſſe facit, quos non tutò Athenis poſſe verſari rationi conſentaneum eſt, prius quàm annua fœdera menſe Februario ſub Iſarcho perficerentur, hic tamen dialogum factū eſſe ſupponit circa ea tempora quibus nuper facta fuerunt: dicit igitur, ſi homines eſſent agreſtes quales antea, Pherecrates poëta Epilenæa docuiſſet. Docti autem fuerunt agreſtes imperante Ariſtione, poſt quem regnauit Aſtyphilus qui fuit quintus poſt Iſarchum, cuius temporibus fœdera ſunt peracta. Regnauit enim Iſarchus, mox Aminias,

A nias, poſt hunc Alcæus, quem ſecutus eſt Ariſtio, deinde Aſtyphilus. Contra Hiſtoriam igitur inducit Plato in dialogo hoſtes in Athenas qui erant cum Hippia non exiſtentibus ipſis induciis. At alibi ſcribit Plato Chærophontem Apollinem percunctatum eſſe nunquid alius Socrate eſſet ſapientior, cui nullum reſpondit, atque in his minimè cum Xenophonte conueniens inquit, cum Chærophon oraculum in Delphis de me aliquando ſciſcitaretur, reſpondit Apollo nullum ex viris præſentibus vel iuſtiorem me vel magis eſſe temperantem. Quo enim pacto conuenire poteſt, vel quomodo credendum vt Socrates qui ſe nihil ſcire confitebatur ſapientiſsimus omnium à Deo, qui omnia norat, appellatus ſit? nam ſi ſapientia ſit hæc, nihil ſcire, omnia noſſe eſſet malum. At quid opus erat Chęrophonti vt dum de Socrate Deum interrogabat eſſet illi moleſtus? ipſe enim de ſe ipſo fide dignus eſt autor quòd non eſt ſapiens. Stultus enim quiſpiam erat qui hæc à Deo perquireret, quaſi verò ſi quæ eſſent ſimiles Atticis lanis, ſed ſunt molliores. Vel ſi quàm ij qui ſunt in Bactris quidam ex Medis ſint fortiores, vel ſi quis Socrate eſt ma-
B gis ſimus. Eos enim qui talia à Deo expetunt, par eſſet vt Deus alapis percuteret, ſicut eum qui ſi Aeſopus fabuloſus eſt percunctatur, vel alius quiſpiam. Quo pacto diteſcere poſſem ô Latonæ ac Iouis fili? ſubſannas reſpondit, ſi quæ ſunt inter Sicyonem & Corinthũ poſsideas. Neque ea quę de Socrate Plato dixit quiſpiam comicorum ſcripſit, neque quòd Maiæ rigidæ eſſet filius, neque quòd Xantippe mala eſſet vxor, quæ pelues in caput illi prouolueret, ac neque quòd Alcibiades ſub eadem veſte dormiuiſſet: opus erat ſiquidem vt hoc ab Ariſtophane patefactum eſſet, qui etiam in conuiuio aderat ſecundum Platonem. Non enim tacuiſſet hoc Ariſtophanes quia iuuenes corrumperet. Sapiens Aſpaſia quę Socratem Rhetoricas rationes docuit in carminibus, quæ veluti illius circunferuntur, quæ Herodicus Cratettius appoſuit, ita loquitur:

*Socrates agnoui quòd captus amore puellæ es*
*Dinomaches, Cliniaq; ſed audi, ſi bene habere*
*Delicias optas, quæras parere monenti.*
*Parenti multò melius tibi res erit inde.*
*Me quoque vt audiuit fecerunt gaudia pinguem.*

*Excidit ex ciliis mox cum ſudore querela.* C
*Ite nunc animos afflatus numine Muſæ*
*Qua capies illum, & cantu. nam dulcis amoru*
*Hoc eſt principium ambobus. ratione tenebis*
*Hac ipſum cantu ſi iungas munera mentis.*

Venatur igitur bonus Socrates magiſtram amoris habens Mileſiam, ſed non ipſe quæritur, vt Plato ſcripſit, ab Alcibiade fune ſuſpenſus, neque lachrymari ceſſat vt arbitrór infeliciter agens, nam cũ vidiſſet eum Aſpaſia cuiuſmodi in calamitate verſaretur ita loquitur.

*Cur lachrymaris amice Socrates? nunquid te mouet*
*Pectoribus inhabitans violẽtum deſideriũ in oculis fractum*
*Pueri immobilis? quem ego manſuetum tibi promiſi*
*Facere?*

Quod autem verè Alcibiadem amauit, patefecit apertè Plato in Protagora, quamuis paulò minor natu eſſet triginta annis: ſcribit is hunc in modum, vnde venis ô Socrates? ex venatu videlicet iuxta Alcibiadis horam, nam & antea vir pulcher mihi intuenti viſus eſt adhuc. Vir quidem ô Socrates vt à nobis dictum eſt, & barba repletus. At poſtea quid hoc? tu enim laudator es Homeri, qui ſuauiſsimam pubem eſſe dixit pubeſcẽtis, quam nunc habet Alcibiades. D

## *Quòd philoſophi ſunt maledici.* CAP. XIIII.

PLuribus philoſophis hoc innatum eſt vitium, vt magis etiam quàm comici ſint maledici, Socraticus ſiquidem Aeſchines in Telauge Critobulum Critonis filium ob ruditatem, vitæq; ſqualorem mordet, Telaugémque ipſum ſemiobolum fulloni diurno tempore perſoluẽtem ob veſtem geſtam, codiá cinctum, calceos funiculis putribus conſutos habentem, rhetorémque agentem non mediocri ſubſannatione proſequitur. Atq; in Aſpaſia Hipponicum Calliæ filium fatuum appellat, fœminas verò Ionias omnes vno nomine adulteras vocat & fraudulentas. Callias autem ſui ipſius Calliæ differentiã cum patre continet, atq; Prodici & Anaxagoræ ſophiſtarum deriſionem. Dicit enim quòd Prodicus captatam diſcipulam perfecit. Alter declarare conatur Philoxenum Eryxidis filium, Ariphra

A phradémque fratrem Arignoti citharœdi, vt ex manifeſtorum improbitate, maláque gula docentiũ diſciplinam patefaciat. Ac in Axiocho acerbè de Alcibiade veluti vinoſo narrat, alienarúmque mulierum maximè ſtudioſo. Antiſthenes in altero Cyrorum Alcibiadem inſectatur, & quod ad reliquam vitæ rationem ſpectat & ad mulieres: exlegem eum eſſe inquiens, ac cum matre, filia, & ſorore rem habere dicit: ſicut Perſæ ſolent. Nam vrbanius ipſius dialogus omnium qui ſunt Athenis multitudinis gratiam venantes comprendit. Archelaus Gorgiæ rhetoris, Aſpaſia Xanthippi, & Parali filiorum Periclis contumelias: hunc enim cum Archeſtrato vixiſſe aſſerit, cum eo inquam qui ſimillima iis faciebat, quæ fiunt in paruis domibus, aſt hũc Euphemi familiarem atque ſocium qui in obuios grauiter frigidéque admodum dicteria faciebat, Platonem Sathonem vocans. Impropriè omnino grauitérque hanc inſcriptionem habentem Dialogum, contra ipſum edidit. His profectò viris huiuſmodi nullus conſultor bonus apparet adeſſe, non dux, non mimus, nõ memoria dignus ſophiſta, non vtilis poëta, vel prudentiſsimus populus. At Socrates cum Aſpaſiæ tibicinis in officinis verſatus eſt, atque cum

B Piſtone thoracum magiſtro diſſerens, Theodoténque amicam docuit quo pacto amãtes frui oporteat, velut libro ſecundo Memorabilium teſtatur Xenophon. Hic enim præcepta huiuſmodi illum Theodotæ dicẽtem facit, quæ neq; Nico Samia neque Lesbia Calliſtrate, vel Philænis Leucadia, ſed nec Athenæus quidem Pythonicus voluptatũ irritamenta viderunt, cum magnopere tamen eorũ eſſent ſtudioſi. Sed totum mihi potius deficeret tempus, quàm graues philoſophorum accuſationes patefacere poſsim: occurrit enim mihi vt ait Plato Gorgonum, Pegaſorum, aliorúmque inopinabiliũ magna turba magnitudine abſurditatéque portentuoſorum ex natura, quare conticebo. Cùm tot à Maſurio dicta eſſent, eúmque omnes ob ſapientiam admirarentur, ſilentiúmque eſſet factum, videmini mihi viri conuiuæ ait Vlpianus vehemẽtibus ſermonibus hauſti eſſe, atque mero præter expectationem perfuſi.

*Vinum bibens homo velut lymphias equus*
*ſtatim Scytharum more nouit is loqui,*
*Ignarus & cappa, taciturnus mox iacet*

Is

*In vaſe fluctuans papauer pharmaci*
*Tanquam bibiſſet: Byzantius ait Parmeno.* C

## *De Gorgonibus.* CAP. XV.

AVt certè lapis factus eſt à prædictis Gorgonibus, de quibus tanquam verè animalia fuerint, cauſas, quibus homines in lapides conuerterentur, ita narrat Alexander Myndius libro ſecundo Hiſtoriæ de iumentis. Nomades, qui ſunt in Libya animal Gorgonem appellant, vbi gignitur etiam catoblepa: eſt autem, vt plurimi aſſerunt, qui ex pelle ſignificant, agreſtibus ouibus perſimile, ac vt nonnulli volunt, vitulo, quod talem habere reſpirationem dicunt, vt omnia quæ ei animali obuia fuerint, interimat. Dicunt præterea comam id habere quæ ad oculos ex fronte demittatur: quam vbi cõcutiens ob grauitatem vix tandem aſpexerit, eum perimit, qui ab illo viſus fuerit. Non ex ſpiritu quidem, ſed ab ea latione, quæ fit oculorum naturali, citóque mortuum facit. Res autem ita percepta eſt: Quidam ex iis qui militarunt cum Mario contra Iugurtam Gorgonem videntes, putantéſq; eſſe ouẽ ſylueſtrem quia infra annuebat, tardéque mouebatur, in ipſam irruebant tanquam enſibus quos habebant, interfecturi. At hæc perterrita, comam concutiens quæ ante oculos iacebat, eos confeſtim mortuos relinquebat, qui illam inſecuti fuerant. Hoc cùm ſæpius feciſſent alij moreretúrque, & omnes qui appropinquaſſent, explicarunt quidam animalis naturam, quam ab incolis didicerant. Poſtea equites quidam Nomades Mario iubente huic eminus inſidias tetenderunt, iaculiſque percuſſerunt, ac feram ad ducem accedentes attulerunt. Quam fuiſſe huiuſmodi & pellis eſt indicium, & vniuerſus Marij exercitus teſtatur. Id verò quod ab Hiſtoriographo ſcribitur minus fide dignum eſt habendum, quòd quidam boues ſunt in Libya qui dicuntur Opiſthonomi, quia non ante procedentes, ſed retro ſecedentes paſcuntur. Eſſe enim illis aiunt impedimento cornua quo minus ſecundum naturam paſcantur, quæ non ſurſum ſicut aliorum animalium, ſed deorſum ſpectent, oculóſque operiãt. Hoc enim abſurdum videtur, cùm nullum præſertim alium habeat hiſtoricum qui hoc idem teſtetur. Quum tot à Vlpiano D

A no dicta eſſent, teſtatus eſt Larenſius, ſermoniique addidit Marium horum animalium pelles Romam miſiſſe, quas nullus ob miram coloris varietatem cuius eſſent, cõiectura conſequi poterat. Has in templo Herculis poſitas fuiſſe, in quo triumphantes duces conuiuia ciuibus exhibebant, multi poëtæ noſtrates atque hiſtorici teſtantur. At vos ô Grammatici, iuxta Herodicum Babylonium, nihil huiuſmodi literis committentes:

*Cedite Ariſtarchi per tergora vaſta profundi,*
*Ex Graecis fulua dama velut timidi.*
*Bombyces veluti latitantes, cura quibus ſit*
*Syllaba, par ipſi dicere, ſiue ſibi.*
*Aut ipſum, vel ſe. ſit vobis ſemper id vnum.*
*Herodico Babylon Graecia ſacráque ſtet.*

Habet enim voluptatem ſecundum Alexandridem comicum:

*Quando quis inuenit nouum enthymema, quod*
*Mox omnibus dicat. ſapientes hi ſibi,*
*Primum haud habent artem virum qui iudicet,*
*Poſt inuidiam ferunt. oportet vt palàm*
B *In vulgus is ferat nouum quicquid putat*
*Habere quiſpiam.*

Inter hos ſermones nonnulli clàm ſecedentes cœtum diſſoluerunt.

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM

## LIBER SEXTVS,

### *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

*De tragœdia.* CAP. I.

QVANDO ſemper occurrens ea expetis à nobis amice Timocrates, quæ dicta fuerunt à C Dipnoſophiſtis, exiſtimáſque nos noua quædam eſſe inuenturos, ea tibi commemorabo quæ ab Antiphane in poemate hoc pacto ferè declarantur: D

*Poema diuinum putes tragœdiam.*
*Nam protinus ſpectator agnouit, prius*
*Quàm verba proferant: recenſere eſt opus*
*Solùm poëtas, Oedipodem dico: ſtatim*
*Norunt pater quòd Laius, Iocaſtáque*
*Mater, ſorores ſunt puellæ quæpiam.*
*Quid hic feret: quid fecit. at ſi proferat*
*Alcmæonem quis & pueros, is omnia*
*Dixit ſimul, matrem cecidit quòd furens.*
*Accedet hinc Adraſtus vt grauiter ferens*
*Cum plura perferet. nihil cum dicere*
*Superſit, ac defeſsi in ipſis actibus*
*Iam ſunt, velut digitum extulere machinam.*
*Spectantibus quod ſufficit, nobis noua*
*Opus ſit inuenire ſemper nomina.*
*Priúſque diſpoſuiſſe nunc præſentia,*
*Mox exitum, ingreſſúmque. ſi defecerit*
*Chremes quis, aut Phidon quis, inde exſibilant,*
*Teucro licet fecisse quod, vel Peleo.*

A Diphilus in fruticem geſtantibus:

*O poſſidens ſacrúmque ſeruans hunc locum*
*Brauronis huius conſecrati cum Ioue*
*Latonæ amicum, virgo quæ iaculis domas,*
*Velut ferunt omnis quibus licentia*
*Data eſt tragœdi dicere, ac quicquid libet*
*Feciſſe ſolis.*

Timocles comicus multis de cauſis vitæ humanæ vtilem eſſe tragœdiam affirmans, ita de ea ſcriptum reliquit in ſacra Dionyſij celebrantibus:

*Amice, quæ dicturus ipſe ſim, cape.*
*Natura homo laborioſus eſt vbi,*
*Viuénſque multa fert profectò triſtia,*
*Solamen inuenit mali tragœdiam.*
*Obliuione mens ſuarum percita,*
*Correpta aliorúmque inde paſſionibus,*
*Cum gaudio ac inſtructa diſcedit ſimul.*
*Quantum iuuent hi protinus conſidera*
*Omnes tragœdi. pauper eſt hic, Telephum*
*Mendiciorem nouit, vt factum, tulit*
B *Sortem ſuam melius. at ægritudine*
*Furoris actus, nouit hic Alcmæonem.*
*Oculus dolet, cæcos videt Siphinidas.*
*Defunctus eſt cui filius, Niobe ſtatim*
*Solatur hunc. ſi claudus es, Philoctetem*
*Vides. ſenex miſer videbis Oeneum.*
*Maiora demum quam quis eſt paſſus mala*
*Cum cæteris iniuncta ſpectet, ipſe fert*
*Quæcunque ſors huic attulit non dulcia.*

Et nos igitur ô Timocrates, Dipnoſophiſtarum reliquias reddimus, nõ autem damus, ſicut Cothocides Rhetor Demoſthenem ſubſannans, inquit, qui Athenienſibus conſulebat vt acciperent Halonneſum non quidem ſi daret Philippus, at ſi redderet. Quod Antiphanes illudens ita dedit vitio in Neottide:

*Herus recepit à patre vt cepit ſimul*
*Cuncta.*

Delectatus eſt Demoſthenes hoc verbo excipere. Alexis in milite:

*Recepiſti, hoc quid eſt quod à vobis ego*

*Puerum*

*Puerum accepi redditurus venio rurſus.* C
*Cur non placet nutrire tibi,non eſt enim*
*Noſter,neque veſter. ſed dediſtis*
*Vos mihi hunc,non dedimus,quid autem*
*Reddidiſtis,quod non conuenit mihi capere?*

Et in fratribus:

*Ego quid his dedi mihi refer, nihil,*
*Sed reddidiſti arrabonem quem ceperas.*

Anaxilas in Euandria:

*Et tu Palæſtras oro per Terram ſibi*
*Ne des,at inde reddito,ſed iam ferens*
*Egredior.*

Timocles in Heroibus:

*Iubeto res omnes magis me dicere,*
*Quàm dicere hæc,multò libentius id agam.*
*Tacebit iratus prius Demoſthenes,*
*Quales Briarei qui catapultas,lanceas*
*Simul vorat,vir proſecutus odio*
*Sermonem.at vnquam non refert contrarium,*
*Sed aſpicit torue.*

Et nos igitur prædictos poëtas imitati,quæ iſta ſequuntur D
non dantes, ac reddentes potius,ſicut coniuncta ſunt,dicamus.

## *De piſcium venditoribus.* CAP. II.

INgreſsi ſunt pueri poſtea marinorum lacuſtriúmque piſcium copiam in lancibus argenteis ferentes,ita vt præter diuitias,admiratione digna videretur ipſa etiã rei magnificentia, ac ſi Nereides ipſas ferè in obſonium coemerit. Tunc paraſitorũ adulatorúmque quidam Neptunio noſtro Neptunum piſces miſiſſe dixit: nõ per eos,qui piſcem pro eodem pecuniæ põdere,Romæ vendere ſolent, ſed per hos quidem ex Antio, illos ex Taracinis,atque ex inſulis marinis oppoſitis relatos eſſe:alióſque ex Pyrgis,quæ ciuitas eſt Tyrrhena:Romani ſiquidẽ piſciũ vẽditores nõ paulò deteriores iis ſunt, qui in Attica regione obiurgantur, de quibus ita ſcribit Antiphanes in Adoleſcentulis:

*Ego haſtenus certè putaram Gorgones*
*Quòd fictio forent,ſtatim ſed credidi*
*Forum petens,cum ſpecto qui piſces ibi*

Vend

A *Vendunt, lapis ſio profectò protinus.*
*Quare ſit auerſo neceſſe tum mihi*
*Hos alloqui, cum cerno quanti fecerint,*
*Quantumq; piſcem, congelaſco tum palàm.*

Amphis in Impoſtore:

*Exercitus quòd ſi duces acceſſeris*
*Sermone dignus mille per cædes magis*
*Putaberis, priusq; reſponſum feres*
*Si quid roges. valde execrandos piſcium*
*Quam venditores ſi roges quid in foro.*
*Quos ſi roget quis, ſumat aut iacentium*
*Quid, ſtat ſilens rectus velut ſit Telephus.*
*Rectè profectò ſic fit, vno nomine*
*Nam ſunt homicidæ. ſicut hic intelligat*
*Nihil vel audiat, quatit mox polypum*
*Quendam, atque demum haud verba ſumens integra*
*Reſpondet, eximens priorem ſyllabam.*
*Obolis tuor. mugil hic? obolis octo. virum*
*Oportet hæc audire ementem obſonia.*

exis in Ceglauceſcente:

B *Feciſſe nil graue arbitror duces, vbi*
*Hos ſpecto toruè contrahentes cilia.*
*Admiror inde ciuitas quòd hos colit*
*Prudentiores cæteris ſint hi velut.*
*At venditores piſcium male perditos*
*Cum cerno ſpectantes deorſum, verticem*
*Ciliumq; ſupra habere toruum. ſuffocor.*
*Quòd ſi roges quanti mugiles? cum ſint duo*
*Obolis decem refert. graue eſt octo caperes?*
*At alterum ſi emas, amice tranſeas,*
*Nec rideas quos non oportet, aufuge.*
*Amariora bile ſunt hæc vt puto.*

Diphilus in Curioſo:

*Ego putarem venditores piſcium*
*Athenienſes eſſe ſolos peſſimos.*
*At viperinum ſicut hoc totum genus*
*Naturæ adeſſe noui vbique perfidum.*
*Excedit hic quidam proterui terminum,*
*Qui nutrit, vt refert, ſacram comam Deo.*
*Haud propter hoc tamen, quòd ipſam ſtigmate*

*Signatus eſt frontem educat velamen id.* G
*Hunc ſi roges quanti lupus? obolis decem.*
*Non addit is cuiatibus: pecuniam*
*Si ieceris, mercatus Aeginæ refert*
*Sum more. & inde ſi petas pecuniam*
*Vt reddat, Atticas reddit: omni modo*
*Mutationis ille cepit præmium.*

Xenarchus in Purpura:

*Nugæ poëtæ ſunt, nihil quando nouum*
*Ferunt, ſed hæc ſurſum, deorſum transferunt*
*Hæc. cautius nam venditorum piſcium*
*Multò genus quàm cæteri, ac magis impium.*
*Cum non licet rigare piſces, legibus*
*Vetantur hoc egiſſe, ſi quis viderit*
*Parum Deis amicus exiccatus vt*
*Sit piſcis, illi protinus neceſsitas*
*Pugnare ſit. percuſſus apparens loco*
*Idoneo mox mortuus velut cadit*
*Cum piſcibus. clamauit hic aquam ſtatim*
*Præſentium x quis, afferens gutturnium*
*Tunc artis eiuſdem quis hunc parcè rigat,*
*Semelq́; piſces deſuper: ferres eos* D
*Captos fuiſſe nuper.*

Quòd mortuos etiam putrefactóſque piſces vendunt, declaratur his verbis ab Antiphane in Mœchis:

*Non eſt fera vlla piſcibus quæ triſtior.*
*Illis nec eſt captis ſatis mori, ſtatim*
*Eſis ſepeliri, traditi ſed hi miſeri*
*Mox venditori piſcium duos dies*
*Simul iacentes marcidi fiunt. virum*
*Si conſequantur vſque priuum lumine*
*Qui illos emat. cadaueris huic ablatio*
*Datur. ferens domumq́; olentem peſſimè*
*Peram, illico proiecit hic vt naribus*
*Cepit odorem.*

At in Philothebano hæc inquit:

*An non graue eſt ſi quem recentes vendere*
*Piſces videbis contrahat quòd hic cilium?*
*Ac triſtis ad nos alloquatur? marcidos*
*Vendens iocatur, aſt oportuit facere*

Contra

A *Contrarium, hunc ridere, & illum coqueri.*

Quòd autem multo pretio vendant, teſtatur Alexis in Pyleis:

*Per Palladem, ſed ipſe miror plurimùm*
*Cur venditores piſcium non diuites*
*Sint vniuerſi cum tributa regia*
*Ferant, opum diebus illis ſingulis*
*Nam pene partem in ciuitatibus decimam*
*Cepere.*

Idem poëta ita ſcripſit poſtea in Lebete:

*Ariſtonico nullus fuit prudentior*
*Latore legum, ponit hic legem quoque*
*Nunc, venditor ſi piſcium quis vendidit*
*Pretio minore quàm petiuit, illico*
*In carcerem vt ducatur, æquo ſint vti*
*Pretioq; contenti, domum vel putridos*
*Piſces ferant hi veſperi. mittas anum,*
*Mittatur aut puer, ſenex've, protinus*
*Omnes ement ex lege.*

Tum paulum progreſſus hæc inquit:

B *Ariſtonico nullus fuit prudentior*
*Latore legum poſt Solonem. nunc quoque*
*Poſt ordinata legibus quàm plurima*
*Rectiſſimè legem nouam tulit auream,*
*In poſterum ne venditores piſcium*
*Vendant ſedentes, vſque ſtent ad vltimum.*
*Atque inde ſuſpenſos ait ſe ſcribere.*
*Ex machina vendunt velut Dei, magis*
*Mittunt ementes ſic citò.*

Demonſtrauit autem improbitatem eorum atque immanitatem Antiphanes in Odio proſequente, vbi cum iis qui peſsimè viuunt eos comparat, hunc in modum:

*Profectò prudentes ſatis non ſunt Scythæ,*
*Qui lac equinum, vel bouinum infantibus*
*Dant illico natis, nec admittunt malas*
*Hi ſiue nutrices Iouis per numina,*
*Seu pædagogos. exuperant hæ, per Iouem,*
*Qui metra fallit, circulationibus*
*Quæ decipit ſceleſtiſſimum per Iouem*
*Hoc eſt genus, ni venditores piſcium*

*Dixiſſe quis velit, poſt nummularios.* C
*Quo non genus videbis vllum triſtius.*

Non inſulſè Diphilus etiam in emporio teſtatur his verbis, quòd piſces plurimo pretio vendantur:

*Nunquam videns Neptune piſces ipſe ego*
*Vidi pretij maioris, ipſe es ditior*
*Cunctis Deis multò, diebus ſingulis*
*Partem decimam noſtræ ferens pecuniæ.*
*Horum quis arridet, niſi tantum dedi*
*Quantum petit mæſtus. Priamus vt Hectorem*
*Emi ipſe congrum. depoſui pro pondere*
*Tantundem emens.*

Alexis in Græca:

*Semper feræ ſunt in mari quæ mortuæ,*
*Viuæq; nobis bella ſæua concitent.*
*Nam ſi ratis vertatur, vt fit ſæpius,*
*Lapſusq; ſit quis, hunc ſtatim captum vorant.*
*Iidemq; capti mox viris piſcantibus*
*Vt mortui, terunt ementes, nam bona*
*Sunt parte venales viris pecuniæ.*
*Mendicus inde qui capit ſtatim aufugit.* D

Ex ipſo piſcium venditoris nomine meminit de Hermæo Aegyptio in equitibus Archippus:

*Aegyptius ſcelestior nam piſcibus*
*Hermæus eſt caupo, ſquatinas, galeos, lupos*
*Vendit, velut vulgo ferunt, pro viſcere.*

Alexis in Hæreditario de piſcatore quodam Micione nomine meminit: Aptè piſcatores etiam in arte ſua ſe iactant, ac magis fortaſſe quàm optimi duces. Quare Anaxandrides ita dicentem horum quendam in Vlyſſe introducit de arte piſcandi:

*Mirabilis pictoris ars cunctis ferè*
*Videtur eſſe, quæ in tabellis cernitur,*
*Depromit ex olla hæc ſimul facillimè,*
*Euanuitq; mox volans ſartagine.*
*Eſt digitorum talium, conſuetudo*
*Vel ſuffocatio niſi poſſit hinc bibere.*
*Obſonij diues forum cœtum facit.*
*Vel coruulos, phryctos edit quis vir ſimul,*
*Nihil'ue adoleſcentulus formoſus*

Serm

A *Sermonibus quibus, vel arte ducitur*
*Piſcator artem ſi ſuam reliquerit?*
*Hæc piſcibus coctis domatq́;, & allicit,*
*Ducens ad ipſam mox Ariſti ianuam.*
*Cogitq́; naturam carentem ſymbolo*
*Se flectere.*

In eos verò qui ſupra ſuas vires obſoniis vtuntur, hæc ita ſcribit Alexis in Hæreditario:

*Quicunque emit mendicus obſoni nimis*
*Abundat illo, cæteris rebus carens.*
*Hic nocte nudos obuios omnes facit.*
*Nudatus eſt vbi quis, ire conuenit*
*Mox mane ſummo piſcium per forum*
*Quem viderit piſces ementem pauperem*
*Iuuenemq́; primùm machina ex Miciouis,*
*In carcerem tum conuenit dèducere.*

Legem quandam etiam eſſe apud Corinthios ſcribit hoc pacto Diphilus in Mercatore:

*Eſt optimè hic ſtatutum apud Corinthios*
*Obſoniis ſi quem videmus ſplendidè*
B *Semper frui, rogare victus ſuppetit*
*Huic vnde, ſiue quid facit. ſi ſufficit*
*Huic victui reditus, frui relinquimus.*
*Si contigit ſuprà hunc opes impendere,*
*Iubetur id non amplius feciſſe. qui*
*Ni pareat pœnam ſolent imponere.*
*Si nil habens prorſus videtur ſplendidè*
*Vixiſſe, carnifici datur, per Herculem*
*Nulli licet vixiſſe ſic furtis ſine*
*Intelligit. ſed eſt neceſſe noctibus*
*Spoliare furariue: vel cum quopiam*
*Habere partem, falſa teſtari, in foro*
*Falsò vel accuſare. peſſimum genus*
*Purgamus hoc, & per Iouem rectiſſimè.*
*Sed hoc, mihi quid? ſi videmus optime*
*Obſoniis frui diebus ſingulis*
*Te non modeſtè ſed ſuperbè. nec licet*
*Te propter vnum optantibus piſces capi.*
*Iam compuliſti ciuitatem ad olera.*
*Certamus ob apium velut fit in Iſthmiis.*

*Lepus quin eſt ingreſſus, hunc capis ſtatim.*
*Perdixue, turdus, nec licet iam per Iouem*
*Nobis autem amplius volantem cernere.*
*Externa per te vina magni ſunt pretij.*

C

Digna res eſſet profectò, maximéq; conueniens, velut arbitratus eſt Sophilus in Androcle, vt Athenis etiam hæc conſuetudo obſeruetur, qui duos aut tres obſonomos eligendos eſſe à Senatu putauit. Lynceus autem Samius ad Dyſonem quendam obſoniorum parandorum rationem ſcripſit: vbi illum docet quæ homicidis piſcatoribus vtiliter dicere conueniat, ac ea emere facile quæ cupiat. Poſt dicta huiuſmodi ſpinas colligens Vlpianus habemúſne inquit, vnde demonſtrare poſsimus antiquos in cœnis aureis vaſis vſos fuiſſe? an nomen Græcum eſt lanx, cum Homerus in Odyſſea dixerit:

*Carnibus hinc plenos lances tulit ipſe ſubulcus.*

Ariſtophanes Byzantius nuper inuentum eſſe exiſtimauit vt obſonia in lancibus apponerentur: illius interim immemor, quod alibi dixit poëta:

*Diuiſor lances oneratos carnibus ipſe*
*Attulit.*

D

πινάκων Illum autem in primis quæro num ſeruorū multitudinem, βαβάκων. ſicut aſſolent noſtris temporibus, poſsiderent. Ac ſi ſartago dicta ſit, non autem ſartago ſolùm. Nunquid prætereа omnia & bibimus & edimus velut ij qui ob gulam paraſiti adulatoréſq; nominantur? Ad hunc conuerſus Aemilianus lancem vas & apud Metagenem comicum nominatum habes in Thurioperſis, & Pherecrates ita ſartaginem ô optime in Menderis recenſuit.

*Ediſſe dixit apuas ex ſartagine.*

Idem in Perſis,

*Sub ſartaginibus ſedentem accendere phleum.*

Philonides in Cothurnis; Excipere piſciculis & ſartaginibus. Rurſus: Sartagines olfaciens. Eubulus in Orthane;

*Follis canes Vulcani cuſtodes excitat.*
*Calidus ſolicitat ſartaginem ſpiritus.*

Et rurſus;

*Omnis formoſa mulier*
*Amans incedit, ſartaginiq; cognata.*

In Titanibus:

Arrid-

A *Arridensq́;*
*Ebullit olla barbaro cum murmure,*
*Saltantq́; piſces in media ſartagine.*

De verbo autem meminit Phrynicus in Tragicis, ſuauiter in ſartagine coquere ſine ſymbolis: Pherecrates in Myrmecanthropis; tu verò in ſartagine coquis. Hegeſander autem Delphus Syracuſios aſſerit ſartaginem ollam vocare ſolitos, at ſartaginem ſiccoſartaginem nuncupare, ex quo Theodorides ait in quodam poëmate, in qua ſartagine bene coxit, in vaſe obſoniorum, ollam ſartaginem appellans. At ſine litera.t. Iones ſolent pronuntiare, manúmque in ſartaginem iniicere. ἤγανον.

## *De aureis & argenteis vaſis.*

## CAP. III.

MAgnam verò in dubitationem me coniecit ô bone Vlpiane, dictum illud Alexidis in Transfuga de vſu argenteorum vaſorum:

*Vbi locandum vas coquis eſt fictile.*

Nam ad Macedonum vſque tempora vaſis fictilibus in cœnis vtebantur, ſicut atteſtatur meus Iubas. At cum Romani B in magis delicioſum luxum diætam priorem cõuertiſſent, Cleopatráq; ad illorum imitationem viueret, quæ Aegyptiorum Regnum poſtea diſſoluit, cum nomen immutare non poſſet, fictile ipſum aureum vas & argenteum nominabat, fictiliáq; cœnantibus apophoreta largiebatur, hoc erat magnificentiſsimum, in florentiſsimum Rhoſicum fictile quinque minas Cleopatra ſingulis diebus abſumebat. Ptolemæus Rex libro octauo ſuorum commentariorum, vbi de Maſiniſſa Rege Lybiæ loquitur, hæc ſcripſit hunc in modum; erant cœnæ Romanorum more in fictilibus paratæ, argentóque omnes diſpoſitæ. Secundorum verò menſas ornauerat ex Italorum conſuetudine. Ac caniſtri omnes erant ex auro facti, aureiſque iuncis compoſiti, muſicíſque Græcis vtebatur Ariſtophanes comicus, quem genere Naucratetem eſſe ſcribit Heliodorus Athenienſis, in iis quæ de Acropoli conſcripſit, ſunt autem libri quindecim, in actu Pluto inſcripto ex Dei ipſius nomine lances inquit piſcibus aptos argenteos, ſicut etiam alia omnia apparuiſſe, ita loquens:

*Vas omne aceti, doliumq;, & ollula,*
*Ex ære nunc ſunt facta, lances piſcibus*
*Aptos licet videre nunc argenteos,*
*Laterna facta nunc repente eburnea.* C

Plato in Legatis, Epicrates & Phormeſius munera complura à Rege exceperunt, vaſa aceti aurea, lancéſq; argenteos. Sophron in Muliebribus minis, aſpectus aureórum argenteorúmq; vaſorum enitebat. Philippides in argēteis vaſis iactura, velut de re graui admodum & rara mentionem facit, quam tamen nonnulli nuper diuites facti inquilini imitati ſint.

*Sed me capit rerum dolor tunc omnium*
*Cum pauperes cerno viros ac liberos.*
*Maſtigias argenteis in lancibus*
*Poſcentibus minam duobus vel obolis,*
*Cœnare ſæpe, vel tribus. tum capparim*
*Tribus vel æreis, catino argenteo*
*Poſcente quinquaginta drachmas, ac prius*
*Phialam iacentem, quam moleſtum cernere*
*Quoque eſt profectò nunc, rapuit alter ſtatim*
*Deponat hanc ſi quis.* D

Alexis adoleſcentem amantem inducens, diuitiáſq; amicæ oſtentantem, ita dicentem facit in ornatu muliebri;

*Dixi omnibus domo tuli quod pocula*
*Duo elaborata hæc vitro, quæ publicè*
*Ponam: cyathus ſimulq; adeſt argenteus.*
*Poſcunt duas drachmas at ipſa pocula.*
*Tum cymbium fortaſſe poſcit quatuor.*
*Refrigerando vas idoneum petit*
*Obolos decem: Philippides quàm ſubtile eſt*
*Magis. ſed hæc omnino ſunt ſuperbia*
*Excogitata haud peßimè. cognoui ego*
*Ciuem ſuperbum diuitias qui plurimas*
*Præ ſe ferens vt pauper eſſet, omnia*
*Quum drachmæ haberet vaſa facta argentea,*
*Clamabat, vnum vocibus compluribus*
*Seruum vocans, ac nominibus, iubens ei,*
*Nobis puer ne vaſa pone argentea*
*Brumæ, ſed ipſa æſtiua pone.*

Huiuſmodi eſt is etiam, qui eſt apud Nicoſtratum in actu

RAges

A Reges inſcripto, eſt enim miles iactabundus, de quo ita ſcribit:

*Reliquum vas aceti eſt,& refrigerando aptum*
*Prætexta veſte ſubtilius.*

Produxerant enim argentum eo tempore nonnulli in Cartilaginis formam. Antiphanes in Lemnis:

*Appoſitus eſt tripos*
*O Dij boni bonam placentam quam gerens.*
*Habens ſimul mel in Catino argenteo.*

Sopater parodus in Oreſte:

*Putrem ſilurum vas habens argenteum.*

In acta etiam Lentes inſcripto:

*Aceti habens in cœna vas argenteum,*
*Toreumata habens draconibus ſimillima.*
*Habebat olim quale Thibron Tantali*
*Molle ac talentis elatus inde vir.*

Theopompus autem Chius in conſultationibus, quas ad Alexandrum ſcripſit, vbi de Theocrito ciue mentionem facit, ita de eo inquit, ex aureis argenteiſque poculis bibit, aliiſque vaſis ſimilibus vtitur in menſa, qui non ex argenteis modò bibere prius non poterat, ſed nec ex æreis quidem, at ex fictilibus iiſque mutilatis aliquando bibebat. Diphilus in Pictore:

B

*Acceſſit inde prandium lectum, nouum*
*Si quid ſit, optandum'ue, multiplex genus*
*Conchyliorum, tum phalanx extenditur*
*Longa ollularum. dux erat in ſartagine*
*Illis cumulus coctorum, & in mortarijs*
*Argenteis trimmatia.*

Philemon in medico, & peram quandam argenteorum vaſorum. Menander in ſe ipſum caſtigante:

*Seruæ lauacrum vaſa ſunt argentea.*

In Hymnide:

*Capturus huc accedo vaſa argentea.*

Lyſias de aureo tripode, ſi modo legitimus eſt eius autoris liber, vaſa inquit argentea & aurea dare etiam poterat. At ij qui magis peritè Græcè loquuntur argenteum ornatum, aureúmque ornatum, dici oportuiſſe aſſerunt. Hæc cum Aemilianus locutus eſſet, ſermonem excepit Pontianus.

*Quòd rarum eſſet apud antiquos aurum & argentum.* CAP. IIII. C

RArum admodum antiquitus aurum argentúmque apud Græcos reperiebatur, atque parum erat argenti inter metalla, quamobrem Philippum magni Regis Alexandri patrem auream phialam, quam habebat exiguam, ſemper ſub puluino tenere ſolitum Duris teſtatur Samius. Atrei præterea auream agnam, ob quam ſolis defectus, Regúmq; mutationes factæ ſunt, multæ'que tragœdiæ. Herodotus Heracleotes argenteam phialam fuiſſe aſſerit, quæ in medio auream agnam haberet. Anaximenes Lampſacenus in primis inſcriptis hiſtoriis celeberrimum idcirco Eriphyles monile fuiſſe ſcribit, quia rarum admodum eo tempore aurum apud Græcos reperiebatur: erat enim res tunc maximè admiranda ſi quis poculum argenteum conſpexiſſet. Sed poſtea quàm Delphi à Phocenſibus capti fuerunt, omnia huiuſmodi abundantiam quandam ſunt aſſecuta, ex æreis enim poculis ij bibebant eo tempore, qui ditiſsimi eſſe videbantur, ex quo poculorum loculos ærithecas appellarunt. Aegyptiorum etiam ſacerdotes ex æreis poculis bibere ſolitos ſcribit Herodotus, atque ſacrificantibus eorum Regibus palàm aliquando non inuentas fuiſſe aureas phialas ait, quæ iis traderentur: quo effectum eſt, vt Pſammaticus poſtea qui iunior fuit aliis Regibus, in ærea phiala libauerit, cum reliqui Reges argēteis vſi fuiſſent. Cum Pythium deinde phanum à phocenſibus tyrannis ſpoliatum fuit, enituit auri argentiq; copia apud Græcos. At cum Alexander poſtea maximus theſauros ex Aſia tuliſſet, verè latè potens Plutus, vt ait Pindarus, pullulauit, primúſque Gygas Rex Lydorum aurea munera & argentea in Delphis depoſuit: ante cuius imperium Pythius ſine auro vel argento viſebatur, vt Phanias inquit Ereſius, ac Theopompus libro quadrageſimo Rerum Philippicarum. Narrant enim hi, Pythij Apollinis templum à Gyga primùm, poſt hunc à Crœſo ornatum fuiſſe; poſt quos à Gelone, & ab Hierone Siculis, hoc tripodem quidem victoriámque ex auro deponente, quibus temporibus Xerxes in Græciam militauit, ipſo autem Hierone his valde ſimilia largiente. Sic autem ſcribit D

Theop

A Theopompus, templum antiquitus æreis depoſitis, non virorum quidem imaginibus, ſed lebetibus tripodibúſque ex auro factis erat ornatum. Cum vellent Lacedæmonij faciem Apollinis eius, qui erat Amyclis, inaurare, nec aurum reperirent in Græcia, miſerunt ad interrogandum Deum vnde nam aurum coëmere poſſent, qui apud Crœſum Lydum id eſſe reſpondit, ad quem accedentes illud emerunt. Hieron Syracuſius cum tripodem, victoriámq; ex illaborato auró Deo eſſet depoſiturus, multúmque per temporis ſpatium auro indiguiſſet, viros poſtea miſit in Græciam qui id perquirerent, qui vix tandem Corinthum accedentes, diúque inueſtigantes, apud Architelem Corinthium inuenerunt, qui longe tempore paulatim emens, theſauros non exiguos comparauerat. Dedit is igitur Hieronis procuratoribus quantum voluerunt, ac ſui ipſius poſtea manum implens illis inſuper tribuit, qua de cauſa nauigium frumento onuſtum, aliáq; dona complura miſit ei Hieron ex Sicilia. Quæ eadem ſcribit etiam Phanias in libro de Tyrannis Siculis, atque de æreis depoſitis antiquis, tripodibus, lebetibus, & gladiis mentionem facit,
B quorum in vno ita inſcriptum eſſe dicit:

*Aſpice me verè Troiana qui fui in arce*
*Quum pugnabamus pulchricomam ob Helenam.*
*Rex Antenorides Helicarum quem tulit, Ipſi*
*Latonæ genito terra ſacrata tenet.*

At in tripode, qui vnus erat ex iis præmiis, quæ in Patrocli certaminibus ponebantur, ſcriptum erat:

*Aereus ipſe tripes poſitus ſum Pythia imago,*
*Propoſuit cauſa Patrocli magnus Achilles,*
*Depoſuit me Tydides clarus Diomedes:*
*Victor equis Helleſponti per littora lata.*

De templo autem quod erat in Delphis, ſcribit Ephorus, & illius filius Demophilus libro Hiſtoriarum trigenteſimo, Onomarthus, Phaullus, ac Phalæcus non ſolùm omnia quæ Dei erant, abſtulerunt, verum etiam eorum mulieres poſtremò & Eriphylæ omnem ornatum ſuſtulere, quem Alcmæon in Delphis Deo iubente depoſuerat, & Helenæ monile, quod depoſuerat Menelaus. Vtriq; enim Deus imperauerat, Alcmæoni quidem quo pacto poſſet ab inſania liberari percunctanti:

*Grandia dona petis, ceſſet furor iſte: ſed & tu* C
*Grandia dona feras pariter. mater quibus olim*
*Sub terras immerſit equos ſimul Amphiarao.*

Ac Menelao quomodo puniret Alexandrum interroganti, reſpondit:

*Coniugis eripiens de collo da muliebrem*
*Ornatum ex auro mihi, quem Venus aureà quondam*
*Gaudia magna Helenæ dederat geſtare, valebis*
*Inuiſum Paridem vlciſci ſic.*

Incidit autem ob ornatum huiuſmodi contentio inter mulieres, quodnam præmium quæque ſortiretur, quæ cum ex ſorte poſtea eſſent diſtributa, quæ mœſta foret grauitatiſque plena per totam vitam Eriphylæ monile obtinuit; at quæ ætate formoſa & intemperans, Helenæ; quæ etiam cum iuuenem poſtea Epiroticũ quendam amaſſet vnà cum illo aufugit, hæc autem viro mortem machinata eſt. At diuinus Plato, Lycurgúſque Lacedæmonius neq; vagari per ſuas reſpublicas ſumptuoſum aliud patiebantur quidpiam, neque aurum vel argentum; quoniam ex omnibus metallis ſolùm æs & ferrum ſufficere exiſtimabant, hæc autem quaſi ſanam ciuitatem corrumpentia eiecerunt. At Zeno D ſtoicus cum cætera omnia media eſſe exiſtimaſſet, præter quàm his bene legitiméque vti, eorum quidem principatum ac fugam interdixit, at rerum tenuium & ſuperuacanearum vſum ex edicto fieri ſtatuit, vt intrepidè ac ſine admiratione homines erga reliqua animi diſpoſitionem habentes, quæ neque bona ſunt neque mala, his quàm maximè fieri poſſet ſecundum naturam vterentur: contrariáque paruifacientes ratione omnino ab his abſtinerent, non autem timore perterriti. nihil enim prædictorum natura extra mundum eiecit, ſed ſubterraneas eorũ venas fecit, quæ laborioſam difficilémq; valde operam conſequerentur, ita vt hi qui horum ſunt ſtudioſi cum labore poſsideant, ac neque metalla fodientes ſolùm, ſed ij etiam qui metalla ipſa congregant, per infinitos propè labores illuſtrem hanc opulentiam inueſtigarent. Optimum autem eſt rei huiuſmodi argumẽtum, genus illud quod eſt in ſuperficie, ſi quidem in extremis mundi partibus flumina quædam perexigua auream ſcobem detrahunt, quam mulieres viriq; corporibus debilibus ventum facientes à ſabulone ſecernunt,

lauant

A lauantéſque in infundibulum ducunt, veluti apud litorales meus inquit Poſidonius. Apud alios item Celtas, móntéſq; qui Riphæi olim dicebantur, poſtea Obij, nunc verò Alpes: ſunt autem Galliæ, cum ſylua ſua ſponte aliquando incenſa eſſet, argenti riui per terram defluxerunt, plurima tamen huius pars in profundis, difficilibúſque foſſinis reperitur, ſicut atteſtatur Demetrius Phalereus, cum auaritia vel Plutonem ipſum ex intimis terræ penetralibus ſe tracturam ſperauerit. Inquit igitur is ita per iocum, quòd manifeſta ac certa obſcurorum incertorúmque gratia profundentes, quæ capere debebant non ceperunt, quæ autem habebant proiecerunt, quaſi ad ænigmatis ſimilitudinem repulſam perpeſſi. Lacedæmonij cum ab ipſa conſuetudine prohiberentur in Spartam inferre, velut idem narrat Poſidonius, ac neque aurum vel argentum poſsidere liceret, nihilominus poſsidebant, quãdoquidem apud Arcades finitimos id fuerat depoſitum; ex quo accidit poſtea, vt illos hoſtes pro amicis habuerint, vt propter inimicitiam immunis eſſet eorum auaritia ab infamia. Primum aurum & argentum quod illatum fuit in Lacedæmona depoſitum fuiſſe narrãt

B Apollini in Delphis, atque Lyſandrum multorum malorum authorem extitiſſe, qui id primus in ciuitatem publicè introduxerit. Increbuit enim fama quòd Gylippus, qui Syracuſios in libertatem vendicârat mortem ſibi inedia conſciuerit, cum ex occaſione pecuniæ Lyſandri ab Ephoris condemnatus eſſet, & in aliam patriam receſsiſſet. Id tamen quod Deo depoſitum fuerat, publicéque tanquam ornamentum poſsidendum conceſſum non facile erat mortali cuipiam paruifacere. Ex Galatis illi, qui nominãtur Cordiſtæ aurum quidem in ſuam regionem non introducunt, alienam tamen regionem deprædãtes ac deuaſtantes neq; id relinquunt, quorum genus eorum Galatorum reliquiæ ſunt, qui cum Brenno in Delphicum oraculum militarunt. Hos Bathanatius dux quidam in ea loca, quæ ſunt circa Danubium tranſmigrare fecit, ex quo via illa per quam redierunt Bathanatij nomen ad hæc vſque tempora ſeruauit. abhominantur iſti aurum quod in ſuas patrias inferri nolunt, quippe quòd multa eáque valde grauia ob ipſum ſint perpeſsi. Argento autem vtuntur, cuius gratia multa grauiáque perpetrant. At oportebat profectò non rei ipſius

direptæ

direptæ genus, ſed ipſam ſacrilegij impietatem procul expellere: nam ſi argentum etiam in eorum regionem non intuliſſent, æris ipſius nihilominus ferríque ſtudio detinerentur: quòd neque hæc etiam inuenirentur apud illos, eduliorum, potuum, aliorúmque victui neceſſariorum auiditate inter ſe decertaſſent. Cum tot dicta eſſent à Pontiano, cupiebant complures vt Vlpiani propoſitiones ſoluerentur, ex quibus cum reliquas diſtribuiſſent, ita incepit Plutarchus: C

*De Paraſitis.* CAP. V.

GRaue venerandúmque fuit paraſiti nomen apud antiquos. Sic igitur ſcripſit de ipſis paraſitis Polemon ſiue Samius, ſiue Sicyonius, ſiue Athenienſis dici velit, vt ait Heraclides Mopſeates, qui ex aliis etiã ciuitatibus eum commemorat; cognominabatur autem Stelocopas vt ait Herodicus Cratetius. Paraſiti nomen noſtris quidem temporibus habetur infame, at inuenimus tamen ſacrum quoddam fuiſſe paraſiti vſum apud antiquos conuiuio non diſſimilem. Nam in Cynoſarge columna quædam in templo Herculis conſpicitur, in qua ſuffragium eſt ſententiáque Alcibiadis, ſcriba verò Stephanus Thucydidis filius, vbi de appellatione ita narratur, ſacra menſtrua ſacerdos vnà cum paraſitis abſoluat, paraſitique vnum ex externis, atque horum pueris in iudicium. In tabulis præterea legum ita ſcribitur de Deliaſtis, duo præcones ex genere præconum Myſteriotidis, quos annum in Delio paraſitos agere oportet. In Pallenide hæc in depoſitis inſcripta ſunt, principes & ij paraſiti depoſuerunt, qui coronati fuerunt aureis coronis regnante Pythodoro. Ex tribu ſacra paraſiti Pericles Gargettius Lycoſtrati, Patheus Pericliti, Charinus Democharis, Gargettius. In legibus etiã Regis ſcriptum eſt, Acharnenſium paraſiti Apollini ſacrificent. Clearchus Solenſis, qui vnus eſt ex diſcipulis Ariſtotelis, ita ſcribit in libro primo Vitarum, Paraſitum nunc quidem propenſum, at cum tunc qui vt ſimul viueret erat electus. In antiquis igitur legibus, ac noſtris etiam temporibus intueri licet quòd plurimæ ciuitates in magiſtratus honorificentiſsimos paraſitos eligunt. Clidemus in Atthide, Et paraſiti Herculi lecti fuerunt. Themiſon in Pallenide, Curare Regem ſem- D

per

A per regnantem, ac paraſitos quos ex populo eligunt, & ſenes, & mulieres primùm nuptas. Potes ex his etiam bone Vlpiane, quænam ſint mulieres primùm nuptæ percunctari. Sed & paraſitorum ratio in columna quadam in templo Caſtoris & Pollucis ſcribitur: Ex bobus ducibus electis tertia pars eſto certamini dicata, reliquarum duarum altera ſacerdoti, altera paraſitis. Crates libro ſecundo Linguæ Atticæ, Paraſitus nunc quidem in rem infamem, at prius paraſiti appellabantur ij, qui ad ſacros cibos eligebantur, & magiſtratus erat quidam paraſitorum. Vnde in legibus Regis hæc ſcripta reperiuntur, Curam habere regnantem gubernantium, vt conſtituantur, & quo pacto eligantur paraſiti ex populo iuxta ea quæ ſcripta ſunt, Paraſitique eligantur ex bubulcis, qui ſinguli ex ſua parte ſingulos ſextarios medimni hordei præbentes iis, qui ſunt Athenienſes conuiuium in ſacello de more patrio exhibeant, atque ex electo hordeo paraſiti Acharnenſium in Apollinis primitias medimni ſextarium præbeāt. Quòd autem magiſtratus eſſet eorum etiam, hęc in ipſa lege ſcripta ſunt, in noui magiſtratus inſtaurationem, in paraſitium, & ſacram domum tantum argenti præbere, quan-
B tum ſacerdotum miniſtri inſtauratores locauerint. Ex quibus verbis manifeſtum eſſe arbitror quòd locum in quo paraſiti primitias ſacri frumenti deponebant, paraſitium appellabant, quæ eadem narrat & Philochorus in inſcripta Tetrapoli, vbi eorum paraſitorum mentionem facit, qui in templo Herculis connumerantur: Diodorus præterea Sinopeus Comicus in Hærede, cuius teſtimonium paulò poſt apponemus. Ariſtoteles in Methonæorum Republica, duo inquit paraſiti ſingulis aſsiſtunt regnantibus, at vnus tantum ſummis ducibus belli. Ordine verò ſtato cum ab aliis quibuſdam, tum à piſcatoribus obſonium capiebant. Caryſtius Pergamenus eum, qui nunc paraſitus dicitur ab Alexide primùm repertum eſſe dicit in libro de Doctrinis: Illud interim præmittens quòd Epicharmus in ſpe ſiue Pluto inter potandum ipſum ita introducit:

*Cœnare me volentibus ſimul eſt opus*
*Vocare ſolùm, ac nuptias facientibus.*
*Iocoſus hic ſum plurimum riſum mouens.*

Con-

*Conuiuióque laudo qui nos excipit,* C
*Inceſſor vt conuicijs, hæc concidunt.*
*Nam multum edens, bibénſque multum protinus*
*Diſcedo.lucernam puer nec fert mihi.*
*Serpo cadens perſæpe per nigras tenebras.*
*Cuſtodijs quòd ſi incido,dico bonas*
*Facti rationes hiſce ſpectatoribus.*
*Sed verberant me, poſtea latus domum*
*Non vulneratus dormio:nec ſentio*
*Priora, menti nam medulam dat merum.*

Atque alia complura huiuſmodi dicit Epicharmi paraſitus. is verò qui eſt apud Diphilum,ita loquitur:

*Ad cœnam vbi me diues aduocat,nihil*
*Triglypha ſpecto, tecta, vel Corinthios*
*Cados,at obſeruo coqui fumum:ruat*
*Si latus in rectum, frequénſque, gaudeo,*
*Exulto, & alas concutio.ſi debilis*
*Feratur, obliquúſue,cognoui ſtatim*
*Quòd hæc mihi cœna haud habebit ſanguinem.*

Primus Homerus,vt nonnulli arbitrati ſunt,paraſitum introduxit,Podam inquiens amicum cõuiuam eſſe Hectoris: D

*Forte Podas quidam Idæus ſatus Heetione*
*Diues erat,fortiſque: bonus ſuper omnibus Hector*
*Quem venerabatur,primo dignatus honore.*
*Namque erat & ſocius,& conuiualis amicus.*
*Hunc epulas inter,& pocula dixit amicum.*

Quare ipſum inducit percuſſum in ventre à Menelao , ſcribit Demetrius Scepſius quòd Spartanus quidam vir Pandarum ipſum ferit, quia lingua peierarat, cum illius æmularetur opulentiæ. Antiqui autem poëtæ paraſitos adulatores vocarunt , ex quibus etiam Eupolis actus cuiuſdam inſcriptionem ſumpſit,in quo adulatorum chorum ita dicentem inducit ; quam viuendi rationem ſeruent adulatores vobis explanabimus , ſed vos animaduertite quæſo quàm verſuti viri nos ſimus. Hos primum puer alienus perſæpe ſequitur , duo mihi adſunt veſtiméta elegantia admodum, quorum alterum ſemper aſſumens in forum exeo , ibíque cum virum aliquem fatuum ac opulentum obſeruo , plurimùm circa hunc verſor,ſi quid dixerit hic diues,hoc laudo, admirórq; , ac eius verbis gaudere videor, poſtea aliò alius

A noſtrum ad cœnam proficiſcimur. Non eſt autem opus vt ſuauia multa in alienam placentam dicat adulator, vel extra fores continuò exportatur. Noui ipſum etiam medicum maſtigiam fuiſſe perpeſſum. Scomma dixiſti profectò. Puer poſtea ipſum extra ianuam ducens eculeum habentem Aeneo tradidit. Meminit huius nominis paraſiti Ararus in Menæo his verbis:

*Non eſt amice quin paraſitus ipſe ſis,*
*Te non alit Iſchomachus.*

Plurimum eſt nomen hoc paraſiti apud iuniores, at verbum apud Platonem Philoſophum reperitur in Lachete, inquit enim adoleſcentes paraſitos apud nos agunt. Duo eſſe paraſitorum genera ita ſignificauit Alexis in nauis gubernatore:

*Duo ſunt Nauſinice paraſitorum genera.*
*Vnum commune, & obiurgatum*
*Obſcuri nos. alterum quæro genus*
*Satrapas paraſitos, ac duces militum claros.*
*Graue paraſitum publicè dictum,*
*Dijudicatum bene vitis, cilia habens,*
B *Mille talentorum, ſubuertentes opes.*
*Noſti genus & rem valde.*
*Huius vtriuſque generis vnus typus*
*Operis eſt, adulationis certamen.*
*Fortuna ſicut vexit hos ad ardua*
*Dum viuimus noſtrum, hos ad ima deprimit,*
*Huic res abundat, alteri non ſufficit.*
*Non inſcitè te Nauſinice moneo,*
*Laudauero, magis ſcio quòd me petes.*

Non inconcinnè autem qualis ſit paraſitus, formauit Timocles ita in Dracontio:

*An ipſe permittam paraſite vt quis male*
*Dicat? ſecus res ſit. genus nullum magis*
*Mortalibus contingit eſſe hoc vtile.*
*Si quid bonum gratum ſit, illud perficit*
*Paraſitus ipſe, diligis quid ille amat*
*Simul, minúſque diſſimulanter hoc agit.*
*Agis quid, is præſens aget ſi oporteat,*
*Hæc iuſta ſoluens nutrienti munera.*
*Mirum in modum laudes amici prædicat,*

*Sine ſymbolo cœnæ voluptates viri* C
*Hi quæritant, mortalium quis, aut Deûm,*
*Tales ſocios contemnit? Heros reijcit?*
*Ne plura dicendo diem nunc conteram,*
*Me magna ſigna traditurum cenſeo*
*Quàm ſit paraſiti vita digna honoribus,*
*Vincentibus donantur iſta præmia in*
*Olympicis, quæ ſigna valde ſtrenui,*
*Immanis vſque victus, hæc cuncta aſſolent*
*Prytania dixiſſe.*

Antiphanes in Gemellis:
*Vide paraſitus vt ſit & cuſtos bonus*
*Communicator ſortis ac vitæ ſimul.*
*Nullus paraſitus optat infeliciter*
*Egiſſe amicos, at precatur omnibus*
*Feliciter res accidiſſe. hic eſt bonus*
*Non inuidens vitæ. ſed eſſe particeps*
*Optans eorum, amicus hic ſecurus eſt,*
*Hic verus, hic generoſus, hic eſt optimus.*
*Non hoſtis, irritator eſt, aut inuidus.*
*Iram bonúſque perpeti. quòd ſi accidat* D
*Vt hunc cauilleris cachinnatur ſimul.*
*Amator eſt, & ridiculus, & moribus*
*Iucundus, & miles bonúſque, & ſtrenuus,*
*Illi parata cœna ſi ſit ſplendidè.*

Ariſtophon in Medico:
*Sim moribus quibus prius fari volo,*
*Conuiuio ſi quis vocet, dudum vt ſciat:*
*Zomus vocor. ſi ſit neceſſe quempiam*
*Cepiſſe forte ſtrenuum bacchantium,*
*Qui ſit medius, pugnator ipſe ſtrenuus.*
*Tuiſſe oportet vt domum ſum certè aries.*
*Aſcendere vt ſcalas oportet, Capaneus.*
*Sufferre plagas incus ac pugnos ego.*
*Finxiſſe Telamon, fumus vt bonos probo.*

Atque in Pythagoriſta:
*Nullum magis putato quàm Philippidem*
*Idoneum fami Tithymallon aſſore.*
*Aquis bibendis rana, veſcier thymis,*
*Oleréque campe eſt, non lauando, ſquallidus.*

*Dor*

A *Dormire ſub dio vt merula per frigora,*
*Aeſtus pati, meridie multum loqui*
*Cicada, oliuum nec videre, nec lini,*
*Puluis videtur, ambulare grus pede*
*Nudo crepuſculum per ipſum, noctua*
*Dormire nil.*

Antiphanes in Progenitoribus:

*Morem meum noſti ſuperbum non fore.*
*Amicus aſt huiuſmodi ſum, ad verbera*
*Sum maſſa ferri, quæ poteſt pati nihil.*
*Ad verberandum fulmen, ac ad quempiam*
*Cæcum faciendum fulgur, auferendóque*
*Procella, ſuffocando quemlibet, laqueus.*
*Frangendo vectes ianuæ, quaſſatio*
*Telluris, inſiliendo, ſum locuſta ego.*
*Caníſque non vocatus vt muſca aduolo.*
*Non exeundo ſum puteus certè ſtatim.*
*Cædendo, & imperando, teſtimonia*
*Dicendo, quæq; conſequi nullus queat*
*Verbis, gerendo cuncta quam citiſſimè,*
B *Omnes vocant me fulmen hinc viri, mihi*
*Sed nulla cura admittitur dicterij.*
*Sum quando amicis haud ego ſermonibus*
*Solis amicus, at magis rebus, bonus.*

Diphilus in paraſito cum futuræ eſſent nuptiæ inducit paraſitum ita dicentem:

*Noſti in precationibus.*
*Quòd eſt, docet ſi quis minus rectè viam,*
*Comburat igni, ſiue aquam corruperit,*
*Cœnare quempiam volentem vel vetet.*

Eubulus in Oedipode:

*Aliena qui cœnare primus repperit,*
*Plebeius vt videtur is ſanè fuit.*
*Quicunque amicum, vel vocauit exterum*
*Ad cœnam, & inde mox petiuit ſymbolum,*
*Sit exul è domo, nil ſecum ferens.*

Diodorus autem Sinopeus in Hæreditario, ipſe etiam hæc de paraſito non ineleganter recenſuit:

*Volo demonſtrare apertè*
*Quòd hoc graue eſt, quòd inſtitutum legibus,*

*Quòd hoc Deus monſtrauit, artes cæteras* C
*Nullus Deorum oſtendit, ac docti viri,*
*At Iuppiter paraſitum amicorum Deus.*
*Qui maximus ſanè Deorum dicitur.*
*Hic introit paſſim domos ſpectans nihil*
*Sit pauperis vel diuitis viri domus.*
*Vbi videt quòd lectulus ſtratus bene,*
*Parata menſa, quæq; oportet omnia*
*Decorè habens ſit, pranſus ac bibens abit,*
*Domum petens hic nulla ſoluit ſymbola.*
*Et ipſe ſtratos lectulos cum viderim,*
*Menſas & inſtructas peregi nunc idem,*
*Ingreſſus huc fores apertas ac ſilens*
*Feci leuem me, ne moleſtus aſſorem*
*Conuiua, at omnibus fruens quæ conferunt,*
*Bibénſque diſcedo velut ipſe Iuppiter.*

Quòd ſummo eſſet in honore, magnúmque quidpiam iudicaretur eſſe paraſitum, inde etiam manifeſtius cognoſcitur, quòd:

*Vrbs Herculi cum ſacra ſoluat ſplendidè,*
*In rebus omnibus facit quas publicè,* D
*Ad hæc paraſitos non legit, vel accipit*
*Viles, nec abiectos. at eligit Deo*
*Ex ciuibus bis ſex ſtudioſè, quos capit*
*Ex omnibus potentibus, qui vixerunt*
*Bene. Herculem mox & ſecuti diuites*
*Quoſdam legunt, hortantur illos paſcere*
*Dehinc paraſitos, non legentes optimos,*
*At quiſquis aptus ſit adulationibus.*
*Et qui rapas edens, ſilurum & marcidum,*
*Cœnaſſe ſe dicat roſas, violas ſimul.*
*Vbi pepedit quis iacens ſimul ferat*
*Nares vt admonuit, quis hos tibi dedit*
*Suaues odores? vnde tale thus venit?*
*Idmque eſt decorum turpe, iam bonum malum,*
*Ob hos viros laſciuientes vndique.*

Axionicus inquit in Chalcidico;

*Cœpi paraſitus eſſe cum Philoxeno*
*Quando prius iuuenis adhuc eram, tuli*
*Nunc oſſium, nunc & catini, nunc graues*

*Percuſſ*

A *Percuſsiones pugni, vt octo ſæpius*
*Plagas haberem. præstitit ſic quando ego*
*Vincor voluptate. at putaui eſſe vtilem*
*Rem poſtea mihi hanc. vbi quis eſt mihi*
*Contentioſus viſus, ac pugnax, eum*
*Accedo: tum quaſcunque contumelias*
*In me iacit confirmo, nec lædor. malus*
*Cum ſit, bonum ſe dicit eſſe quis, ſimul*
*Hunc laudo, gratias refert is hinc mihi.*
*Cum Glauci hodie fruſtum ipſe ego comederim,*
*Cras non recente nil delebo reijcier.*
*Natura talis eſt, meus mos eſt & hic.*

Antidotus in inſcripto Protochoro ſimillima quædam inducit dicentem in Claudio Sophiſticis indulgentibus, quorum nec meminiſſe quidem bonum eſſe iudico, talia igitur dicit is de arte paraſitorum:

*In ſtatione ſtantes auditores mei*
*Priuſquam inſcribi & ſumere Chlamidem:*
*De paraſito ſi quis incidat ſermo.*
*Ars mihi ſemper hunc abſorbeat.*
B *A puero enim ad ipſam mentem habui diſpoſitam.*

Celeberrimi fuerunt paraſiti Tithymallus, de quo meminit Alexis in Mileſia, in Vlyſſe texente, ac in Homyttiis:

*Pauper tuus ſit dulcis, hoc verò genus*
*Mors vt ferunt monſtrauit vnum. mors enim*
*Tithymallus circuit.*

Dromon in Fidicina:

*Valde pudebat*
*Cœnare rurſus haud dato mox ſymbolo.*
*Id turpe certè: ſed Tithymallum cernere*
*Cocco rubere ſemper hinc licet magis,*
*Aliena cœnans non ferat cum ſymbolum.*

Timocles in Centauro ſiue capiente:

*Tithymallum ipſum, & paraſitum aduocant.*

At in Cuniis:

*Iam læta ſigna quid futurum, ſurgite*
*O vos amici, ſic reuixit iam diu*
*Qui mortuus Tithymallus affuit, quòd is*
*Vix octo mandebat lupinos obolo.*
*Inedia non illum necauit per Deos*

*Amice,ſed multum bibens id pertulit.* C

At in Epiſtolis:

*Heu me miſellum ſic feram? non per Deos*
*Nunquam Tithymallus quòd cupit comedere.*
*Sic truncus haud veſtem cupiuit ſumere,*
*Nilus farinæ non Corydus ſine ſymbolo*
*Mouere dentes.*

Antiphanes in Tyrrheno:

*Seruire amicis is petebat ſponte, fers*
*Tu diuitem Tithymallon illicet fore.*
*Feret bene ex ſermone mercedem tuo.*
*Gratis quibuſcum veſcitur. quam plurimam*
*Collectionem.*

Erat Corydus etiam inter paraſitos celebres, cuius ſic meminit Timocles in Epichærecaco:

*Munitum*
*Obſonijs forum videre diuiti,*
*Suauiſſimum. ſi pauper adſit quiſpiam,*
*Miſerrimum. nam non vocatus Corydus*
*Obſonia emit vt videtur is quoque.*
*Ridenda ſanè paßio me ceperat,* D
*Nam quattuor nummos vir æreos habens*
*Aſpexit anguillas ſimul torpedines,*
*Hemodia, & thynnos, locuſtas, omnia*
*Hæc ambiens, quanti rogabat. audiens*
*Ad membradas mox aufugit perterritus.*

Alexis in Demetrio ſeu Philetæro:

*Sed me corydi pudet, videbor ſi ſimul*
*Cœnare ſic promptè quibuſdam, non tamen*
*Recuſo, non is ſi vocetur abnuit.*

At in Matertera:

*Ridenda ſuetus hic Corydus dixiſſe, vult*
*Blepæus eſſe mentis vt ſana ſit. eſt*
*Blepæus ipſe diues.*

Cratinus in Titanibus.

*Corydum fabrum vitato ni relinquere*
*Ipſum nihil tibi putas, obſonium*
*Ediſſe nunquam ni cupis, dico tibi.*
*Manum æream, fortémque habet, labore ſit*
*Quæ feſſa nullo, multò at igne fortior.*

Quòd

A Quòd ridicula diceret Corydus, atque ob ea rideri voluerit, teſtatur ita ipſe Alexis in Poëtis:

*Ridenda ſic dixiſſe, rideri & velo*
*Multò magis cunctis Athenienſibus*
*Poſt Corydum.*

Deſcripſit illius dicta memoratu digna Lynceus Samius, qui proprio nomine Eucratetem ipſum nominari aſſerit: ſcribit autem hunc in modum; Cum apud quempiam Corydus Eucrates biberet, domúſque illius eſſet putris, hic edere oportet inquit, vbi manum ſiniſtram ſuppoſueris ſicut Caryatides. Philoxenus aut Pternocopis cum ſermo incidiſſet de turdis, quòd eſſent pretioſi Corydo præſente, vt viſum eſt, inquit is, ſcortum frequentare: nam & ego memini cũ Corydus oboli fieret. Erat & Philoxenus vnus ex paraſitis, velut ait Axionicus in Chalcidico, cuius promptum eſt teſtimonium. Meminit illius Menander in Cecryphalo, quem Pternocopidem ſolùm appellat. Meminit & Machon comicus, qui vel Corinthius erat vel Sicyonius: vixit autem in mea patria Alexandria, atque ſe magiſtrum profeſſus eſt earum partium comœdiæ, quæ ſunt Ariſto-

B phanis Grammatici, deinde mortuus eſt in Alexandria, cuius hæc inſcripta viſuntur in ſepulchro:

*Alma feras hederam viuenti terra Machoni*
*Comico in hoc tumulo, quæ ſolet vſque dari*
*Præmia cantori nam fucum non tegis vdum.*
*At qui artis priſcæ reliquias repetat.*
*Vrbi Cecropidum dicat quis nunc, prope Nilum*
*Naſci inter Muſas planta ſuperba ſolet.*

In quibus apertè declaratur quòd genere eſſet Alexandrinus. Machon verò in his mentionem facit de Corydo; quidam ex conuiuis Eucrates à Corydo percunctatus eſt, quomodo tractatus fuiſſet à Ptolemæo, qui nondum ſatis apertè reſpondit, potum enim mihi ſtatuit tanquam medicus, quæq; comedere oporteat, cibos autem non dedit. Lynceus libro ſecundo de Menandro, magnum inquit ac valde celebre nomen Euclides Smicrini filius, Philoxenúſque Pternocopis ob ridicula ſunt aſſecuti, quorum cum minus libris, aut memoria digna loqueretur Euclides, tum quòd ad reliquam vitæ rationem ſpectat erat inſuauis & frigidus. Philoxenus autem nihil ſuperuacaneum prorſus

A In Ebrietate:

*Me Chærephon diſtraxit aſtutiſſimus.*
*Menſis ſecundo poſt vigeſimum diem*
*Qui nuptias ſacras paratas ſe penes*
*Prædicit affore,interim quarto die*
*Aliena quò cœnet. Dea bene omnia*
*Se habere.*

Meminit etiam in Hermaphrodito ſiue Crete. Timocles in Epiſtolis meminit de illo, velut intemperantem paraſitum apud Demotionem,agente:

*Demotio aſsiſtere ipſi viſus*
*Argento non pepercit,ſed nutriit*
*Volentem.Chærephon enim prorſus*
*Domum ire ſtatuerat miſerrimus.*
*Et profectò hoc eſt,ſolum dignum*
*Paramaſetem capit bifidum lignum.*
*Neque concinnus,eſt enim nec inutilis.*

Antiphanes in Scytha:

*Sicut ſumus ni diſplicet pagum ſimul*
*Petamus,an facem,& coronas linquimus?*
B *Sic Chærephon laudare nobis aſſolet*
*Ieiunus?*

Timotheus in Catulo:

*Experiamur tradentes cœnam abire*
*In ſeptiſlinium licet vt dixit mihi.*
*Niſi abſconditus alicubi ſit Chærephon.*

Apollodorus Caryſtius in Sacerdote:

*Nouum ferunt nunc Chærephonta nuptias*
*Vt non vocetur ingredi velut ſolet*
*Opbella,ſportámque & coro nam corripit*
*Poſtquam fuit nox,inquit à ſponſa ferent*
*Aues venire,hunc incidentem crederes*
*Cœnaſſe.*

At in Iugulata:

*Aram voco,Nicdmque in exitu meo,*
*Et Chærephontem,quem niſi vocauero*
*Accedet haud vocatus.*

Machon Comicus:

*Carpente Chærephonte longam olim viam*
*Ad prandium,ac ex ciuitate ad nuptias,*

*Dixiſſe narrant huic poetam Diphilum,*
*Malis tuis ô Chærephon infigito*
*Vtrinque claues quatuor, longam viam*
*Ne ingreſſus, ac quatiens genas contorqueas.* C

Et rurſus:

*Carunculam coemit olim Chærephon.*
*Coquum ferunt huic forte carnes oſsibus*
*Dediſſe plenas, oſſa ne ponas mihi*
*Dixit coque. at iucunda dixit is caro*
*Putatur omnis oſsibus quæ adhæreat.*
*Tum Chærephon, & maxime verum refers,*
*At os dolore conficit famelicum.*

Callimachus commentarium de Chærophonte ſcripſit in libro variarum tabularum his verbis, Quicunque cœnas ſcripſerunt Chærephon: poſtea Cyrebio principium ſuppoſuit. Quandoquidem ſæpius ad me librum quintum carminum miſiſti. Quòd autem paraſitus eſſe Cyrebio diximus iam ſuperius. De Archephonte paraſito ita mentionem faciens ſcribit Machon.

*Vocatus ad cœnam paraſitus Archephon*
*A rege Ptolemæo ex Athenis, per mare vt* D
*Aduit Aegyptum: petreſo obſonio,*
*Varióque menſis lato, & inter omnia*
*Veris locuſtis, olla lata mox fuit*
*Repleta, ſalſi gobij tres in qua erant,*
*Miri hi videbantur vocatis omnibus.*
*Tum Chærephon ſcaris, triglíſque, & phycide*
*Veſci, ſimúlque halecula, & membrade,*
*Phalaricis, apuíſque repleri. tamen*
*A gobiis ſe temperauit optimè.*
*Cum mira res eſſet putata, Alcenorem*
*Accerſiit Rex, nunquid inquit Archephon*
*Hos gobios non vidit? huic gibbus ſtatim*
*Contrarium Rex accidit, vidit prior,*
*Non attigit veneratus hoc obſonium,*
*Quod & timet, nec patrium piſcem licet*
*Iniuria affeciſſe magnum ſymbolo*
*Non tradito.*

Alexis in vino bacchātō, Stratium paraſitum nutrienti ipſum iratum hæc ita dicentem introducit:

Præſta

A *Præſtabat eſſe vel paraſitum Pegaſi,*
*Boreæq;, ſi quid eſt & his velocius,*
*Quàm Demeæ Lachetis Eteobutadæ,*
*Volat profectò, non is incedit via.*

Et poſt pauca:

*Amas magis me quàm pater tu Sattie.*
*Me non alit pater, at alis tu ſplendidè,*
*Quare deos omnes precor viuas. mali*
*Si quid feras, quo pacto ego poſt vixerim?*

Axionicus Comicus meminit his verbis de Grylliono paraſito in Tyrrhenico:

*Ipſis merum non eſt procacitatis vt*
*Occaſionem præbeat mox in ſocios*
*Feciſſe ſemper aſſolent quod Gryllio.*

Ariſtodemus libro ſecundo Ridiculorum memorabilium paraſitos fuiſſe ſcribit Soſtratum quidem Regis Antiochi, & Euagoram gibbum Demetrij Poliorcetæ, Phormionémque Seleuci. Lynceus Samius in libro Apophthemagtum Silanus ait Athenienſis, dum Gryllio eſſet paraſitus, interrogatus quis eſt hic? Menandri inquit gulo. Chærephon etiam paraſitus cum non vocatus ingreſ- B ſus eſſet ad nuptias, extremúſque accubuiſſet, ac præfecti vocatos dinumerarent, iuberéntq; ipſum recurrere, quando præter legem ſeſe inter triginta inſeruiſſet, numerate rurſus inquit à me incipientes. Quod autem inualuiſſet conſuetudo vt præfecti ſympoſia inſpicerent, ac perquirerent conuocatorum numerum: ſi eſſet ſecundum legem, teſtatur his verbis Timocles in Philodicaſte:

*Vt ſimus ad lumen patentes iam fores*
*Expande, luſtres vt magis quò numerum*
*Præfectus ex lege accipiat velut ſolet*
*Conuiuij ſi nunc velit. contrarium*
*Multò magis decebat, haud cœnantium*
*Domos videre.*

Menander in Cecryphalo:

*Sunt arbitros apud miniſtri in nuptiis*
*Scripti, coquíque omnes iubet quod lex noua.*
*Intelligant vti vocatis venerint*
*Plures, quibus minus liceat acceſſerint.*

Philochorus libro ſeptimo Rerũ Atticarũ præfecti inquit

A *Ali vetula, ſimul cum aliis compluribus.*
*Grauis, fide vix digna res quæ contigit,*
*In ventrem anus ſemper facit te ſumere.*

Idem paraſitus cum audiuiſſet eum, qui cum vetula congrederetur quotidie ab ea nutriri;

*Nunc cuncta fiunt inquit: hæc non concipit,*
*In ventrem at hic capit diebus ſingulis.*

Ptolemæus Ageſarchi filius ex genere Megalopolitanus libro ſecundo Hiſtoriarum ad Philopatrem, ex vniuerſa ciuitate innuit conuiuas à Rege cõgregatos fuiſſe, qui Geliaſtæ poſtea dicerentur. At Poſidonius Apameus libro vigeſimo tertio Hiſtoriarũ, Celtæ inquit vel in bellum proficiſcentes conuiuas ſecum adducunt, quos paraſitos nominant. Hi laudes eorum multorum præſentium virorum, atque ad ſingulos præſentes priuatim recenſent, audiuntur ab illis ij qui Bardi dicuntur, ſunt autem poëtæ hi, qui laudes cantando percurrunt. In libro trigeſimo quarto ſcribit idem author Apollonium quendam fuiſſe paraſitum Antiochi vocati Grypi Regis Syriæ. Ariſtodemus Bithym paraſitum fuiſſe Lyſimachi teſtatur, qui, cum Lyſimachus li-
B gneum ſcorpium in eius veſtem conieciſſet, perterre factus proſiluit, at cum rem poſtea deprendiſſet, ego quoque inquit ô Rex te terrebo, da mihi talentum: Erat enim Lyſimachus auariſsimus. Agarharchides Cnidius libro vigeſimo ſecundo Rerum Europicarum Anthemocritum athletam Ariſtomachi Argiuorum tyranni paraſitum fuiſſe ſcribit. At de paraſitis Timocles ſcripſit generatim in pugile, epiſitios ita eos appellans: Nonnullos inuenies ex his epiſitiis, qui comedant aliena, nihil parcentes, ſe ipſos athletis pro caniſtris præbentes, vt ita dicam, Pherecrates, in Vetulis;

*Tu, nec citius Smicythio epiſitum agit.*
*Quis hic nobis etiam? hunc vbique*
*Duco gulonem mercede haſſitem.*

Appellantur illi epiſitij, qui inter edendum miniſtrant, Plato libro quarto Reipublicæ, & hæc epiſitij neque mercedem vltra cibos capientes.

Ariſtophanes in Thuſcis:

*Vnum virum ſi perſequaris improbum,*
*Teſtantur hinc contra duodecim epiſitij.*

Eubul

Eubulus in Dædalo: C

*Vult ſine mercede eſſe cum ipſis epiſitiis.*

Diphilus in Synoride, eſt autem Synoris amicæ nomen, vbi de Euripide meminit, eſt & teſſeræ nomen Euripides, iocans, atque ad nomen poëtæ alludens, hæc ait de paraſitis:

*Te liberaſti vt optimè hac nunc teſſera,*
*Vrbanus es, depône drachmam, iam iacet:*
*Qui ſecero Euripidem, nec ipſe fœminam*
*Seruabit Euripides. vt in tragœdiis*
*Has oderit nunquid vides? idem tamen*
*Amabat at contra paraſitos, fert enim,*
*Qui poßidet victum, metítque plurimum,*
*Nec tres viros ſaltem ſine ſymbolis alit,*
*Perdatur, haud redire queat in patriam.*
*Hæc vnde ſunt, dic per Deos: curas quid hec?*
*Conſideramus drama nil, ſed illico*
*Mentem intuemur.*

At in apparatu ipſius actu s hæc ait de irato paraſito,

*Iraſcitur cum ſit paraſitus, ira eum*
*Cepit. ſecus menſam ſed vngit bile, vti*
*Lacteus puer ſit ſummouens ſe ab vbere.* D

Ac deinde.

*Veſcaris ô paraſite tunc, vide vt male*
*Detraxit, artem neſcis quod paraſitus eſt*
*Poſt citharœdum iudicatus.*

In eo actu qui paraſitus inſcribitur, hæc inquit.

*Non ſit paraſitus qui nimis moroſus eſt.*

Menander in iracundia, vbi de amico loquitur non curantē nuptiarum cœnam, hæc ait:

*Amicus eſt verè hic nihil quando petit*
*Vbi parata cœna ſit, vt cæteri.*

Et quid præſentibus impedimento eſt quominus cœnent? poſtea in diem tertium cœna reſpicit. Rurſus, poſtea circa cœnam. Alexis in Oreſte, Nicoſtratus in Pluto, Menanderque in Ebrietate, ac legislatore. Philonides in Cothurnis hoc pacto:

*Ieiunus ipſe non queo ferre talia.*

Sunt hæc nomina paraſito ſimilia, epiſitus, de quo dictum eſt, œcoſitus, oligoſitus. Meminit de œcoſito Anaxādrides in

A in venatoribus, filius œcoſitus res eſt ſuauis. Vocatus eſt is œcoſitus, qui nulla accepta mercede ſponte ſua ciuitati ſeruit. Antiphanes in Scytha, breui fit concionator œcoſitus. Menāder in digito, œcoſitū ſponſum nulla re indigentem inuenimus. In Citharista: num œcoſitos accipis auditores? de epiſitio Crates in audacia, paſcit epiſitium, ignauus rigeńs capiet in mercedem cibum. Propriè dixit in ſimul prandentibus, perurbanum eſt mulieres non congregare neque cœnam præbere multitudini: ſed vt œcoſiti nuptias faciant. De Sitocuro mentionem fecit Alexis in Pernoctante ſiue lanam tractantibus, ambulans eris Sitocurus. Menander fruſtra nutritum inutilémq; virum Sitocurum nominat in Thraſyleone: piger, ad omnia cūctans Sitocurus, miſer, inutilis, qui in terram fatetur ſe ali. In vedentibus, miſer conſtitiſti etiam apud ianuam more depoſito, miſerum Sitocurum cepimus in domum. Autoſitum Crobilus dixit in ſuffocato. Autoſitum te ipſam nutriens, multa accumulas domino. De cacoſito ita meminit Eubulus in Ganymede. ſomnus ipſum, cum ſit cacoſitus, nutrit. Oligoſiti mentio fit à Phrynicho in ſolitario, oligoſitus Hercules
B quid ibi agit? Pherecrates in bonis aut ſtrates, qui oligoſitus ſis, qui edis die victum longæ triremis?

## *De adulatoribus.* CAP. VI.

Cum tot à Plutarcho dicta fuiſſent de paraſitis, Democritus ſermonem excipiens, & ego inquit agglutinatum veluti lignum ligno, vt Thebanus inquit poëta aliquid dicam de adulatoribus. Omnia rectè agit adulator, velut elegans inquit Menander: neque multum ſanè diſiunctus eſt adulator ab ipſo paraſitorum nomine Lyncæus Samius ita in ſuis commentariis paraſitum vocauit Cliſophum omniū quidē adulatorē, at Philippi Macedonum Regis conſcriptum, qui ex genere erat Athenienſis, vti teſtatur Satyrus peripateticus in vita Philippi; Cliſophus Philippi paraſitus, cum reprehenderetur à Philippo, quòd ſemper aliquid peteret, quoniam obliuiſcor inquit. Cum philippus equum vulneratum illi largitus eſſet, alij eum donauit, ac cum deinde interrogaretur à Rege vbi foret equus, ex vulnere illo inquit confectus eſt. Cum cauilla-

retur

retur ipſum Philippus, ac lætus eſſet, in poſterum non ego · C
te paſcam ait, Hegeſander Delphus hæc de Cliſopho ſcripta reliquit in ſuis commentariis, cum dixiſſet Philippus quòd literæ ſibi à Cotye Rege allatæ eſſent, Cliſophúſque præſens eſſet, & tu per Deos. Cùm diceret Philippus tu qui noſti de quibus ſcriptum ſit? per maximum Iouem inquit, maximè vti conuenit me increpaſti. Scribit Satyrus in Philippi vita quòd cum oculus percuſſus fuiſſet Philippi, accedebat ad eum Cliſophus eundem ligatus oculum. Ac rurſus vbi vulnerata fuiſſet Philippi tibia, cum Rege claudicans incedebat. Quare ſi quod acre edulium Philippus comediſſet, ipſe quoque vultum formabat veluti idem ediſſet. In Arabum autem regione, ex inſtituto quodam hoc faciunt, non etiam ex adulatione, vt ſi Regis aliquod membrum fuerit mutilatum, ex eadem mutilatione illi reſpondent: Ridiculum ſanè arbitrantur, ſi cum mortuo Rege ipſi quoque interfici ſtudeant, eidem mutilato ſimillimi mali opinionem non confirment. Nicolaus Damaſcenus peripateticus in copioſa hiſtoria (ſunt enim centum ac quadraginta quatuor libri) in centeſimo ac ſextodecimo libro Adiatomum Sotianorum Regem (quod genus eſt Celticum) ſexcentos delectos ciues apud ſe habere D
ſcribit, qui patrio eorum idiomate Siloduni dicũtur, quod Græcè vota exequentes ſignificat, hos Reges & vnà viuentes habent & vnà morientes, cùm ipſi ita ſe facturos eſſe promiſerint. Ex hac pollicitatione eadem veſte, diætáque vtuntur, vnáque imperant. Atque in omni occaſione moriuntur, ſiue ex morbo Rex moriatur, ſiue in bello ceciderit, ſiue alia quauis de cauſa. Neque vllus eſt qui mortem huiuſmodi vel formidantem, vel tergiuerſantem horum quempiam demonſtrare poſſit, cum Regi ita contigerit. Theopompus libro Hiſtoriarum quadrageſimo quarto Philippum inquit Thraſydeum Theſſalum patriæ ſuæ tyrannum conſtituiſſe, qui magnus erat adulator, quamuis minimum haberet prudentiæ. Sed nónne Arcadio etiam adulator fuit, de quo idem ſcribit Theopompus, & Duris libro quinto Rerum Macedonicarum? Hic Arcadio voluntarium ſibi indixit exilium ob odium quo Philippum proſequebatur, qui cum eſſet faceti ſsimus, multa illius reſponſa circunferuntur. Accidit autem vt Arcadio·

A cadio eſſet in Delphis eo tempore quo Philippus illuc eſt profectus, quem cum Philippus Macedo conſpexiſſet, ad ſéque vocaſſet, quouſque tandem fugies inquit Arcadio? qui ait, donec ad eos peruenero, qui Philippum ignorent. Phylarchus libro vigeſimo primo Hiſtoriarum riſiſſe idcirco ait Philippum, Arcadionémque ad cœnam conuocaſſe, atque ſic inimicitiam eſſe ſolutam. Narrat hæc Hegeſander de Hegeſio Niceſia adulatore Alexandri, cum morderetur Alexander vt aiebat à muſcis, ac eas ſtudioſe propelleret, Niceſias adulator quidam præſens inquit, multò certè aliis erunt fortiores, quæ tuum ſanguinem guſtauerint. Scribit idem autor Chiriſophum Dionyſij adulatorem cum Dionyſium cum familiaribus quibuſdam ridentem vidiſſet, per multum ſpatium ab eis deſtitiſſe ne audiret, quem cum interrogaſſet Dionyſius, cur non ſimul audiens ea quæ dicerentur rideret, vobis credo inquit quod dictum fuerit ridiculum. Habebat & Dionyſij filius multos adulatores, quos vulgus Dionyſio colaces vocabat. Simulabant iſti ſe non acutè videre inter cœnandum, quando neque Dionyſius erat perſpicax, ciboſq; appoſitos palpabant, quaſi non videntes, donec Dionyſius manus in lances por-
B rexiſſet. Cum ſæpius ſpuere ſolitus eſſet Dionyſius, faciem hi vt conſpuerentur porrigebant, ſputúmque illius ac vomitum lambentes multò dulcius eſſe melle dicebant. Timæus libro Hiſtoriarum vigeſimo ſecundo Democlem iunioris Dionyſij adulatorem fuiſſe ſcribit. Hic cum eſſet conſuetudo in Sicilia vt in domibus Nymphis fierent ſacrificia, pernoctaréntque circum ipſas imagines ebrij, ac tripudiarent circa Deas, Nymphas relinquens non oportere aiebat inanimatis Deis mentem adhibere, ſed ad Dionyſium accedens circa hunc tripudiabat. Poſtea cum legatus vnà cum aliis ad Dionyſium miſſus eſſet, omnéſque eadem triremi veherentur, accuſatus fuit ab aliis, quòd ſeditionem concitaret in itinere, Dionyſiique rebus publicis obeſſet, valde irato Dionyſio ſibi controuerſiam cum aliis legatis inde natam eſſe dixit, quoniam poſt cœnam illorum nonnulli, Phrynichi, Steſichori, ac Pindari Pœana ſumentes canerent, ipſe verò, cum iis qui vellent, ipſius Dionyſij: Cuius rei ſe clariſsimum argumentum daturum pollicebatur, quod ipſius accuſatores nec numerum quidem can-

tilenarum ſcirent, ſe verò omnes ex ordine canere poſſe. C Ceſſante ira Dionyſij rurſus ait Democles, gratificare mihi Dionyſij iubéque alicui eorum qui ſciat, vt eum Pœana me doceat, qui factus fuit in Aeſculapium. te enim horum ſatagere audiui. Cum conuocati fuiſſent aliquando ad cœnam amici à Dionyſio, ingreſſus in domum Dionyſius literæ inquit, viri amici nobis allatæ fuerunt ab iis ducibus, qui miſsi fuerunt Neapolim: tunc excipiens Democles optimè inquit per Deos fecerunt, ô Dionyſi. Hunc intuens Dionyſius, qui noſti inquit an ex ſententia ſucceſſerint, an contrà, ea quæ ſcripſerunt? optimè per Deos inquit me arguiſti Dionyſi. Timæus Satyrum quendam vtriuſque Dionyſij adulatorem fuiſſe narrat. Teſtatur Hegeſander Hieronem etiam tyrannum hebetiores oculos habuiſſe, quare & amici nonnulli cœnantes ſtudioſè inter epulas errabant vt cum illi duce indigere viderentur, ipſe ſe acutius cernere exiſtimaret. Narrat Hegeſander Euclidem Seutlum cognominatum (erat autem & hic paraſitus) cum quidam plures ſonchos ei in cœna appoſuiſſet, dixiſſe, Capaneus ab Euripide introductus in Supplicibus, erat perurbanus, odio proſequens menſam quæ intumeſceret valde. Qui D populi gratiam venabantur Athenis, per id tempus quo fuit bellum Chremonidum, adulantes Athenienſibus, omnia quidem alia Græcis communia eſſe dicebant, at ſolos Athenienſes inter homines, viam quæ ad cœlum perduceret, inueniſſe. Satyrus in Vitis, Anaxandrum inquit fortunatum philoſophum vnum fuiſſe ex Alexandri adulatoribus, qui cum iter aliquando faceret cum Rege, magno ac graui tonitruo facto, ita vt omnes expauiſſent, nunquid tu huiuſmodi feciſti ait Alexander Iouis? tum riſiſſe ferunt Alexandrum, ac dixiſſe, nolo ita eſſe formidandus, vt tu me doces, quíque Satraparum Regúmque capita abſciſſa ad me cœnantem adferri iubeam. Ariſtobulus Caſſandreus Dioxippum narrat Athenienſem athletam vulnerato aliquando Alexandro, ſanguinéque defluente dixiſſe;

*Qui ſolet ex ſuperis cruor effluxiſſe beatis.*

Epicrates Athenienſis legatus ad Regem miſſus, vt teſtis eſt Hegeſander, cum multa munera ab eo accepiſſet, non erubeſc

A erubeſcebat ita apertè audacterque Regi adulari, vt non nouem qui imperarent, ſed nouem legatos ad Regem quotannis eligere magis conuenire diceret. Admiratus ſum ego profectò quo pacto hunc Athenienſes impune neglexerint, cum Demadem decem talentis mulctauerint, quia Alexandrum Deum exiſtimârit, Euagorámque interfecerint quia legatione fungens ad Regem genua flexerit. Timon libro tertio Salium Ariſtonem Chium ſcribit, Zenoniſque Citiei familiarem, adulatorem fuiſſe Perſei philoſophi, quia erat Regis Antigoni ſocius. Phylarchus libro ſexto Hiſtoriarum Niceſiam narrat Alexandri adulatorem, cum Regem ab eo pharmaco, quod ceperat, turbari vidiſſet, dixiſſe, Quid nos facere oportet ô Rex, quando vos Dei talia patimini? quem vix intuens Alexander, quales Dei, inquit? vereor autem ne Diis inuiſi. Idem Phylarchus libro vigeſimo octauo Apollophanem Antigoni vocati procuratoris, qui Lacedæmonios vicit, adulatorem fuiſſe ſcribit: qui fortunam Antigoni Alexandrum imitari dicebat. Aſſerit Euphantus Callicratem adulatorem fuiſſe eius Ptolemæi, qui tertius regnauit in Aegypto. libro Hi-
B ſtoriarum quarto, qui ita erat vir grauis, vt non Vlyſsis ſolùm imaginem in ſigillo geſtaret, ſed filiis etiam nomina poſuerit, Telegonum ac Anticliam. Polybius libro Hiſtoriarum decimo tertio Proclidem ait Tarentinum adulatorem fuiſſe eius Philippi, qui victus fuit à Romanis: hic Proclides totum illius imperium ſubuerterat. At libro quartodecimo Philonem Agathoclis Oenanthæ filij, Regiſque Philopatris alterius Philonem, Hieronymi Regis Syracuſiorum Thraſonem vocatum Carchærum. Scribit hæc Cato Sinopeus in libro de Tyrannide Hieronymi, multum hic merum bibere conſueuit: hunc alter adulator Oſis nomine ab Hieronymo interficiendum curauit. Qui mox Hieronymo perſuaſit vt diadema, purpurámque ſumeret: omnémq; alium ornatũ, quem Dionyſius tyrannus geſtare conſueuerat. Agatharchides Hiſtoriarum libro trigeſimo, Hæreſippus ait Spartanus non mediocriter malus erat, & vt videbatur, inutilis: At adulando appoſitam habebat orationem, erátque aſtutus captandis diuitibus, quantum fortuna permittebat. Cuiuſmodi fuit Heraclides etiã Ma-

ronides adulator Seuthæ Regis Thracum, de quo meminit Xenophon libro ſeptimo Aſcenſus. Theopompus decimo octauo Hiſtoriarum, vbi de Nicoſtrato Argiuo narrat, qui Regi Perſarum adulabatur, hæc ita refert: quo pacto non opus eſt malum exiſtimare Nicoſtratum Argiuum, qui cum Argiuorum ciuitati eſſet præfectus, genus, nummos, multámque opulentiam à ſuis maioribus accepiſſet, omnes adulando ac obſequendo ſuperabat: neque eos ſolum qui tunc militabant, ſed omnes etiam qui eum anteceſſerunt. Primùm enim ita honoris eius qui ſibi à barbaro tribuebatur, fuit ſtudioſus, vt quo magis etiam placeret, magiſq; fides illi haberetur filium ſuum ad Regem deportarit, quod nullus alius vnquam feciſſe reperietur. Poſtea cum ſingulis diebus eſſet cœnaturus menſam Genio Regis ſeorſum apponere ſolebat, eámque potu aliiſque cibis permultis munierat, cum facere hoc ipſum audiſſet eos etiam Perſas, qui circa portas verſabantur. Putabat vir iſte ſe ex huiuſmodi cultu magis à Rege eſſe lucraturum: ex rebus enim vel turpibus quæſtum quærebat, atque omnium longe erat auariſsimus. Simachus & præceptor fuit, & adulator Attali Regis, quem deſcribit Callimachus Theodori: quamuis Hermippus inter Theophraſti diſcipulos connumerat. Scripſit etiam hic vir libros de Attali diſciplina, qui omnem adulandi artem patefaciunt. Polybius libro octauo Hiſtoriarum, cum in aliis omnibus bonus eſſet Canarus, à Soſtrato nihilominus ſubuertebatur, qui ex genere erat Licinij Craſsi, qui militauit in Parthos Andromachum Carpenum adulatorem fuiſſe narrat libro decimo quarto ſupra centeſimum. Cui cum omnia Craſſus permiſiſſet, mox Parthis proditus fuit ac interfectus: ſed neque Andromachus ipſe impunitatem à ſuo poſtea dæmone eſt conſecutus, nam cum eius proditionis præmium accepiſſet, vt patriæ ſuæ eſſet tyrannus, ob ebrietatem crudelitatémque, qua in omnes vtebatur, vnà cum ipſa domo à Carpenis fuit combuſtus. Poſidonius Apameus, qui Rhodium ſe poſtea nominauit, libro quarto Hiſtoriarum Hieracem Antiocheum ſcribit, qui furioſis prius tibia canebat, Ptolemæi ſeptimi Regis fuiſſe adulatorem, eius inquam qui Euergetes cognomento dictus fuit: qui cum plurimum poſſet apud ipſum, velut apud Philopatrem, ab illo poſtea fuit

A fuit occiſus. Nicolaus peripateticus Soſipatrum hominem verſutum Mithridatis ait fuiſſe adulatorem. Theopompus libro nono Rerum Græcarum ſcribit Erethrieum Athenienſem ſeruum fuiſſe atque adulatorem Siſyphi Pharſalij. Celeberrimus adulator fuit Athenienſis etiam populus: idcirco Demochares affinis Demoſthenis Rhetoris libro vigeſimo Hiſtoriarum de adulatione narrans, qua Athenienſes erga Demetrium Poliorcetem excellebant, quodq; hoc non aderat ei cupienti, ita ſcribit: Nonnulla horum eum moleſtia ſanè afficiebant, ſed & alia iuſuper turpia prorſus, ac inutilia. Leænæ ſcilicet, annuæq; Lamiæ, Veneris ſacrificia, Buricho, Adimanto, Exythemidique adulatoribus illius aræ, ſtatuæq; erectæ, & pœanes qui canebantur: ita vt ipſe etiam Demetrius admiratus dixerit, nullum ex Athenienſibus, quod ad animum ſpectat, eſſe magnum aut maturum ſuis temporibus. Thebani etiam Demetrio adulantes, vt teſtis eſt Polemon in libro de Varia porticu, in Sicyone Lamiæ Veneris templum erexerunt. Erat autem hæc Demetrij amaſia, ſicut Leæna. Sed quid admirandum fecerunt Athenienſes adulatores, cum
B in ipſum Demetrium pœanas, ſacráſque cantilenas cecinerint? inquit igitur Demochares libro primo & vigeſimo, Athenienſes Demetrium ex Leucade Corcyráque Athenas venientem non ſolis fumorum odoribus, coronı́ſque, ac vina effundentes exceperunt, verum etiam Chori, Ithyphallique cum ſacris cantilenis tripudiantes ac canentes ei occurrerunt. Tripudiabat autem multitudo cantabátque, quòd ſolus hic verus adeſſet Deus, reliqui autem dormiunt, aut peregrinantur, vel certè non ſunt. Hic verò filius eſt Neptuni ac Veneris, forma præſtantiſſimus, facilitate omnibus communis. Ipſi ſupplicabant rogantes, illúmque adorabant, atque tot de Athenienſium adulatione dicta ſuut à Demochare. Duris Samius libro vigeſimo ſecundo Hiſtoriarum, iuxta ipſum Ithyphallum veluti maximi Dei vrbiq; amiciſsimi huc accedit. Demetrius ſimul aderat occaſio, atque hæc vt grauia Proſerpinæ myſteria faciat acceſsit. Hic autē lętus, ſicuti Deo conuenit, & pulcher adeſt, & ridens, & grauis, quia omnes amici circundant, in medio eorum, qui ſunt velut ſtellæ, ipſe ſicut Sol conſpicitur. Salue fili Veneris potentiſsimiq; Neptuni.

Reliqui vel enim longe abſunt Dei, vel aures non habent, C vel non ſunt omnino, vel nullo pacto rebus noſtris mentem adhibent. Te autem præſentem non ligneum, aut lapideum, ſed verum intuemur. Te igitur ô mitiſsime, prius oramus, vt pacem nobis tribuas: tu enim es dominus. Hanc tu non Thebarum, ſed Græciæ totius Sphingem ambulantem interime, quę velut ſuper Aetolica petra conſidens, omnia corpora noſtra rapiens auferat, ego profectò pugnare non valeo. Aetolicum eſt res propinquas diripere. Nunc autem tu & maximè longinqua placato, ſin autem Oedipodem inueniat aliquem hæc Sphinx, qui vel præcipitet, vel fameſcere cogat. Huiuſmodi ſunt ea quæ ij canebant, qui certarunt in Marathone: eáq; non publicè ſolùm, ſed priuatim domi, viri illi qui eum interemerunt: qui Regem Perſarum adorauerant, quiq; innumeras barbarorum myriadas occiderunt. Alexis igitur in Pharmacopola ſiue Cratia hæc ſcripta reliquit, quendam præbibentem inducens, qui ita ad vnum ex conuiuis loquitur:

*Magnum puer præbeto fundens poculum.*
*Præſentium amicitiæ cyathos da quatuor,*
*Amoris inde tres dabuntur poſtea.* D
*Antigoni Regis bonæ victoriæ,*
*Iuuenis ſecundum poculum Demetrij,*
*Veneris dabis gratæ ſubinde tertium.*
*Gaudete conuiuæ viri quantum bibo*
*Calicem bonis plenum.*

Huiuſmodi fuerunt eo tempore Athenienſes, adulatione crudeliſsimæ feræ rabiem in eorum ciuitatem iniiciente, quam ciuitatem Pythias totius Græciæ larem eſſe prædicauit. Infeſtiſsimus autem Theopompus Græciæ Prytanium vocauit, qui & alibi Athenas adulatoribus, nautis, graſſatoribus, falſis teſtibus, Sycophantis, & falſis apparitoribus, aliiſq; compluribus malis, plenas eſſe dixit. Hos ego arbitror quaſi inundationem, vel aliud quidpiam graue à Deo perpeſſos, omnem prædictam adulationem in vrbem induxiſſe: de qua optimè quidem ait Diogenes, quod multo magis ad coruos ire præſtaret, quàm ad adulatores. Qui vel etiam viuos optimos quoſque ex hominibus deuorant. Vnde ait Anaxilas, nonnulli adulatores veluti tineæ diuitibus adhærent: nam ſimplices mores inuadea

A ſuadentes, hiſque inſidentes veſcuntur, donec veluti frumentum vacuum reliquerint. Poſtea quàm hoc factum eſt cortex, alterum mordent. Plato in Phædro, natura grauiſsimæ feræ adulatori, detrimentóq; maximo quandam non inconcinnitatem admiſcuit. Narrat Theophraſtus libro tertio de adulatione, quemadmodum Myrtis Argiuus rerum ſacrarum peritus, Cleonymum tripudiantem ac adulatorem, qui ſæpius apud ipſum reliqnóſque iudices aſsidere ſolebat, quoniam cum vrbis optimatibus cerni à populo cupiebat, aure apprendens, ex ſubſelliiſque extrahens multis præſentibus dixit, neque hic tripudiabis, neq; nos audies. Diphilus in nuptiis, ſubuertit potentes adulator, duces, amicos, ſi vel parum temporis fuerit adeptus. Malis ſermonibus hic plurimum ciuitatibus nocet: malus quippe mos nunc irrepſit in vulgus. Iacet nunc æquitas ægra: florétq; plurimum ad gratiam. Non male igitur Theſſali fecerunt, qui ciuitatem Adulationẽ vocatam ſolo æquarunt, quam habitabant Melienſes populi, vt Theopompus teſtatur libro trigeſimo. At Phylarchus libro decimotertio Hiſtoriarum Lemnum habitantes Athenienſes
B adulatores fuiſſe aſſerit. Cum non à Seleuco ſolùm, ſed ab Antiocho etiam oriundis, gratias referrent, quòd illos non ſolum graui Lyſimachi imperio oppreſſos Seleucus liberauit, verum etiam vtranque ciuitatem eſt largitus. Athenienſes inquam Lemnum incolentes non ſolùm templa erexerunt Seleuco, ſed etiam Antiochi filio: poculúmque in conuentibus profuſum Seleuci ſeruatoris nominarunt. Hanc adulationem quidam nomen vertentes comitatem nominant, velut ait Anaxandrides in Samia:

*Nunc comitas vocatur ipſa adulatio.*

Sed neſciunt hi, qui adulari conantur, hanc eſſe artem breuis temporis vt ait Alexis in Mentiente:

*Adulator eſt florens breui flos tempore.*
*Cano paraſito nullus eſt qui gaudeat.*

Clearchus Solenſis libro primo Rerum amatoriarum, nullus inquit adulator perſtat in amicitia, tempus ſiquidem falſam eius ſimulationem patefacit, ac retegit. Amator eſt adulator ob ætatem aut formam. adulatores ij Demetrij, qui circa Adimantum Lampſacenum verſabantur, templa ac imagines erigentes in Thriis Philæ Veneris nomina-

runt, locúmque ipſum vocarunt Philæum à Phila matre C
Demetrij, ſicut Dionyſius Triphonis filius ait libro decimo de Nominibus. Clearchus Solenſis in inſcripto Gergithio, vnde adulatoris nomen deductum ſit declarat: vbi Gergithium ipſum vnum ex adulatoribus Alexandri, à quo liber etiam habet inſcriptionem, loquentem inducit. Is igitur adulationem inquit mores demiſſos abiectóſque facere adulatorum, cum illi eos contemnant, quibúscum verſantur: illud eſt autem argumento huius rei, quòd omnia æquo ferunt animo, cum ſibi conſcij ſint qualia aggrediantur facinora. Eorum verò mentes quibus adulantur ita adulatione inflant, vacuáſq; faciunt, ac ineptas, vt ij ſibi perſuadeant ſe omnes egregios, qui ſunt apud illos, facile ſuperare. Poſtea de quodam adoleſcente narrans ex genere quidem Paphio, opulentiam verò habente Regiam, hic adoleſcens ait (cuius tamen nomen tacuit) ob deliciarum exuperantiam in thoro iacebat argenteos pedes habente, qui Sardiacis ſtragulis nón villoſis, ſumptuoſiſq; admodum erat inſtratus. Ipſi verò vtrinque hirſutus tapes Amorgino tegmine contentus imponebatur. Tria habebat puluinaria ſub capite byſſina alurga, quibus tegumentum fulciebat. Aderant etiam duo puluinaria hyacinthina ſub pedibus, ex iis quæ Dorica dicuntur, ſuper quibus iacebat alba Chlamide indutus. Omnes qui ſunt in Cypro tyranni ingenuorum adulatorum genus vtile eſſe exiſtimant: eſt enim res prorſus regia, quorum, veluti Areopagitarum, nullus vel multitudinem vel aſpectum vidit, præter eos qui ſunt illuſtres. Cum bifariam diuiſi ſint ex genere illi adulatores, qui ſunt in Salamine, vnde & alij ſunt adulatores in Cypro, iſti quidem Gergini, illi verò Promalanges nominantur. Ex his Gergini cum iis, qui verſantur in ciuitate miſti, in officinis plateiſque explorant, quaſi ſpeculatorum prouinciam habentes: quicquid audiunt ad eos diebus ſingulis deferunt, qui reges dicuntur. Promalanges verò contra illa quæ nunciata fuerunt à Gerginis, perquirunt, ſi quid inquam quæſtione dignum videatur. Cum ſint quidam horum exploratores. Sic eſt artificioſum ad perſuadendúmq; appoſitum eorum colloquium erga omnes, vt, ſicut ipſi teſtantur, ab illis primùm in externa loca eximiorum adulatorum ſemina
D
mihi

A mihi effluxiſſe videantur. Non enim mediocriter hac in re glorìantur, quia honorantur à principibus. Dicunt præterea quòd quidam Gerginorum cum oriundus eſſet ab iis Troianis, quos Teucer cum captiuos haberet, in Cyprum migrare fecit, per maritimam regionem profectus paulò poſt in Aeolide, cum audiſſet ab incolis eius regionis, quòd inde ſua progenies aliquando veniſſet, nonnullos ex Myſis accipiens, ciuitatem apud Idam Troianum condidit, quæ dudum Gergina dicebatur ex genere, at nunc Gergitha appellatur. Ab hac colonia nonnulli ſecedentes locum in Cumæa tenuerunt genere Cyprij, non autem ex Tricca Theſſalica, ſicuti nonnulli voluerunt, quorum dementiæ nec multos quidem Aeſculapios mederi poſſe putarim. Fuerunt noſtris etiam temporibus mulieres quædam, Rege Gluto Care ſub reginarum imperio, quæ adulatrices dicebantur, ex quibus quædam ad vlteriora loca profectæ accerſitæ ſunt ad Artabazi, Mentoriſq; mulieres, atque hic Scalulæ dictæ ſunt, quoniam iis quæ accerſiuerant mulieribus, ita ſeruiebant, vt ſeſe in ſcalæ modum compararent, quò ſupra earum humeros aſcenſus iis

B promptus eſſet, ac deſcenſus, quæ in plauſtris vehebantur. Ad hoc vſque deliciarum, ne miſeriarum dicam, ſtultiſsimæ hæ ſuis machinationibus adductæ fuerunt: ipſæ enim ex valde mollibus arte mutatæ, aſperè admodum vixerunt vſque ad ſenectutem. Quæ verò apud nos res huiuſmodi adorſæ ſunt, decidentes ex opibus in Macedoniam applicuerunt, vbi quo pacto dominas reginâſq; cum his verſatæ ſuis moribus diſpoſuerunt, nec dictu quidem decorum puto: præter id quòd magicis captæ ac capientes Tauropolica, triuiáq; quædam (vt vere loquar) ipſæ ſe præbuerunt, omnium purgamẽtorum, quiſquiliarúmq; plena. Talium, tantorúmq; malorum cauſa cognoſcitur eſſe adulatio iis, qui eam amplexantur. Poſtea rurſus idem Clearchus hæc paulum progreſſus inquit, ſed ob harum rerum vſum meritò quiſpiam carperet adoleſcentem, veluti paulò anteà dicebam. Nam pueri, non longè à lecto ſagulis induti aſtabant. Ex tribus viris qui aderant, quorum gratia præſens hic ſermo eſt aſſumptus, qui plurimi nominis apud nos erant, vnus ad pedes ſedebat in adoleſcentis lecto, pedéſq; habebat inter ſua genua, tenui veſte Syria indutus. quid

verò fecerit apertum eſſe arbitror & ſi nihil dixero. Vocatur hic ab inquilinis Parabyſtus, quoniam eorum etiam, qui eum non cupiebant, ſtudebat artificioſiſsime ſeſe in amicitiam ingerere. Alter in curru quodã erat apud ipſum lectum poſito, manúmq;, Adoleſcente remittente ab hac, veluti dependeret ab illo adhærens, refrigerabat, atque ſingulos digitos accipiens trahebat & extendebat, ita vt primus qui cucurbitam nominarit, non inconcinne dixerit: tertius verò pediculus generoſus, qui primas obtinebat in ſeruitio, quoniam illi apud caput aſsidebat, byſsina puluinaria habebat, ſuper quibus iacebat quàm familiariſsimè, atque manu læua adoleſcentis capillos ornabat, dextráq; phocaicam arenam mouens atque attollens non tamen ſtrepitum faciens ſuauiter delectabat. Quare numen quoddam in Genium mihi videtur iratum, muſcam adoleſcenti immiſiſſe, non aliam, ſed illam, quam aſſerit Homerus Palladem Menelao, audaciam ſcilicet, immiſiſſe: ſic erat robuſto animo atq; imperterrito. Nam cum eſſet morſus adoleſcens, ita vir ille clamauit illius cauſa, ægréq; tulit, vt ob vnius odium, cunctas protinus ex domo abegerit: ex quo manifeſte ad hoc electus eſſe viſus eſt. Non erat autem huiuſmodi Leuco Tyrannus Ponticus, qui multos amicos ab adulatoribus ſuis ſpoliari intelligebat atq; cum hominem quendam reliquorũ amicorum calumniantem vidiſſet, interemiſſem te inquit per Deos, niſi Tyrãnis malis hominibus indigeret. His ſimilia ſunt ea quæ dicit Antiphanes comicus in milite de deliciis eorũ regum, qui ſunt in Cypro: inducit quendam militem ita interrogantem:

*Eratis inquis in Cypro tu dic mihi,*
*Per omne tempus quo fuere bella ibi?*
*Quibus locis at plurimum dic, in Papho:*
*Hic delicata res erat quàm maximè*
*Supra fidem, quæ? rex edens ventum excipit*
*Solis columbis, afflat huic aliud nihil*
*Meis relictis, te rogabo, quomodo is*
*Perunctus vnguentis erat Syris, ferunt*
*Quorum columbis fructibus ſuauiſsime*
*Veſci. Hæ odore venerant vt huc ſimul*
*Multæ volantes, ac morari verticem*
*Supra volantes, territabant hasſtatim*

Pueri

A *Pueri aſſidentes, hæ parum latæ, haud nimis*
*Nec huc nec illuc prorſus afflabant, ita*
*Vt ſpiritum lenem nec aſperum nimis*
*Facerent ei.*

Prædicti adoleſcentis adulator malacocolax eſt, velut inquit Clearchus ex viris huiuſmodi qui adulationibus ducuntur, ſequens figura formatur, ſe inducens, ac ſe ipſum faſciis conuoluens. Vnde nunc Paramconiſtum nunc Schematothecam ipſum nominarit. verè adulator idem & Proteus eſſe videtur, fit enim non facie ſolum ſemper ſibi diſſimiliſsima, verum etiam ſermones ſemper habet diuerſiſſimos. Androcydes quidem medicus adulationem denominatam inde dicebat, quòd in congreſsibus agglutinaretur. Mihi verò à facilitate dicta eſſe videtur, quod in omnia ingreditur, quaſi quiddam moribus animi dorſum ſupponens, nullámque rem turpem grauiter ferens. Non erraret fortaſſe quiſpiam ſi adoleſcentis huius Cyprij humidam vitam appellarit, cuius multos magiſtros eſſe Athenis ait Alexis in Pyrauno, ita inquiens:

*Expertus eſſe optaui alius humidam*
B *Quæ vita dicta eſt omnibus ſimul viris*
*Atque in Ceramico dies tres ambulans*
*Vitæ magiſtros huius ipſe repperi*
*Ab officina vna triginta circiter.*

Rurſus Crobylus in Deficiente: *vitæ tuæ*
*Me nutrit humor : nunc tuam laſciuiam*
*Quidam vocant humorem.*

Antiphanes in Lemniis, adulationem quandam artem eſſe ponit, vbi inquit:

*An eſt, vel eſſe poſſet ars iucundior,*
*Acceſſus aut alter, adulari quàm bene?*
*Pictor laborat irritatúrque, & colens*
*Agros periclis rurſus in quibus iacet?*
*His omnibus cum diligentia eſt labor;*
*Nam luſus haud magnus labor videbitur*
*Ridere valde, quem cauillari ſimul*
*Potare plurimum: nihil iucundius*
*Poſt eſſe diuitem ſecundúmue obtinet*
*Locum.*

Adulatorem quàm maximè licet diligenter, formauit Menander

nander in actu eiuſdem nominis, ſicut paraſitum Diphilus C in Teleſia. Alexis Adulatorem quendam in mentito ita dicentem introducit:

*Falix ego ſum per Iouémque & Palladem,*
*In nuptiis edam viri non quòd magis,*
*Sed quòd Deo volente diſrumpar, necem*
*Talem Dei præſtent mihi quæſo aſſequi.*

Videtur mihi autem viri amici hic guloſus non cunctari ea proferre, quæ ſunt Omphales verba ex Ione tragico. Annuum feſtum oportet me dicere velut quotidianũ. Hippias Erythræus libro ſecundo Hiſtoriarum patriæ, quemadmodum Cnopi Imperium ab illius adulatoribus fuit ſolutum declarans, hęc etiam narrat: Cum ſciſcitaretur Cnopus oraculum de ſua ſalute, reſponſum accepit vt Mercurio doloſo ſacrificaret. Atq; cum poſtea in Delphos rediret, qui regnum illius diſſoluere volebãt, vt Oligarchiam conſtituerent, erant hi: Ortyges, Irus, & Echarus, qui propterea quod cum illuſtribus viris verſabantur, eiſque ſeruiebãt, blandi, ac adulatores vocabãtur. Nauigantes iſti cum Cnopo cum primum longe fuerunt à terra Cnopum ligantes in mare proiecerunt, in Chiúmque prouecti, ac ab Amphicho Polytechnóque eius loci tyrannis copias ſumentes per noctem D Erythras nauigarunt. Accidit eodem tempore vt Cnopi cadauer in littore apud Erythras relinqueretur, vbi nũc Leopodum nominatur, cũ Cleonice Cnopi vxor cadaueris cura detineretur, erat autem id tempus quo Dianæ ſtopheæ feſtum nundinæq; celebrabantur, tum clangor turbarum repente exauditur, atque ciuitate, ab iis capta qui erant cum Ortyge multi ex Cnopi amicis trucidati fuerunt, at Cleonice id intelligens in Colophontem aufugit. Qui erãt cum Ortyge tyranno, eas copias habentes, quæ ex Chio venerant, eos omnes obtruncarũt, qui rebus eorum aduerſabantur, legibúſq; ſolutis ipſi rẽs adminiſtrabant ciuitatis, nullum tamen popularem virum intra ciuitatem capientes, at extra Tribunal ante portas conſtituentes, iudicabant: purpureos amictus ſaguláque purpurea habentes. Subligabãt æſtate multifida ſandalia, ac per hyemem muliebribus calceis inducti ambulabant, comas nutriebant, nodiq; capillorum erant ſtudioſi, caput purpureis cotoneíſque diadematibus conuoluentes. Habebant mundum muliebrem etiam

A totum aureum, ſicut habere fœminæ conſueuerunt, ac hos quidem ex ciuibus currum geſtare, illos eſſe lictores, hos vias purgare cogebant, horúmque filios ad publicos congreſſus accerſebant, illis proprias vxores, ſiue ſorores adducere imperabant, quorum ſi quis minus paruiſſet, hunc extremis ſuppliciis afficiebant. Si quis ex ipſis ſociis eſſet defunctus, ciues vnà cum vxoribus & filiis congregantes, illum lugere mortuum compellebant, pectoráque violenter percutere, magníſque eiulare vocibus: atque hęc facere verberone, qui rei erat præfectus impellente, donec Hippotes Cnopi frater Erythras cum copiis accedens, ac per feſtum Erythreis adiuuantibus tyrannos inuaſit multíſque flagris cæſis, Ortygem fugientem vulnerauit, & qui cum eo erant occidit, vxores prætere eorum, filióſque cum flagris cecidiſſet, patriam in priſtinam libertatem reſtituit; ex quibus omnibus intueri licet viri amici quãtorum malorum cauſa ſit adulatio, dum viuimus. Theopompus etiam libro decimo nono Rerum Philippicarũ Agatoclem inquit ſeruum factum, atq; Philippum ex Theſſalicis peneſtis, plurimum apud ipſum Philippum ob adulationẽ potuiſſe, quem, quo-
B niam cum illo in Sympoſiis congreſſus tripudiabat, ridiculáque dicebat, vt Perrhæbos interficeret, rebúſq; ibi præeſſet, miſit. Huiuſmodi homines apud ſe ſemper habebat hic Macedo, quibuſcum ob bibacitatem ſcurrilitatémque multum temporis abſumebat, ídque ſæpiſsime, vel cum de ſumma rerum cum illis conſultaret. Hæc de illo Hegeſander etiã Delphus narrat, quòd Diomeis in Herculeis templo congregatis ridicula dicentibus multum pecuniæ miſit, iuſsitque vt ad ipſum ridicula à ſe dicta ſingula ſcripta mitterent. Theopompus libro vigeſimo octauo Hiſtoriarum cum Philippus ait Theſſalos prodigos eſſe cognouiſſet, at quæ omnino intemperantes, eorum conuentus ſtatuit, artibúſque omnibus illis placere ſtuduit, nam & tripudiabat & laſciuiebat, omniáque præter modeſtiam patiebatur. Erat etiam ex natura ſcurra, ſinguliſque diebus ebrius, iíſque ſtudiis gaudebat, quæ ad hoc tendunt, viríſque facetis appellatis ridicula dicentibus ac facientibus: plures ex Theſſalis qui cum illo verſabantur congreſsibus magis capiebat, quàm largitionibus. His ſimilia faciebat & Dionyſius Siculus, ſicut Eubulus Comicus in

in actu eiuſdem nominis cum tyranno inducit: C

*Inter graues eſt pertinacier viros,*
*Idem cauillatoribus ac adulantibus*
*Iraſcitur minus, putátque liberos*
*Hos eſſe ſolos, ſeruiant ſimul licet.*

Verumtamen opes ſuas profundentes in talos, potum, ac intemperátiam huiuſmodi non Dionyſius ſolum, ſed Philippus etiam amplexabatur. Narrat de vtroque ſic Theopompus libro quadrageſimo octauo, Philippus viros modeſtos, rerúmque ſuarum ſtudioſos reprobabat, prodigos autem atque inter pocula & talos viuentes, laudabat, & in honore habebat, neque tamen hæc ſolum eos habere compellebat, verum etiam totius iniuſtitiæ turpitudiníſque Athletas fecit. quid enim graue aut turpe excogitari poſſet, quod illis nõ adeſſet? aut quid bonum quídue induſtrium, ab illis non aberat? nónne hi cum eſſent viri, abradabantur, ac læues fiebant? aliíque aliis barbas habentibus inſurgere audebant, atque duo aut tres muliebria paſſos circunducebant, quarum rerum vices ipſi rurſus illis retribuebant? ex quo non amicos at amicas eos appellari iuſtum cenſeo. Neque milites quis eos rectè vocauerit, ſed proſtibula: D quandoquidem cum natura eſſent homicidæ, hominum lenones erant, quod ſpectat ad mores. Huc accedit quòd pro ſobrietate ebrietatem amârunt, atque pro vrbana vita, furari occideréque elegerant, tum vera loqui fidémque ſeruare, minimè conuenire ſibi iudicabant: at grauiſsimum prudentiſsimúmque eſſe cenſebant peierare ac decipere. Rerum præterea præſentium minimè erant ſtudioſi: ſed abſentia cupiebant: atque hæc partem quandam habentes Europæ. Exiſtimo enim non plures ſocios fuiſſe eo tempore quàm octingentos; telluris tamen metiſſe non minus quàm decem millia Græcorum, qui optimam feraciſsimámq; regionem poſſederunt. Similia etiam de Dionyſio narrat libro vigeſimo primo; Dionyſius Siciliæ Tyrannus in Taxillos vinúmque diuitias profundentes, atque intemperantiam huiuſmodi: Omnes enim volebat eſſe corruptos & malos, quos etiam colebat: Rebus iocoſis gaudebat. Demetrius Poliorcetes, vt teſtatur Phylarchus libro Hiſtoriarum decimo, qui etiam ita ſcribit in decimo quarto, ſicut Demetrius, ipſi adulantes in ſympoſiis profuſos

A fuſos vidit:Demetrij ſolius Regis, Ptolemæi ſolius Nauarchi, Lyſimachi Gazophilacis, Seleuchi Elephantarchi, quæ omnia non mediocre odium in eum concitarunt. Amaſimæ Aegyptiorum Regem, cum eſſet iocoſus conuiuas cauillari ſolitum ſcribit Herodotus, atque cum eſſet priuatus inquit, erat potus, ſcommatúmq; ſtudioſus neque vir ſanè admodum elegans. Nicolaus libro vigeſimo ſeptimo Hiſtoriarum Syllam ſcribit Romanorum ducem vſqueadeo mimis & morionibus gaudere ſolitum, cum iocoſa amaret, vt multa telluris iugera, illis ex publico conceſſerit. teſtantur illius hilaritatem comœdiæ Satyricæ quæ ab illo patrio idiomate editæ fuerunt. Tirynthios ait Theophraſtus comœdiarum iocoſarum ſtudioſos, atque idcirco neque ſeriis inutiles, ad oraculum confugiſſe in Delphos, cum hoc vitio liberari expeterent: quibus Deus reſpondit, ſi Neptuno taurum ſacrificantes in mare ſine riſu iecerint, futurum vt liberentur: iſti verò timentes ne fruſtrentur à reſponſo, pueros ſacris intereſſe prohibuerunt, quod cum quidam nouiſſet, ſéque immiſcuiſſet, hique ipſum propellentes clamarent, quid timetis inquit is, nunquid ne ego

B victimam veſtram ſubuertam? qui cum riſiſſent, re ipſa didicerunt quòd Deus demoſtrat conſuetudinem iam inueteratam curari non poſſe. Soſicrates libro primo rerum Cretenſium propriũ quiddam Phæſtiis accidere aſſerit, ſiquidem ſtudent è teneris ſtatim ridicula diſcere, quare euenit ſæpius, vt ob priſcam conſuetudinem, quædam apophthegmata opportunè dicant, ita vt omnes qui ſunt in Creta ridicula his iniungant. Alexandrides autem comicus ſecundum locum aſsignauit ignorantiæ poſt adulationem, vbi, hæc ita ſcribit in vaticinantem per pharmaca; Quod ſim arrogans me increpas; ſed quare?plurimum enim hæc ipſa cæteras artes omnes vna adulatione excepta ſuperauit. Sic de Pſocomocolace mentionem fecit Antiphanes in Gerytade, Pſithyrúſque boni & colax, & Samyrio, quomodo tandem malè perdendi Pſomocolaces? Philemon in aperta, Pſomocolax hic eſt. Philippides in Renouatione, Pſomocolacem agens, ſempérque introiens, propriè verò adulator in hoc eſt, nam colum nutrimentum, eſt vnde bubulcus, & difficilis, qui eſt implacidus, & inſuauis, & venter qui cibum capit Pſomocolaphum, ſic inquit

Diphilus

Diphilus in Theſeo, Te enim Pſomocolaphum vocant C ſeruum fugitiuum.

## *De ſeruis.* CAP. VII.

CVm tot dixiſſet Democritus, totúmque propoſuiſſet in Bombylio Sambria, quis eſt hic Sambrias? ait Vlpianus, atque cum infinitos prope ſermones eſſet percurſurus, multitudo ingens ſeruorum apparuit, quæ cibos inferebat. De quibus rurſum ſubſequens ait Democritus, ſemper ego viri amici ſeruorum genus admiratus ſum quantopere ſit continens, cum inter tot præcipuè res gulæ aptas, conuoluantur. has enim non ob timorem tantum deſpiciunt, verum etiam ob diſciplinam: non tamẽ ob eam Pherecratis, in ſeruorum magiſtro, ſed aſſueti: neque velut interdicto hoc, ſicut in Coo inſula cum Iunoni ſacrificant, neque templum ſeruus ingreditur, neque quidpiam ex apparatis ei deguſtare licet. Antiphanes in Diſprato ſpectare appoſitos ametas ſemicomeſos, auiculáſque quas neque captas ſeruo licet comedere, ſicut aiunt mulieres. Epicrates in Dyſprato familiarem quendam introducit grauiter ferentem ac dicentem: D

*Quid eſt nobis magis moleſtum quàm puer,*
*Puer bibentibus vocari ſæpius?*
*Ac ingenuo puero minus matulam dare?*
*Videre ametas ſemicomeſos, ac aues*
*Quas adiacentes atque captas nec licet*
*Ediſſe ſeruis, vt ferunt & fœminæ:*
*Guloſus hic eſt qui choam potauerit,*
*Temerariúſque ſi quis horum veſcitur.*

Ex eiuſmodi iambis patet quòd Epicrates tranſtulit ex Antiphane. Dieuchidas in rebus Megaricis aras inquit ideo appellatas fuiſſe, quæ ſunt inter Cnidam & Symam, quòd cum inter eos qui in Triopam impetum fecerunt, exorta eſſet ſeditio, poſt illius mortem, atque domum ſecederent, cum Phorbantéque manentés veniſſent in Ialyſum, atque illi qui erant cum Periergo, Camiridem occupaſſent, dictus eſt Periergus Phorbanti imprecatus, quo effectum eſt vt Inſulæ Aræ poſtea ſint dictæ. Cùm Phorbas naufragium paſſus eſſet, vnáque cum illo Parthenia Phorbantis Periergíque ſoror, in Ialyſum ad locum Schediam nominatum

A nominatum natarunt, quibus incidens Tamneus, qui forte in Schedio tunc venabatur, eos domum duxit velut hoſpitaturus, famulúmque miſit qui vxori nunciaret vt appararet res victui neceſſarias, quòd hoſpites eſſet ducturus: at in domum ingreſſus vbi nihil vidit apparatum, ipſe frumentum in molendinum iniiciens atque quæ hæc ſequuntur molens, poſtea ipſos hoſpitatus eſt, quo quidem hoſpitio ita delectatus eſt Phorbas, vt cum in extremis laboraret, iuſſerit amicis vt iuſta ſibi per liberos fierent, qui mos in Phorbantis ſacrificiis nunc etiam ſeruatur, nam liberi ſunt ij qui ſeruiunt, neque ſeruum quempiam accedere fas eſſe putatur. Sed vbi hęc ſunt quęſtiones à Vulpiano in medium prolatæ, quæ ad familiares ſpectât? agè iam dicamus & nos ea, quæ diu legimus ac nouimus in memoriam reuocantes, inquit igitur Pherecrates in Syluestribus:

*Tum non erat Manes ſacis've cuipiam*
*Seruus, ſed ipſas tunc opus fuit domi*
*Feciſſe cuncta mane, poſtea cibos*
*Sumpſere villa, perſonabant vndique*
*Tundentibus mola.* Anaxandrides in Anchiſe:

B *Non extat vſquam ciuitas ſerui bone.*
*Fortuna transfert huc & illuc corpora.*
*Multos videbis eſſe nunc haud liberos,*
*Cras ſunios, at tertio ſtatim die*
*Vti foro: fortuna clauum ſingulis*
*Tranſmutat.*

Poſidonius Stoicus libro Hiſtoriarum decimoprimo, multi inquit cum ſui ipſorum domini eſſe non poſſint ob animi imbecillitatem, ſe in prudentiorum dominorum ſeruitium exhibent, vt ab illis ſtudium conſequantur, quod ſpectat ad parandas res neceſſarias: atque ipſi contrà illis tribuunt prout ſeruire poſſunt. Quo modo Mariandyni ſeſe Heracleotis ſubiecerunt, promittentes ſe pro mercede ſemper eſſe ſeruituros, ſi ſibi neceſſaria ſuppeditarent, ſtipulatione cauentes ne vllius eorum fieret venditio extra regionem Heracleotarum, ſed in ipſa ſolum propria regione. Idcirco Euphorion fortaſſe verſificator Doniferos appellauit Maryandinos:

*Doniferi Reges dicuntur forte timentes.*

Scribit Calliſtratus Ariſtophanius quòd doniferos nomi-

narunt Maryandinos inuiſum illud atque aſperum ex famulis appellatione auferentes, quod Spartani fecerũt item in Helotibus, Theſſali in Peneſtis, Cretenſes Clarotibus. C
Vocantes Cretenſes famulos in ciuitate Chryſonetos, at in agris Amphaniotas, eos verò qui ſunt indigenæ, atque in bello ſeruiunt, ex ſorte Clarotas dicunt. Ephorus libro tertio Hiſtoriarum, Cretenſes inquit Clarotas ſeruos appellant ab ea ſorte, quæ fit eorum gratia. Sunt his quædam feſta ſtatuta in Cydonia quibus liberi ciuitatem non ingrediuntur, ſed ſerui rerum omnium ſunt domini, atque liberos flagris cædere poſſunt, ſi libeat. Soſicrates lib. ſecundo rerum Creticarum commune inquit ſeruitium Mnçam Cretenſes appellitare conſueuerunt, priuatum verò Phamiotam, atq; auolas miniſtros. his ſimillima ſcribit etiam Doſiadas quarto rerum Creticarum cum Theſſali penæſtas vocent, non ſeruos quidem ex genere, at in bello captos. Theopompus Comicus voce abuſus inquit:

*Heri peneſte ſquallor ipſa curia.*

Philocrates rerum Theſſalicarum lib. ſecundo, ſi modo legitima ſunt eius commentaria penelas aſſerit Theſſalæce tas etiam vocari. Archemachus tertio Euboicarum, ij inquit ex Bœotis, qui Arnçam coluerunt, qui non receſſerunt D
in Bœotiam propter amorem regionis, ſe ipſos Theſſalis in ſeruitutem dederunt ex ſtipulatione, ex quo neq; ſe extra regionem recipient neq; occident, ipſíque regionẽ illis colentes tributa perſoluunt. Qui ſic ex ſtipulatione manſerunt, ſéque ipſos dediderunt tunc Meneſtæ vocati ſunt, ac nunc penæſte, multi ditiores ſunt ſuis ipſorum dominis. Euripides in Phrixo latrias eos ita vocat:

*Latris penaſtis eſt meus priſca domus.*

Timæus Tauromenites libro Hiſtoriarum ix. non erat ex patria inquit inſtitutione apud Græcos antiquitus vt empta mancipia ſeruirent, qui ita ſcribit: Solent omnino Ariſtotelem reprehendere velut ignarum cõſuetudinis Locrorum, neq; enim per legem poſsidere licebat ſeruos aut ſeruas, velut neque Phocenſibus præterquã proximis temporibus. primam verò eius Philomeli vxorẽ qui Delphos cepit, duæ ſeruæ viſæ ſunt. Mnaſo ſimiliter Ariſtotelis ſocius calumnias paſſus eſt à Phocenſibus, quoniam mille ſeruos habebat, quia tot ciuium neceſſarium alimentum occupaſſet:

ſet:

A ſet: mos enim inualuit vt inter familiares qui iuniores ſunt, ſeruiant ſenioribus. Plato lib. ſexto Legum. Quæ ad ſeruos ſpectant omnino ſunt grauia, nam inter Græcos omnis ferè Lacedæmoniorum Helotia maximè affert delectationem, his quidem bene ſe habere dicentibus, his autem contra. minorem Heraclitorum ſeruitus contentionē habere fortaſſe poſſet, quàm Apuriādynoium animi ſummiſsio, Theſſalorúmque rurſus genus Penæſticum: ad quæ omnia híſque ſimillima, cum reſpicimus quid nos facere oportet de ſeruorum poſſeſsione? nihil eſt enim ſyncerum aut bonū animi ſeruilis, neq; viro prudenti bonū quippiā his credere cōuenit; vnde ſapientiſsimus inquit poetarum:

*Dimidium rapuit virtutis Iuppiter almum*
*Mortali, cui ſeruilem mox deſtinat eſſe.*

Seruos malum eſſe prædium iam ſæpius re ipſa demonſtratum eſt, vbi Meſſeniorum frequentes fierent rebelliones, & ex ipſis ciuitatibus, quæ multos ſeruos vnius idiomatis poſsidebāt, quot mala inde proueniant, compertum eſt; quot labores inquam, ac incommoda grauia variorum furtorū circa Italiā: ad quæ omnia cum quis reſpiciat, quī

B dubitare poterit, quid de his huiuſmodi facere oporteat? duo igitur nobis conſideranda relinquuntur, ne eiuſdē ſint patriæ qui nobis facile ſint ſeruituri, ac maximè ſint inepti ad cogendas copias. nutrire eos rectè conuenit, neq; illorū cauſa ſolorū: ac magis quàm ſe ipſos honorare miniméq; iniuria afficere. ſeruos iuſtè caſtigare oportet, neq; velut liberos multis nugis admonere: ſed oportet eum ſermonem qui fit ad ſeruū, totum eſſe veluti mandatū, neq; vllo prorſus pacto cum ſeruis maribus aut feminis iocari, quod facere delectantur nonnulli cum ſeruis inſulſè admodum nugantes, quo efficitur vt iis vitam difficiliorē efficiāt, dum à dominis huiuſmodi poſsidentur, ſibi verò ipſis dū præſunt. Primos inter Græcos Chios noui ſeruis emptis vſos fuiſſe, velut Theopompus teſtatur lib. Hiſtoriarum xvij. primi Chij inter Græcos poſt Theſſalos ac Lacedæmonios ſeruis vſi ſunt, non tamen eodem modo quo illi poſsidentes. Nam Theſſali & Lacedæmonij ſeruos ex Græcis comparaſſe videntur, qui prius regionē incolebant, quam illi nūc poſsident Achiuorū: Theſſali verò Perrhæborū ac Magnetum. Atq; in ſeruitium redactos iſti quidem Helotes, illi

autem Penæſtas nuncuparũt. At Chij ſeruos habent barba C
ros eorum honorẽ peſſundantes, ſic enim ſcriptum reliquit Theopompus, ego vero numen idcirco Chiis iratum fuiſſe putarem, quandoquidem ſequentibus temporibus à ſeruis debellati fuerunt, hæc igitur de illis ſcripſit Nymphodorus in Aſiæ nauigatione, Chiorũ ſerui ab ipſis dominis aufugientes in montes, ſublimioráq; loca conſcenderunt villáſq; ipſorum deuaſtantes multi ſimul coacti ſunt. eſt enim ipſa inſula aſpera, multiſque arboribus referta. Paulò ante noſtra tempora famulum quendã narrant ipſi Chij profugiſſe, atq; in ipſis montibus habitaſſe, qui cum eſſet bellicoſus animóq; virili, fugitiuorum ſeruorũ Dux ac Imperator declaratus erat, non aliter atq; reges ſolent exercitus. cum ſæpius poſtea Chij copias in eum eduxiſſent, nihilque facere poſſent, vbi eos Primacus (ſic enim ſeruus hic nominabatur) fruſtra interimi cõſpexit, ſic ad illos locutus eſt; nunquam viri Chij domini moleſtia quæ à ſeruis nobis infertur ceſſabit? qui enim poteſt, cum ex oraculi reſpõſo ita fit? ſed ſi me audiueritis, nóſq; quieſcere patiemini, ego vobis multorũ bonorũ ero author. Cum igitur fœdus Chij cum eo compoſuiſſent, induciáſque per ſpatium quoddã feciſſent, menſuras, pondera, ac ſigillum proprium fecit, quæ D
Chiis oſtentans, capiam his menſuris ac põderibus cum ab aliquo veſtrum capiam inquit, atq; cum idonea, quæq; ſufficiant cepero, hoc ſigillo pretio inſignita relinquam. ſeruorum autem veſtrũ fugientium cauſas diiudicabo, ſi intolerabile quid perpeſsi videbũtur quare aufugerint, eos mecum retinebo, ſi nihil iuſtum comprendero, eos rurſus dominis reſtituam, Cum reliqui ſerui Chios promptè conditionem cõplexos eſſe cognouiſſent, multò minus aufugiebant, timentes illius iudicium. Qui verò fugitiui erãt cum illo, multò magis illum timebant quàm ſuos dominos, omniáque illi quæ conueniebãt veluti exercitus imperatori obedientes miniſtrabant. Caſtigabat eos qui minus ordinatè quid facerent, neq; vllum aut agrum prædari, aut iniuſtum aliud agere patiebatur, ſine ipſius Imperio, Capiebat in feſtis ex agris incedens vinum victimáſq; ac quæcunque domini darent. Si quem verò ſibi inſidiantem, vel fraudes ſubtendentem ſenſiſſet, continuò puniebat. Edictũ emiſit poſtea ciuitas per præconẽ ſe multos nummos ei daturam,
qui

A qui aut illum comprenderet, aut caput eius afferret. Hic Primacus factus iam ſenior amaſium ſuum in locũ quendã conuocauit, atque hæc ita locutus eſt: quãdo ego te ſemper maximè omniũ amaui, atq; tu mihi filius es in ipſo ætatis flore, quid igitur? oportet te virum bonũ eſſe, & ſtrenuum. Nam quãdo Chiorũ ciuitas multos nummos libertatémq; promittit ei, qui me occiderit, oportet te meum caput ad Chios afferre, atq; cum nummos à ciuitate acceperis, feliciter viuere. Cum reluctaretur adoleſcẽtulus, ei tandẽ perſuaſit vt hoc faciat, qui caput auferẽs promiſſam per præconem pecuniã à ciuitate Chiorum accepit, fugitiuíq; corpore ſepulturæ dato in patriã deinde rediuit. Poſteà Chij rurſus à ſeruis iniuria affecti, deprædationéſq; paſsi manſuetudinis illius mortui recordati Heroicam ſtatuam illi in regione erexerũt, ac benigni Herois nominarunt. Cui nunc etiã fugitiui primitias omnium rerũ offerũt quas capiunt. Referũt hunc etiã cõpluribus Chiorũ per ſomnũ apparuiſſe, ſeruorúmque inſidias ſignificaſſe. Quibus verò apparuit hũc in locũ vbi illius ſimulachrũ eſt erectũ veniẽtes ſacrificant. Hæc inſcripta reliquit Nymphodorus. In multis verò

B exẽplaribus ipſum nomine vocatũ nõ inueni. Nullũ autem noſtrũ ignorare arbitror, neq; id quod Herodotus ſcripſit de Panionio Chio, quæq; ille perpeſſus ſit, cum liberorum puerorum fecerit ſectiones. Nicolaus Peripateticus Poſidoniúſq; Stoicus referunt in ſuis Hiſtoriis Chios à Mithridate Capadoce factos captiuos, ſuis ſeruis cunctos datos fuiſſe, vt in Cholcorum terram migrarẽt. Sic verè numen ipſis ſuccenſuiſſe apparuit, qui primi mancipiis emptis vſi ſunt, cum prius multi in ipſis miniſteriis ipſi operarentur. Factũ eſt aliquãdo inde prouerbium, Chius dominum emit, quo vſus eſt Eupolis in Amicis. Athenienſes autem ſeruorum etiam fortunæ occurrẽtes, lege ſanxerũt, vt ſeruorũ etiam iniuriæ audirentur & accuſationes. Idcirco Hyperides Rhetor in oratione cõtra Mantitheum iniuriarum verberúmque actionem inquit non ſolum liberis conceſſerunt, verum etiam ſeruis, ſi quis eorum corpora iniuria afficiat. ſtatuerunt enim actiones in iniuria afficientem. His ſimilia ſcripſit Lycurgus in prima oratione contra Lycophronem, ac Demoſthenes contra Midiam. Malacus in Siphniorum terminis Samiorum ſeruos narrat Epheſum in-

coluiſſe cum mille eſſent numero, qui prius in montem, C qui eſt in inſula ſecedentes, multa damna Samiis intulerũt, poſtea anno ſexto Samij fœdera cũ ſeruis ex vaticinio ciuili conſenſu percuſſerunt, multiq; ex inſula nauigantes Epheſum habitarunt, ex quibus nati ſunt Epheſij. At Chryſippus ſeruum à famulo differre inquit ita ſcribens libro ſecundo Concordiæ; Quod libertus etiam ſit ſeruus, at famulus nondũ à poſſeſsione dimiſſus. famulus eſt enim inquit ſeruus poſſeſsioni qui ſubiacet. Dicuntur ſerui, vt ait Clitarchus in linguis, ſerui, famuli, ſequaces, miniſtri exactores, fures, obſequentes. Amerias ſeruos ait vocari Hercitas, famulos in agris. Hermon in linguis Cretẽſibus ſeruos nobiles Mnotas appellat: Seleucus Azos ſeruos ac ſeruas. At ſeruam Apophraſen ac Balizam, Sindronem verò ſeruum. Amphipolum ancillam circa dominam, at propolum ante dominam verſantẽ. Proxenus libro ſecundo Reipublicæ Laconicæ ancillas inquit, Chalcidas vocari apud Lacedæmonios. Ion verò Chius in Laerte ſeruum dixit de familiari. Hei mihi familiaris domum celer claudito, ne quis vir intret. Achæus in Omphale, vbi narrat de Satyro, D cum & bonum ſeruis, & bonũ familiaribus dicit. Propriè inquiẽs, quod & ſeruis & familiaribus erat vtilis. Quòd autem familiaris is eſt, qui in domo verſatur, vel etiã ſi ſit liber, patet. Antiqui verò comœdiarũ poëtæ de antiquorũ vitæ ratione differentes, apertè ſignificarunt nullũ fuiſſe antiquitus ſeruorũ vſum. Cratinus in Plutis, quibus Rex erat Saturnus antiquitus, quo tempore panibus pro talis ludendo vtebantur, placẽtæque in paleſtris grandia præmia ponebantur, oliuis glebuliſque ornatæ. Crates in feris.

*Nec vllus inde poſsidebit ſeruulam,*
*Seruum've, ſed ſenex vir ipſe ſeruiet*
*Sibi: profectò? perge. ego nam cuncta agam.*
*Accedit ipſis ſingulis quod vaſculis,*
*Cum quis vocat, ponam? parato menſa te*
*Mox ipſa, tu vorato ſaccule. at calix*
*Effunde. vbi eſt calix lauet vt ſe plurimùm?*
*Aſcende tu placenta. betas ollula*
*Capiat, veni piſcis: ſed altera haud ſatis*
*Sum parte coctus: ergo te conuertito.*
*Fundas tibi quid pingue.*

Poſtea

A Poſtea cōtrarium ſermonem huic ſumens, hæc ita ſcripſit,

*Sed hoc oppenito,*
*Meis lauacra ducam ego calentia*
*Rurſus prius, velut in columnis per leue*
*Pæonium in mari, fluat quo ſingulis*
*In balnei ſolium, ferántque continé*
*Lymphas, alabaſtrum poſtea veniet ſtatim;*
*Vnguenta ſponte, ſponga, mox & calcei.*

At multò melius his Teleclide in Amphictionibus:

*Dicam igitur vitam quam prius mortalibus præbui.*
*Pax erat ante omnia, velut aqua in manus.*
*Terra non ferebat timores, aut morbos, ſed ſponte ſua erant neceſſaria:*
*Vino fluebant torrentes, placentæ cum panibus pugnabant*
*Circa ora hominum orantes comedi,*
*Si candidiſsimas cuperent. piſces domum euntes,*
*Se ipſos coquentes iacebant in menſis,*
*Iuris fluuius fluebat apud lectum carnes calidas conuoluens.*
*Hypotrimmatum riui volentibus hæc aderant.*
*Ita vt poſſent abundè turundas aut nardum teneram edere.*
B *In peluibus & cibi anapaſti condimentis conſperſi.*
*Cocti turdi cum ametiſcis in os volabant.*
*Placentarum ad hoſtium expectantium circa maxillas clamor inſurgebat.*
*Fruſtis vuluæ & placentæ pueri talis ludebant.*
*Viri pingues erant tunc, magnúſque vſus Gigantum.*

Si tempora nobis huiuſmodi contigiſſent ô ſocij, nunquid per Cererem opus eſſet etiam ſeruis? ſed cum vos antiqui rebus agendis ipſos aſſueſcere voluerint, inſtruebant verborum ſuauitate capientes. Ego poſtea quàm, veluti lampadem maximè admirando Cratino concutiente, prędicta carmina, quemadmodum poſteri imitati ſunt ac expoliuerunt, cognoui actuum ipſorum ordine, veluti præcipiebatur, vſus ſum. ac niſi vobis ſim moleſtus, Cynicorum nec minima quidem eſt mihi cura, ea ex ordine recenſebo, quæ dicta ſunt ab aliis poëtis, quorū quidē vnus eſt Atticiſsimus Pherecrates, qui ita ſcribit in verſantibus circa metalla:

*Pluto ſimul confuſa erant illa omnia,*
*In omnibus prorſus bonis perfectáque.*
*Plena & farina, & iuris atri flumina,*

*Fluxere per loca arcta murmurantia,* C
*ob concauos panes, calentéſque inſuper.*
*Facillimè vel ſponte pinguis curreret*
*In ora mortui cibus coactus haud*
*Lucanicæ, & tuceta bullientia*
*Loco oſtrearum ſparſa erant per flumina,*
*Piſcéſque conditi natabant vndique*
*Suaui parati iure, ſimplici haud modo.*
*Laterum caro coniuncta toti tibiæ*
*In lancibus ſtabat, ſimúlque viſcera,*
*Boúmque ventres ſuauiter vaporibus*
*Bonis olentes, tum ſuis flauum latus*
*Molliſſimum iacebat in amylis: erat*
*Et alica lacte lota vaſis æreis.*
*Me perdis, hei mihi morata nunc quoque hic.*
*Præſtaret vt licet innatare tartarum.*
*Quid poſtea dices? reliqua ſi me audias,*
*Turdi volabant ora circum, qui bene*
*Conditi erant, coctíque mire, ſupplicees*
*Edi rogabant pulchra per papauera,*
*Myrtóſque ſuſi. mala pendebant ſuper* D.
*Caput decora maximé, nec arbore*
*Producta, nullo vel retenta germine.*
*Togis puellæ in bombycinis aptè ili*
*Aetate florentes, roſi, q; pluribus*
*Comptæ meri plenos calices Antoſmij*
*Dabant nigri potare mox volentibus.*
*Quorum bibat ſi quid vir, aut edat, ſtatim*
*Cibo comeſo naſcitur rurſus duplex.*

Scribit etiam in Perſis:

*Quis eſt aratri nunc quoque, aut vſus iugi?*
*Vel falcis, impreſſoris, atque ſeminis,*
*Valli' ve, ſponte quando currunt flumina*
*Cunctis triuiis, quæ condimenta pinguia*
*Habent, nigrúmque ius? placentis murmurant,*
*Riui ſuperfluitantibus inde Achilleis.*
*Ex fontibus Pluti, petentibus capi.*
*Ac Iuppiter mero pluens ex fictili*
*Inundat, ametiſcis, ſimúlque naſtulis,*
*Fabáque lixa, caſeóque plurimo*

*Circum*

A *Circumuolutis defluunt è tegulis*
*Riui racemorum.ſpeciem papauerum,*
*Ac liliorum habentibus frutices,ferunt*
*In montibus pro frondibus hœdi viſcera.*
*Multa tenella pullulant loligine.*

Quid autem opus eſt his elegantiſsimi Ariſtophanis verba adiungere ex coquentibus in ſartagine, omnes enim iuxta Acharnenſes pleni eſtis ipſo. Cum Metagenis verba ex Thurioperſis commemorauero, ſermonem finiam. Ac diu valere iubebo ſirenibus Nicophontis : in quibus ita ſcriptum inuenitur.

*Ningat farinis,panibus ſpargat,pluat*
*Lixis fabis,ius per vias voluatur,&*
*Placenta:carníque imperet ſe vejcier.*

Huiuſmodi ſunt ea etiam Metagenis:

*Placenta fertur magna Crathi flumine*
*Sua ſubacta ſponte flumen alterum*
*Deuoluit vndas carnium cum naſtulis,*
*Sybaris vocatus:batides coctas ſimul.*
*Loligines hinc parua voluunt flumina,*
B *Coctóſque phagros,& locuſtas.alterum*
*Condita ſalſa,cum quibus bellaria*
*Sartaginis,pericomma,farcimen ſimul.*
*In ora ſponte quæ fluebant omnia,*
*Ac ad pedes amylum ruebat circulo.*

Nec me ſanè præterit quod Thurioperſæ, Nicophontiſque actus rudes ſunt, quare vltimo loco de his mentionem feci.Cum hęc Democritus clarè ac diligenter percurreret, laudarunt omnes conuiuæ. Tunc ait Cynulcus, non inſuauiter Democritus conuiuium mihi præbuit viri conuiuæ valde fameſcenti, cum fluuios nectaris ac Ambroſiæ prodiderit, quibus animum irrigatus, iam factus ſum pinguis cum ſermones ſolos guſtauerim. Quare ceſſantes,aliquádo ab hac garrulitate,vt inquit Pœanius rhetor ea aggrediamur,quæ neque robur in nobis operantur, neq; tamen patiuntur nos mori.Nam in vacuo ventre nullus eſt bonorum deſiderium.Fameſcentibus ſiquidē amara eſt Venus,vt inquit Achæus in Athone Satyrico : à quo ſapiēs Euripides cœpit,in repletione Venus,in fameſcētibus nequaquam.Cui, Vlpianus ſemper ferè contradicens ait.

*Plenum eſt oleribus forum, ac panibus.*

Tu verò Canis ſemper fameſcis, neque nos pateris copioſos doctóſque ſermones capere, vel haurire potius, namque animi nutrimentum eſt pulcher ſermo. Simúlque ad domeſticum conuerſus Leuce inquit, ſi qua habes purgamenta panium dato Canibus. Cui Cynulcus, ſiquidem ad audiendos ſermones vocatus eſſem, ſcio me foro pleno huc acceſſiſſe. Sic enim ex ſapientibus quidam demonſtrationum tempus appellat: quem vulgus poſtea Plethagoram idcirco nominauit. Quare ſi loti rationes cœnamus, parua ſymbola pono, dum audio vt ait Menander. Quare tibi concedo helluo, vt cibo huiuſmodi te expleas. Nam famelico viro placenta auro precioſior eſt ac ebore, iuxta circulum Achæi Eretrienſis. Atque cum hæc diceret erat diſceſſurus, niſi conuerſus piſcium copiam, aliorúmq; variorũ obſoniorum apparatum conſpexiſſet: tum manu puluinar percutiens exclamauit:

*Perfer pauperies iam latè vana loquentes,*
*Iniucunda fames domitat te, & copia multa*
*Obſonij.*

Ego enim iam nõ dithyrambos ſolùm profero ob inopiam, iuxta Socratem, verumetiam carmina. res verè quæ ad famem ſpectet carminum decantatio. nam ſecundum Amipſiam ô Larenſi qui de te vaticinatus ait in funda:

*Eſt diuitum nullus tibi ſimilis, ita*
*Vellautus, vt ſorbere ius bonum velit.*
*Miraculum cerno profectò maximum,*
*Extrema circum multa genera piſcium*
*Ludentia. gobios, ſparos, & paſſeres,*
*Erythynos, & mugiles, & ſcorpios,*
*Percas, aſellos, & cephalos, & ſepias,*
*Aulopias, triglas, melanuros, eledonas,*
*Heniochus ait in Curioſo.*

Oportet autẽ me & iuxta Metagenem comicum dicẽtem.
*Vna auis egregia eſt pro cœna ſumere bellum*
*Perpeti.*

Illo poſtea tacente inquit Maſſurius: ſed quando pars quædam ſermonis ad ſeruorum cõſiderationem ſpectantis deficit, aliquid & ipſe cõferam amori cum perdocto, mihique amiciſsimo Democrito. Philippus Theagellenſis in com

A commentario de Caribus ac Lelegibus, vbi Lacedæmoniorum Holotes Theſſalorúmque Peneſtas connumerauit, Cares aſſerit Lelegibus vſos eſſe velut domeſticis & antiquitus, & nunc etiam Phylarchus libro ſexto Hiſtoriarum Byzantios inquit Bithynorum eſſe dominos, veluti Helotum Lacedæmonios. De vocatis autem Epeunactis apud Lacedæmonios (hi etiam ſunt ſerui) ſic manifeſtè declarat Theopompus in trigeſima ſecunda Hiſtoria, cum multi ex Lacedæmoniis in bello contra Meſſenios occubuiſſent, qui circumuenti fuerant, cauentes ne hoſtibus pauci viderentur, aliquot ex Helotis in ſingulos mortuorum lectos accedere iuſſerunt, quos poſtea ciues facientes appellarunt Epeunactos, quoniam in mortuorum lectulos eſſent iuſsi. Idem rurſus ſcribit trigeſimo tertio Hiſtoriarum ſeruos quoſdam Catanacophoros apud Sicyonios vocari, qui Epeunactis ſunt ſimillimi. nec ab his aliena ſunt ea, quæ ſcribit etiam Menæchmus in rebus Sicionis, ſeruos quoſdam Catanacophoros dictos fuiſſe Epeunactis ſimiles. Theopompus præterea ſecundo rerum Philippicarum Arcades inquit B trecenta Proſpelatarum millia ſicut Helotum habuiſſe: Mothaces apud Lacedemonios dicti liberi quidem, at non Lacedæmonij, omniſque diſciplinę participes fiunt. Ex his fuiſſe aiunt Lyſandrum, qui Athenienſes bello nauali ſuperauit, quem ciuem poſtea fecerunt, ob ſtrenuitatem. Myron Prianeus libro ſecundo rerum Meſſenicarum ſæpius inquit Lacedæmonij ſeruos in libertatem reſtituerunt, quorum alios Aphetas, alios Adeſpotas, alios vocabant Erycteras. Sunt & qui dicerentur Deſpoſianactæ, quos in claſſes eligebant. Alios appellabāt Neodamodes, qui diuerſi erant ab Helotum genere. Theopompus libro ſeptimo rerum Gręcarum, vbi narrat quòd Helotes Eleatę etiā dicerentur, ita ſcribit, Helotum genus crudele eſt prorſus & aſperum, qui iandiu à Spartanis in ſeruitutē ſunt redacti, quorū alij ſunt ex Meſſena profecti, alij quia Helos vocatā ciuitatem prius habitārūt, Eleatæ ſunt dicti, quamuis Timæus Tauromenites ſui ipſius oblitus, quē Polybius Megalopolitanus libro duodecimo Hiſtoriarū carpit, non fuiſſe Græcorum conſuetudinem dicat, ſeruos habere: Sic ipſe refert Epitimæus, quo nomine ipſum appellat Iſtrus

Calli

Callimachius in his, quæ contra illum ſcripſit: vbi narrat C
quemadmodum Mnaſon Phocenſis plures ſeruos, quàm mille poſsidebat. Libro etiam tertio Hiſtoriarum inquit Epitimæus ita Corinthiorum ciuitatem floruiſſe, vt ſex ſeruorum Myriades ac quadraginta poſsideret: propter quos exiſtimo oraculum eos Chænicometras appellaſſe. At Cteſicles tertio Chronicorũ decima Olympiade vltra centeſimam deſcriptionem factam fuiſſe aſſerit Athenis à Demetrio Phalereo quot eſſent illi, qui regionem Atticam habitarent, ac Athenienſium viginti, & vnum millia fuiſſe reperta: inquilinorum decem millia, ſeruorum quadringẽta millia. Nicias verò Nicerati, velut inquit elegans Xenophon in libro de Redditibus, cum mille ſeruos poſsideret, eos Soſiæ Thraci in mercedem ad argenti fodinam dabat, qua ex re ſinguli obolum ſingulis diebus perſoluebant. Ariſtoteles in Republi. Aeginetarum, apud hos etiam quadraginta & ſeptem Myriades ſeruorum fuiſſe narrat. Agatharchides Cnidius trigeſimo octauo rerum Europicarum, Dardanes ſeruos inquit poſſediſſe, hunc quidem mille, hunc verò plures: quorum ſinguli pacis tempore agriculturam exercebant: iidémque belligerantes lanceas ferebant, ſuúmque dominum ducem D
declarabant. his occurrens Larenſius, ait, ſed ex Romanis ſinguli, quæ optimè noſti ô bone Maſuri, multos domeſticos poſsident: nam & decem, & viginti millia, vel plures etiam nonnulli habuerunt. At non in quæſtibus, ſicut Græcorum ditiſsimus Nicias. At complures ex Romanis plurimos præcedentes habent ſeruos non autem ſicut Atticæ Myriades vinctæ metalla operantur. Idcirco Poſsidonius, cuius frequens fit mentio à philoſopho, ipſos defeciſſe à dominis narrat, atq; omnes metallorũ cuſtodes interemiſſe, arcémq; Sunij occupaſſe, ac diu deuaſtaſſe Atticam regionẽ. Erat autem id tempus, quo ſecunda ſeruorum rebellio facta fuit in Sicilia. multæq; & aliæ rebelliones fuerunt, in quibus mortuæ ſunt plures quàm cẽtum ſeruorum Myriades; atq; de bellis ſeruilibus commentarium extat à Cœlio rhetore ex pulchro littore editum. Spartacus etiam gladiator ex Capua Italiæ ciuitate aufugiens per Atticę regionis fines, multáſque ſeruorum copias ad rebellionem vocans, qui & ipſe ſeruus erat, ex genere Thracum, exiguo

tem

A temporis ſpatio totam Italiam percurrit multiſque ſeruis ad eum quotidie confluentibus, niſi occubuiſſet in acie contra Licinium Craſſum, non mediocrem ſudorem noſtratibus præbuiſſet, ſicut Eunus in Sicilia.

*Romanorum Encomium.* CAP. VIII.

TEmperantes erant Romani, atque omnino optimi: ſiquidem Scipio cognomento Aphricanus à Senatu miſſus vt res, imperiáque totius orbis componeret, vt darentur ad quos merito pertinebant, quinque domeſticos tantum ſecum adduxit, velut teſtatur Polybius, ac Poſidonius: ac vno mortuo in itinere, domum ſcripſit, vt alius ſibi in illius locum mitteretur. Iulius autem Cæſar, qui primus omnium hominum in inſulas Britãnicas cũ mille ſcaphis penetrauit, tres domeſticos omnino ſecum adduxit, velut Cotas eſt autor, qui tunc ſecundum locum in caſtris obtinebat, in commentario ſuo de Romanorum rep. quod patrio noſtro idiomate eſt ſcriptum. Sed non Smyndyrides Sybarita huiuſmodi erat ô Græci, qui ad nuptias Agoraſtes filiæ Cliſthenis accedens, ob voluptatem ac delicias, mille domeſticos ſecum adduxit: piſcatores, aucupes, & coquos. Hic etiam vir cum vellet demõſtrare quàm feliciter ageret ſe neque orientem, neque occidentem ſolem intra ſpatium viginti annorũ vidiſſe dictitabat, quod magnum & admirabile felicitatis argumentum arbitrabatur, velut Chamæleon Ponticus narrabat in libro de Voluptate, qui liber dicitur etiam Theophraſti. hic, vt rationi conſentaneum eſt, mane dormiebat, tardéque expergiſcebatur, ex vtraque parte infelix. Melius aurẽ Heſtiæus Ponticus gloriabatur, ſe nunquam orientem aut occidentem ſolem vidiſſe, quia ſemper diſciplinæ eſſet intentus: ſicut Nicias teſtatur in ſucceſsionibus. Quid igitur? an nõ habuit Scipio domeſticos, & Cæſar? habuerunt quidem, ſed patrias leges obſeruarunt, temperatéque vixerunt rei pub. conſuetudines ſeruantes: eſt enim virorum prudentium, in antiquis iam inſiſtere ſtudiis, quibus militantes alios ſubuerterunt: ſimul à mancipiis ſi quid vtile, pulchrúmque ſit apud illos, ad imitationem capere, quod Romani antiquitus facere ſolebant. Nam patriis ſtudiis ſeruatis, ſi quas reliquias optimæ exercitationis inuenirent,

B

eas à captiuis transferebant,res minus probandas illis interim relinquentes,vt in eorum recuperationem, quæ acceperunt,nunquam accedere poſsint.à Græcis igitur machinas,inſtrumentáque expugnandis vrbibus apta, diſcentes, his ſuperiores fuerunt,ac Phenices bello nauali deuicerũt, qui primi res nauticas inuenerunt.Ceperunt à Tyrrhenis phalangas,atque in pugnas conſtituere ſicuti à Samnitis didicerunt.gæſorum vſum ab Iberis,ac alia ab aliis capientes,ea melius vſi ſunt,omnibúſq; in rebus Lacedæmoniorum rempubl.imitantes,melius quàm ij obſeruarunt.Nũc verò cum vtilium electionem fecerint, ad contraria deferuntur,maláque ſtudia.erant enim patria illis,vt inquit Poſidonius,temperantia,frugaliſque diæta,atque aliorũ quęcunque poſsidemus tenuis, miniméq; ſuperuacaneus vſus. Religio præterea deorum admirabilis, iuſtitia multúmq; ſtudium ne in quempiam iniurias conferrent, vnà cũ ſumma agriculturæ diligentia.Hæc licet ex patriis ſacrificiis, quæ peragimus,intueri, viis enim incedimus ordinatis,ac diffinitis,ordinata ſacrificamus, & precamur in ſupplicationibus:atque inter ſacra tenuia frugaliáq; hæc facimus: neque plura quàm natura ipſa poſtulat, induimus, aut circum corpora habemus,ſecedentéſque veſtes habemus, calciamentáque frugalia,tum pileos capiti imponimus villoſos ex ouium pellibus,fictiliáque,aut ærea portamus ſupellectilia,in quibus cibum, potúmque capimus minime exquiſitè:abſurdum exiſtimantes ſi diis more patrio offeramus,nobis impenſas ſuppeditaremus ex peregrina cõſuetudine.Nam eorum quæ in nos abſumuntur, vſum metiri conſueuimus, quæ verò in Deos, primitiæ ſunt quædam. Mutius Scæuola tertius Romæ Fanniam legem ſeruauit, tum lautus Cæcilius Tubero,& Rutilius Rufus, qui patriã hiſtoriam ſcripſit: iubebat enim lex ne plures tribus externis exciperentur,id quinquies tantum facere licebat ſingulis menſibus.Prohibebantur obſonium pluris emere, duabus drachmis,cum dimidio, Atque carnis fumigatæ quindecim talenta in annum abſumere conceſsit,tum quæcũq; olera fert tellus.Cum tenuis eſſet victus,propterea quòd leges non ſeruantes,immoderatéque viuentes venalium pretium augebant,ad liberaliorem vitam legitimè ſunt conuerſi;nam Tubero ab agricolis ſuis aues emebat, drachma ſingul

A ſingulas. Rutilius triobolo obſonij minam à ſui ipſius ſeruis piſcatoribus, atque imprimis vocati Thuriani, quæ pars eſt canis marini, ſic appellata. Mutius verò ab iis, in quos beneficia contulerat, emens, ad eundem formam pretium deduxit. Ex tot igitur hominum millibus iſti ſoli leges ſacroſanctas obſeruarunt, neque donum vllum vel minimum capiebant: qui tamen aliis magna, tum amicis ad diſciplinam proficiſcẽtibus tribuebant: Nã Stoica dogmata amplexabantur. huius magnificentiæ quæ nunc viget, primus dux extitit, atq; introductor Lucullus, qui Mithridatem bello nauali ſuperauit, ſicut narrat Nicolaus Peripateticus. Hic enim Romam profectus, poſt Mithridatis expugnationem, Tigraniſque Armenij, ac triumphaus, rationémque reddens rei bellicæ, ex antiqua temperantia in magnificam ſumptuoſámque diætã ſe conuertit, primúſq; delicias Romanis introduxit, cum duorum regum prædictorum opulentiam cepiſſet. At Cato ille grauiter ferebat, clamabátque, ſicut teſtatur Polybius libro trigenteſimo primo Hiſtoriarum, quoniam peregrinas delicias in Romam

B quidam introduxiſſent, qui fictile Ponticorum Salſamentorum trecentis drachmis emiſſent, pueróſque formoſos, cum id exuperaret agrorum pretium. Sic prius pau cis erant contenti Italiæ coloni, nõ vt noſtris quoque temporibus, velut ait Poſidonius. Valde etiam opulenti pueros huic vitæ aſſuefaciebant, aquam quidem bibebant, ac quodcunque ſe obtulerat, comedebant. Sæpius, inquit, mater aut pater filium interrogabat, num pyra Syluestria, an nuces vellet cœnare, quorum aliquod edens, cõtentus erat, ac dormiebat. At nunc nullus eſt eorum qui vel mediocriter ſint diuites, vt ait Theopompus in primo Rerum Philippicarum, qui non magnificentiſſimam menſam paret, coquóſque habebat, ac alium cultum plurimum, plúſque in ſingulos dies non abſumat, quàm ſolebat anteà in feſta, & ſacrificia. Sed quoniã ſatis magnitudinis ea, quæ narrata ſunt, obtinuerunt, hic iam ſermonem conquieſcere faciamus,

ATH-

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM LIBER SEPTIMVS,

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De Fageſiis & Lagenoforia feſtis, de obſonio.* CAP. I.

QVVM abſoluta iam eſſet cœna, Fageſiorũ feſtum exiſtimantes Cynici abſolutum eſſe, C omnium maximè lætabantur, tũc ait Cynulcus, donec nos cœnamus ô Vlpiane, quando quidem ſermonum etiam conuiuium exhibetur, à te peto quis de Fageſiis feſtis meminerit, ac apud D quem reperitur Fageſipoſia feſtum. Qui dubitans, pueróſque continere fercula, quæ circumferebantur, iuſsit. Cum iam eſſet veſper, nõ ego etiam circumferor ſapientiſsime, quare tempus eſt, vt dicas, quò ſuauius poſtea cœnes. Tunc is ait, ſi gratias es habiturus cum didiceris, dicam: quo affirmante, incepit: Clearchus Solenſis Ariſtotelis diſcipulus ſic dixit libro primo, (nam dictionem memoria teneo, quia valde mihi eſt amica) Fageſia, quod feſtum à quibuſdam Fageſopoſia vocatur. Defecit autem velut Cantorum feſtum, quod agebatur tempore feſti Dioniſiaci: in quo ſinguli accedentes, veluti præmium, diis cantilenas perſoluebant. Hæc dixit Clearcus: quòd ſi minus credis amice, cum librum habeam, eum tibi concedam, ex quo multa cum didiceris, quæſtionibus abundabis. Nam & Calliam Athenieñſem Grammaticum tragœdiam compoſuiſſe narrat, ex qua Euripides carmina ac diſpoſitionem in Medea fecerit. Sophocléſque Aedipodem. Admirantibus omnibus Cynulci facilitatem ingenij, eodem pacto inquit Plutarchus feſtum quoddam in Alexandria patria mea eſt,

A eſt, quod Lagenoforia celebrabatur, de quo Eratoſthenes meminit in commentario Arſinoe inſcripto, ſcribit autem in hunc modum: conſtituente Ptolemæo feſtum, variorúmque ſacrorum genera, quæq; maximè ad Dionyſium pertinerent, interrogauit Arſinoe ramos oliuæ ferentem, quem ageret diem, & quod nam eſſet id feſtum: qui cum reſpondiſſet Lagenoforia vocatur, quæq; in ipſos circunferuntur. Cœnantes enim in lectulis decumbunt, ac ex domo lagenam quiſque ſecum ferentes ex ea bibunt. Poſteaquam hic abiuit, illa in nos aſpiciens, ſqualide inquit profectò ſunt hi congreſſus, neceſſe eſt enim cum ingens confluat, diuerſáque multitudo, vt conuiuium fiat immundum, rerúmque minus (vt par eſt) ordo appoſitarum. Si genus feſti placuiſſet, nullum negotium, aut non certè moleſtum fuiſſet reginæ, hæc ipſa præparaſſe, velut ſolet in Chius, omnes enim priuatum conuiuium faciunt, atque hæc ſuppeditat illi, qui eos conuocauit. Quidam ex præſentibus grammatici in cœnæ apparatum aſpiciens, inquit, an poſtea cœnabimus tantas cœnas per noctem, velut elegans ait Ariſtophanes in Eoloſicone? quaſi per totam noctem: ſic etiam ſe habet illud Homericum.

B *Ille inter pecudes aderat proſtratus in antro:*

Ipſius magnitudinem declarans. Cui Daphnus inquit medicus, vtiliores ſunt amiciſsime cuiuis corpori cœnæ nocturnæ, nam lunæ Sydus cum facile corrumpat, digeſtionibus nutrimenti maximè conuenit: idcirco victimæ quæ noctu mactantur facilius corrumpuntur, veluti ligna ad lunam cæſa, fructuúmque bona pars ad lunam matureſcit. Cum multi variíque eſſent appoſiti ſempérque apponerentur piſces magnitudine, varietatéque differentes, inquit Myrtilus, aptè quidem, ac merito viri amici omnia obſonia vocata, ob excellentiam guſtus piſcis ſuperauit, ſolúſq; legitimè obtinuit vt ſic diceretur, ab iis qui huius cibi mira voluptate capiuntur. Nā obſoniuoros dicimus non quærentes carnes bouinas, ſicuti faciebat Hercules, qui cum bouinis carnibus ficus virides comedebat, neque ficuum cupidum, qualis erat Plato philoſophus, velut ait Phanocritus in Eudoxo, qui narrat quòd Archeſilaus erat vuæ cupidus: ſed eos ita appellamus qui in piſcium foro verſantur. Pomorum ſtudioſi fuerunt Philippus Macedo: filiúſque eius

Alexander, vt Dorotheus ait libro ſexto Hiſtoriarum de ipſo Alexandro. Chares autem Mitylenæus narrat quemadmodum cum Alexander in Babylonia regione magnam pomorum copiam inueniſſet, iuſsit omnia nauigia his impleri, ac pomorum poſtea certamen conſtituit, vt ſuaue foret ſpectaculum. nec tamen me præterit quod vocatur obſonium quicquid eſui per ignem paramus, ſiue ſit lixum, ſiue ab aſſando ſit nominatum. C

## *De hello piſce.* CAP. II.

CVm multi ſint piſces, quibus ſingulis anni partibus veſcimur, maximè admirande Timocrates, nam iuxta Sophoclem, Chorus mutorum piſcium perſtrepit, turbátque caudis non quidem dominam, ſed ollas. ac ſecundum Achæi ſortes, multa turba marini circuli ſtrepens, marina ſpeculatio polluentis maris tranquillitatem foribus. Tibi autem ſingula, quæ dixerunt Dipnoſophiſtæ de ſingulis, commemorabo, omnes ſiquidem ſymbolum ex libris in ipſos piſces contulerunt, quorum nomina tamen ob multitudinem prætermittam. cuicunque licet piſces veros emere, eorúmque obſonio frui, raphanos tamen appetit, inſanit, ait Amphis in Leucade. Sed vt facilius tibi ſuppetant quæ dicentur, nomina ipſa ex literarum ſerie recenſebo. Cum Sophocles in Aiace flagellifero piſces Hellos dixiſſet: D

*Immiſit Hellis piſcibus interitum.*

Percunctatus eſt quidam an vllus ante ipſum eo nomine ſit vſus: ad quem ait Zoilus, Ego cum non ſim obſonij voracißimus: ſic enim Xenophon in memorabilibus nominauit, ita ſcribens, Voracißimus obſonij ac molliſsimus eſt: noui quòd is qui Titanum pugnam narrat, ſiue Eumelus fuit Corinthius, ſiue Arctinus, ſiue quo nomine mauult appellari, ita dixit libro ſecundo:

*Helli hic aurati piſces cernuntur, in ipſa*
*Qui nantes ludunt diuinas ſæpe per vndas.*

Gaudebat Sophocles circulari carmine, ita vt totos actus fabulam ſecutus, ita fecerit.

De

A *De amijs & voluptate.* CAP. III.

AMiis poſtea appoſitis, ſubiunxit quidam ex præſentibus, has ſcribit Ariſtoteles branchias habere tectas, dentéſque ſerratos, gregaléſque eſſe & carniuoras, fel, ac ſplenem habere eiuſdem longitudinis cum inteſtino. Eſt etiam vulgatum quòd vbi à piſcatoribus capiuntur, funiculum abrodentes diffugiunt. meminit de illis Archippus in piſcibus his verbis, vbi noſti amias craſſas? Epicharmus in Sirenibus, Mane ab aurora apuas ex igne comedimus rotundas, ac porcellos, carnes aſſatas, polypos, quibuſcum vinum dulce bibimus, heu me miſerum ac ſepulchrum me vocans, mala dicit, præter triglas: tum duæ amiæ mediæ appoſitæ palumbique tanti aderant, & ſcorpij. Has amias inquit Ariſtoteles Etymologiam reddens à coeundo nominatas eſſe, quia cum ſimilibus aſſociantur: eſt enim gregale animal. Hiceſius autem in libris de Materia, eas & bonum ſuccum habere aſſerit, & eſſe teneras, atque ad excernendum mediocriter ſeſe habere, minúſque nutrire. Ingenioſus obſoniorum ſcriptor Archeſtratus in Gaſtrologia (ſic enim inſcribi dixit Lyſcrophon in libris de Comœdia) velut Cleoſtrati Tenedij Gaſtronomiam, ſic ſcripſit de amia,

B

*Aſt amiæ autumno cum Pleias mergitur vndis,*
*Cura ſit omnino quæ nunc tibi carmine narro.*
*Ne te perturbent, nec talia noſcere cures.*
*Si cupis hoc etiam noſſe ò gratiſſime Moſce*
*Qua ratione amiam poſſis condire decenter,*
*In folijs ficus origanum ſpargito multum.*
*Caſeus, ac nugæ hinc abſint, res ſit tibi ſimplex.*
*Inuoluas folijs ficus, iuncoq; ligato.*
*Sub cinerem calidum ponas, & tempora ſerues*
*Coniectans vt cocta ſit, haud exuſta cremetur.*
*Si vis iucundam, vel demittatur Halopo.*
*Hæc tibi Byzanti veniat felicibus aruis,*
*Egregiam capies hinc, & procul à maris vnda.*
*Helleſpontiacis peior quæ fluctibus errat.*
*Nec tamen Aegæi ſimilis quæ pernatat vndas.*
*At laudum cernes hanc inde pudere priorum.*

Videtur mihi hic Archeſtratus totum terrarum orbem,

omniáque maria, ob voluptatem diligenter inueſtigaſſe, vt quæ ad gulam ſpectant perquireret, atque non minori ſtudio vbi ſingula optima edilia naſcantur, exponit, quam ij, qui deſcriptionem orbis nauigationéſq; faciunt: hoc enim ipſe nuntiat in pulchrorum præceptorum procemio, quę ad Moſcum ac Cleandrum ſcribit quaſi ſecundum oraculum ipſis ſupponens perquirere.* C

*Theſſalus acer equus mulier Lacedæmene nata,*
**Vir qui potet aquas Arethuſæ fontis amœni.*

Hunc Chryſippus verè philoſophus, virq; in omnibus egregius ducem fuiſſe Epicuro, eiúſq; diſcipulis teſtatur ad voluptatem omnia deſtruentem. Nam non obſcure, ſed magna voce clamat Epicurus, Nullum ego bonum reperire valerem, ſi laborum, reique Venereæ voluptatem exemero. Putauit enim hic vir ſapiens, intemperantiam vitam irreprenſibilem eſſe ſi ſuauitas voluptáſque huic admiſceretur. Comici idcirco poëtæ voluptatem intemperantiámq; percurrentes Epicuros adiutoréſque clamant. Plato igitur patrem grauiter ferentem facit in Decipiente, ac dicentem pædagogo filij ſui.

*Sceleſte perdidiſti inique filium,*
*Quem ceperas, meum ſibi contrariam* D
*Vixiſſe vitam perſuaſiſti, ſolet*
*Bibiſſe mane perſuaſionibus*
*Motus tuis, quod haud ſolebat antea.*
*Quid improbas ſi doctus eſt hic viuere*
*Here? hoc vt aiunt velle doctos viuere eſt?*
*Epicurus ipſe dicat eſſe cum bonum*
*Solam voluptatem: hanc habere non licet*
*Aliunde, quàm ſi quis bonam vitam legat.*
*O Soſia tu vile prorſus des mihi?*
*An viſus eſt tibi philoſophus dic mihi*
*Quis ebrius, vel captus his quæ nunc refers?*
*Omnes viri ergo qui cilia olim contrahunt,*
*Qui quæritant prudentem vbi ambulant ſimul,*
*Vbi ſimul verſantur, vt qui fugerit,*
*Cum ponitur glauciſcus hi norunt ſtatim*
*Quæ pars petenda ſit prius, quis & locus?*
*Hi quæritant caput velut iucundius*
*Omnes vt admirentur?*

Et

A Et in homicida inſcripto idem Plato vrbanum quendam ex philoſophis deludens hæc refert:

*Vbi licet formoſam habenti coniugem*
*Sedere, Lesbij duas & olulas*
*Bibiſſe. prudens hoc ferebat, hoc bonum*
*Epicurus: hæc dicebat is quæ nunc ego*
*Si viuerent omnes quo ego viuo modo,*
*Abſurdus eſſet nullus, haud mœchus foret.*

Hegeſippus in Philetæris: Epicurus ſapiens, dicente quodam illi quòd eſt bonum, quod ſemper quæritis? dixiſſe fertur voluptatem. ſcite quidem ô optime vir & ſapiētiſsime: nam quàm mandere ſuauius eſt nihil, bonum eſt voluptas enim, bonum: neque Epicurei ſolum voluptatem complectuntur, verum etiam Cyrenaici, & ij qui vocantur Manſiſtrati, qui voluptuosè viuere quæritant, velut teſtis eſt Poſidonius. Non procul ab his ceſſerat etiam Speuſippus Platonis & auditor & affinis. Idcirco Dionyſius Tyrannus in epiſtolis, quas ad eum ſcripſit, quæ ad voluptatis ſtudium illius ſpectant percurrens, quæq; ad lucri cupiditatem, vbi ex multis eum congerere redarguit reprehenditque, Loſteniæque Sardoæ amice amorem carpit, inter cætera hæc
B etiam dicit, tu quibus auaritiam obiicis cum nullum lucrum turpe prætermittas? quid enim non feciſti, an non pro quibus Mercurius ipſe caſtigandus erat, tu fructum percipere conaris? hæc ait Timon de Epicuro libro ſecundo Salium:

*Indulgens ventri quo nil audacius vſquam.*

Huius enim cauſa, & alius voluptatis vir, Idomeneo Metrodoroq; adulabatur. ac ipſe Metrodorus non obſcurè has poſuit poſitiones, ad ventrem ô naturalium rerum ſtudioſe Timocrates, ad ventrem inquam ſpectat ſermo naturalis, qui omne ſtudium ita conſequitur. Nam Epicurus horum hominum magiſter clamabat, omnium bonorum radix ac principium eſt ventris voluptas, nam & ſapientia, & rerum præſtantia ad hunc referuntur. In libro autem de fine inquit: Ego bonum dignoſcere nequeo, ſi laborum, reíque Venereæ, auditúſque voluptatem abſtulero, ac ſi ademero ſuaues formæ motus per aſpectum. Tum progrediens inquit, Amplectendum quidem eſt pulchrum, complectendæ virtutes, omniáque huiuſmodi: quæ tamen ſi voluptate

careant, ſunt omnino prætermittenda. At ante ipſum Epicurum Sophocles tragicus talia dixit de voluptate in Antigone: C

*Voluptates enim*
*Qui deſerat virum puto non viuere,*
*Viuum ſed eſſe corpus, atque mortuum.*
*Qui diues optat eſſe plurimum domi,*
*Tyrannus optat eſſe. quòd ſi gaudium*
*Hinc abſit, vmbra haud fumi emenda cætera*
*Viro ad voluptatem.*

Philetærus in Cynagide:

*Mortalis ipſe ſum, quid ergo ſupplicem,*
*Vitam niſi lætam diebus ſingulis?*
*Si quis ſcit vnde, ſed neceſſe eſt noſcere*
*Ipſum hæc videntem protinus mortalia.*
*In craſtinum curare nil hinc conuenit*
*Quid ſit futurum, res ſuperuacanea*
*Reponere eſt prorſus viro pecuniam.*

Idem in Oenopione; *Ex mortalibus*
*Qui poßidentes multa viuunt hinc male,*
*Solos miſellos eſſe certè prædico.* D
*Nec mortuus veſcêris anguillis, neque*
*Plutonis in Regno videntur nuptiæ.*

Apollodorus Caryſtius in librorum Artifice:

*O vos viri cur deſerentes viuere*
*Suauißimè vixiſſe triſte quæritis?*
*Ad inuicem pugnatis & quæ per Deos*
*Fortuna nobis imperat viuentibus*
*Siniſtra? quæ non nouit omnino quid eſt*
*Humanitas, nec ſcit bonum diſcernere.*
*Subuertit & nos quo modo ſors obtulit?*
*Sic arbitror: nam quæ ſapiens elegerit*
*Triſtes viros vidiſſe læta occidier?*
*Caſos viciſſim quæ ferat'ue occumbere?*
*Donec licebat ferre concidenti opem,*
*Læto canore & recreato tibiæ.*
*Refelle fortunam ſiniſtram ô optima*
*Noſtram,* Deinde procedens;
*An non id eſt quod eſt vocatum viuere*
*Vitam Deorum? quo ſecunda res magis*

A *In vrbibus fuere, quàm nunc ſunt ea,*
*Mutata nobis vita cum ſit? cum bibant*
*Athenienſes exeunt annus quibus*
*Trigeſimus agitur, dies ac per decem*
*Comum petunt equites, Corinthi. mox habent*
*Illi coronas, ac odores ante diem,*
*Illi raphanum vendunt, euntq; in balnea*
*Megarenſium auxiliarij.*
*Miſcere vinum Eubœa, hæ erant deliciæ,*
*Ac vita verè, ſed inſulſa fortunæ ſeruimus.*

Affirmant poëtæ antiquum etiam Tantalum fuiſſe voluptati deditum, idcirco qui Atridarum reditum compoſuit, eum ad Deos acceſsiſſe ſcribit, ac dum ibi verſaretur, illi Iouem conceſsiſſe vt peteret quicquid optaret, hic cum mirum in modum voluptatum deſiderio detineretur, ac huius rei vellet memoriam facere, eodem modo qui dij viuere popoſcit; quam rem cum grauiter tuliſſet, Iupiter petitioni quidem ſatisfecit, quia promiſerat; at vt nihilo appoſitorum frueretur, viuerétq; ſemper perturbatus, petram ſuper eius caput ſuſpendit, ob quam nihil poteſt guſtare ex præ-
B ſentibus. Quidam præterea ex Stoicis hanc voluptatem capeſſerunt: Quare Eratoſthenes Cyrenæus Ariſtonis Chij diſcipulus, qui vnus erat ex Stoicis, in libro Ariſtone inſcripto magiſtrum refert paulò poſt ad voluptates proruiſſe, ita ſcribens; Et hunc aliquando aſpexi medium inter virtutem ac voluptatem murum excauantem, atque apud voluptatem apparuiſſe. Aphanes, qui etiam familiaris erat Ariſtonis, in Ariſtone, quod commentarium ſic etiam hic inſcripſit, Patefacit præceptoris ſtudium voluptatis. At de Dionyſio Heracleota quid opus eſt vt pluribus dicamus? qui palàm virtutis veſtem exuens floridam induit, ac transfuga dici lætabatur, ſenéxq; rebellis, qui à Stoicis rationibus ad Epicurum tranſilierit, de quo non iniucunde dixit Timon:

*Cum decuit mergi, cœpit iucundior eſſe.*
*Coniugij tempus ceſſandi, tempus amandi.*

## *De Alpheſtis piſcibus.* CAP. IIII.

APollodorus Athenienſis libro tertio de Temperante animos viriles ad libidinẽ magno cum impetu ferri,

alpheſtare dicit. Sunt autem alpheſtæ piſces quidam cerei coloris, præter partes quaſdam quæ rubent, quorum ſimul duos capi affirmant, alterúmq; poſt alterum à tergo ſequentem videri. Quòd ſequatur igitur à tergo ſic alter alterum, quidam ex antiquis intemperantes ac in libidinem procliues nominarunt. Ariſtoteles in libris de Animalibus ſolam ſpinam inquit habere Alpheſtam & eſſe fuluum. Sic meminit de illo etiam Numenius Heracleotes in Piſcatoribus: C

*Phycidas Alpheſtamq; ſimul, rubroq; colore*
*Scorpium.*

Epicharmus in Hebes nuptiis,

*Mures Alpheſtæ, Ceræ, coruiq; colore.*

Meminit & Mythæcus in ratione condiendi obſonij.

## De Anthia. CAP. V.

ANthias, Callicthys, de quo meminit Epicharmus in Hebes nuptiis, & Schiphias, & Chromius, vere ſecundum ventum omnium piſcium optimus, at Anthias per hyemem. ſic ait & Ananius Chromius vere optimus, Anthias per hyemem. Inter bona obſonia optima eſt ſquilla ex folio ficuum. Suauis eſt etiam caro Chimeris per Autumnum. Porcellos vbi arant, & triturant comedere conuenit, & canum ipſum tunc tempus eſt, & leporum, ac vulpium vbi eſt æſtas, & Cicadæ ſtrident. Poſtea marinus Thynnus non malum eſt edulium: ſed omnium maximè aptus piſcium in myttoto. bo[illegible]; pinguis videtur mediis noctibus ſuauis, & die. Pluribus verbis ſententiæ Ananij mentionem feci, cum has poſitiones his effeminatis me poſiturum receperim. Ariſtoteles libro primo de Moribus animalium; quo in loco Anthias ſit, nullam ibi belluam eſſe conceſſum eſt, quo indicio ſecure iam ſpongiatores vrinantur, ac ſacrum hunc piſcem idcirco nominant. Mentionem fecit illius & Dorion in libro de Piſcibus: ſunt quidem qui Anthiam nunc Callionymum, nunc Ellopem vocent. Iceſius in libris de Materia ab aliquibus lupum, ab aliis Callionymum vocari aſſerit, quem & grumoſum eſſe, boníq; ſucci affirmat, faciléq; excerni. Ariſtoteles ſerratos dentes habere Callichthym, carne veſci, & eſſe D

greg

A gregalem ſcribit. Epicharmus in Muſis, Ellopem quidem cõnumerat, at Callichthym ſeu Callionymum velut idem ſit conticuit. Sic autem dixit de Ellope pretioſum Ellopem. Dorion libro de Piſcibus, Anthiam Callichthymq́; differentes eſſe affirmat, atq; Ellopem & Callionymum. Quis autem eſt, qui ſacer piſcis appellatur? ſiue Epimenides Cretenſis is ſit, qui Hiſtoriam Felchinicam conſcripſit, ſiue Teleclides, ſiue alius quiſpiam, inquit; ſacros piſces Delphinos & Pompilos.

## *De Pompilo.*

## CAP. VI.

Est autem Pompilus animal in amorem propenſum, qui & ipſe ex cœleſti ſanguine vnà cum Venere ſit ortus. Nicander in ſecundo Oetæcorum:

*Eſt aſſuetus iter miſeris oſtendere nautis*
*Pompilus, ac melior mutis eſt piſcibus idem.*

Alexander Aetolus in Bricæo, ſi modo legitimum eſt eius poëma:

B *Pompilus extremo reſidens temone gubernat*
*Inferiora, Deis præmiſſus Pompilus vnda.*

Pancrates Arcadicus in inſcriptis marinis operibus, hæc præmittens, ait;

*Pompilus, hunc ſacrum dixerunt æquora piſcem*
*Sulcantes.*

Narrat quemadmodum non à Neptuno ſolùm hic piſcis habetur in precio, ſed ab omnibus etiam diis, qui ſunt in Samothracia, atque idcirco quendam ſenem piſcatorem caſtigationem huic piſci promiſiſſe ferunt, cum aureum adhuc genus hominum viueret. Nominabatur is Epopeus, erátq; ex inſula Icaro, qui cum piſcaretur vnà cũ filio, nullúmq; alium piſcem caperet præter pompilos, ab iis edendis non abſtinuit, ſed omnes cum filio vna comedit. Ac paulò poſt pœnas luit ſuæ impietatis: nam cete ad nauem accedens Epopeum in conſpectu filij ſui deglutiuit. Narrat præterea Pancrates quod Pompilus eſt Delphinis inimicus, quódq; nec hi caſtigationem deuitant, vbi pompilum comederint: nam inutiles facti, perturbatiq; poſtquam comederunt ad littora vndis proiiciuntur, mergíſq; ac fuli-

ciſ fiunt eſca. Accedit aliquando vt ab hominibus qui in herbis inſidiantur vim patiantur. Meminit de pompilis & & Timachidas Rhodius in libro de Somno: C

*Gobij & æquorei, tum pompilus ipſe ſacratus.*

Corinna, ſiue is qui poëma in eam relatum compoſuit,

*Pompile felicem qui nautæ per freta curſum*
*Præbes, ipſe meam rexiſti latus amicam.*

Apollonius Rhodius ſeu Naucratites in Naucratis comparatione, Pompilum ſcribit hominem primum fuiſſe, ac propter quendam Apollinis amorem in piſcem fuiſſe mutatum: nam apud Samiorum ciuitatem fluuium inquit defluere Imbraſum.

*Cheſias Ocyroen forma præſtante puellam*
*Hunc prope progenuit, quondam generoſa marito*
*Ocyroen, cui formam Horæ tribuere ſupremam.*

Hanc Apollinem aiunt rapere conatum fuiſſe, quæ cum per feſtum quoddam Dianæ in Miletum aufugiſſet, ac ibi eſſet rapienda, Pompilum quendam marinum piſcatorem patrium amicum orauit, vt in patriam eam tutam reduceret, ſic inquiens.

*Prudentem ſeruans animum mihi patris amice* D
*Pompile, qui noſti tumidi maris alta profunda,*
*Me ſerua.*

Qui ipſam poſtea pertranſiens ad littus deduxit, tunc Apollinem apparuiſſe ferunt, puellámque rapuiſſe, nauímque in lapidem vertiſſe, & Pompilum in piſcem eiuſdem nominis tranſmutaſſe, feciſſéq; Pompilum ſeruum marinum velocium nauium.

## *De ſacro piſce.*

## CAP. VII.

THeocritus Syracuſius in inſcripta Berenice piſcem qui Albus dicitur, Sacrum vocat:

*Ad pelagi prædas & opes vir forte vocauit:*
*Retia cui victum piſcantur, inſtar aratri.*
*Quiq; Deo ſacrum piſcem venatur, & ipſum*
*Album, qui pelago quam ſacratiſſimus errat.*
*Retia firmauit, traxitq; hæc plena profundo.*

Dionyſius Iambus cognomine, in libro de Proprietate linguarum audiuimus inquit Eretricum piſcatorem, & alios complu

A complures Pompilum ſacrum piſcem appellaſſe. Eſt autem marinus piſcis, varius ac pelamydi ſimilis, qui apud naues ſæpius conſpicitur. Hunc igitur quidam apud poëtam trahit:

*Piſcem ſacratum, ſcopulo dum ſedit, ab vnda.*

Niſi alius quidam ſit ſacer piſcis ſic appellatus. Callimachus in Galatæa auratum ſeu potius aurea cilia habentem ſacrum piſcem vocat.

*Vel percam, aut quæcunque ferunt maris alta profunda.*

Ac idem poëta in Epigrammatibus, ſacer quidam ſacer piſcis. Sunt qui piſcem ſacrum Deo cuipiam dicatum, velut Sacrum bouem, dicatum ſacrificiis, ac demiſſum; alij magnum intelligunt, ſicut ſacrum robur Alcinoi. Quidam fluxu continuum. Clitarchus libro ſeptimo Linguarũ, nautæ ſacrum piſcẽ inquit Pompilum vocant, quia naues mittat ex mare vſque ad portum, idcirco Pompilus appellatur, cum ſit aurata. Eratoſthenes in Mercurio;

*Viuentes etiam iulos pro parte reliqui*
*Præda: tum triglam, turdum cognomine percam.*
*Auratis ciliis, celerem, piſcémque ſacratum.*

B Ex hoc pulchro obſoniorum ſermone ait Vlpianus, quare Archeſtratus in pulchris commentariis de ſalſamentis quæ ſunt in boſphoro hæc inquit:

*Candida mox adſint quæ mittit Boſphorus vndis.*
*Nil ibi ſit firmæ carnis Mæotide ſtagno:*
*Piſce quidem nato, quem verſu haud dicere fas eſt.*

Quis eſt hic piſcis, quem non licet verſu dixiſſe?

## *De Apuis.* CAP. VIII.

APuæ dicuntur etiam in ſingulari numero apua, Ariſtonymus in Sole rigente, ita vt neque apua nunc ſit ſimpliciter. Sunt autem apuarum genera complura, atque ea quæ dicitur aphritis, non naſcitur ex ſemine vt ait Ariſtoteles, ſed ex ea ſpuma, quæ in mari ſuperfluitat, vbi multis factis imbribus magna ſpumæ ſit copia. Eſt alia apua quæ nuncupata eſt gobitis, quæ ex paruis maliſque gobiis naſcitur in ſabulone verſantibus, ex qua reliquæ poſtea generantur, quæ dicuntur Encraſicholi; eſt

& alia apua ex mænarum generum, aliáq; ex genere ariſtularum. Alia rurſus ex paruis mugilibus in harena verſantibus, atque ex iis præcipue qui ex limo naſcuntur, quorum omnium optima eſt Aphritis. Dorion in libro de piſcibus, gobitim aliquem coctum dicit, ac ariſtulam. Eſt autem piſciculi nomen ariſtula, atque apuam triglitim eſſe dicit Epicharmus in Hebes nuptiis, inter ariſtas & canceros apuas cõnumerauit, ipſum genus diſtinguens. Ex apuis inquit Hiceſius hæc quidem eſt alba, valdéq; tenuis ac ſpumoſa, quam gobium appellant. illa verò ſqualidior & grandior hac. Differt etiam tenuis & pura. At ingenioſus parandis obſoniis Archeſtratus: C

*Ex limo natas apuas cano, præter Athenis*
*Inuentam ſpumam, quam dicit Ionica tellus.*
*Accipe quæ ſinibus nuper eſt capta Phaleri,*
*Atque ſacris foribus. paſci generoſa videtur*
*Alta Rhodi, illius ſi ſit vernacula ponti.*
*Si quid ibi guſtare cupis cepiſſe comatas*
*Vrticas opus eſt obſonia, fundéq; in vnum.*
*Quæ cum miſcueris ſimul in ſartagine cocta*
*Spargito odoratos olerum flores, & oliuum* D
*Contundens flores ſimul.*

Clearchus Peripateticus in prouerbiis, quoniam apua inquit exiguo indiget igne in ſartaginibus, iubent Archeſtrati diſcipuli, vt cum apuam in calidam patellam bullientem iecerimus, hanc ſtatim excipiamus. Nam ſimul atque tacta eſt bullit ſicut oleum. Hinc dicitur, vidit apua ignem. Chryſippus Philoſophus in libro de per ſe expetendis, apuam aſſerit Athenienſes contemnere, obſoniúmq; mendicorum putare, ob magnam copiam quæ ibi naſcitur. In aliis verò ciuitatibus magno habetur in pretio, etſi peior hac ſit. hi poſtea inquit aues Adriaticas magno ſtudio nutriunt, cum ſint minus quàm hic vtiles, quoniam noſtratibus multò ſunt minores, atque illi contrà quæ ſunt hic, acceſſunt. In ſingulari, Hermippus in popularibus vſus eſt; Nunc neque apuam videris mouere. Callias in Cyclopibus; pro ſuauiſsima apua. Ariſtonymus in Sole rigente; quam hoc ſimpliciter eſt apua. Apulas diminutiuè dixit Ariſtophanes in ſartagine coquentibus; neq; paruas apulas phalericas. Lynceus Samius in

A epiſtola ad Diagoram, in qua Rhodias apulas laudat, multáque confert Rhodi, cum his quæ Athenis naſcuntur, hæc ſcribit: vocatæ apuæ eniatides, apuis phalericis; ellops glauciſco, cornuáque opponetur: ſcombris verò, Eleuſiníſque paſſeribus, ac ſi quis alius piſcis eſt apud illos, qui ſuperioris Cecropis opinione fuit in precio, vulpem appellatam arbitratur eſſe opponendam. Is autem qui Voluptatem ſcripſit, eum hortatur qui precio deſiderium explere non poteſt, vt iniuria obſonia conſequatur. At Lynceus voracem Archeſtratū narrat in celebri poëmate ſic de muſtelo dixiſſe:

*Accedens Rhodios muſtelum corripe vulpem,*
*Vel moriturus; vbi nolunt tibi vendere, furto*
*Corripe: quem Siculi pinguem dixere canem. mox*
*Iam perfer quodcunque tibi fata dedere.*

## *De Acharno, Raia, ac Rana piſcibus.*

## CAPVT IX.

Callias in Cyclopibus, fidicula, coctúſque batis, thynníque caput cum anguillis, locuſtæ, & Oenenſis Acharnus; Sic batis, rana, raia. De batide & rana mentionem fecit Ariſtoteles in libris animalium, dum inter cartilaginea ea connumerat. Eupolis in Adulatoribus, multa inquit oblectatio apud Calliam ita vt locuſtæ, batides, lepores, mulieréſque flectentes pedes. Epicharmus in Hebes nuptiis, erant torpedines, batides, Zygænæ, priſtes, camitæ, raiæ, ſquatinæque aſperam cutem habentes. At in Megaride; latera velut batis, at partem poſtremam velut raia, aſperam habetis: caput ex oſsibus velut ceruus, non autem batis, illéque vt ſcorpius marinus. Samyrio in Riſu, ò batides, ò glaucorum capita. Ariſtoteles libro quinto Hiſtoriarum animalium raiam, paſtinacam, bouem, lamiam, aquilam torpedinem, ranam, cartilaginea eſſe aſſerit, tum etiam omne muſtelorum genus, Sophron in Mimis virilibus, botim piſcem quendam in his nominat; mugiles botim vorantes: quem herbulam aliquando dicit. De rana ita conſulit in ſententiis ſapientiſsimus Archeſtratus:

B

*Hic ranam aſpicies, capias obſonia, ventrem*
*Atque para.*

De

De batide autem ſic; C

*Conuenit ediſſe hinc batidem per frigora brumæ.*
*Caſeus, & laſer huic ſpargatur, pignora ponti,*
*Non pinguis quibus eſt caro, qua ratione decebit*
*Condire, clarè referam tibi carmine rurſus.*

Ephippus Comicus in actu Philyra, (eſt autem Philyra amicæ nomen) nunquid ego batidem coquam in fruſta ſectum? quid ait? nunquid more Siculo faciam?

## *De Bocis.* CAP. X.

ARiſtoteles in libro Animalium inſcripto, ſiue de piſcibus, tergus inquit habere pictum bocem, at tortuoſè picta eſt monedula. Epicharmus in Hebes nuptiis; inter hæc præterea leucomænides, cerrus, apuæ, gammari. Numenius in libris de Piſcationibus boacas appellat ipſas leucomænides his verbis; vel album Synoduntem, boecáſque, & trincos. Speuſippus, aliíque Attici boecas dicunt. Ariſtophanes in Scenis comprehendentibus, Sed ventrem plenum habens boacum domum me contuli. Dicta eſt autem boax à voce, vnde fama eſt hunc piſcem Mercurio eſſe ſacratum, veluti fidiculam Apollini. Pherecrates in Myrmicanthropis, vbi nullum alium piſcem vocem habere refert, hæc inquit: nullus per Deos alius eſt piſcis, præter boacem. Ariſtophanes autem Byzantius nos male dicere arbitratur, qui bocem piſcem vocamus: nam conueniebat ait Boopem potius dici, quando cum ſit piſcis exiguus, magnos habet oculos; quòd Boops bouis oculos habẽs, ſignificaret. Huic reſpondendum videtur, ſi hoc male dicimus, cur non coruulum etiam corocinum appellamus, qui dictus eſt à mouendis pupillis? cur ſilurum etiam dicimus, ac non Siurum? cum & hic ab aſsiduo caudæ motu nomen adeptus ſit. D

*κόρη, pupilla, κινῶ moueo.*

## *De Bembradibus.*

## CAP. XI.

PHrynichus in Tragicis, ò marinæ bebrades auratum caput habentes. Epicharmus in Hebes nuptiis bebradones nominat; bebradones, turdi, lepores, draconéſque robuſti. Sophron in Virilibus, bebradoni ſutura. Numenius

A nius in Piſcatore; vel paruæ ſquillæ illa vita: cum piſcaris has machineris fraudes. Dorion in libro de Piſcibus; bebradi caput abſcindens, modicóque ſale & aqua diluens ſi ſit grandior: quam poſtea coques eodem modo, quo & triglitidem. Fit edulium quoddam ex ſolis bebradibus, quod bebræ phya dicitur, cuius mentionem fecit Ariſtonymus in ſole rigente; Siculus hic Carcinobates bembraphyis eſt ſimillimus: nam bembrades Attici proferunt. Ariſtomenes in præſtigiatoribus, bembrades oboli ferens. Ariſtonymus in Sole rigente; nec apua nunc eſt aperté, nec bembras infelix. Ariſtophanes in Senectute, in canis bembradibus nutrita. Plato in Legatis, Hercules, quæ bembrades. At in Capris Eupolidis per. m. ſcriptum reperitur. Antiphanes in Cyæſthidia; locum prædicant in piſcibus, præconium cuius nunc etiam clamat, multò melle dulciores bembradas eſſe inquiens. Quòd ſi hoc ita ſit, nihil prohibet iterum clamare mellis venditores, ac dicere quòd mel bebradibus putrius vendunt. Alexis in Choragide per m. dixit; qui laborantibus appoſuit vt comedant piſa primùm, membrades, oliuas. Ac in Protochoro difficilio-
B rem, per Dionyſium nondum deprendi, ex quo ſum paraſitus: præſtabat mihi profectò membrades habere, ac Atticè nugari poſſe; hoc erat certè vtilius.

## *De belenno, bæonibus, bugloſſo, & congris.*

## CAPVT XII.

DE belenno meminit Sophron in inſcripto Piſcatore; venatorem belenno alumno. Formam habet gobio ſimillimam. Epicharmus in Hebes nuptiis, piſces quoſdam his verbis bæonas vocat; agè iam triglas gibboſas, beonáſque inſuaues. Eſt etiam prouerbium apud Atticos, ne mihi beon piſcis malus. De bugloſſo ita inquit Archeſtratus Pythagoricus ob intemperantiam;

*Aſper bugloſſus, præſtanti corpore paſſer,*
*Chalcis & eximia eſt hinc quæri digna marina.*

Epicharmus in Hebes nuptiis, bugloſsi, & fidicula ineras. Sunt à bugloſsis diuerſi, qui Cynogloſsi dicuntur, de quibus etiam Epicharmus ait, æoliæque flutæ, & Cynogloſſi. Inerat & Sciathides, quam paſſerem Attici vocant.

Congros

ἐγχελύων. aliis anguillis. Congros Hiceſius gregalibus aſperiores eſſe narrat, rariorémque habere carnem, minúſque nutrire, ſuccíque bonitate longe ſuperari, ſtomacho tamen conferre. At Nicander poëta gryllos etiam eos nominari ſcribit libro tertio Linguarum. Eudoxus libro ſexto Terræ ambitus, multos inquit congros ingentes capi in Sicyone, quorum nonnulli vel ad plauſtri onus accedunt. Philemon Comicus poëta mentionem fecit & ipſe cõgrorum excellentium in Sicyone; ac coquum quendam inducit artem ſuam iactantem, taliáque dicentem in inſcripto Milite; C

*Quàm venit in mentem polo, qui voluitur*
*Dixiſſe, terræq;, vt paraui obſonium.*
*Per Palladem dulciſſimum eſt inuentio*
*In omnibus, mihi vt tener piſcis fuit,*
*Qualem dedi nullo medicatum caſeo,*
*Supra coloratúmue, ſed viuus velut*
*Erat, iacebat mortuus talis, dedi*
*Ignem tenuem ſic, & placidum, non ipſemet*
*Coctum vt putarem, piſcis haud eſt talis, vt*
*Auis rapit, maius vorandi gratia*
*Circum & vagatur hunc, vorare quæritans.* D
*Sectatur hanc & altera admodum leuis*
*Primus voluptatem ſciens horum, haud ſecus*
*Saltauit ollæ gratia: ollulámque habens*
*Circum cucurrit, hunc ſequebantur cito*
*Tum cæteri; licebat inde coqueri.*
*Quid? hi tulere cuncta, nil ſed prorſus hi.*
*Piſces luto qui aluntur imo fluminis,*
*Cepiſſe ſi ſcarum recentem ex Attica*
*O Iuppiter ſeruator aut glaucum, aut aprum*
*Argóue, ſeu Sicyone, grata quæ Deis.*
*Quem fert pater Neptunus in cælum congrum,*
*Omnes edentes ſunt Dei ſtatim ex viris.*
*Aeternitatem repperi iam, mortuos*
*Odoribus rurſus faciam cum viuere.*

## *De Menecrate Ioue, & Themiſone Hercule.*

### CAPVT XIII.

HAec neque Menecrates quidem Syracuſius per Palladem dixiſſet, qui Iuppiter eſt appellatus: qui quòd ſolus

A ſolus ob artem ſuam medendi vitæ cauſa hominibus extitiſſet, magnopere gloriabatur. Atque eos qui ex ſacro morbo vocato, per ipſum cõualuiſſent, aſcribere cogebat, quòd ſeruati ſerui illi forent, eúmque ſequerentur. Quorum hic quidem Herculis ornatum indutus Hercules vocabatur, qui Nicoſtratus erat Argiuus à ſacro morbo liberatus. Meminit de his Ephippus in Scutato ita loquens, Menecrates ſe Deum eſſe dicebat, ac Nicoſtratus Archiuus ſe alterum Herculem, alius quiſpiam clamydem caduceúmque habens, Mercurium, alas præterea, velut Nicagoras Zelites, qui etiam patriæ ſuæ fuit Tyrannus, ſicut Batton teſtatur in libro de Tyrannis in Epheſo. Scribit Hegeſander quòd Aſtycreontem à ſe liberatũ Apollinem vocabat, alius ex ſeruatis Aeſculapij veſtem indutus eum comitabatur. Tum ipſe Iuppiter veſtem purpuream indutus, coronámq; habens auream in capite, & ſceptrum, ac crepidis etiã ſubligatis, cum diuino choro circuibat. Hic cum Philippo Regi epiſtolam miſiſſet ita ſcripſit; Tu quidem Macedoniæ es Rex, ego artis medendi; atq; tu ſanos potes quãdocunque libet interficere, ego verò ſeruare ægrotantes, ac ſanos vſ-
B que ad ſenectutem ſine ægritudine robuſtóſque ſeruare, ſi mihi paruerint. Tu Macedonibus ſtipatus incedis, at ego omnibus vel poſteris, ſiquidem ego Iuppiter ipſis vitam præbeo. Ad hunc inſanientem reſcripſit Philippus, Philippus Menecrati ſanitatem. His ſimilia ſcripſit, & ad Archidamum Lacedæmoniorum Regem, & ad alios, ad quoſcunq; ſcripſit, non abſtinens ab Ioue nomine. Cum illum aliquando Philippus ad conuiuium vnà cum ſuis deis conuocaſſet, omnes in quodam thoro altiſsimè magnificentiſſiméq; parato collocauit, menſámq; appoſuit, in qua inerat altare, omniúmque primitiæ fructuum terræ; vbi cæteris edulia ferebantur, pueri ſuffimentis, iis qui erant cum Menecrate, ſacrificabant. Nouus denique Iuppiter cum iis qui eum ſequebantur deriſus, currens ex Sympoſio, aufugit: vt minarrat Hegeſander. Meminit de Menecrate Alexis in Minoe. Themiſon etiam Cyprius, Antiochi Regis deliciæ, vt Pythermus ait Epheſius libro octauo Hiſtoriarum, non ſolum in publicis conuentibus, Themiſon Macedo Regis Antiochi Hercules per præconẽ nuntiabatur, verum etiam omnes incolæ illi ſacrificabant, Themiſoni Herculi dicen-

tes. Qui etiam præſens erat, ſi quis ex illuſtribus viris ſacrificaret, iacebâtque thorum proximè habens leonina pelle indutus. Ferebat arcum Scythycum clauámq; geſtabat. Cùm igitur huiuſmodi eſſet Menecrates, cuiuſmodi dictus eſt ſuperius, nihil tamen ita magnum de ſe prædicabat, ſicut hic coquus. C

*Aeternitatem repperi iam mortuos*
*Odoribus rurſus faciam cum viuere.*

## *De coquorum arrogantia.* CAP. XIIII.

ARrogans eſt omnino coquorum genus, velut Hegeſander ait in Delphis, qui coquum ita dicentem introduxit.

*Sunt multa multis dicta de coqui artibus*
*O optime, aut dicas nouum quid, patribus*
*Quod cognitum non ſit, vel haud me verberes.*
*Non artis, at finem coquendi hic inueni.*
*Solum ſit inuentum mihi nouiſſe quæ*
*Statuta ſunt. ego profectò haud frigidè*
*Duobus annis, at per omne æuum meum,* B
*Partéſque perpendi artis omnes, quæritans*
*Olerum genus, qui ſit modúſque ariſtulæ.*
*Lentíſque diuerſum genus, finem fero.*
*Vbi miniſtro forte funerariis*
*Cœnis, redeuntibus viris ex funere,*
*Geſtantibus fucata, vt ollulæ aufero*
*Tegmen, querelæ riſus inde fit ſtatim.*
*Talis cucurrit membra titillatio*
*Intra, velut ſint nuptiæ. ſed dic mihi*
*Lentes facis præbens id, ac ariſtulas?*
*Hæc ſunt mihi parerga. ſed ſi cepere*
*Quæ conuenit. ſemel culinæ aptauero*
*Me, quod prius Sirenibus Syre accidit,*
*Rurſus videbis euenire; odoribus*
*Nullus valebit captus exire è domo.*
*Quiſquis fores accedit, hic ſtatim ſtupens*
*Affixus, ac mutus ſtetit dum quiſpiam*
*Amicus huic obturet occurrens celer*
*Nares, trahátque illum ſeorſum. es artifex*

*Magnus.*

A *Magnus.latet qui cum loquare,plurimos*
*Noui ſedentes hic, mei qui gratia*
*Totum breui abſumpſere patrimonium.*

Nulla re per Deos mihi differre videtur hic à Pindari Celedonibus? quæ eodem modo quo Sirenes,audientes cibi immemores facientes ob voluptatem,eos exiccari permittebant. Nicomachus etiam ipſe in Lucina coquum quendam Dionyſij artifices ſuperantem inducit,qui ita dicit ad eum qui emerat:

*Vrbanus eſſe viſus,ac mitis:tamen*
*Non callidè egiſti;quid hoc?aut quomodo?*
*In arte quales ſimus haud interrogans.*
*An ex peritis id prius cognoueras,*
*Tum ſic voluiſti?non ego,non per Iouem*
*Quicquam putaram?differat quantum coquus*
*Noſti à miniſtro fortè?ſi tu dixeris.*
*Obſonium qui cepit emptum,qui parat*
*Aptè prius,coquóque tradit,ille nec*
*Gregarius miniſter eſt per Herculem.*
*At eſt ſpecies diuerſa perfectus coquus:*
B *Sunt egregijs artes coquis quàm plurimæ.*
*Quas ſcire rectè optantibus.minus licet*
*Accedere è veſtigio.ſed eſt opus*
*Artes prius cepiſſe plures:pingere*
*Didiciſſe,quàm boni ſcias artem coqui.*
*Hoc conferebat ſcire te prius mihi,*
*Quàm ceperis;geometricam,ac aſtronomicam*
*Artem medendi,namque vires piſcium*
*Si noris,ac artes,ſequêris tempora.*
*Sit quando maturum ſecúſve quidpiam.*
*Gulæ voluptas mutat vſque tempora.*
*Eſt cum boax Thunnis ſit excellentior.*
*Eſto:ſed ipſa quid iuuat geometrica?*
*Locum coquinæ nos rotundum ponimus:*
*Ac artis inde commodè damus loca*
*Sic ſingulis nos partibus.feruntur hinc*
*Hæc,hinc & hæc,dudum didici:reliqua ſile.*
*Quid ars medendi proficit?ex edulijs*
*Ventoſa ſunt hæc,illa dura digeri.*
*Ferentia haud cibum,ſed erumnas graues.*

*Nam quiſquis accerſitus ad conuiuium* C
*Aliena cœnat, guloſit hic intemperans.*
*Inuenta ſunt huic in cibis mox pharmaca.*
*Prudenter hoc meum decoréque eſt diu.*
*Vbi artis ipſa conſtituantur ſingula,*
*Tranſlatic: nouiſſe deinde copiam*
*Rerum culinæ nullus alter ſcripſerit*
*Pro me tibi, parumper audi me quoque:*
*Dic; nec moleſtus eſto vel tibi, aut mihi.*
*Totum diem longo teneris otio.*

At coquus qui eſt apud iuniorem Philemonem hæc loquitur huiuſmodi cum magiſter eſſe velit:

*Dimittite ignem ſic habere, ſed neque*
*Aſſantibus remiſſus aptus, at magis*
*Lixantibus ſit aptus: atque conuenit,*
*Rurſum haud acutum conuenit, circum cremat,*
*Nec ingredi carnem poteſt quam ceperit.*
*Non eſt coquus quiſquis capim cultrúmque habens*
*Acceſſerit, piſcémve iecit ollulæ,*
*Quædam ſed eſt negotij prudentia.*

Is autem, qui eſt apud Diphilum in Pictore, à quibus conduci conueniat declarat, ita loquens: D

*Ne te capiam cum memet ipſe neſciam,*
*In hoc opus, nec finias ipſum diem.*
*Menſam parans fuſim bonis in pluribus.*
*Prius nec ibo quàm probauero virum*
*Qui ſacra mactet, inde conſtet cœnáve,*
*Vel qui viri vocantur ad conuiuium.*
*Eſt omnium generum mihi deſcriptio:*
*Emiſſe quæ me, vel cauere oporteat.*
*Vt ſi venit mercator, aut huiuſmodi*
*Nauclerus, aut quis qui ſtatim proiecerit*
*Velum, ac gubernaculum ratis mox triuerit,*
*Onúſve iecit, factus & ſicciſſimus,*
*Hunc mitto, quando ſuauiter nil hic facit:*
*Sed lege quantum cogitur: tum inter ſacra*
*Quæ nauitis pars danda ſit ſecum putat.*
*Hic veſcitur ſua quiſque ponens viſcera,*
*Si nauigauit alter ex Byzantio*
*Malo carens, iucundus, & diues, minas*

Qui

A *Qui ceperit naulum in decem, vel duodecim*
*Qui debita eructétque lenis ob Venerem,*
*Sub hoc laceraui ſtatim, exeuntem manum*
*Ieci, Icuis Seruantis hæc ſic memor.*
*Cœpi miniſter eſſe: talis eſt modus.*
*Rurſus paterna diſsipat vorans bona*
*Iuuenis amator, huc vado. ſine ſymbolis*
*Qui congregat nos per locum, ille in fictile*
*Permulta iecit hinc reperta, ſimbriæ*
*Quæ reprimant clamántque, quis feciſſe vult*
*Obſonium venale? clamare hunc ſino,*
*Accedat huc ſi quis, licet plagas ferat.*
*Ac nocte tota ſeruiat. quod ſi petat*
*Mercedem, at affer mi prius matulam refert.*
*Lens aut acetum habebat. ac rurſus petas,*
*Lugebis inquit primus ac diu coque.*
*Huiuſmodi permulta poſſem dicere.*
*Quo duco te nunc, eſt lupanar ſplendidum,*
*Amica Adonia cum ſuis lenonibus.*
*Diſcede; iámque ipſum locum percurrito.*

B In theſauro etiam apud Archedicum alius coquus ſapiens ita loquitur:
*Crudis prius iacentibúſque hic piſcibus*
*Venere quos vocauerant, Lympham dedi*
*Obſonium ſimul capiens hinc ollulam*
*Carbonibus impoſui. ſtatim ſparſum mihi eſt*
*Illis oliuum, flamma fiunt omnia.*
*Tunc excitat me clus ſimul paropſidum.*
*Fecere lætum prorſus acrimoniæ;*
*Piſcémque coctum trado qui ſuccos habet,*
*Salſuginémque intus ſaporis optimi.*
*Intinget in qua liber omnis vir bene.*
*Abſumpta oliui vix cotyla ſeruauit hæc*
*Triclinio quinquaginta fortaſſe.*

B Philoſtephanus præterea inclytorum coquorum nomina in Delio his verbis connumerauit:
*Cum nouerim te differentem ab omnibus*
*Acumine, & Thymbrena poſt ô Dædale*
*Athenienſem, qui vocatur Terminus.*
*Mercede lata quam petiſti accedo, te*

*Huc conferas.* C

Sotades, non eum dico Maronitem, qui Cantilenas Ionicas compoſuit, ſed mediæ comœdiæ poëtam, coquum ita loquentem inducit in Incluſis, ſic enim actus inſcribitur:

*Squillas prius cepi ſtatim in ſartagine*
*Coxi has, deinde magnus eſt captus mihi*
*Muſtelus, aſſ..ui medium: ſed poſtea*
*Aſſabo grymeam faciens trimma nigrum.*
*Glauci fero Chio capita prægrandia*
*Ingenti in olla, ſimpliciter his inferens*
*Herbas, oliuum, aquam cuminum cum ſale.*
*Emi lupum poſt valde pulchrum: pinguis hic*
*In herba erit lixatus, & ſalſugine.*
*Tradens, quis eſt, confige mox cum veru.*
*Triglas coemi valde pulchras, & ſimul*
*Turdos, dedi hos, erant velut, carbonibus.*
*Salſugini pingui addidi hinc origanum.*
*Tum ſepias cepi ſimul loligenes.*
*Loligo condita eſt quid vrbanum mihi*
*Cum ſepiæ alis viſa coctis concilians.* D
*Hic floridum Trimmatium variúmque mox*
*Coctum dedi, poſt hæc eis ſuccum bonum.*
*Congrum coemi valde craſſum poſtea.*
*Hunc ſuffocaui florida in ſalſugine.*
*Saxatiléſque piſciculos, & gobios.*
*Quorum amputans caput farina protinus*
*Conſperſi, eandem mox dabo ſquillis viam.*
*Amiámque emens viduam feram pulcherrimam*
*Rigaui oliuo, volui & inde frondibus*
*Ficus, origaníque, torrem ſicuti*
*Carbonibus texi cinere ſub plurimo.*
*Cepi hinc apuam, cum qua ſimul phalaricam,*
*Cyathus quibus lymphæ ſatis mox fuſus eſt.*
*Cadens minutim gramina inde plurima,*
*Inuerto lecythum duas cotylas licet*
*Capiat: quid eſt reliquum? nihil. ſic prorſus ars*
*Habet, nec ex deſcriptione, legéue.*

Ac de coquis quidem ſatis: dicendũ eſt autem de congro.

De

A *De congro,& muſtelo.* CAP. XV.

SIc narrat Archeſtratus in ſua Gaſtronomia vnde quamlibet illius partem coemere liceat:

*Ex Sicyone caput congri capiatur amice*
*Prægrandis,fortis,pinguis,tum concaua cuncta.*
*Spargendam coquito inde herbam in ſalſugine multam.*

Poſtea ſapiens hic deſcriptor, quæ ſunt in Italiæ locis declarans,hæc inquit:

*Optimus hic capitur conger,qui obſonia tantum*
*Exuperat,quantum thunnus pinguiſſimus olim*
*Exuperat turpes coruos.* Alexis in ſeptem ad Thebas, Congri membra ſeruata pingui plena. Inducit coquum quendam Archedicus in Theſauro de iis obſoniis loquentem,quæ comparauit drachmis glauciſcum tribus:

*Congri caput,fragmenta prima rurſus hæc*
*Drachmis coempta quinque,vita miſerrimi.*
*Tum colla drachma,ſed per alta lumina*
*Solis mihi collum liceret alterum*
B *Emiſſe,tum cepiſſe,quod nunc ipſe habeo*
*Hoc caderem multò prius,quàm intro feram hæc.*
*Seruiuit vllus haud laborioſius.*
*Quòd multa emo,multáque mitto.ſi bonum*
*Quid emero,diſperdar,illi deuorant.*
*Hoc expuunt in me,fero,haud humi merum.*

Hei mihi tale. Ex muſtelis autem teneriores melioréſque eſſe eos qui aſteriæ dicuntur, teſtatur Hiceſius in libro de Materia, quorum ſcribit Ariſtoteles eſſe plures ſpecies:Spinacem, leuē, varium, Caniculam,vulpeculam, ſquatinā, Dorion in libro de Piſcibus vulpeculam inquit comam quandam habere apud cœlum, & in dorſo nequaquam. Ariſtoteles libro quinto Animalium cētrinam Notidanúmque Muſtelum quendam eſſe ſcribit, quem Epænetus in re coquinaria vocat epinotideum, quo peiorem eſſe ait centrinam, grauioríſque odoris. Ex eo autem dignoſcitur,quòd apud primam comam habet ſpinam, cum reliquis piſcibus eiuſdem generis, neq; adeps ſit,neq; axungia, propterea quòd ſint cartilaginei. Illud autē proprium eſt ſpinaci, quod cor habeat pentagonum. Paria tria ſem-

per ferè muſtelus, quæ nata in os accipit, rurſúſque emittit, quod maximè varius, vulpeculáque faciunt, at reliqui aſperitate impediuntur. Archeſtratus, qui vitam vixit Sardanapali, de Rhodio muſtelo loquens eundem eſſe putat, qui apud Romanos in cœnas cum tibiis, ac coronis circunfertur à coronatis & ipſis ferentibus, vocatúrque accipenſer. Sed hic eſt paruus roſtrúmque habet longius, quódque magis ad triangularem figuram accedat, quàm ille. Ex his qui frugaliſsimus eſt, ac minimus, non minoris venditur mille Atticis nummis. Appion Grammaticus in libro de Deliciis Apicij, hunc qui vocatur ellops, inquit eſſe accipenſerem. Archeſtratus vbi de Rhodio muſtelo loquitur, paternóque amore ſuis ſociis conſulit, hæc inquit; C

*Accedens Rhodios muſtelum corripe vulpem*
*Vel moriturus, vbi volunt tibi vendere, furto*
*Corripe quem Siculi pinguem dixere canem, mox*
*Iam perfer quodcunque tibi fera fata dedere.*

Vbi Lyncæus Samius meminit de his carminibus in Epiſtola ad Diagoram, aptè quidem conſulere ait, vt qui precio deſiderium, perficere non poteſt, voluptatem vel iniuria expleat: nam & bonum Theſeum puto inquit à Tlepolemo ei hunc piſcem præbente accepiſſe. Timocles in Digito, muſtelos inquit ac batides, & quotcunq; genera in trimmate pingui parantur. D

## *De glauco piſce.* CAP. XVI.

EPicharmus in Hebes nuptiis; ſcorpiique varij lacertíque, & glauci piſces. Numenius in Piſcatorio; ficum, vel Callichthyn, ſeu Chromim, aliquando cernuam, ſeu glaucum per algas varias penetrantem. Archeſtratus autem glauci caput laudans, hæc ita inquit;

*Inde caput glauci capias, obſonium Olinthi.*
*Et Megare fluuiis capiunt quos in lutulentis.*

Antiphanes ĩ Ouicula; mus Põticus, anguilla Bœotia thynni Megarici, mænæ Caryſtiæ, phagri Eretrici, locuſtæque Scyriæ. Hic idem hæc poſtea ſcripta reliquit in Philotide;

*Coxiſſe vt olim glauculum in ſalſugine,*
*Aſſare totum mox lupum: ſed feruere*

*Muſte*

A *Muſtelum & in apotrimmate, atque origanum*
*Anguilla ſálque, conger vndam poſtulat,*
*Herbámque batis fruſtum adeſt thynni, coques*
*Carnes & aſſatas deinde hœdi? alteram*
*Contrà impleatur veſica, & ſplen.*

Eubulus in Campylione; pulchrã ollã huius marini glauci ferẽtem, nobilioremq; lupum coctum in ſalſugine ſolam. Anaxandrides in Nereo;

*Qui primus inuenit ſecare opiparum*
*Glaucum, placidíque corpus olim thynij*
*Et cæteros maris cibos, hunc Nereus*
*Migrare vellem cogat in loca omnia.*

Amphis in Septem ad Thebas; glauci toti, partes capitum carnoſæ ac iugoſæ: in Philetæro; anguillam purè, glauci capita, lupique fruſta habere. Antiphanes voracem Archeſtratum ſuperans in Cyclope hæc ait; adſit nobis mugil Hymettius, torpedo ſuffocata, perca ſecta, loligo impleta, ſynodon aſſatus, glauci congrique caput, venter ranæ, thynni ilia, dorſum batidis, mugilis lumbus, paſſeris latus, mæna, ſquilla, trigla, fuca: horum nihil abſit. B Nauſicrates in Naucleris; duo teneri ac bonis nautis ſæpius in marinis vlnis iam viſo, quem mortalibus mala dicũt ſignificare, Glaucum refers: noſti Glaucum Deum marinum Ariadnen amaſſe, vbi in inſula Dia rapta fuit à Baccho, Thelytus Methymnæus ait in Bacchicis carminibus: qui etiam hunc aſſerit viteo vinculo à Dionyſio fuiſſe ligatum, ac poſtea dimiſſum fuiſſe dicentem:

*Vrbs eſt Anthedon ſpumoſo proxima ponto*
*Eubœicis obiecta, ferè Euripíque fluentis:*
*Eſt genus inde meum. Nopeus pater ipſe vocatur;*

At Promathidas Heracleotes polybi Mercurij ac Eubeæ Larymni filium eſſe ſcripſit in Semiiambis. Mnaſeas verò libro tertio rerum Europicarum ex Alcyone & Anthedone genealogiam eius deduxit, qui cum nauticus peritúſque natator eſſet, Pontius fuit appellatus. hic cum Symam Iclemis Dotidíſque filiam rapuiſſet in Aſiam nauigauit, mox cum in inſulam Cariæ proximam veniſſet, eámque habitari feciſſet, Symam ex mulieris nomine vocauit, Euanthes verſificator Neptuni & Nædis Nymphæ filium eſſe voluit, In eo hymno quem in Glau-

cum compoſuit, ac cum Ariadna quam amauerat, concubuiſſe in inſula Dia, vbi capta fuit à Theſeo, Ariſtoteles in Deliorum rep. Eum inquit in Delo habitaſſe cum Nereidibus Deis vaticinari ſolitum. Poſsis autem Magnes libro tertio Amazonidis Glaucum artificem fuiſſe argi nauis ſcribit, eámque gubernaſſe, cum Iaſon pugnauit cum Thyrrhenis; qui ſolus euaſit non vulneratus in bello nauali. Qui poſtea ex Iouis voluntate in maris profundo apparuit, atque ſic factus fuit Deus marinus, & à ſolo Iaſone fuit conſpectus, Nicanor Cyreneus in Denominationibus Melicertam denominatum fuiſſe Glaucum aſſerit, de quo Alexander etiam Aetolus meminit in inſcripto piſcatore, quòd cum herbam quandam deguſtaſſet, in mare proſiluit: C

*Quam ſoli tepenti*
*Vere beatorum tellus parit, inſula gignit;*
*Phœbus equis gratam cœnam parat, indomiti quo*
*Curſum perficiant, medio dolor impediat nec.*

Aeſchrion verò Samius in quodā iambo Glaucum inquit marinū hydnam Scylli Scionæi vrinatoris filiam adamaſſe, ac de herba propriè narrat, quam comedens Deus eſt factus; Deorum gramē inueniſti quod ſeminauit Saturnus. D Nicander libro tertio Glaucum amatorem fuiſſe Europię Nirei ſcripſit. Idem & libro primo Apollinem artem vaticinandi à Glauco doctum fuiſſe teſtatur, hic cum circum Oriam venaretur, qui mons eſt altiſsimus in Aetolia, leporem inſectatus eſt: quem, cum animo defeciſſet ob perſecutionem, ad fontem quēdam portauit: ille refrigeratus proxima herba quandam leporem perfricuit, hac herba cum lepus reuixiſſet illius virtutem Glaucus cognouit, ac eam comedens Deus eſt factus. exorta autem tempeſtate ex Iouis voluntate ſeſe in pelagus præcipitauit, quamuis Hedylogus Samius vel Athenienſis Glaucum inquiat cum Melicertam amaret, ſe ipſum in Pelagus pręcipitaſſe. Hedyle verò poëtæ huius mater, filiáq; Moſchines Atticæ poëtriæ Iambicę ſcribit in inſcripta Scylla, quòd cum Glaucus Scyllam amaret, in illius antrum ingreſſus eſt:

*Dona ferens concham rubris de fluctibus illi,*
*Inplumes nato & ſimul Alcyonum.*
*Infelix Nymphæ luſus, lachrymas ſibi multas.*

*Accela*

A *Accola nam Siren proxima virgo fuit.*
*Littus id, ac Aetnæ colli vicina natauit.*
Dorion in libro de Piſcibus, humorē in quo coctus eſt ful-lo inquit, omnes maculas purgare. Meminit etiam de illo Epenætus in re coquinaria.

## *De anguillis.* CAP. XVII.

DE marinis anguillis meminit Epicharmus in Muſis. At Dorion in libro de Piſcibus mentionem faciēs de eis quæ ſunt in Copaide, Copaidas laudat: naſcuntur enim eximiæ magnitudinis, ex quo, vt Agatharchides inquit libro ſexto rerum Europicarum, eximias anguillas Copaidas Bœoti victimarum more coronantes vouentéſque, & molas iniicientes, Deis mactare conſueuerunt. Atque ad peregrinum huiuſce generis inauditum ſacrificium admirantem, percunctantémque quendam Bœotum hoc ſe ſcire reſpondiſſe aiunt, quòd veterum ſtatuta legitima obſeruare oportet, quódque aliis non licet horum rationem reddere, nec admirari oportet ſi victimarum more anguillas ſacrificant, quando Antigonus Caryſtius in libro dictionis, piſcatores inquit Neptuno ſacra perſoluētes cum proſperè captura ceſſerit, ſub ipſum thunnorū tempus, captum thynnum Deo mactare, ac ſacrificium huiuſmodi vocari Thynnæum. Sacrificantur ſalſamenta etiam apud Phaſelitas. Heropythus in montibus Colophoniorum, vbi de Phaſelidis ædificatione narrat, Lacium inquit, qui coloniam miſit Cylabræ opilioni ſalſamenta pro loci pretio dediſſe, quæ ille petiuerat. Nam cum ei propoſuiſſet Lacius vt pro loco aut farinas, aut ſalſamenta caperet, Cylabras ſalſamenta elegit, ac idcirco Phaſelitæ nunc etiam Cylabræ ſalſamentum quotannis ſacrificant. Philoſtephanus igitur ſic libro primo ſcribit de Ciuitatibus, Quæ ſunt in Aſia, Lacium ferunt Argiuum, vnum ex iis qui cum Mopſo profecti ſunt, quem Lindium eſſe nonnulli voluerunt, Antiphemúmque eius fratrem qui Gelam condidit, in Phaſelidem vna cum viris à Mopſo miſſum fuiſſe ex diuinatione quadam Mantus Mopſi matris, cum nauium propriarum proræ coierunt, ac fractæ ſunt circa inſulas Chelidonias, infligentibus his, qui erant cum Lacio, quia ad

ad noctem vſque prorogauerant. Fama eſt autem terram ibi eum emiſſe, vbi nunc eſt ciuitas, veluti prædixerat Manto, cum ſalſamentum Cylabræ dediſſet, hoc enim ille erat electurus. Inde traxerũt, vt Phaſelitæ, Cylabram tanquam heroem honorantes, ſalſamentum ſacrificent. De anguillis verò ſcriptum reliquit Hiceſius in libro de Materia, quòd meliores ſunt ſucci cæteris piſcibus omnibus, quódque plurimos, ſtomacho magis conferendo, ſuperant: replent enim, bonúmque præbent nutrimentum, ac inter ſalſamenta anguillas Macedonicas connumerauit. Scribit Ariſtoteles anguillas aqua puriſsima delectari, ex quo anguillas in viuariis habentes aquas puras quæritant, nam turbida ſuffocantur. Hinc efficitur vt anguillarum piſcatores aquam turbidam faciãt, vt ſuffocentur. habent enim branchias tenues, quæ facillimè turbida aqua obturantur. per hyemem etiam cum aqua ventorum impetu perturbatur, ſæpius moriuntur. coëunt anguillæ complexæ, ac quiddam viſcoſum emittunt, quod in limo retentum animalia gignit. Teſtantur ij qui anguillas nutriunt quòd per noctem paſcuntur, at per diem in limo manẽt immotæ. Viuunt ad annos octo ſæpius. Rurſus alibi naſci ipſas ait Ariſtoteles neque ex ouis, neque ex animalia gignentibus, neque ex coitu, ſed ex corruptione, quæ in limo, ac cœno facta fuerit, velut dictum eſt etiam de vocatis terræ inteſtinis: quare Homerus quoque quæ naturæ ſunt propria piſcium diuidens, hæc inquit:

*Vexant anguillas, ac piſces gurgite vaſto.*

Tunc Icadiſtes quidam ex cœnantibus Epicureus cum nobis anguilla fuiſſet appoſita, adeſt inquit cœnæ Helena, & ego ero Paris, atque cum nullus manum adhuc protendiſſet, ipſe manum iniiciens, latus ad ſpinam vſque nudauit: Hic idem placenta calida aliquando appoſita, omnibúſq; abſtinentibus cum dixiſſet:

*Hanc ego ſum contra, manibus videatur vt ignis.*

Manum petulanter iniiciens, deuoránſque combuſtus efferebatur, tunc ait Cynulcus, aufertur larus ex gulæ conflictu, ſic etiam ſcribit Archſtratus de anguilla:

*Anguillas omnes laudo, præſtantior illa*
*Quæ capitur Rhegi maris è regione profundi.*
*Hanc alijs cunctis mediam tu ponto, tales*

Si

A *Si teneas epulas opulentius es erit ipſum.*
*Sed tamen ingentem referunt Virtutis honorem*
*Stymoniæ cum Copais, queis grandibus eſſe*
*Contigit ac magnis. regina ſed omnibus vna eſt*
*Vt puto, dúxque voluptatis anguilla, natantum*
*Os illi ſoli durum natura negauit.*

Cum dixiſſet Homerus,

*Anguillas domitant, ac piſces,*

Subíunxit Archilochus: multas cæcas anguillas cepiſti.
Attici, velut ait Tryphon, vſum ſcientes ſingularem, non
etiam pluralem per Ypſilon proferunt eodem pacto. Ari- ἐγχέλυς.
ſtophanes in Acharnẽſibus conſiderate inquit fortiſsimam
anguillam. Et in Lemniis, anguillam Bœotiam. In conui-
uantibus rectum poſuit, læuis ſicut anguilla. Cratinus
in Plutis: Thynnus, cernua, glaucus, anguilla, canis. Sed
pluralem numerum non ſicut poëta proferunt: Ariſto-
phanes in Equitibus. Velut qui anguillas venantur, paſ- ἐγχέλεις.
ſus es. In ſecundis Nubibus: Imagines meas anguilla-
rum imitantes. Datiuus eſt in Veſpis, Non batidibus gau
deo, aut anguillis. Strattis in fluuiis, anguillarum natus
B eſt amitinus. Simonides in Iambis, velut anguilla per ſor
des. Accuſatiuus, Erodius cum triorchum anguillam
Mæandriam edentem reperiſſet, eam corripuit. Ariſto- ἐγχέλεις.
teles in libris Animalium per Iota dixit anguillam. Nam
cum dicit Ariſtophanes in Equitibus: paſſus eſt id quod
ij etiam, qui anguillas venantur, nam ſi ſtagnum con-
ſtiterit nihil capiunt: at ſi cœnum ſurſum deorſúmque
vertatur, tunc capiunt: ſic & tu lucraris vbi ciuitatem
perturbas. Declaratur manifeſtè quòd anguilla ex limo ἰλύος.
capitur, quandoquidem in ys nomen deſinit. Nam & poë-
ta, cum fluuij profunditatem ardentem demonſtrare vult,
ſic inquit:

*Anguillæ pereunt & piſces:*

Præcipuè verò ac per excellentiam anguillas, vt ardentis
aquæ profunditatẽ ſignificet. Antiphanes obiurgans Aegy
tios in Lycione hæc ait:

*In cæteris Aegyptios graues ferunt,*
*Tum quòd pares cenſetur anguilla hic Deis*
*Ab his. Deis nam cæteris eſt dignior,*
*Precantibus nobis, licet quòd conſequi:*

Perd

*Perdentibus drachmas duodecim has ad minus,* C
*Vel plus, odorare has volentibus, fera*
*Omnino non eſt ſanctior iſta denique.*

Anaxãdrides in Ciuitatibus, ſermonem ad Aegyptios vertens, hæc inquit:

*Haud eſſe vobiſcum queo commilito,*
*Concordibus nec moribus nec legibus.*
*Per maxima interualla differentibus*
*Bouem colis, deis ego macto boues.*
*Tu maximum anguillam Deum putas, ego*
*Obſoniorum credidi ſuauiſsimam.*
*Carnes ſuillas tu caues, at gaudeo*
*His maximè. canem colis, quem verbero,*
*Edentem vbi deprendo forte obſonium.*
*Nobis ſacerdotes petit lex integros,*
*Arcentur à vobis procul tales viri*
*Habere ſi felem mali quid videris*
*Luges, ego ſuauiſsime decortico.*
*Poteſt apud vos mus araneus, nil me apud.*

Timocles in Aegyptiis:

*Quî poſſet Ibis, aut canis ſeruare, vbi*
*Veros Deos minus colentes haud ſtatim* D
*Pœnas dederunt: felis ara hunc triuerit?*

Multis ex locis antiquorum comicorum demonſtrare licet, quòd anguillas in betis inuolutas comedebunt, tum ex Eubulo in Echo:

*Candida adeſt betis veſtito corpore nympha,*
*Expers coniugij anguilla ò magnum mihi magnum*
*Tibi lumen manifeſtum.*

Et in Ione, & poſtea thynnorum aſſatorum opulenti ad te ventres nauigãt, paluſtréſq; aderãt anguillæ Bœotiæ, Deæ betis indutæ. In Medea: virginis Copaidis Bœotiæ, nam Deam nominare pudet. Quòd autẽ Strymoniæ etiam anguillæ eſſent celebres, patefecit Antiphanes in Thamyra: eodẽ nomine quo tu quidã fama mortaliũ celebris Thraciæ rigator fluuius nominatus Strymon, maximas nutrit anguillas. Narrat Demetrius Sceptius lib. xvj. Troici apparatus egregias anguillas naſci etiam circa Euclum fluuiũ, de quo ita meminit Antimachus in inſcriptis libellis: veniens Eucleæ ad fontes vorticoſæ.

De

A *De accipenſere, rubellione, encraſicholis, hepſito.* CAP. XVIII.

NOnnulla quidẽ dicta ſunt de accipenſere, de quo hæc etiam ſcripta reperiuntur ab Archeſtrato:

*Accipenſerem edas quem protulit alta profundi*
*Vnda Syracuſij, quia naſcitur optimus illic.*
*Hinc quoque principium capiunt quos inſula quæque*
*Protulit: aut tellus quam peruagor. æquore Creta*
*Pertenuis, durus, ſtupidus, prauúſque pererrat.*

Ariſtoteles in lib. de Animalibus, ſicut etiam Speuſippus, ſimillimos eſſe ſcribit phagrum, rubellionem, hepatum. Simillima innuit & Dorion in libro de Piſcibus. At Cyrenæi rubellionem dycam vocant, ſicut Clitarchus ait in linguis de Encraſicholis meminit Ariſtot. velut paruis piſciculis in libris Animalium. Dorion in libro de Piſcibus inter hepſitos Encraſicholos etiam connumerauit ita ſcribens, hepſitos eſſe oportet, Encraſicholos, aciopas, ariſtulas, gobios, triglas exiguas, ſepiolas, loligines, & cancellos. Eſt autem hepſitus inter piſciculos exiles, Ariſtophanes in Anagyro, non adeſt hepſitorum olla. Archippus in
B Piſcibus, apuam incidens hepſitus deglutiuit. Eupolis in Capris, ô Gratiæ quibus curæ ſunt hepſiti, Eubulus in Proſuſia ſiue Cyeno contentus vel vno hepſito in betis, duodecimus iam dies eſt, ex quo coctus fuit. Alexis in Deglaucceſcente, aderant nobis hepſiti quidam dædalei, omnia enim pulchra opera Dædali appellant. Tum rurſus, coruulorum non facis periculum, neque ſardarum, neque quorundam hepſitorum. Pluraliter autem ſæpius hepſitos dicunt, Ariſtophanes in actibus ſeu Niobe, non per Iouem ollam cupio hepſitorum. Menander in Perinthia, puerulus ingreſſus & afferens hepſitos. Singulariter vſus eſt Nicoſtratus in Heſiodo, membradem, apuam, hepſitum. Poſidippus in excluſa, hepſitum quempiam emere. At in patria mea Naucrate piſciculi quidam hepſiti dicuntur, qui in locis relinquuntur excauatis, vbi Nilus à repletione decreuerit.

*De hepato, lebia, & elacatenibus.* CAP. XIX.

DIocles inter ſaxatiles piſces hepatum, ac lebiã connumerauit, quem Speuſippus ſimilem eſſe phagro dixit.

xit. Eſt autem ſolitarius, carniuorus, dentibus aſperis, velut ait Ariſtoteles: colorem habet nigrum, oculóſque maiores, quàm ſua ipſius poſcat magnitudo. cor habet trigonum, ac album. Archeſtratus cœnarum dux lebiam iubet capere, velut & hepatum in Delo & Teno circũflua. de elacatenibus meminit Mneſimachus in equũ nutriente, ſcomber, thunnus, gobio, elocatenes, ſunt autem piſces prægrandes ſalſamentóque cõficiendo idonei. Menander in Iugis, gobius, elacatenes caníſque pars poſtrema. Mnaſeas Patrenſis piſcis quietíſque ſororis ſit tranquillitas, muræná- que, & elacatenes. C

*De thunno.* CAP. XIX.

NArrat Ariſtoteles quòd thunnus extra mare tranſmigrat terram à ſiniſtro latere contingens; verum vbi in pontum reuertitur, è contrario accidit: nam terram ſpectat à dextro latere: quod ita facere dicitur, propterea quòd dextro oculo clarius aſpiciat, at læuo hebetius. Habet ſub pinnis id quod aſilus appellatur, gaudétque tepore, idcirco ſæpius apud ſabulonem conſpicitur. Eſt autem eſui tunc aptus, vbi iam ceſſauit vexari ab aſilo, poſt D tempus latendi coit vt ait Theophraſtus, atque donec fœtus habuerit exiguos, difficulter capitur, at cum iam creuerunt facile, quia ab aſilo agitatur. Latet thunnus quamuis multum habeat ſanguinem: atque de hoc Archeſtratus;

*Ingentem captum thunnum mox ipſe videbis,*
*Hic vbi ſacra Sami ſunt littora. dicitur ille*
*Orcynus, ac alijs cete, hæc obſonia diuis*
*Conueniunt, precií que decent ſuauiſſima matrem.*
*Byzanti ſoboles thunni generoſa Cariſti eſt,*
*Ac vnde Sicula, & cephalus: nutrit meliores*
*His multò thunnos penetrantes Tyndaris vnda.*
*Si forte Hipponi Italiæ perueneris oras*
*Optimi erunt illic cunctorum. premia ſoli*
*Victores referunt: hic qui ſunt, inde putantur,*
*Quod mare tranſierint, penetraríntque æquora ponti,*
*Intempeſtiuos cum venabamur in vndis.*

Nominatus eſt autem thunnus à currẽdo ac ab impetu: eſt enim piſcis impetuoſus, quia certis temporibus aſilũ habet in

A in capite,quo ſcribit eum Ariſtoteles agitari.Sic autem narrat; Thunni & gladij agitantur aſilo circa Canis exortum, habent enim vtrique per id tempus ſub pinna ceu vermiculum,quem aſilum vocant,effigie ſcorpionis, magnitudine aranei. Infeſtat hoc tanto dolore, vt non minus interdum quàm gladius de ac Delphinus exiliat, vnde fit vt vel in nauigia ſæpenumero incidant. Tum Theodoridas,thunni aſilo agitantur in Cadium curſum.Polybius Megalopolitanus vbi de Luſitania regione narrat, quæ eſt in Iberia ſcribit libro trigeſimo quarto, quòd quercus ira profundè in mari ſunt plantatæ, vt thunni earum fructum comedentes pingueſcant; quamobrem nullus fortaſſe aberrauerit ſi marinos ſues appellauerit thunnos; ſunt enim velut ſues thunni glandibus nutriti. Laudatur imus venter præcipuè huius piſcis,ſicut Eubulus teſtatur in Ione, poſtea opulenti ad te thunnorum nauigant imi ventres aſſatorum. Ariſtophanes in Lemniis, non Bœotiam anguillam, non glaucum,non thunni imum ventrem.Statius in Atlante;thunni imum ventrem, ſuilléque inteſtinum drachmæ. In Macedonibus,imi ventres thunnorum ſuaues. Eriphus in Meli-

B bœa, hæc cum pauperes emere non poſsint, thunni imum ventrem, lupi caput, aut congros vel ſepias, quas nec Deos quidem valde diſpicere cenſeo. vbi Theopompus etiam ait in Callæſchro, piſcium venter imus ô Ceres. Illud autem obſeruatione dignum, quòd imum vētrem de piſcibus tantum;ac non etiam de reliquis animalibus,vel de ſuibus frequenter inuenies. At obſcurum eſt in quibus animalibus Antiphanes in Pontico imum ventrem ſtatuerit,cum dicit, quiſquis obſonium forte hoc ceperit magnificum male perditis, imos ventres veniens quot Neptunus perdet, coordinaréque generosè præparat latus cum iis. Alexis in Vlyſſe ſub texente caput laudans thunni,hæc inquit: ὑπογάστριον

*Piſcator in profunda truditur mihi*
*Dum liberorum quæritat is obſonium,*
*Sardasq́;,ſepiasq́; quampiam fabam.*
*Hic ſi caput thunni caput thunnos mihi*
*Adeſſe & anguillas puto.*

Laudarunt vocatas etiam thunnorum clauiculas, ſicut Ariſtophon in Pirithoo.

*Corrupta ſunt omnino dudum obſonia.*

B

*Claues duæ aſſatæ paratæ,queis fores* C
*Claudunt,prius thunni videlicet cibus*
*Grauis,fuit Laconica inde tertia.*

Antigonus Caryſtius in libro de dictione thunnum. Neptuno mactari inquit. Soſtratus libro ſecundo Animalium, pelamidem thunnam nominari aſſerit,quam ego eſſe thunnum arbitror,at cum magis etjam creuerit, orcynum:cum verò egregiè adhuc creuerit, cete. Meminit ita Aeſchylus de thunno, maleos capere ac molii inquam ferrum ignitum,qui ſine ſuſpiriis, velut thunnus, ſine voce precabatur. Qui & alibi:ac oculum conuertens more thunni, tanquam thunno læuo oculo nihil cernente vt ait Ariſtoteles. Eſt & apud Sophronem thunnotheras.Quos alij thunnos vocant, Attici dicunt thunnas.

## *De thunna.* CAP. XXI.

SEd hoc ſigno differre Thunnam à mare teſtatur Ariſtoteles, quòd fœminæ pinnula iuncta eſt ſub ventre Ariſtophareus nuncupata. ac in libro Animalium ipſam fœminam ſe cernens à thunno, per æſtatem parit inquit menſe Iunio, folliculo quiddam ſimile, in quo oua exigua, multáque conſiſtunt. Speuſippus libro ſecundo ſimilium eas à D maribus ſecernit,& Epicharmus in Muſis.Cratinus in Plutis,ego enim thunna ſum inquit aut melænas,vel thunnus, cernua, glaucus, anguilla, canis. Ariſtoteles in Piſcibus thunnam & gregalem eſſe inquit,& locum mutare.De hac Archeſtratus:

*Poſtremam thunnæ partem,quam thunnida dico*
*Ingentem,cuius Byzanti eſt fertilis ora.*
*Concidens rectè hanc aſſato prouidus omnem,*
*Et ſale conſpergas tenui,hinc vngatur oliuo.*
*Tingito adhuc acri calida in ſalſugine fruſta,*
*Nam ſi ſicca velis edere hæc generoſa videbis.*
*Huic ſimilis ſuperis ſpecies naturaq; thunnæ.*
*Quæ mox deperijt ſi conſpergatur aceto.*

Antiphanes in Amatore puerorum, optimæ thunnæ Byzantiæ medium fruſtum in betæ ſciſsis operimentis abſconditur. Sic Antiphanes partem extremam thunnæ laudat in Nouacula in Agris;

Nutr

A *Nutritus hic nullo marino veſcitur,*
*Præter quæ adhæret littori torpedinem.*
*Vel quempiam congrum, vel, ima intelligo,*
*Quæ ventri adhærent thunnæ, ederes hæc talia.*
*Virûm voraces cæteros piſces puto.*
*Vt hoc edas malum, refers Copaidas*
*Rates amice ruſticas valde. colo*
*Stagnum prope arua aſſcribo deſertori ego*
*Anguillas aciei, non erat, alicubi.*

## De *Hippuro, equo, ac iulijs piſcibus.*
## CAP. XXII.

ARiſtoteles libro quinto Animalium hippuros oua parere inquit, atque hæc maxima fieri ex minimis, velut etiam murænæ, parere autem verno tempore. Dorion in libro de Piſcibus hippurum coryphænam vocari aſſerit, quos piſces Hiceſius hippures appellauit. Meminit de his Epicharmus in Hebes nuptiis, oxyrinchi, hippuri, rhaphanides, auratę. Numenius in Piſcatorio piſcis naturam narrans
B ipſum ſemper exilire inquit, ac idcirco vrinatorem appellari: ſic autem de eo ſcribit; vel magnum ſinodonta, vel vrinatorem hippurum. Et Archeſtratus;

*Optimus hippurus quem pauerit alta Caryſtus.*
*Fertilis obſoni demum facunda Caryſtus.*

Epenetus in re coquinaria coryphænam ait nominari. ἱππίδιον.
Equum alicubi diminutiuè nominauit Epicharmus vbi inquit; Coruulum, coruinique generis pingues piſces, tum paruos equos leuiter refrigerat. Numenius in Piſcatoribus;

*Gobion, atque ſcarum, quæ præda eſt priua pudore.*
*Tittanas & molles anguillas corpore longo.*
*Vel mures, vel equos, velut & glaucam corydalim.*

Meminit & Antiphanes Colophonius his verbis in Thebaide; vel hyccam, vel equum, aut quem turdum vocant. De iuliis ita meminit Dorion in libro de Piſcibus: Iulias in ſalſugine elixare, aut torrere in ſartagine. Numenius;

*Id ſpecta: idcirco ſtupidam diuertere par eſt*
*Iulida, lethiferamq́; ſimul tetram Scolopendram.*

At idem autor terræ inteſtina vocat iulos his verbis: C

*Eſca tibi ſubeat ſuprema littoris vra*
*Quam inuenies vbi terra tumet, dicuntur iuli*
*Nigrantes terræ inteſtina, eiusq́; voraces.*
*Prælongis pedibusq́; cicadæ hic vbi petras*
*Vltima arenoſas pelagi pura alluit vnda.*
*Inde cauare decet, multosq́; imponere vaſi.*

## *De turdis, merulis, apro, & cremy piſcibus.*

## CAP. XXIII.

TVrdum per. ι. ſcribunt Attici, cuius rei ratio datur huiuſmodi: fœminea nomina in la deſinentia ante λ. habent alterum λ. vt ſcylla, ſcilla colla, hirudo, certamen, manipulus, at in λα, deſinentia non etiam: nebula, germen, ſtirps, ſplendor, foramen, ſic & trigla. Cratinus, trigla ſi edit voracis viri cuiuſpiam. Diocles libro primo Salubrium, qui ſaxatiles appellantur, mollem habent carnem inquit, vt merulæ, turdi, percæ, gobij, fucæ, ac alpheſticus. Numenius in Piſcatorio:

*Cernuam, & æquoreum glaucum pariterq́; nigrantem* D
*Hinc merulam, turdosq́; marinos.*

Epicharmus in Hebes nuptiis membradonéſque, & turdi, & lepores, draconéſque fortes. Ariſtoteles in libris Animalium, atq; hæc quidem maculis nigris picta vt merula, hæc variis diſtincta, ſicut turdos. At Pancrates Arcadicus multis nominibus vocari ait turdum in maritimis operibus:

*Vinoſum turdum, qui captat arundine piſces*
*Dixit, & æliam, orphiſcum, pariterq́; lacertum.*

λειοκέφαλα, ἢ λιθοκέφαλα, *lapidē habent in capite.*

Nicander libro quarto mutatorum, vel ſcarum inquit, vel turdum multi nominis. Aper & cremys ita commemorantur ab Ariſtotele in libro Animalium; alij edentuli ac læues, vt aciculæ; alij caput habent planum, vt cremys: alij aſperrimam duriſsimámque habent cutem, vt aper: alij duas habent virgulas, vt Seſerinus: alij multas, rubráſque lineas, velut ſalpa. De apro mentionem fecerunt Dorion & Epenetus. At Archeſtratus:

*Ambraciæ cum perueniens felicia rura,*
*Ne contemne, citò ſed emas, ſi videris, aprum,*
*Pondere vt æquo auro vendatur, ne tibi ſpiret*

*A ſuperis*

A *A ſuperis Nemeſis grauis.hic ſios nectaris illum*
*Haud licitum eſt pariter cuius ediſſe virorum:*
*Non vidiſſe,quibus contexta fiſcina iunco eſt*
*In manibus,ratione ſolent claraq; mouere*
*Suffragia,ad terram iaciens hinc munera ouini*
*Membri.*

## *De fidicula,cordyla,gammaro,& cane marino.* CAP. XXIIII.

ARiſtoteles in libris Animalium vel piſcium potius, ſerratos habet dentes inquit, fidicula, eſtq; ſoliuaga, & alga veſcitur: linguam habet ſolutam, cor album ac latum. Pherecrates in ſerui magiſtro fidicula eſſe, & in foro verſari cum iis fidicula, quàm bonum eſt fidicula, ac per Apollinem me perturbat illud prorſus vt aiunt. O bona, eſt ne aliquid mali in fidicula? Epicharmus in Hebes nuptiis: ſeu hyænides, & buglosſi, & fidicula ineras. Quòd autem ſacrata Apollini ob nomen ſit exiſtimata, patefecit Apollodorus. Callias ac Diocles, & Cyclops, vel aſſata fidi-
B cula,& raia,thunnúq; hoc caput. Archeſtratus in voluptate;
*Alba tibi fuerit,ſolida atque fidicula,cures*
*Hanc lixare ſine folijs ſalſugine pura.*
*Quæ ſi fulua ſit,ac praua,hanc aſſare iubemus:*
*Ac pupugiſſe prius præacuti cuſpide cultri.*
*Caſeus hinc multus ſpargatur,& vngito oliuo.*
*Sumptibus hæc gaudet,cum luxurioſa ſit,amplis.*

Cordylam aſſerit Ariſtoteles in aquis ac in ſicco degere, at ſoli expoſitam interire.hanc Numenius in Piſcatorio curylum vocat:
*Omnia prompta iſtis,vnguenta parare decebit.*
*Curylen,aut pyrena,marinamq; inde cicadam.*
Meminit & de corydalide his verbis:
*Vel mures,vel equos,velut & glaucam corydalim.*
De gammaris meminit Epicharmus in Hebes nuptiis; ac inter hæc bocæ, cerri, apuæ, gammari. Meminit & Sophron in mimis muliebribus. Sunt autem ex ſquillarum genere.atq; ſic à Romanis appellantur.De cane marino ita loquitur in piſcatorio Numenius Herocleotes, verum vbi canem marinum, vbi impetuoſam pſamathidem,

Sophron, venator thunnorum venter veſter, cane marino C
oleaſter, indigetis. Nicander Colophonius canem marinum lamiam & ſcyllam vocari inquit in linguis.

## *De Mugile.* CAP. XXV.

HOrum piſcium, qui albuli dicuntur, plures ſunt ſpecies; alij ſiquidem cephali, alij Mugiles, alij labeones, alij mucones vocantur: at omnium optimi ſunt & guſtu & ſucci bonitate ij, qui nominantur cephali, quibus mugiles ſuccedunt, peiores ſunt Mucones, quibus tamen multò ſunt deteriores labeones, Bacchi appellati: habent autem ſuccum valde bonum, non multum nutriunt, faciléq; excernuntur. Dorion marinum Mugilem ponit in libro de Piſcibus, at fluuiatilem probat Marini ſpecies, Cephalum ac ieiunum. Echinum qui eſt in capite mugilis verticillum nominat, ac Cephalum differre aſſerit à Cephalino, qui & Blepſias dicitur. Ariſtoteles libro ſexto Hiſtoriæ Animalium incipiunt inquit ferre vterum qui labeones vocantur ex mugilibus, menſe decembri: ſic ſargus & qui Muco vocatur, & Cephalus, ferúntq; vterum dies triginta. Sunt quidam ex mugilibus qui non ex coïtu, D
ſed ex limo ſabulóue naſcuntur. Ac alibi ait Ariſtoteles cum mugiles dentes habeant ſerratos, non tamen ſe inuicem comedunt, quaſi non ſint omnino carniuori. eſt autem alius Cephalus, alius labeo, alius tranſlittoraneus: ac labeo paſcitur apud littora, ſed tranſlittoraneus cibo non vtitur, præter ſibi innatum mucorem: labeo verò & cœno veſcitur & arena. fama eſt nullam feram mugilum partus inſectari ac vorare, quoniam nullorum piſcium fœtus mugiles vorant. Euthydemus Athenienſis in libro de Salſamentis ſpecies eſſe Mugilum aſſerit Spheneum ac Dactileum, ac idcirco Cephalos nuncupari, quia caput habeant grauius, ſphenas autem quia vacui ſunt ac quadrati. Dactileorum latitudo duorum digitorum menſuram non excedit: admirabilis ſunt bonitatis ij mugiles, qui circa Abderam capiuntur, velut teſtatur Archeſtratus: ſecundi qui circa Sinopen. Mugiles à quibuſdam flutæ dicuntur, vt Polemon narrat in libro fluuiorum Siciliæ, quos Epicharmus etiam ſic in Muſis nominauit, Aeoliæq; flutæ Cynogloſſiq; & vmbellæ. Ariſtoteles in libro de Moribus, ac

vita

A vita Animalium mugiles viuunt inquit, etſi cauda ſit abſ-ſciſſa. Mugiles à lupis commeduntur, conger à Muræna. Eſt & prouerbium quòd dicitur mugil ieiunat, in eos qui iuſta agunt, quoniam mugil carne non veſcitur. Anaxilas in vnius moris, Matonem quendam Sophiſtam obiurgans ob gulam, caput inquit mugilis Maton ſurripiens edit, ego autem pereo; At bonus Archeſtratus.

*Aegina egregium mugilem circunflua nutrit.*
*Hunc eme, mox verſare viris ciuilibus.*

Diocles in Mari, ſaltat ob voluptatem mugil. Quòd ieiuni ſint mugilum ſpecies ita declarauit Archippus in Hercule vxorem ducente, ieiunos mugiles cephalos. Antiphanes in Lampone, tibi mugiles alios ieiunos milites habere contingit. Alexis in Phryge, ego ieiunus mugil domum recurram: Amipſias in ſonitum facientibus ex vino in poculis relicto; ego cum videro, opus in forum ſumere arggrediar, minus autem me tu velut ieiunus mugil ſequeris. Euphron Aeſchramidas Mugil eſt ieiunus qui deambulabat. Philemon in commorientibus. mugilem ieiunum aſſatum emi, non valde magnum. Ariſtophanes in Gerytade, nun- ἀποκοτ- ταβίζου
B quid virorum mugilum intus eſt colonia? quemadmodum ſint ieiuni cognoſcite. Anaxandrides in Vlyſſe, plurimum deambulat, cum non cœnarit mugil eſt ieiunus, Eubulus in Nauſicaa, qui nunc quarto die tingitur, ieiunam mali mugilis degens vitam. Cum tot de optimo hoc obſonio iam dicta eſſent, Cynicus quidam, qui veſpertinus acceſſerat dixit; num nos quoq; ô viri amici ieiunam vitam agimus? quando inter Cereris ſacra mugilum more ad mediam noctem ieiunamus? nam ſicut ait Diphilus in lemniis, iſti cœnarunt, at infelix ego mugil eſſem ob ſummum ieiunium. Tunc excipiens ſermonem Myrtilus, conſiſtite poſtea iuxta Theopompi hedychare ô ieiune Mugilum Chore, oleribus veluti anſeres excepti: non enim prius quidpiam attingetis, quàm vel vos vel condiſcipulus veſtrum Vlpianus dixerit, cur ſolus inter piſces mugil ieiunus ſit vocatus. Tunc ait Vlpianus, quoniam nulla eſca veſcitur animata, neque nulla carne, nullóque cibo animato allectus capitur, vt narrat Ariſtoteles, inquiens quod ieiunus malus eſt, quódque vbi caput abſconderit, ſi timeat, ſe totum occultaſſe arbitratur. Plato in feſtis; exeunti mihi piſcator

obuius fuit mugiles ferens, ieiuni erant piſces, malos mihi attulit. Tu verò ô Theſſala lucta Myrtile dic mihi quare piſces à poëtis hellopes vocantur? qui dixit, vel quia ſunt muti, nam ſecundum analogiam, quia vox ſit vetita, illopas quidam eſſe volunt. eſſe enim illeſthæ prohiberi, at ops, vox. Nunquid hoc neſcis cum ſis quidam ellops? cum nihil Canis ad hæc reſpondiſſet, ego quæ ante hunc dicebam ô viri, iuxta ſapientem Epicharmum introducens receuſebo, ac idcirco alopes dici affirmabo, quia ſunt ſquammoſi. Illud etiam declarabo quod non eſt quæſitum, cur cum Pythagorici alia animata mediocriter attingant, quorum aliqua ſacrificant, ſolos piſces non guſtant omnino, nunquid ob ſermonis continentiam, nam ſilentium diuinum quid eſſe arbitrantur? At vos ô Moloſsi Canes cum ad omnia ſileatis, non tamen Pythagoram imitamini, de aliis piſcibus loquar. C

ἰλλεῖν.

## *De coracino.*

## CAP. XXVI.

Coracini marini, velut ait Hiceſius, parum nutriunt, facile excernuntur, ob bonitatémque ſucci medij ſunt habendi. Ariſtoteles libro quinto Hiſtoriæ animalium; omnibus ferè piſcibus celerrimum fieri incrementum accidit, ac coracino præcipuè. parit apud littora in locis muſcoſis ac denſis. Speuſippus libro ſecundo ſimilium, Coracinum & melanurum ſimiles eſſe ſcribit. Numenius in piſcatorio; D

*Attrahet ex facili ſic aoliam Coracinum.*

Sunt alicubi in Muſis apud Epicharmum qui æoliæ dicuntur iidem & coracini: inquit enim; æoliæ, flutæ'q;, Cynogloſsiq;. In Hebes nuptiis, de æoliis velut differentibus mentionem fecit, mus, alpheſtæ, coracinique cereo colore, æoliæ, flutæ'que & Cyno gloſsi, Euthydemus in libro Salſamentorum coracinum inquit ſaperdam ab aliquibus nominari. Huic ſimilia dixerunt Heracleon Epheſius, & Philotimus in re coquinaria. Quòd autem Saperda velut coracinus vocetur Platiſtaticus, declarauit Parmeno Rhodius libro primo Diſciplinæ coquinariæ. Ariſtophanes in Telmiſſenſibus, nigras alas habentium inquit coracino

A racinorum. Diminutiuè vſus eſt hoc nomine Pherecrat es in obliuioſo, cum tuis coracinulis & mœnis verſatus. Amphis in Ialemo;

*Edens coracinum marinum, dum ſibi*
*Præſente glauco perfrui licet, patet*
*Quòd deſipit.*

Norunt ij, qui ſunt experti quàm Niliaci coracini dulces, carnoſi, ſuauéſq; ſint. Sic autem ſunt appellati quoniam continuè mouent pupillas, nec vnquam ceſſant. Hos Alexandrini plataces appellant à contingente. ἀπὸ τ̃ κινεῖν τὰς κόρας.

## *De Cyprino, gobys, cuculo, carcharia, Cane, piſcibus.*

## CAP. XXVII.

Carniuorus eſt gregaliſq; etiam cyprinus, vt teſtis eſt Ariſtoteles, qui linguam habet non quidem ſub ore, ſed ſub os. Dorion eos inter lacus tres fluuiatiléſque connumerans, hæc inquit, ſquammoſum quem cyprinum vo-
B cant. Multum habent ſucci gobij, vt aſſerit Hiceſius, oris bonitate excellunt, facile excernuntur, parum nutriunt malúmque habent ſuccum. Ij tamen, qui magis ſunt albi, nigriores oris bonitate ſuperant. Caro viridiorum gobiorum eſt cum laxior tum minus pinguis ſuccúmque magis tenuem parciorémque habet, at magis nutriunt ob magnitudinem. Ex iis eos qui ſunt ſaxatiles, carnem mollem habere aſſerit Diocles. At Numenius in piſcatorio hos cothos vocauit, vel ſacrum vel cothum nutritum, vel imprudentem darem. Sophron in Agricola; Cotholynoplytæ inquit ac thunnotheræ filium: hinc cothoniam fortaſſe nominauit. Siculi gobium cothonem vocant, vt Nicander Colophonius ait in linguis; Et Apollodorus in iis, quæ ſcripſit de Sophrone. Epicharmus gobios nominauit in Hebes nuptiis; turtures ſpiculo in extrema parte armati, molléſq; gobij. Antiphanes gobios laudans vnde optimi ferantur ſignificauit his verbis;

*Ad nuptias accedo ubi lo cum ſplendidè*
*Thus emerim deis, deabusq; omnibus.*
*Heroibusq; liba magnus diuidam.*

*Mortalibus vobis ccëmi gobios.*
*Furem imperaui piſcium hinc accedere*
*Et venditorem, pono nuntio tibi*
*Horum populum, ſed quippe ſunt Phalerici.*

Menander, ex piſcatoribus quidam quatuor drachmas gobiorum pretium eſſe putauit. de fluuialibus gobiis meminit Dorion in libro de piſcibus. De Cuculis ſic meminit Epicharmus, & ſplendidi cuculi, quos omnes diſcidimus aſſantéſq; ac condientes moliuimus, Dorion eos ait aſſare oportet, vbi per dorſum diuiſerimus ac herba, caſeo, laſerpitio, ſale, oleo condire, deinde vertere, vngere, modicum ſalis ſubter ſpargere, tum excipere, ac aceto perfundere. hunc piſcem Numenius rubrum ab accidente appellat ita ſcribens, aliquando rubrum cuculum, vel paucas pempherides, aliquando lacertum. de Carcharia, canéq; marino mentionem fecit Archeſtratus obſonij ſtudioſorum Heſiodus, vel Theognis. erat enim Theognis etiam voluptati deditus, ſicut ipſe teſtatur his verbis de ſe ipſo;

*Vt Sol cælinagos agitans medio Athere currus*
*Significat medium præteriiſſe diem,*
*Tempora iam ceſſant epuli, cui mens iubet ipſa:*
*Gratificans ventri qui bona multa dedit.*
*Efferat hic lymphas manuum formoſa, coronas*
*Atque manu glacili deinde Lacæna ferat.*

Nec puerorum etiam amores abnuit vir hic ſapiens, qui ita ſcripſit?

*Optaui laudes gratas ceciniſſe Deorum,*
*Vt ſit formoſus præmia danda puer.*
*Quæ tibi vel mihi, de Sophia certantibus adſint,*
*Noſces quàm mulis peior aſellus erat.*

Ac bonus Archeſtratus in ſuis præceptis ſic laudat:

*Vrbe Toronæa canis accepiſſe marini*
*Ventres Carchariæq; opus eſt ſparſosq; cymino*
*Ipſos aſſato, ſale nec conſpergito multo.*
*Nil illuc aliud referas gratiſſime amice:*
*Contuleris ni oleum glaucum. fuerint vbi cocti,*
*Trimmatium fudiſſe decet ſimul hocq; ſecuta.*
*Coxeris aſt ollæ ſi quando in ventre cauatæ,*
*Nec tu miſceto lymphas, nec fundito acetum*
*Vinoſum, ſolumq; decet perfundere oliuum.*

Voli

A *Vnà & odoriferas herbas, & grana cymini.*
*Hos coque non flammis, ſuper at carbone coruſco.*
*Sæpius & moueas ne exuſti deliteant te.*
*Diuinum hoc epulum pauci nouere virorum,*
*Aut ediſſe volunt ſtupidam quicunque, leuemq;*
*Mortales animam ſortiti ſunt ſtolidamq; ;*
*Carnis vt humanæ ſit edax: aſt obuius omnis*
*Humanam carnem piſcis vorat, vt fuit illi.*

Huius piſcis ſuauiſsima ac maximè deliciis apta pars eſt quæ thyrſion nominatur apud Romanos.

## *De lupo.* CAP. XXVIII.

SOlitarij ſunt lupi, ac carniuori, velut ait Ariſtoteles, linguam habent oſſeam, & adhęrentem, córq; triangulare. At in quinto Hiſtoriarum Animalium ipſos ſicut mugiles & auratas parere inquit, vbi præcipuè currāt fluuij. Pariunt per hyemem, & bis. lupos bonum habere ſuccum narrat Hiceſius, at non multum nutrire; ad excernendum ſunt inferiores, at oris bonitate primi iudicantur. Nominatus eſt hic piſcis à procacitate, qui etiam prudentia cæteros piſces
B antecellere dicitur, cum multos modos machinetur, quibus ſe ſeruare poſsit: hunc Alcæus verſificator ſublimem natare conſueuiſſe ſcribit. At ſapiens Archeſtratus.

*Tu cephalum, tu ſume lupum ex Gæſone, Miletum vt*
*Veneris, hic etenim ſpecies ſolet optima naſci.*
*Hic locus eſt talis. pingues magis in Calydone,*
*Diuiteq; Ambracia, Bœbeſq; in fluctibus errant*
*Fœcundis multi, ſed non & ventris odorem*
*Gratum ſpirat adeps: nec ſic eſt acre. ſodalis*
*In ſquammes illos mira virtute videbis.*
*Coxeris vt molles decet in ſartagine veſci.*
*Ne tibi ſit præſens facienti obſonia quiſquam*
*Italus, atque Syracuſius vir deinde caueto.*
*Nanque bonos piſces non hi nouere parare.*
*Sed male componunt, cogenteſq; omnia perdunt.*
*Salſugo laſeris dum ſpargitur his, & acetum.*
*Parui execrandi piſces qui ſaxa pererrant,*
*Si bene conditi ſint cunctis ſunt meliores.*
*Nam multæ ſpecies inter conuiuia poſſunt,*
*Si condimenti ratio ſeruetur, & artis.*

Mentionem fecit Ariſtophanes in Equitibus, luporum,qui circa Miletum naſcuntur veluti egregiorum his verbis; C

*Turbabis haud lupos edens Mileſios:*

*At in Lemnus;*

*Non aut locuſtam emiſſe, non lupi caput.*

Quaſi egregium ſit luporum cerebrum, veluti glaucorum. Eubulus in Nutricibus; Non magnificè at frugaliter ſepiolas, loligines, exigua polypodis capillamenta,ieiunum aliquem,vuluam, inteſtina pinguia,lupi caput prægrande. Gæſon, cuius mentionem fecit Archeſtratus, ſtagnum eſt Gæſonis inter Prienem ac Miletum cum mari cõiunctum, ſicut Neanthes Cyzicenus libro ſexto narrat rerum Græcarum. At Ephorus Gæſonem fluuium eſſe contendit libro quinto apud Prienem, qui defluat in ſtagnum. Archippus mentionem faciens luporum in Piſcibus ita ſcribit; Hermeus caupo piſcium Aegyptius ſceleſtiſsimus, qui muſtelos, ſquatináſque vi excorians vendit, lupiſque eripit inteſtina.

## *De lato, ſquatina, murana & muro piſcibus.*
## CAPVT XXIX. D

LAtum optimum naſci in Italia ſcribit Archeſtratus hunc in modum;

*Italiæ nemoroſa latum tibi præbeat ora*

*Quod Scyllæus habet epulum mirabile portus.*

Lati qui in fluuio Nilo naſcũtur ad ducentarum librarum, vel etiam plurium pondus, accedere ſunt deprenſi. Eſt autem hic piſcis candidiſsimus; atq; optimus ſuauiſsimúſque ex quacunque ratione fuerit conditus. Eſt ei piſci ſimillimus, qui naſcitur in Iſtro, ac Silurus dicitur. Complura & alia piſcium genera, eáque ſuauiſsima Nilus fluuius producit, & coracinorum præcipuè, nam multa ſunt & horum genera. Producit & Mæotas vocatos, & Saperdas, & Siluros. Sunt multi piſces circa Pontum, qui nominantur à Mæotide ſtagno, at Niliaci piſces ſunt hi, (ſi modò ob diutinam peregrinationem meminiſſe licet) torpedo ſuauiſſima, porcellus, ſimus, phager, oxyrinchus, allabes, Silurus, Synodontis, eleotis, anguilla, aloſa, abramis, typha, ſquammatus, phyſa, mugil: quanquam ſunt & alij non pauci. Liobatus, qui etiam ſquatina dicitur, carnem habet

A bet albam vt Epenætus ait in re coquinaria. Plato in Sophiſtis, & ſi muſtelus ſit, vel liobatus, aut anguilla. Theopompus libro quinto eorum, quæ in ſicco degunt, anguillam inquit & muræ nam permultum temporis ſpatium poſſe viuere extra humorem, quòd branchias habeant tenues, parúmque humoris excipiant. Murænas ait Hiceſius non minus nutrire, quàm etiam anguillas, vel congros. Hanc Ariſtoteles ex parua celerrimum ait capere incrementum libro quinto Animalium, dentéſque habere ſerratos; ac omnibus temporibus oua exigua parere. Epicharmus in Muſis ſine s. Murænas ipſas appellat, ſic inquiens; nec congrorum quidpiam craſſorum, nec muræna montis: ſic & Sophron. Plato verò ac Cantharus in fœdera componentibus, cum s. ſcripſerunt; raia adeſt & Smuræna. Dorion in libro de piſcibus murænam fluuiatilem vnam habere ſpinam inquit, quæ aſello Gallariæ vocato ſit ſimilis. At Andræas in venenatis murænas ſcribit mordentes, quæ ex vipera natæ ſint, interficere, atque has minores eſſe, ſimiles, & variatas. Nicander in Theriacis;

B *Muræna timor eſt miſeris piſcantibus, illa*
*Sæpe ſtridens nauim medıa ſubmerſit in vnda*
*In mare delatis, cum de penetralibus exit.*
*Si vera eſt fama vt coëat ſerpentibus atris*
*In terris, pelagi cum liquit paſcua læta.*

Andræas in libro de iis, quæ falſò creduntur, falſum eſſe inquit, quòd muræna coëat cum viperis in loca lutulenta progrediens, ſiquidem neque viperæ in lacunis lutulentis paſcuntur, quæ deſertis paludibus potius ſolent oblectari. Soſtratus in libris Animalium, ſunt autem hi duo libelli, coire affirmat. At murus, vt ait Ariſtoteles libro quinto Animalium, differt à muræna, hæc ſiquidem variegata eſt & debilior, at murus vnicolor eſt, fortis, colorémque habet motacillæ ſimillimum interius ſcilicet & exterius. Dorion murum inquit ſpinas per carnem non habere, at totum mirum in modum bonum eſſe, & tenerum, ac duo eſſe genera: nam alij toti ſunt nigri, alij fului, inter quos meliores ſunt nigri. Idcirco voluptati deditus philoſophus Archeſtratus;

*Italiam ſi intra, pelagíque anguſta Sicaui,*

*Murænam*

*Muranam captam videas, quæ fluta vocatur,* C
*Hanc eme: nanque illic epulum admirabile noſces.*

## *De manis, melanuro, melanderino ac mormure.*

## CAPVT XXX.

MAenas meliorem ſuccum habere, quàm gobios teſtatur Hiceſius: at oris bonitate, quódque ventris excretionem cooperetur, longe ab illis ſuperatur. Speuſippus libro ſecundo rerum ſimilium boacem ac cerros ſimiles eſſe mænis arbitrâtur, de quibus mentionem fecit Epicharmus in terra & in mari; bocas excedit multas & cerros. Epenætus in re coquinaria cerrum ait, quem Canis lectum quidam vocant. Antiphanes in Agreſti ſine Butalione; mænas Hecates cibum appellat ob breuitatem: ſic enim inquit;

*Magnos hos omnes credidi*
*Hominiuoros piſces, quid ais amiciſſime?*
*Hominiuoros? quî.n. vir comederet?*
*Sunt hæ profectò Hecates epulæ:*
*Quas hic mænas vocat, & triglas.* D

Sunt & quæ leucomænides dicantur, quas boacas nonnulli nominant. Polyochus in Corinthiaſte; nec tibi perſuadeat quis per Deos ſiquando veneris boacas leucomænides dicere. De me lanuro autē ita ſcribit Numenius in Piſcatorio;

*Scorpion, ac percarum ductorem melanurum.*

Hunc ſargo ſimillimum eſſe ait Hiceſius, at ſucci & oris bonitate, eſſe inferiorem, paulum conſtringere, ac nutrire. Meminit de eo Epicharmus in nuptiis Hebes, erant ſargi melanuríque. Ariſtoteles in libro Animalium, ſtyptici ſunt melanurus, ac ſargus ex piſcibus, qui multas nigráſque habent lineas. Tum melanderinum ſimilem eſſe ait melanuro Speuſippus ſecundo ſimilium, purum dictum, quem ſic Numenius pſorum vocat;

*Aut pſoron, aut Salpam, vel littoreum inde Draconem.*

Mormur maximè nutrit, vt inquit Hiceſius. Epicharmus in Hebes nuptiis myrmias hos appellat, niſi natura differant, ſic enim ſcribit; Hirundines, myrmíæque, qui ventre ſunt maiore. Dorion in libro de Piſcibus mormylos eos appellat. Lynceus Samius in arte obſonatoris, quam ad quendam

A quendam ſuorum ſociorum ſcripſit, vel Dyſonem vel Zenonem, inquit; neque ſanè inutile eſt intentè intuentibus, ac precio non dimittentibus, præſentes piſces vituperare ac dicere, quòd Archeſtratus adductus fuit vt quorundam poëtarum voluptatem, ac verſum dicentem deſcripſerit;

*Mormylus eſt piſcis malus: hic haud eſt bonus vnquam. &*
*Sume amiam autumno, nunc at ſunt tempora veris.*
*Sub primum frigus mugiles ſumantur amani:*
*At nunc eſt æſtas.*

Multáque his ſimilia, ſic enim multos ex aſtantibus emptoribus profugabis: quod ſi ita feceris, cogetur is quicquid tibi viſum fuerit, concedere.

## *De torpedine, gladio, cernua, horcino & aſello piſcibus.*

### CAPVT XXXI.

PLato ac Cantharus in fœdera componentibus; ſuauis eſt inquiunt torpedo. At Plato philoſophus marinæ ait torpedini ſimilis in Menone, nam illa ſibi adhærentem νάρκη.
B torpere facit. Huius vocabulum extat apud Homerum vnde ducatur; manum obſtupefecit in vola. Menander in Lampade per a ſcribit; percurrit totum meum corpus torpedo: cum nullus antiquorum ita vſus ſit. Hiceſius minus eam nutrire, minúſque habere ſucci aſſerit, at cartilagineum quiddam habere perfuſum, quod ſtomacho maximè conferat. Theopompus in libro de hyeme latentibus; torpedinem ait terrã ingredi. At in libro Venenatorum mordentium ac iaculantium vim quandam ſcribit ex ſeſe emittere torpedinem, vel per ligna, ac tridentes, quæ manus habentium obſtupeſcere faciat. Huius rei cauſam dixit Clearchus Solenſis in libro de Torpedine, quæ quoniam nimis longa eſt, eius ſum oblitus, vóſque mitto ad eius commentaria. Eſt autem torpedo cartilaginea, paritq; animal, vt ait Ariſtoteles. Piſciculos ſibi venatur in cibum, vbi eos attigerit, ac immobiles ob torporem fecerit. Diphilus Laodicenſis in libro Theriacorum Nicandri torpedinem narrat non totam torporem ingerere, at quandam illius partem, atque ob multam experientiam inquit eò perueniſſe. De hac ita ſcribit Archeſtratus;

In

*In vino ac oleo torpedo ſit tibi cocta:* C
*Atque in odoriferis herbis, ramentáque caſei*
*Tum ſuper iniectis.*

Alexis in Galatea; torpedinem velut ferunt conditam totam aſſare. At in Demetrio;

*Torpedinem conſiderans cepi ſtatim*
*Sartaginis quòd inferentem fœminam*
*Molles manus, oportet hanc nihil pati.*

Gladium ſcribit Ariſtoteles roſtri inferiorem partem exiguam habere, ſuperiorem verò oſſeam, magnam, & toti illius æquam magnitudini, quæ enſis vocatur: atque hunc piſcem carere dentibus. de hoc Archeſtratus;

*Accipito gladij accedens Byzantia fruſta,*
*Vertebrámque ipſam poſtremam: eſt optima nanque*
*In Siculo ponto circa oſtia ſumma Pelori.*

Quis hic admirabilis diligentiæ præceptor, vel quis talis eſt obſoniorum iudex, qualis hic ridendus, vel deridendus potius poëta? qui ita diligenter ob gulam Siculum mare transfretauit, piſciúmque omnium, & ſingularum partium qualitates cognouit, tum ſuccos ob gulam ita diligenter eſt perſcrutatus, ac ſi rem quampiam vitæ hominum vtiliſsimam eſſet inuenturus. Orpheos & orphos vocatur cernua, vt ait Pamphilus. Ariſtoteles libro quinto Animalium cum piſcibus citum adeſſe incrementum dicat, tum cernuam aſſerit celerrimè ex parua augeri. Eſt autem carniuora, dentéſque habet ſerratos, & eſt ſolitaria: cuius illud eſt proprium, quòd genitales meatus non inueniuntur: quódque per multum temporis ſpatium viuere poteſt poſt ſectionem. Inter ea animalia connumeratur, quæ diebus frigidiſsimis latere ſolent, ac litore potius, locíſque terræ vicinis delectatur, quàm marinis & profundis. Non præterit duorum annorum ſpatium. De hac ita mentionem fecit Numenius; D

*His procul à crypta ex facili ſuſpenditur ipſe*
*Scorpius, & trahitur valde aſpera cernua eorum*
*In ſummo.* Et rurſus;
*Glaucos, æquoreúmque genus, ſic cernuam, & atram*
*Merulam.*

Scribit Dorion, iuniorem cernuam orphacinum à quibuſdam vocari. Archippus in piſcibus, ſacerdos ipſis aduenit

Dei

A Dei cernua. Cratinus in Vlyſsibus; fruſtum cernuæ tepidum. Plato in Cleophonte;te vetula migrare fecit, putrem cernuis,ac aſperis piſcibus,& phagris eſcam. Ariſtophanes in Veſpis,ſiquidem quis emat cernuas,membradéſque nolit. Singularem rectum cum acuto proferunt Attici, vnde Archippus in Piſcibus, ſicut prædictum eſt. At genitiuum Cratinus in Vlyſsibus, fruſtum cernuæ tepidum. Scribit Dorion in libro de Piſcibus horcynos qui ſunt in mari apud columnas Herculis,in mare quod eſt apud nos,peruenire;ex quo plurimi eorum in Ibero, Tyrrhenóq; mari capiuntur,atque hinc in aliud mare diſperguntur. Secundum locum obtinent ij,qui ſunt in Sicilia. At qui procul ab Herculis columnis ſunt,capiũtur macilenti,quia ſpatium multum maris enatarunt. In Gadiris clauiculæ ſolæ in ſalſamentum condiuntur, velut etiam antacæorum maxillæ,& palatum:ac ex his melandriæ vocati fiunt ſalſamenta. Horum ventres ait Hiceſius cum ſint pingues, multum differunt ab aliis partibus,at clauiculæ quod ſpectat ad oris bonitatem, multò cæteris omnibus ſunt meliores. Aſinus & aſellus ait Ariſtoteles in libris Animalium,os habet apertum, velut muſtelus, nec eſt gregalis: ſolúſque inter piſces cor habet in ventre, lapillóſque molæ perſimiles in cerebro: Solus etiam calidiſsimis diebus Canicularibus latet, cum alij lateant diebus frigidiſsimis. Meminit de his Epicharmus in Hebes nuptiis; magnoperè curuas hiatulas, ventrémque variegatum habentes aſinos. Differt autem aſinus ab aſello, vt Dorion inquit in libro de Piſcibus, qui ita ſcribit; Aſinus, quem gadum quidam vocant:galleridas,quem quidam aſellum,& maximum nuncuparunt. Euthydemus in ſalſamentis; hi Bacchum, illi gellariam vocant, alij aſellum. At Archeſtratus aſinum, quem callariam vocant, nutrit prægrandis circa collum carnem quandam,non mihi quidem ſuauem, ſed alentem: gaudet hic his,ego verò illis.

B

*De polypo.* CAP. XXXII.

Polypus, ſic enim dicunt Attici, velut etiam Homerus;

*Polypus exiuit veluti cum forte cauernis.*

C

Nam ex etymologia dictus eſt à pede. At accuſatiuum polypum dicunt, ſicut Alcinum, Oedipum, tripum, lebetem Aeſchylum dixiſſe conſtat in Athamanthe. à ſimplici vt pes, ſicut mens. At polypon dicere Aeolicum eſt, cum Attici polypum dicant. Ariſtophanes in Dædalo; hæc volentem polypos & ſepias. Ac rurſus;polypum nihil appoſuit. Deinde, fontes polypi dicuntur abſconditi. Alcæus in Sororibus vitiatis; fatuum eſſe, mentémque habere polypi. Amipſias in comedente; opus eſt, vt apparet, multis polypis. Plato in puero;velut polypodes te primum. Alcæus;me ipſum edi,velut polypus. Sunt qui polypodem dicant ex ſimilitudine à pes,pedis,pedi,pedem. Eupolis in populis; C

*Vir ciuis eſt,at polypus ex moribus.*

Diocles libro primo Salubrium molles inquit piſces ad voluptatem conferunt, & ad res Venereas,ac in primis polypodes. Polypodem ſcribit Ariſtoteles octo habere pedes, quorum duo ſunt ſuperiores, at inferiores ſunt minimi, medij ſunt maximi. Habet in capillamenta duo, quibus alimentum attrahit, ac oculos in ſuperiore parte duorum pedum. Os autem & dentes in medio pedum. Si aperiatur,cerebrum habet bipartitum, ac atramentum vocatum non habet nigrum,ſicut ſepiæ, ſed rubicundum in dicto papauere: quod quidem papauer ſupra ventrem collocatur, quaſi quædam veſica. Inteſtinum non habet ex proportione. Nutrimento vtitur aliquando paruarum conchularum carunculis, oſtrea extrahens extra ſuas cauernas: quare accidit vt eorum cubilia cognoſcant ii,qui venantur. Coit implicitus polypus; idque per longum ſpatium, quia caret ſanguine. Parit per vocatam ampullam, qui meatus eſt in corpore, oua complura in ſpeciem racemi. Dicunt etiam nonnulli quòd ſi cibo indiguerit, ſeipſum comedit, inter quos eſt Pherecrates comicus: Hic ſiquidem in Agreſtibus inſcriptis; inter olera agreſtia pinóſque viuere, ac vbi famem patientur, ſuos ipſorum digitos, velut polypodes ſolent comedere. Diphilus in Mercatore; polypus omnes cirros integros habens non edit ſe ipſum ò amiciſſime: quod quidem eſt abſurdum, ſed à congris inſequentibus, pedibus mutilatur. Fama eſt etiam quòd ſi quis in os cauernæ illius ſalem conſperſerit, ſtatim exit. De quo illud etiam narratur, quòd ſi ob timorem aufugiat, D

giat,

A giat,colorem mutet,iiſq; locis ſimillimum referat, in quibus latuerit:ſicut Megarenſis Theognis ait in Elegiis;

*Polypodis mores imitabere,qui quibus hæret*
*Saxis,vt vult,fit protinus aſsimilis.*

Eadem Clearchus etiam narrat libro Prouerbiorum ſecundo, hæc carmina apponens; neque tamen cuius ſint autoris patefaciens;

*Polypodis fraudes imitaberis Amphiloche Heros.*
*Vt placeas illis,quorum olim acceſſeris vrbem.*

Antiquitus fuiſſe ſeruatum ſcribit idem Clearchus apud Træzenem, vt neque polypum ſacrum appellatum, neque remigem polypum ex lege venarentur,ſed prohibebantur hos,& marinam teſtudinem attingere. Eſt autem polypus ſyntecticus, ac valde ſtupidus,ſiquidem venatorum in manus vltro accedit, atque cum eum inſectantur, accidit aliquando vt non aufugiat. Extenuantur eorum fœminę poſt partum,ac ſeparantur,quare facile capiuntur. Viſi ſunt ſæpius in ſiccum etiam exiiſſe, atque eò præcipuè, vbi aſpera ſint loca,nam plana deuitant,plantiſq; gaudent oliuarum: quare viſi ſunt ſæpius oliuarum truncos ſuis cirris comple
B xi. Deprenſi ſunt etiam ficubus mari vicinis impliciti, ac fructus comedentes, vt Clearchus ait in libro de Degentibus in humido. Illud eſt autem argumento quòd oleis delectantur,quòd ſi quis oleæ ramum in mare demiſerit, vbi ſint polypodes,ac aliquantulum detineat, quotcunque voluerit nullo labore extrahet circa ramum implicitos. Alias quidē corporis partes habent fortiſsimas,at debiliſsimum collum. Inter quos mares genitale quoddam in vno cirrorum habere dicitur, in quo duo magna ſunt capillamenta, quod neruoſum eſt ad medium vſque cirrum, totúmq; adhæret. Ariſtoteles libro quinto Animalium polypus ait, coit per hyemem,veréque parit,& latet circiter duos menſes: eſt autem perquàm fœcundum animal. Differt mas à fœmina, cum quia caput habet longius, tum quia id habet in cirro quod genitale à Piſcatoribus nuncupatur. Ouis incubant, vbi pepererunt, quare peſsimi per id tempus capiuntur. Edit oua polypus vel in cubilibus, vel intra tegulas,aut aliud quidpiam ſimile concauum,ac poſt dies quinquaginta parui polypi ex ouis exeunt cōplures, velut araneolorum multitudo. Polypus fœmina nunc ouis incubat,

nunc in ipſo cubilis oſtiolo inſidet cirro ſupra extenſo. Theophraſtus in libro eorum, quæ mutant colorem Polypodem aſſerit ſolis ſaxoſis ſe ſimilem efficere, quod timoris cauſa, & incolumitatis gratia efficit. At in libro Animalium in ſicco degentium, polvpodem inquit mare non excipere. in differentiis pro locis, polypodes ait Theophraſtus non naſci circa Helleſpontum, quoniam frigidum ibi ſit mare, ac minus ſalſum, quæ vtraque polypodi ſunt contraria. qui verò nautilus dicitur, ſicut ait Ariſtoteles, non eſt quidem Polypus, at ſimilis quod ſpectat ad cirros, dorſúmque habet cruſtatum, emergítque de maris profunditate, in ſeſe concham habens conuerſam, ne aquam excipiat atque ita conuerſus nauigat, duos cirros ſuperius exerit, inter quos membrana quædam tenuis conſpicitur, iis ſimilis, quæ digitis palmipedum auium inſertæ continentur. alios duos cirros pro gubernaculis in mare demittit, ſi quid verò ad ſe veniens videat, pedes protinus contrahit ac concha mari repleta, quàm celerrimè in profundum demittitur. In libro autem de Animalibus & piſcibus, quidam polypus inquit hic quidem tripſichros, hic verò nauta. Circunfertur Epigramma quoddam Callimachi Cyrenæi in polypum nautilum, quod ita ſeſe habet; C D

*Concha vetus fueram Zephyris impulſa per vndas,*
*Depoſitum primum nunc Venus ipſa tenes*
*Nautam, ſulcabam pontum ſi ventus, & aura,*
*Dum mea natiuus vela rudens tenuit.*
*Si tranquillus erat, præbebat remigis vſum*
*Ipſe pes, vt noſtri nomina ſignificant.*
*Littoribus vicina fui ſimul obuia iulis*
*Eſſem ſpectandus ſudus vt Arſinoes.*
*At non in thalamis velut olim, mortua cum ſum,*
*Ouum peioris nunc pario Alcyones*
*Cliniæ ad ipſe bona me gratificare ſorori:*
*Quæ Smyrnæ nata eſt patribus Aeolidis.*

Scripſit etiam Poſidippus in hanc Venerem, quę in zephyrio celebratur hoc Epigramma;

*Arſinoes Veneris Philadelphi in flumine, & idem*
*Prouidus in terris, hoc venerare ſacrum.*
*Quam primus ſtatuit regnantem fluctibus altis*

*Nauar*

A *Nauarchus zephyri littore Callicrates.*
*Hæc hyeme & medio placidum dabit æquor, & vndas.*
*Supplicibus facilis fit tumida vnda maris.*

Meminit de Polypode & Ion tragicus in Phœnice hoc pacto, & ſaxatilem cirris exanguibus odi mutantem Polypum cutem. Sunt autem polypodum ſpecies, heledona, polypodina, bolitæna, & Oſmylus, vt Ariſtoteles ſcribit & Speuſippus. Mollia inquit eſſe Ariſtoteles Polypodes, oſmylum, heledonam, ſæpiam, loliginem; Epicharmus in Hebes nuptiis, polypi, ſæpiæ, recentéſque loligines, inſana bolbitis, vetuſtæque rubeculæ. Archeſtratus:

*Optimus in Caria atque Thaſo ſit polypus, horum*
*Complures Corcyra tulit, qui corpore grandi.*

Dorici polypum ipſum per, o, magnum dicunt, vt Epicharmus. Simonides etiam, polypum dicit quærens. At Attici polypum qui eſt Cartilagineus, ſic enim Cartilaginem habentia dicuntur, Polypodes, muſtelique, & canes vt mollia dicuntur loliginis ſpeciem habentia, at Cartilaginea velluſculi folia.

## B *De paguro, limaria, perca, acicula, ſquatina, ſcaro.* CAP. XXXIII.

SIc de paguris mentionem fecit Timocles & Xenarchus in Purpura; cum piſcator ſim peritus, in paguris piſciculis Deis inimicis ſapientiam, variáſque artes inueni. Senem bugloſſum non valde cito corripiam, bonum profectò eſſet. Limariæ mentio fit à Phrynicho in Muſis. Ariſtoteles libro quinto Animalium, limariæ inquit, ac thunni in ponto pariunt, nec vſpiam alibi. Meminit etiam Sophocles in Paſtoribus. Poſtea aduena Helleſponti tempeſtiua æſtate apud Boſphorum, hic enim frequens eſt. Diocles & Speuſippus libro ſecundo Similium meminit de Percis, ſimiles eſſe inquiens, percam, hiatulam, fucam. At Epicharmus Camarides, & Canes, Mugiles, percáſque varias. Numenius in Piſcatorio, aliquando rurſus percas, aliquando apud Strophades ſaxum fucas, alpheſtémque, coloribus & rubicundum ſcorpium. Percum Epicharmus nominauit in Hebes nuptiis, Speuſippus ſecundo ſimilium, ac Numenius quorum in promptu ſunt teſtimonia.

Ariſtoteles in Animalibus ſpinis ſeptam, variíque coloris C eſſe fucam narrat, at quæ variis lineis, tortuoſiſque virgulis ſit diſtincta, percam. Cuius etiam extat prouerbium, perca melanurum ſequitur. Raphidum ſic mentionem fecit Epicharmus,& oxyrynchi,raphides,hippuri. Dorion in libro de Piſcibus aciculam inquit, quam raphidem dicunt. Ariſtoteles libro quinto Animalium aciculam eam vocat; at in libro Animalium ſeu piſcium cum raphidem nominauerit, ipſam edentulam eſſe affirmat. Hanc Speuſippus etiam aciculam nominat. ſquatinas ſcribit Dorion in libro de Piſcibus egregias naſci in Smyrna,ac ſinum Smyrnæum omnes piſces ſquammis carentes præſtantes educare. Et Archeſtratus.

*Optima Mileti penetrent cum mollia fluctus,*
*In primis ſquatinæ præſtant,& tergore lato*
*Liobathus.pariter crocodilo veſcerer ipſo;*
*Ex furno pueris qui ſit iucundus Ionum.*

Scarum ait Ariſtoteles ſerratos dentes habere, eſſe ſolitarium, ac carniuorum, exiguum os habere,linguámq; non multum adhærentem,cor triangulare,ſubalbidum, tribulum, bilémque, & ſplenem nigrum habere. Ex branchiis D autem hoc eſſe duplex, illud ſimplex, ſolus hic inter piſces ruminat, algáque nutrimento gaudet, quare & ea capitur?vigétque æſtatis tempore. Epicharmus in Hebes nuptiis ſparos piſcabamur & ſcaros, quorum neque fas eſt deis ſtercus abiicere. Seleucus Tarſenſis in piſcatorio ſolum ex piſcibus ſcarum dormire dixit, quare nunquam noctu capitur, quod illi accidit fortaſſe ob timorem. Archeſtratus in Gaſtronomia;

*Ex Epheſo perquire ſacros:at frigore tetro*
*Veſcere,mox triglis captis,circundata muro*
*Eſt vbi Miletus,ſupremáque Caribus ora.*

Ac in alia parte operis:

*Atque ſcarum aſſato latum Carthagine magnum:*
*Nec non bizanti iucunda obſonia,ſcuta*
*Tergore quæ referunt,& vaſto corpore,lata.*
*Hoc curato modo totum,cum ceperis illum*
*Caſeóque acoleo bene texeris omnia multo.*
*In furno ſuſpende calenti.torrida rurſus*
*Hæc ſale conſperge,hæc oleo,conſperge cumino.*

Nicander

A Nicander Thyatirenus duo eſſe ſcarorum genera commemorat, quorum alterum Oniam, alterum Varium vocant.

## *De ſparo, ſcorpio, ſcombro, ſargo, & ſalpa.* CAP. XXXIIII.

SParum Hiceſius meliorem ſcribit habere ſuccū, quàm mænas, & magis quàm piſces alios complures nutrire. Epicharmus in Hebes nuptiis ſparos & ſcaros, quorum nec diis quidem fas eſt abiicere excrementum. Numenius in Piſcatorio, Vel ſparum vel torpedines gregales. Meminit & Dorion in libro de piſcibus. Diocles libro primo Salubrium ad Pliſtarchum ex iunioribus piſcibus ſicciores ait carnes habere ſcorpios, cuculos, paſſeres, ſargos, & trachuros, at triglas minus his carnes habere ſiccas, ſiquidem piſces ſaxatiles molliorem habent carnem. Ex ſcorpiis ait Hiceſius alius eſt marinus, alius paluſtris. ac marinus quidem eſt flauus, lacuſtris vero niger. Marinus præterea guſtu excellit & virtute alendi. Habent etiam ſcorpij purgandi vim & excernēdi multum habent B ſuccum, multúmque nutriunt, quia ſunt cartilaginei. Parit bis ſcorpius vt Ariſtoteles inquit libro quinto Animalium. Numenius in piſcatorio,

*Fucos alpheſten, pictúmque colore rubenti*
*Scorpion, ac percarum ductorem melanurum.*

Quòd autem percutiat, teſtatur Ariſtoteles in libro Piſcium. Epicharmus in muſis ſcorpium variegatum eſſe inquit. Scorpij variegati, glaucíque & pingues lacerti. Eſt ſolitarius ſcorpius, & alga veſcitur. Et in libro quinto Animalium ſcorpios & ſcorpides in variis locis nominauit, ſed obſcurum eſt an eoſdem dixerit. Nos tamen ſcorpios, & ſcorpœnas comedimus, neque vllus eſt, quem prætereat differentes horum eſſe ſuccos, & colores. Obſonij ſtudioſus Archeſtratus in aureis carminibus ita ſcribit. In Thaſo ſcorpiū eme, ni ſit minor cubito in magnum manus extende. De ſcombro meminit Ariſtophanes in Gerytade, ſcōbros eos qui minores ſunt, magis nutrire melioriſque eſſe ſucci, quàm monedulas, autor eſt Hiceſius quos nō tamen facilius etiam excerni affirmat. Loquitur de his Epicharmus in Nuptiis, Hirundines ventrē habent maio-

rem ſcombris,at minorem thunnulis.Sargi magis ſunt ſti C
ptici quam melanuri ſicut ait Hiceſius,magiſque nutriunt Numenius in piſcatorio ſargum verſutum eſſe declarat, quod ſpectat ad venatum.

*Aut merulum æquoreos turdos aut aliàs hic,*
*Nunc illi ſargum, præſtantem retia piſcis*
*Qui frangit verſutus.*

Ariſtoteles libro quinto Hiſtoriarum Animalium ipſum bis parere inquit,vere ſcilicet & autumno. Epicharmus in Hebes nuptiis, Si vis ſargíq; chalcides ponticæ. Velut differentes ſarginos in his nominat,aderunt ſargini, melanuri,maximæq; tæniæ, tenues quidem, at ſuaues. Similiter Dorion in libro piſciũ, ſarginos ſic eos appellans & Chalcides. At ſapiens Archeſtratus.

*Mergitur oceano cum formidandus Orion,*
*Exuitúrque comis mater formoſa racemi.*
*Tunc habeas ſargum aſſatum quem ſpargito caſeo,*
*Ingentem,calidum,qui ſit conſperſus aceto,*
*Aſper natura eſt.quemuis curare memento*
*Hoc pacto piſcem qui denſis carnibus adſit.*
*At natura boni,mollis,pinguis ſale parco*
*Conſpergas ſolo,qua mox vngatur oliuo.* D
*Namque voluptatis virtutem ſecum habet ipſe.*

De ſalpa Epicharmus in nuptiis, Viles phagri ac lupi pingues, & merdiuoræ ſalpæ execrandæ, at per æſtatem ſuaues. Ariſtoteles libro quinto Animalium ſemel autumno eam parere ſcribit, multas habet lineas, eáſque rubicundas, ac ſolitaria eſt, & dentes habet ſerratos. Fama eſt hanc capi à piſcatoribus agreſti cucurbita, quoniam eo cibo delectetur. Archeſtratus:

*Eſſe malos ſemper ſalpas ego iudico piſces;*
*Apta tamen magis eſt cum meſſis cæditur illam*
*Si cupis egregiam Mitylenæam cape.*

Pancrates in marinis operibus:

*Salpæ equæ longitudinis piſces,*
*Quas dixere boues,cditur quibus Iſthmia tellus,*
*Quòd ſemper ventri adducunt hæ dentibus algam.*

Eſt autem varius hic piſcis, quamobrem & Mnaſeam Locrum aut Colophonium, qui ludos inſcriptos compoſuit ob compoſitionis varietatem familiares eius ſalpam nomina

A minabant. Nymphodorus Syracuſius in libro Aſiaticæ nauigationis ſalpam fuiſſe Leſbiam inquit, quæ ludos compoſuerit. At Alcimus iu rebus Siculis Botrym in Meſſena, quæ eſt in inſula, ludorum ſimilium iis, qui ſalpæ dicuntur, inuentorem fuiſſe teſtatur. Archippus in Piſcibus maſculinè dixit hic ſalpa. Tubicen, vel boax, at ſalpa cecinit mercedem ferens ſeptem obolos. Naſcitur piſcis quidam huic ſimilis, in mari rubro, qui Aromateus dicitur, qui lineas habet per totum corpus extenſas, aureúmque colorem præ ſe ferens, velut Philon ſcribit in Metallicis.

## *De ſynodunte, ſynagride, lacerto, ſcepino, vmbra, ſyagride, ſphræna.* CAP. XXXV.

DE ſynodunte ac ſynagride mentionem fecit Epicharmus: Synagrides, papilláſque, & ſynoduntes rubro diſtinctos. Numenius per, y, ait in Piſcatorio, aut albam, ſynodunta, boacáſque, trincóſque. Et rurſus, quos preca-
B reris veſci optans piſcem, vel magnum ſynodunta, vel vrinatorem hippurum. At Dorion ſinoduntem per iota dixit, velut Archeſtratus etiam in his:

*Ingentem quæras ſi ſinodonta ſodalis*
*Hunc etiam cepiſſe freto cenare Sicano.*
*Cuncta Cyro hæc memorans, ac ad te magne Cleæne.*

Antiphanes in Archeſtrata, anguillam quis ederit, vel tempus ſinodontis? de lacerto meminit Alexis in alba populo, nam ſic coquus loquitur:

*Noſti lacertus vt parari conuenit?*
*Si me inſtruas, ſunt eximenda branchia,*
*Lauandus, ac cædenda ſpina quælibet.*
*Scindendus hinc, quem totum vbi patefeceris*
*Hunc deſuper conſpergito mox laſere.*
*Impleto caſeo, ſale, ac origano.*

Ephippus vbi in Cydone multos alios piſces connumerat, mētionem fecit & lacerti hunc in modum, ſi uſta thunni, Chlanidis, muſteli, ſquatinæ, congri, cephali, percæ, lacertus, phycia, fuca, brincus, trigla, cuculus, phager, mulus, lebias, parus, æolias, aloſa, hirundo, ſquilla, loligo,

paſſer, dracæna, polypulus, ſepia, cernua, gobius, apuæ, C aciculæ, mugiles. Mneſimachus in equos alente, ex aſperis, torpedo, rana, perca, lacertus, ſarda, ſycis, brincus, trigla, cuculus. Scepini mentio fit à Dorione in Piſcibus, quem attagenum etiam vocari aſſerit. At vmbram nominauit Epicharmus in Hebes nuptiis, æoliæ, flutæq;, & Cynoglosſi, marinæ vmbræ. Numenius piſcem ipſum ſciadeum vocat his verbis, à quibus expeteres cupiens piſce veſci, vel magno ſynodonte, vel vrinatore hippuro, vel phagro iubato, vel capto ſciadeo. ſynagrides dixit Epicharmus in Hebes nuptiis, ac in terra & mari. Sphyrænas ſcribit Hiceſius magis nutrire quàm congros, guſtuíque eſſe inſuaues & ori, bonitatem ſucci habere mediocrem. At Dorion ſphyrenam inquit quam ceſtram vocant. Epicharmus cum in muſis nominauit, non amplius ſphyrænam ſed ceſtram appellat, tanquam ſit idem. Chalcidas, canes, ceſtras, percas, & æolas. Sophron in Virilibus, ceſtræ botim vorantes. Speuſippus ſecundo ſimilium velut ſimillimos piſces poſuit ceſtram, aciculam, lacertam. At Attici ſphyrenam ſæpius ceſtram appellant, raróque ſphyrænæ nomen apud eos auditur. Strattis idcirco in Macedonibus; cum Atticus quidam interrogatus eſſet veluti nomen neſciret dicerétque, quid eſt ſphyræna? dixit alter, ceſtram vos ô Attici vocatis. Antiphanes in Euthydico, nam multa ſphyræna dicenda eſt ceſtra ex Atticorum more. Nicophon in Pandora, Ceſtræ & lupi. Epicharmus in Nuptiis Hebes: Ceſtras, percas, & æolas. D

## *De ſepia & trigla.* CAP. XXXVI.

ἀττλατ. ARiſtophanes in Danais, atque hæc ſepias habentia & polypos. Sicut cauſæ etiam penultima acuitur velut ait Philemon, ſic & hæc nomina, diſciplina, faſcia. domus. Ariſtoteles ſepiam pedes octonos habere ſcribit, quorum duo inferiores ſunt maximi, duáſque promuſcides, inter quas os habet, & oculos. Habet etiam duos dentes hunc ſuperiorem, illum inferiorem, atque id in dorſo quod oſtracum dicitur. At in nare illius eſt atramentum, quæ apud os collocata eſt in morem veſicæ. Venter eſt planus ac in modum placentæ, ſimiliſque bouis ab

oma

A omaſo. Nutriuntur ſepiæ paruæ exiguis piſciculis, promuſcidem, quaſi piſcatorium funiculum protendentes, atque hac venantes. Fama eſt etiam quod vbi tempeſtas in mari fuerit, promuſcide ſaxa, velut anchoras capientes natant. Si quis ſepiam inſectetur, illa atramentum fundit, ac in eo occultatur, vlterius aufugere ſimulans. De qua illud etiam dicitur, quòd ſi fœmina tridente feriatur, mares auxiliantur hanc detrahentes, ſinautem capiantur mares, fœminæ diffugiunt. Non explet ſecundum annum ſepia, ſicut neque polypus. In quinto autem libro animalium, natant ſepiæ & loligines complexæ ora cirróſque è regione adaptantes, ſic etiam nares ad nares. Inter molles piſces primæ pariunt ſepiæ vere, neq; quibuſuis temporibus vterum ferunt, ſed vbi accidit, id agunt per quindecim dierum ſpatium. Cum pariunt mas fœminam è veſtigio ſequitur, qui ouis atramentum ſuper infundit, atque ita efficit vt ſolida efficiuntur. Coniugatim ſolent incedere, mas magis eſt varius, quàm fœmina, dorſóque atriore. Epicharmus in Hebes nuptiis polypi inquit, ſepiæ, & recentes & loligines. Quod notandum eſt contra Speuſippi ſententiam, qui

B ſepias ac loligines ſimiles eſſe arbitrabatur. Atq; cum dixiſſet Hipponas in Iambis; Sepię hypoſphagma, ij, qui expoſuerunt, ſepiæ atramentum interpretati ſunt, ſed hypoſpagma hypotrimma eſt, ſicut teſtatur Eraſiſtratus in re coquinaria, ſic enim ſcribit; Eſſe autem hypoſphagma ex ſanguine carnibus commiſtis cum melle, caſeo, ſale, cymino, & laſerpitio lixatis. Sic & Glaucus Locrus ſcripſit in re Coquinaria, hypoſphagma autem ſanguis lixatus, laſerpitium, defrutum, mel, acetum, lac caſeus foliáque odorifera conciſa. At papientiſſimus Archeſtratus, ſepiæ in Abderis Maroniáque in media. Ariſtophanes in Cerealia celebrantibus, piſcis quis emptus eſt aut ſepiola. Et in Danais, ozenę, menę, ſepiolæ. Theopompus in Venere, ſed para hanc ſepiam capiens atque hunc polypulum. Alexis in Agricola coquum inducit talia de ſepiolarum coctione dicentem, quanti ſepię? vnius dragmę? ter. harum cirros & alas abſcindens lixo, at aliud corpus concidens in multa fruſta, ſpargénſque ſale tenui, cœnantibus ſimul in patella bullienrē accedens fero. Trigla verò ac turdus per.ʀ.nam fœminina nomina in la deſinētia alterum,

ἀμίαι, ἀ-μοναχά. σκά-ρος παρὰ τὸ σκαί-ρειν. ἀφύαι παρὰ τὸ μὴ φῦσαι θύννος παρὰ τὸ θύειν.

l,poſcunt ſicut Scylla, Scilla, at quæ per g, habent complexionem in.ν.deſinunt foramen, ſplendor, iugum. Triglam ſcribit Ariſtoteles Animaliū libro quinto, ter parere quotannis: cuius rei coniectura vtuntur piſcatores, quòd eius partus ter in locis quibuſdam paruus videatur. Ac nominis ipſius ratio hinc fortaſſe deducitur, ſicut amiæ quia non ſingulatim eunt, ſed gregatim, ſcarus autem quia ſaliat & ſcaris: apuæ velut ineptæ ad pariendum, quòd ſcilicet pariant difficulter. Thunnus ab irruendo, eſt enim impetuoſus cum ſub Canis exortum ab aſilo, quem habet ſub pinna, vexatur. Dentes habet ſerratos, gregaliſq; eſt, & totus pictus, ac carniuorus. Trigla quæ tertio peperit iam fit ſterilis, nam vermiculos quoſdam habet in vulua, quæ natum fœtum corrodant. Ab hoc accidente Epicharmus in Hebes nuptiis eas gibboſas vocat his verbis, agè iam triglas gibboſas, & inſuaues bæones. Sophron in Virilibus, trigolas quaſdam nominat, trigolæ obſtetrici, & trigolam ſerenum. At in puero inſcripto. Triglas inquit pingues, tri golámque poſteriorem. Et in mulieribus, triglam barbatam. Diocles in his quæ ſcribit ad Clitarchum triglam ait carnem habere aſperiorem. At Speuſippus cucu lum, hirundinem, triglámque ſimilem eſſe affirmat: vnde Tryphon in libris Animalium nonnullos eſſe dixit qui trigolam ipſum cuculum eſſe arbitrarentur, cum ob ſimilitudinem, tum ob poſteriorum partium ſiccitatem, quam declarauit Sophron vbi dixit, triglas pingues, trigolámque poſtremam. Plato in Phaone,

*Ac trigle neruis non eſt iucunda commeſa,*

Hecate trigla cōſecratur ob nominis communitatem, ipſi ſiquidem triuiæ & tres habenti oculos, die menſis trigeſimo cœnas ferunt. Eadem ferè de cauſa fidiculam Apollini dicatam putant, velut bocam Mercurio, Dionyſióque fuſaneos, ac Veneri Phalaridem, velut Ariſtophanes inquit in auibus, ob phalli ſimilitudinem. Anatem etiam vocatam nonnulli Neptuno attribuunt, marinúmque fœtum, quem nos apuam, alij aphryam vocant, alij ſpumam. Gratiſsimam hanc eſſe Veneri teſtantur, propterea quòd & ipſa ex ſpuma ſit genita. Apollodorus in libris Deorum triglam ob nominis proprietatem Hecate ſacrificari inquit, eſt enim dea triformis. At Melanthius in libro myſterior

λωτῖον, vel κώτιον.

A ſteriorum quę ſunt in Eleuſine & triglam & mænam,quoniam Hecate eſt marina. Hegeſander Delphus triglam aſſerit in ſacris Dianæ ferri,quia hanc marinos lepores letiferos diligenter venari, deuaſtaréque arbitrabantur: Quæ cum ob hominum vtilitatem faciat venatrici deæ merito venatrix deponitur. Triglam barbatam dixit Sophron, quoniam quæ habent barbam meliores ſunt aliis. Eſt & locus quidam Athenis qui Trigla nuncupatur,vbi depoſitum eſt quoddam Hecates triglanthinæ. Carides idcirco in Cathena, domina Hecate triuia,triformis, triumfacierum,triglis allecta: Si trigla viua in vino ſuffocetur. atque hoc vir quiſpiam biberit,non poſtea rei Venereæ indulgere poterit, velut Terpſides narrat in rebus Venereis. At ſi mulier hoc ipſum vinum bibat,non poteſt concipere,ſicut neque auis. Peritus verò Archeſtratus trigla in Tichiunte Mileſiæ laudans ita ſcripſit:

*Non peiora Thaſi capies obſonia triglam*
*Iſta, ſed fluctu pariter venit inclyta Chiri.*
*In rubris errat melior prope littera prima.*

Cratinus in Trophonio,neque des vitio rubra comedere,
B ſiue triglam,nec paſtinacam, neque grauem melanurum. Nauſicrates Comicus triglas Exonicas laudat ita in Naucleris, cum ipſis ſunt decentis naturæ flauæ,quas vnda Exonica omnium optimas in locis nutrit, quibus deam decorant Luciferum puellam. Cœnis vbi mittunt munera nauitæ: triglas dicis.

## *De tæniis,trachuris,taulopia, loligine, & lolio.* CAP. XXXVII.

TAeniarum mentio fit ab Epicharmo, & gratiſsimæ tæniæ tenues quidem, at ſuaues, exiguóque igne indigentes. Mythecus in re coquinaria, tæniarum inquit euacuaris caput abſcindens, & lauans, tum in fruſta diuidens, caſeum & oleum infunde. Plurimæ pulcherrimæq; circa Canopum Alexandriæ naſcuntur,ac in Seleucia apud Antiochiam. Cum dixit Eupolis in Proſpætiis mater ipſi quædam Thratta tænias vendens,de pannis inquit ac zonis quibus cinguntur mulieres. De thrachuris velut ficcioribus meminit Diocles. Et Numenius in Piſcatoris aconias,

nias, cincalos, & allopiam, trachurum. De taulopia ſcribit Archeſtratus iuuenis, magni taulopiæ per æſtum eme caput, vbi Phaeton extremo currui inſidet, ac appone calidum cito, & trimma cum illo, aſſato in obeliſco capiens ventrem illius. loliginem etiam connumerat Ariſtoteles inter ea quæ incedunt gregatim, ac plurimas ſepæ partes habere dixit, numerum videlicet pedum, & promuſcides. ex huius pedibus ii, qui inferiores ſunt, ſunt minores, at ſuperiores maiores. Promuſcidum etiam dextra eſt craſsior, totúmque corpus molle & longius, habet atramentum in veſica non nigrum ſed pallidum, oſtreúmque valde exiguum & cartilagineum. At lollius ſola differt magnitudine, ſiquidem ad trium palmorum longitudinem accedit. Color eſt ſubrubicundus, ex dentibus minorem habet inferiorem, & maior eſt ſuperior, qui tamen ambo nigri ſunt roſtróque accipitris perſimiles. Si aperiatur, ventrem habet ſuillis ſimilem. At in quinto Animalium breuis eſſe vitæ lollium ait & ſepiam. Archeſtratus qui totam & terram & mare voluptatem gulæq; gratia perluſtrauit, ſic ſcripſit: C

*Copia Tierico in Dio lolliginis vndas*
*Innatat, Ambraciæ pelago pluréſque videbis.* D

Alexis in Eretrico coquum talia dicentem inducit, loligines, ſpinæ, raia, tribus, apuæ, caruncula, inteſtina, ſed loliginibus alas ipſis concidens, adipis parum immiſcens, circunſpergens condimentis tenuibus viridibus condiui. Pamphilus in panem faciẽte, Iatrocleum ſcribit cupedias quaſdam loliginem nominare.

## *De ſue piſce, hyca, phagro.*
## CAP. XXXVIII.

DE ſuibus meminit Epicharmus in Hebes nuptiis, ad erant hyænides, bugloſsique & fidicula: ac quoſdam ſues vocat his verbis, Chalcides, ſues, accipitres, pinguiſque canis. Niſi fortaſſe ſint idem & aper. Numenius contrà hyenam quandam connumerat in Piſcatorio his verbis, cantharidem viſam, hyænámque triglámque. Meminit & Dionyſius in re Coquinaria de hyena, & Archeſtratus obſoniorum ſtudioſus:

In

A *In Ponto ac Aeno tibi ſus iucundus ematur,*
*Mortales quem pſammitin dixere cauatam.*
*Tum caput elixa, nec condimenta ferantur*
*Vila tibi, ſed ſæpe mera nam ſufficit vnda.*
*Hyſſopum tundénſque feras, & ſi quid opus ſit*
*Acre ſimul tingas in aceto. ſollicita ſic*
*Hunc ſtudio nimio quò ſuffocet vnda libentem.*
*Aſſare eſt cuius ceruicem & cætera multa.*

Numenius etiam ſuem aliquando pſammathidem in Piſcatorio nominauit quandoquidem dixit, aliquãdo canem marinum, aliquando impetuoſum pſammatidem. Hycam ita Callimachus ſacrum piſcem vocat in Epigrammatis, deus illi ſacer hyccas. Numenius in Piſcatorio, aut ſparum, aut hyccas gregales, vel phagrũ in ſaxo deprehenſum. Timæus lib. xiij. Hiſtoriarum de Ciuitate Sicula, de Hycaris inquam diſſerens, vocatã fuiſſe ciuitatem inquit ab iis primis hominibus, qui in locũ venerũt, quoniam inuenerũt piſces qui hyccæ dicerentur, eóſq; in vtero habẽres, quorum vtentes augurio, locũ ipſum Hyccarum nominarũt. Zeno-
B dotus autẽ Cyrenæus hyccam piſcem erithrinũ inquit appellari. Hermippus Smyrnæus hyccam Iuliam intelligit, in his quæ ſcripſit de Hipponacte, quẽ eſſe dicit captu difficilem, ac philetam idcirco dixiſſe, neq; hycca piſcis vltimus aufugit. Speuſippus lib. ij. Similiũ perſimiles eſſe inquit phagrum, erythrinum, hepatum. Meminit & Numenius in prædictis. Hunc carniuorum eſſe ait Ariſtoteles, ſolitariúmque, & corhabere trigonum, veréque vigere. Epicharmus in Hebes nuptiis, phagríque & lupi. Meminit & Metagenes in Thurioperſis. Amipſias in barba: cernuis, mollibus & phagris eris eſca. Phagri, Chromis, anthius, acarnanes, carnuæ, ſynoduntes, & ſynagrides, cum generis ſint ſimilis ait Hiceſius, (nam dulces ſunt, Stypici, ac multum nutriunt,) ex proportione difficulter excernuntur. Ex quibus magis nutriunt carnoſi & terreſtres, minúſque adipis habentes. Archeſtratus phagrum comedendum eſſe ait cum Sirius exoritur.

*In delo, eretriáque, maris quæ puppibus apta*
*Sunt ſtatio, illius ſolum caput accipe, & vnà*
*Poſtrema, inde domum ne ferto cætera piſcis.*

Mentionem fecit & Strattis in Limnomeda, Multos ma-

gnóſque

A Chalcides,ſues,accipitres pinguíſque canis. Dorion Chalcidicas vocat. At Numenius, tu Chalcidem illam ſimpliciter experireris & exiguam mænam. Differt autem Chalceus à Chalcide, de quo ſcripſit Heraclides in re Coquinaria,& Euthydemus in libro de ſalſamentis,qui eos naſci in Cyzicorum regione affirmat,ac rotundos eſſe & circulares. De aloſis ſcribit Ariſtoteles in libris Animaliũ & piſcium hunc in modum:ſolitarij ſunt aloſa, Encraſicholus, membras,coracinus,erythrinus,ſarda. De ſardis mentionem fecit Eupolis in Adulatoribus. Ille parcus fuit in vita bello imminente,cui ſemel ſardæ fuit obſonium,cum ſemioboli caro fuit in Samo. Ariſtophanes in Equitibus,ſardæ ſi centum fierent obolis. Dorion in libro de Piſcibus de marina mentionem facit.aloſas, & ſardas trichium nominat. Nicochares in Lemniis,ſardas, & premadas thunnas inquam. Plato in Europa, cum piſcarer ipſum aliquando vidi Andrachmẽ cum premadibus poſtea dimiſit, quia erat boca. Similiter verò & Ariſtoteles libro quinto Hiſtoriæ Animalium ſardam & ſaltatione & cantu ita gaudere inquit, vt cum audiuerit vel extra mare tranſiliat. Eritimos inquit B Dorion idem facere quod & Chalcides, atque has ſuaues eſſe in Hypotrimmate. Epenætus in Piſcibus muſtelam ait Smyridem,quam canis cubile nonnulli vocant, Chalcidas quas dicunt ſardinos, eritimos, accipitrem, hirundinem. Ariſtoteles libro quinto Hiſtoriæ Animalium ſardinos ipſas appellat. Callimachus in Appellationibus æthnicis ita ſcribit; Encraſicholus,eritimus, Chalcedonij, ſardinæ,Chalcis,& Ariſtula. At in alia parte piſcium nomina connumerans,ozæna inquit,oſmylus,thurij,iopes,eritimi. De Iopibus mentio fit à Nicandro in Bœotico:

*Ac velut armentum circum cum pugnat lupum*
*Aut phager aut lubo melior,vel cernua in vndis.*

Ariſtophanes in nauibus onerariis, ô infelix quæ ex ſardis prima in ſalſugine intincta eſt. Nam piſces qui aptiores erant cum ſuper carbonibus coquerentur, in ſalſuginem intinxerunt, quam vocauerunt thaſiam ſalſuginem, Velut in veſpis ait idem poëta: Equidem prius bis quàm prunas, ſalſuginem bibens.

D

*De thrattis ac paſſeribus.* CAP. XL. C

SEd quoniam huc vſque ſermonis acceſsimus,ac prius de aloſis diximus,dicamus agitè iam quænam ſint eæ,quæ apud Archippum thrattæ dicuntur in actu piſcibus inſcripto.In hiſtoriis enim piſcium ac Athenienſium hęc ita ſcripſit,Vt nos viciſsim quotcunque habemus tradamus,thrattas,ariſtulam tibicinam, thyrſiq; ſepiam, & triglas, Euclidémq; qui regnauit, ex anagyro coruos imitantes, gobiiq; Salaminij partum, ranam aſsidentem ex Oreo. Ex quibus verbis quæret fortaſſe quiſpiam quas thrattas inter piſces eſſe contigerit, quas hominibus ſe daturos ſtatuunt: quæ maximè videntur opportuna nunc ego dicam. Eſt igitur thratta marinus piſciculus, de quò ita meminit in equos paſcente Mneſimachus mediæ comœdiæ autor, Mullus,lebias,ſparus,æolias,thratta,hirundo,ſquilla,loligo. At Dorotheus Aſcalonites libro centeſimo octauo Congregationis dictionum thettam ſcribit,ſiue quòd in minus incorruptum actum incidit, ſiue quòd ipſe parum vſitatum nomen emendauit ac protulit.Sed nullum eſt omnino thrattæ nomen apud Atticos. Quòd thrattam marinum piſciculum dixerint, ita teſtatur in Lycurgo Anaxandrides; Atque vnà cum perdicibus & thrattulis cum coruulis coire. Antiphanes in Tyrrheno; D

*Piſcator eſt vulgi: malum ſolum hoc mihi*
*Reſtabat: vndeuis malum nunc audiam.*
*Quid hoc mali profectò ſt thrattam aut paſſerem,*
*Murænulam'ue tu dabis mihi,malum*
*Vel quod marinum ingens?*

Paſſeres inter piſces ſicciores connumerauit Diocles. At Speuſippus libro ſecundo Similium,ſimillimum eſſe inquit paſſerem,bugloſſum,tæniam. Ariſtoteles quinto Hiſtoriarum Animalium ita ſcribit; Similiter verò complures ex piſciculis ſemel pariunt, velut fuſanei, qui retibus capiuntur vt Chromis,paſſer,thunnus,pelamis,mugil, Chalcides, hiſque ſimilia. At in animalibus mollia inquit,bos,turtur, torpedo,raia,rana,bugloſſa,paſſer,mus.Dorion in libris de Piſcibus; inter latos bugloſſum,paſſerem,eſcharum,quem etiam corim,vocant. Bugloſſos nominauit & Epicharmus in Hebes nuptiis, hyænaq; bugloſsique, & fidicula. Lyn-

A ceus Samius optimos paſſeres naſci circa Eleuſinam Atticę affirmat in Epiſtolis. Archeſtratus; poſtea capere paſſerem magnum, & aſperam bugloſſam circa Chalcidem inclytam. Romani paſſerem rhombom appellant, quod nomen eſt Græcum. Nauſicrates de Glauco piſce loquens hæc infert in Naucleris;

*Quos optimos Exoni ci fluctus alunt*
*Flauos, per vndas quàm natantes alteras.*
*Vbi deam colunt puellam Thiſſherum.*
*Cænarum vbi miſere nautæ munera.*

Triglam dicis lacteã, Sicula quẽ ſolicitat multitudo, rhombum. Cum multam de piſcibus garrulitatem ô Timocrates Dipnoſophiſtis expleuerimus, hic ſermonẽ ſupprimens, niſi aliquod aliud epulum opus ſit, ea tibi apponã, quæ Eupolis in Laconibus vel Leda. aderit tibi pręterea thunni fruſtum, caro procellorum hœdorum inteſtina, hepar apri, arietis teſticuli, inteſtina boum, agnorum capita, ieiunium hœdi, venter leporis, lucanica, inteſtinum, farcimen: quibus repletus patere nos corporis curam habere, quo poſsis aptè poſthac comedere.

B

D 2

# ATHENAEI C
# DIPNOSOPHISTARVM
## LIBER OCTAVVS,

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De proprietate locorum quorundam piſcium.*

### CAP. I.

VBI Luſitaniæ fertilitatem (eſt autem regio Iberiæ, quam Hiſpaniam Romani appellant,) declarat Polybius Megalopolitanus, ô omnium hominum optime Timocrates, ſcribit libro Hiſtoriarum trigeſimo quar- D to, quòd ibi ob optimam aëris temperiem animalia ſunt fœcunda, atq; homines: nec vnquam fructus deſunt in ea regione: roſæ enim albæq; violæ, aſparagi, réſq; huiuſmodi non deſunt per maius temporis ſpatium, quàm trium menſium. At marinum obſonium, quod ad multitudinem, bonitatem, pulchritudinémque ſpectat, maximè differt ab eo, quod eſt in noſtro mari. Nam & hordei Siclus, qui medimnum continet, drachma venundatur, & tritici nouem Alexandrinis obolis, vinum metretæ drachma; hædus mediocris obolo: ſic & lepus: at agnis trium vel quatuor obolorum precium eſſe conſueuit. Sus, qui ad centum librarum pondus accedat, quinque drachmis in cœnas emitur, ouiſque duabus, Ac ficuum talentum tribus obolis emitur. Vitulus drachmis quinque, bos iugo aptus, deum: ſylueſtrium verò animalium carnes neque pretio quidem vllo dignæ putantur, ſed has inter ſe conferunt, benignéque admodum viciſſim largiuntur, ac mutant. Nobis verò bonus Larenſius Romam Luſitaniam adeſſe facit, quotidiéq; variis implet bonis, vt cum ſuauitate magnificentiáque

A omnia conficiantur, ſtudet, cum nihil domo afferamus præter ſermones. Cum multa iam dicta eſſent de piſcibus, ea grauiter ferre Cynulcus aperte videbatur, quem præueniens ait Democritus, ſed ô viri piſces, vt ait Archippus, deficitis: opus eſt autem vt vos etiam piſces effoſſos dictos in obſonium parum capiatis, qui naſcuntur in Heraclea, & apud Tium ponti Mileſiorum coloniam; de quo ſcribit Theophraſtus. Hic idem philoſophus de piſcibus in glacie per hyemem compactis narrauit, qui non prius ſentiunt, aut moüentur, quàm in ollas coniecti coquantur, illud propium eſt, quod præter hos, iis piſcibus accidit in Paphlagonia, qui effoſsi dicuntur, nam in profundum in iis locis excauari inquit, quæ neque fluuiorum neque calidarum aquarum habeant fluxus, piſcéſque ibi viuos inueniri. Mnaſeas Patrenſis in circumnauigatione piſces qui ſunt in Clitore flumine vocem emittere ſcribit, quamuis ſolum ſcarum, ſuémque fluuiatilem Ariſtoteles vocem emittere dixerit. At Philoſtephanus genere Cyrenæus, Callimachique familiaris in Mirabilibus Fluuiorum ſcripſit, piſces eſſe in fluuio Aorno, qui fluit per Pheneum, qui vocem emittant turdis perſimilem, qui variegati dicuntur. Nymphodorus Syracuſius in circumnauigationibus lupos anguilláſque magnas ita manſuetas eſſe ſcribit in flumine Eloro, vt panem accipiant ex manibus porrigentium. Ego verò vidi in Arethuſa in Chalcide, quod etiam veſtrum fortaſſe plures viderunt mugiles domeſticos, & anguillas inaures aureos & argenteos habentes, cibúmq; ex præbentium manibus capientes victimarúmq; inteſtina & caſeum recentem. Semus libro ſexto Deliadis cum ſacrificarent inquit, Athenienſes in Delo puérque vas plenum attuliſſet, vnà cum aqua piſces ex phiala effudit, quare his Delij dixerunt Vates, quòd maris erunt domini. Polybius libro trigeſimo quarto Hiſtoriarum Planitiem eſſe inquit poſt Pyrenem, ad Narbonem vſque fluuium, per quam Ilebernis & Roſcynus fluuij ciuitates à Celtis conditas eiuſdem nominis alluentes defluunt, in qua piſces ſint effoſsi. Habet autem hæc planities terram exolutam, multúmq; gramen innatum: ſubter terra eſt ſabuloſa ad duas, vel tres vlnas, ſub qua aqua inuenitur quæ à fluminibus aberrauit, in qua piſces ſub terram diſcurrunt per

B

riuos ipſos cibi gratia, quia graminis radicibus mirum in modum delectantur, totam planitiem idcirco piſces ſubterranei occuparunt, quos excauantes capiunt. Theophraſtus piſces in India ex fluminibus in terram exire inquit, ac rurſus in aquam deſilire more ranarum, qui forma ſint ſimiles iis piſcibus, qui Maxini nuncupantur. neque me latent ſanè ea quæ Clearchus Peripateticus dixerit de piſce exocœto vocato, in libro de in aquis degentibus: arbitror autem dictionem quæ ſic ſe habeat memoria me complecti, exocœtus, quem Adonium nonnulli vocant, quod nomen ideo eſt conſecutus, quia ſæpius quieſcit extra humidum. Eſt hic piſcis ſubflauus, virgámque albam habet continuam vtrinque per corpus à branchiis vſque ad caudam. Eſt rotundus præterea ac non etiam latus, cuius magnitudo eſt quanta boum latinorum paruorum littoralium, iſti enim octo digitorum longitudinem non excedunt. Simillimus omnino hic piſcis ei piſciculo, qui dicitur Hircus, præter id quòd non habet nigrum ſub ſtomacho, quod Hirci barba vocatur. Exocœtus inter ſaxatiles piſces numeratur, degítq; in locis ſaxoſis. Vbi fit tranquillitas ex vnda exiens multum tempus in ſicco quieſcit ſupra ſaxa, ſéq; ipſum ſæpius ad ſolem conuertit, cum verò ſatis quieuerit in aquam deuoluitur, donec vnda rurſus ipſum accipiens cum effluxu deferat in mare. Cum vigilat in ſicco aues obſeruat, quæ tranquillitatem ſectantes dicuntur, inter quas eſt Corylus, Trochilus, & Creci ſimilis elorius. hæ enim aues vbi fit tranquillitas apud ſiccum paſcuntur, atque in illum ſæpe incidunt, quas vbi vidit, ſaltans ac palpitans fugit, donec in vn'am ſe immergat. Hoc autem manifeſtius Clearchus declarauit quàm Philoſtephanus Cyrenæus, cuius prius mentionem feci. Quidam ex piſcibus præterea guttur non habentes vocem emittunt, cuiuſmodi ſunt qui circa Clitorem Arcadie in Ladone fluuio nominato, vocem enim ſonúmq; multum emittunt. Nicolaus Damaſcenus libro centeſimoquarto Hiſtoriarum, eo tempore quo terremotus facti fuerunt pugnante Mithridate circa Apameam Phrygiæ, apparuerunt inquit in ipſa regione ſtagna, quæ prius non erant, & fluuij, & alij fontes, qui ob motum aperti fuerunt, alij contra complures ſeſe occultarunt, tantáq; alia aqua vireſcens ac ſalſa

ϖλειάκις. ἐξάλλεται ἐξοκειλό-μενος. ϖαραφυλά-σκει,

C D

ex

A ex terra ſcaturiuit, quamuis plurimum abeſſent hæc loca à mari, vt vicinus quiuis locus oſtreis & piſcibus totus impleretur, & aliis omnibus, quæ in mari degere ſolent.

## *De pluuijs piſcium.*

### CAP. II.

NOui Deum præterea multis in locis piſcibus pluiſſe, nam & Phanias libro ſecundo Prytaneorum Ereſsiorum Deum tres dies ſcribit piſcibus in Cherroneſo pluiſſe. Et Philarchus libro quarto quoſdam vidiſſe inquit Deum multis in locis piſcibus pluiſſe. Sæpe etiam frumentis id eueniſſe, & ranis. Heraclides igitur Lembus libro vigeſimo primo Hiſtoriarum Ranis ait, Deus pluit circa Pæoniam & Dardaniam, quarum tanta fuit multitudo, vt domus ac viæ omnes implerentur. Primis igitur diebus domos claudentes, eáſque occidentes non ægre admodum tulerunt: verum vbi nihil perficiebant, ſed omnia vaſa implebantur, vnáq; cum cibis aſſatæ ac lixatæ ranæ inueniebantur, nec aquis inſuper vti licebat, aut pedes in terB ram ponere, quia vbiq; cumulabantur ob mortuorum fœtorem perturbati de regione tandē aufugere decreuerunt. Noui & Stoicum Poſsidoniū hæc de multitudine piſcium dixiſſe, vbi Tryphon Apamenſis regno Syrorum capto contra Sarpedonem Demetrij Ducem, apud Ptolemaidem ciuitatem decertauit. Sarpedon circunuentus in mediterraneam regionem cum ſuis militibus ſeceſsit, triphoníſq; exercitus qui pugna eum ſuperauerant, iter habuit per loca mari finitima, tum vnda quædam marina ingens in ſublime elata repente in terram venit, quæ illos omnes inundauit ſubmerſóſq; necauit, ac vnda quum receſsiſſet magnum piſcium cumulum vnà cum cadaueribus reliquit. Tunc Sarpedonis milites cum calamitatem cognouiſſent, illuc acceſſerunt, mortuorum hoſtium cadaueribus peperцerunt, ac magnam piſcium copiam abſtulerunt, atque in ſuburbiis ciuitatis trophæum erexerunt Neptuno. Neque homines ſanè in Lycia piſcium vates ſilentio prætermittam, de quibus ita narrat Polycharmus libro ſecundo rerum Lyciæ hunc in modum; Cum ad mare perueniunt, vbi nemus eſt in littore Apollini ſacratum, in

quo gurges eſt in arena, accedunt oracula petentes, duos C obeliſcos habentes, atque in vtroque carnes numero decem aſſatas, tunc ſacerdos ſilens apud nemus aſsidet. ij autem qui oraculum petunt obeliſcos in gurgitem proiiciunt, ac expectant quid accidat. Poſt obeliſcorum iactum gurges impletur mari, tantáque ac huiuſmodi piſcium copia ingreditur, vt aſpectus ob hanc rem offendatur, ob magnitudinem verò, vt quandoque aufugiant. Cum verò piſcium ſpecies ſignificarunt, ſic oraculum petentes reſponſum accipiunt à ſacerdote pro quibus orauerant. Apparent autem cernuæ, glauci, & balænæ aliquando & priſtes, multique incogniti; neque antea conſpecti. Artemidorus libro decimo Geographiæ dicere ſolitos narrat incolas fontem dulcis aquæ natum eſſe, vnde accidit gurgites fieri, piſcéſque magnos in loco vorticoſo eſſe, quibus ſacrificantes primitias in ligneis veruculis iaciunt, periculum eorum facientes, carnes ſcilicet aſſatas ac lixatas, placentas & panes. Nominatur hic portus & locus, Dinus. Noui & Phylarchum de magnis piſcibus dixiſſe, ac de viridibus ficubus cum illis miſsis, quos Patroclus Ptolemæi dux Antigono regi per Aenigma miſit, D ſicut Scythæ Dario in eorum regionem accedenti: miſerunt enim iſti, vt ait Herodotus, Dario auem, ſagittam, & ranam. Sed eum Patroclus, vt libro tertio Hiſtoriarum narrat Phylarchus, prædictos piſces, ac ficus miſiſſet, forte accidit vt rex potaret, admirantibúſque omnibus huiuſmodi dona ſubridens Antigonus dixit ad amicos, ſe quid dona ſignificent cognouiſſe. Vel maris ait Patroclus oportere nos eſſe dominos, vel ficus comedere. Neque me ſanè latet quòd piſces omnes communi nomine Camaſenæ dicuntur ab Empedocle phyſico hoc pacto; & arbores longæ, & marini Camaſenæ.

## *De Nemeſi Helenæ matre, Brizo, Philænide & Archeſtrato.*

### CAP. III.

Neque illud etiam mihi eſt obſcurum, quòd is qui Cypria carmina compoſuit, ſiue Cyprius quis eſt, ſeu Staſimus, ſeu quicunque vult nominari, Nemeſim

facit

A facit his verbis in piſcem mutatam, cum eam Iuppiter inſequeretur:

*Hinc Helena admiranda viris eſt tertia nata:*
*Quam Nemeſis commiſta Ioui pulcherrima virgo*
*Cælicolûm regi peperit, vi forte coacta.*
*Illa Iouem fugiebat enim, nec patris amore*
*Capta erat, aut iungi voluit, pudor ipſe remordet*
*Pectora tum Nemeſi; ſteriles per littoris oras*
*Hac fugit, inſequitur comprendere Iuppiter optans.*
*Nunc maris vndiſoni fugitans hac longa ſecundum*
*Littora, fit piſcis, vaſtas & ſuſcitat vndas.*
*Nunc ruit Oceano, extremi nunc finibus orbis.*
*Nunc per gleboſam terram, formaſq; ferarum*
*Sumit, dum fugitat: quot tellus paſcit vbique.*

Noui inſuper & ea quæ circa ebullitionem vocatam accidunt circa Cumben dictum ſtagnum; de qua ita ſcribit Hegeſander in ſuis commentariis, Apolloniam Chalcidicam duo fluuij alluunt Ammites & Olynthiacus, qui ambo in ſtagnum Bolyeam influunt. In Olythiaco monumentum eſt Olynthi Herculis Bolyæq; filij. Narrant in-
B colæ quòd Nouembri ac Februario menſibus Bolya in Olynthum ebullitionem mittit, piſciúmque innumera multitudo ex ſtagno in fluuium Olynthiacum accedit: eſt autem fluuius hic non valde profundus, ita vt vix talum attingat, tanta nihilominus piſcium venit copia, vt incolæ omnes quantum ſalſamenti in eorum vſum ſit ſatis, condire poſsint. admirabile eſt etiam quod Olynthi monumentum non tranſmutetur. prius conſuetudinem fuiſſe inquiunt in Apollonia menſe Februario, vt iuſta perſoluerent mortuis, at nunc in Nouembrem menſem ea eſſe translata, ac ideo ſolis his menſibus piſces aſcendere, quibus defunctis exequias abſoluere conſueuerunt, atque hæc ſe habent hoc pacto viri piſces, vos enim omnia congregantes, nos piſcibus eſcam proieciſtis, non autem illos nobis, tot dicentes, quot neque Ichthyas Megarenſis Philoſophus, nec Ichthyon, quod etiam nomen eſt proprium, cuius mentio fit à Teleclide in Amphictyonibus. propter vos autem iuxta Pherecratis Myrmecanthropos puero iubebo, ne mihi piſcem Deucalion, nec ſi petiero quidem, apponas. Semus Delius libro ſecundo Deliadis,

quando Brizo inquit ſacrificant, quæ vates eſt ſomniorum C antiqui ſiquidem Brizin dormire dicebant.

*Sopiti auroram ſic expectauimus almam.*

Cum deæ huic inquam ſacrificant, Deliæ mulieres omnibus bonis plenas ſcaphas afferunt piſcibus exceptis, quoniam cum pro omnibus precantur, tum pro nauium incolumitate. cum multis in rebus viri amici Chryſippum Stoicorum ducem admiror, cum magis laudo, quòd celeberrimum parandis obſoniis Archeſtratum, ſemper cum Philænide coordinârit, in quam interpretans illud rei ἰαμβοῖδως. Venereæ commentarium refertur quod Aeſchrion Samius Iamboethius Polycratem Sophiſtam compoſuiſſe ſcribit, in mulieris continentiſsimæ contumeliam, ſic autem ſe habent Iambi;

*Ego Philænis aqua ſum mortalibus,*
*Longa ſenecta abſumpta, quæ iſtic dormio.*
*Ne nauta deflectens caput me ſtulte fac*
*Ludibrium, riſumq́;: & inſolenter haud*
*Derideas, non per Iouem, per inferos.*
*Nonnulla proſtabat viris adultera*
*Vulgaris. & Policrates genere Athenienſis,* D
*Aſtutia in ſermonibus lingua & mala*
*Hæc ſcripſit; at quæ ſcripſit, ipſe neſcio.*

Maximè tamen admirabilis Chryſippus libro quinto de Honeſto & Voluptate inquit Philænidis libros, Archeſtratiq; Gaſtronomiam nō didiciſſe, quamuis utilius quiddam ad viuendum conferant.

## *De præceptis fruendi.*
## CAP. IIII.

VOs Archeſtratum ſæpius in memoriam reuocantes, totum conuiuium intemperantia repleuiſtis. Quid enim eorum bonus hic verſificator reliquit, quæ nos perdere poſſunt? ſolus enim Sardanapali Anacindaraxis filij vitam imitatus videtur, quem ſcribit Ariſtoteles valde myſticum eſſe ex patris appellatione, in cuius ſepulchro hæc inſcripta fuiſſe inquit Chryſippus:

*Cum te mortalem noris, præſentibus exple*
*Delicijs animum: poſt mortem nulla voluptas.*
*Nanque ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam,*

Hæc

A *Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido*
*Hauſit: at illa manent multa, & præclara relicta.*
*Hoc ſapiens vitæ mortalibus eſt documentum;*
*Quod mihi ſit cordi. nummi cumulentur & aurum*
*Immenſum reliquis, cupiunt qui multa tenere.*

Ac in Phæacibus ait poëta;
*Sunt nobis cithara, & chorus, & conuiuia grata.*
*Alternæ veſtes, lecti, tepidúmque lauacrum.*

Et alius quidam Sardanapalo perſimilis ſuppoſitus ab intemperantibus ait:
*Monere mortales volo cunctos ſimul,*
*Vt ſuauiter viuant diebus ſingulis.*
*Nil mortuus fit, vmbra ni terram ſuper.*
*Cum vita ſit breuis, fruare conuenit.*

Amphis Comicus in Ialemo:
*Mortalium quicunque iucundum nihil*
*Vitæ petit dediſſe, linquens cætera;*
*Inſanus eſt videtur vt prudentibus*
*Iudicibus, miſellus & diuinitus.*

Et in inſcripto muliebri Imperio ſimilia inquit; Bibe, lu- γυναικο-
B de, mortalis eſt vita, breuéque tempus ſuper terram, mors κρατία.
perpetua eſt, ſi mortem quiſpiam ſemel obierit. Quidam etiam Bacchidas, qui eandem vitam duxerat, quam Sardanapalus mortuus ita inſcriptum habet in ſepulchro,
*Bibiſſe, veſci, cunctáque hunc animæ dare.*
*Pro bacchida namque ipſe conſtiti lapis.*

Alexis in Aſotodidaſcalo, vt Sotion ait Alexandrinus in Dicteriis Timonis, ego enim non incidi in actum, quamuis plures octingentis actibus mediæ comœdiæ legerim, atque horum notationes fecerim, non tamen Aſotodidaſcalum reperi; ſed neque inſcriptione dignum putantem cognoui. Neque enim Callimachus, nec Ariſtophanes ipſum inſcripſerunt, ſed neque illi quidem, qui publicas perſcriptiones fecerunt in Pergamo. At Sotion in eo actu Xanthiam familiarem quendam induci inquit, qui ſimul ſeruos ad voluptatem adhortetur, dicátque:
*Surſum deorſum verba cur hæc effutis?*
*Odeon, Academiam, Lyceúmque, & Pylas:*
*Nugas Sophiſtarum, nihil quorum bonum eſt.*

*Bibamus*

*Bibamus, ebibamus vt ficus ſolent.* C
*Nutrire animam donec licet, fruamur, &*
*Turbauit ipſo ventre te nil dulcius.*
*Sit ſolus hic mater, pater ſit ſolus hic,*
*Legatio, virtus. ducem eſſe militum*
*Inanis eſt ſuperbia, ac vt ſomnia.*
*Circunſonant te fata; certo tempore*
*Mox frigidum facient. erunt ſolum tua*
*Potaueris quaecunque, vel comederis.*
*Ciniſque caetera, vt Pericles, codri, Cimon.*

Melius ſeſe habuiſſet ait Chryſippus, quæ Sardanapalo aſſcripta fuerunt, ſic ſe habuiſſent:

*Cum te mortalem cognoueris excole mentem,*
*Laetatus ratione: tibi nil copia prodeſt.*
*Saepius ipſe malus ſum laetus pluribus eſis.*
*Sunt mihi quae didici, ſunt quae meditabar, & vnà*
*Quae bene ſum paſſus. Sunt caetera cuncta relicta.*

Optimè idcirco dictum eſt à Timone ſola libido malis eſt cunctis fons, & origo. Clearchus in Prouerbiis Terſpionem ſcribit Archeſtrati fuiſſe præceptorem, qui cum primus Gaſtrologiam ſcripſiſſet, admonuit ſuos diſcipulos à quibus D eſſet abſtinendum. Ex tempore etiam dixiſſe aiunt Terſpionem vel edere, vel non edere de teſtudine. Alij ſic dicunt:

*Teſtudinis carnem vel edere praeſtat, aut*
*Non edere.*

## *De Dorione guloſo.*
## CAP. V.

κρυματο- παὶς chordarum pulſator.

VNde nobis acceſsit viri ſapiétiſsimi, quòd Dorion rei coquinariæ ſtudioſus Hiſtoricus quidam fuerit? quem ego Crumatopæum, piſciúmque gulonem nominatum fuiſſe noui: at nullo pacto Hiſtoricum. De Crumatopæo meminit ita Machon Comicus;

*Cum crumatopaeus Dorion iſſet Mylen,*
*Mercede nec domum inueniret vllam ibi,*
*Conſedit in templo quod eſſe contigit*
*Tunc ante portas ciuitatis conditum.*
*Vbi immolaret eum ſacerdos victimas,*
*Per Palladem dic cuius eſt, dic per Deos*

Hos

A *Hoc quæſo templum; dixit is.Neptumiouis*
*O' hoſpes; atque Dorion,ergo queat* καυσαστικά
*Hic hoſpitium quis inuenire vbi Deos* Δῶρος.
*Duos ſimul ferunt habitare?*

Lynceus Samius Theophraſti diſcipulus, ac Duridis frater, qui Hiſtorias ſcripſit, patriæque ſuæ fuit tyrannus,ita ſcribit in ſuis apophthegmatibus; cũ Dorioni tibicini bonum eſſe piſcem raiam quidam dixiſſet,tanquã ſi coctam veſtem quiſpiam comederet, reſpondit. Cum laudaret alius thynnorum ventres, & maximè inquit; ſed opus eſt, ſicut ipſe ſoleo, ipſos comedere: qui cum dixiſſet, quomodo? ſuauiter ait. carabos tria habere dicebat commorationem, epulum, ac ſpeculationem. cum cœnaret in Cypro apud Nicocreuntem poculum quoddam laudauit, cui ait Nicocreon, artifex tibi alterum faciet ſi volueris, tibi inquit, at hoc mihi concede: non ſtultè hoc dixiſti ô tibicen. Quamuis antiquus ſermo quòd:

*Non tibicinibus tribuerunt numina mentem,*
*Cum flatu quorum mens quoque pulſa fugit.*

Hæc ita ſcripta ſunt ab Hegeſandro de ipſo in commenta-
B riis, Dorion gulo, cum puer piſces non emiſſet, eum flagris cæcidit, iuſsitque optimorum piſcium nomina dicere, cum puer autem cernuam, glauciſcum, congrúmque, & ſimiles alios commemoraſſet, piſcium iuſsi te inquit, non Deorum nomina dicere. Hic idem Dorion vbi tempeſtatem in Timothei Nauita deridet, maiorem ſe in cacabo bulliente vidiſſe dixit. Ariſtodemus libro ſecundo Ridiculorum memorabiliũ ita ſcribit; Cum Dorion Crumatopæus eſſet claudus, calceúmque claudi pedis in Sympoſio perdidiſſet, nihil inquit peius in eum qui abſcondit imprecabor, quàm vt eius pedi conueniat. Eſt autem manifeſtum ex his, quæ Mneſimachus Comicus ſcripſit in actu Philippo, quod Dorion celeberrimus eſſet gulo; non bene: nam per noctem apud nos intus eſt Dorion,qui ollas inflat. Noui & ea,quæ Laſus Hermioneus luſit de piſcibus, quæ Chameleon etiam Heracleotes ſcripſit in ipſo de Laſo commẽtario ſic inquiens; Laſum ferunt crudum piſcem coctum eſſe dixiſſe; quod cum multi admirarentur, ſic demonſtrare conabatur; quod audire licet, id eſt audiri idoneum; quod ſcire licet, ſciri; & eodem pacto quod videre licet, ἰχθὺς co- ctum ſi-

*gnificat, & videri aptum.* ἀπὸ τοῦ ὄπτω.

licet, illud eſt viſibile: quare cum piſcem cernere liceat, C
vt ſit viſibilis neceſſe eſt. Piſcem aliquãdo piſcatoribus quibuſdam per iocum ſurripuit, ac cuidam dedit aſsiſtenti: adiurare autem coactus neq; ſe habere piſcem iurauit; neque ſe ſcire quòd alius ſurripuerit, quia ipſe ceperat, alter habebat. Illum rurſus ita iurare docuit, quòd neque ipſe cepit, neque alium habentem nouerat: captus eſt quidem à Laſo, ipſe verò habebat. Hoc eodem pacto ludit Epicharmus etiam, velut in ſermone & ſermonem eſſe.

*Me Iuppiter vocauit, eranum quòd Pelopi*
*Conuiuium præbet: malum hoc obſonium*
*Grus eſt amice, non gruem dico, aſt eranum.*

γέρανος *grus.* ἔρανος *conuiuiũ.*

## *De obſonatoribus, piſciúmque gulonibus.*

## CAPVT VI.

ALexis Phayllum quendam carpit his verbis in Demetrio, quia piſcibus delectaretur;

*Turbabat æquor ſi Boreas primùm, aut Notus,*
*Nulli licebat piſce veſci ſplendido.* D
*Acceßit at nunc flatibus Phayllus his,*
*Qui cuncta ſubuertit procella tertia.*
*Inuaſit vt forum hic proteruus ſpiritus,*
*Obſonium fert omne mox emptum domum.*
*Sit pugna nobis circa olus neceſſe tunc.*

Antiphanes in Piſcante nonnullos piſcibus delectatos connumerat:

*O ſepiadis Hercules rex, omnia*
*Immunda facta, rurſus haud iacis in mare,*
*Lauáſque? ne te dona dicant, ſed neque*
*Cepiſſe ſepias. locuſtam hanc præbeas,*
*Mandáſque; craſſa per Iouem. ſed Iuppiter*
*Quis ex amicis his edat te Callimedon?*
*Qui ſymbolum non ponat haud vir quiſpiam.*
*Ad dexteram vos huc ſtatui Calliſthenis*
*Triglas cibum, veſcetur is ſubſtantia*
*Vno die. congrus Sinopa, ſpina cui*
*Iam craßior mihi eſt, quis hunc primus ferat?*
*Non Smigolas, non eſt vorax horum: ſed hanc*

Fidiculam

A *Fidiculam ſi ſpectet, haud rurſus manum*
*Valebit abſtinere. nam verè nimis*
*Hæret Citharædis omnibus oblitus ſui.*
*Magnum optimúmque gobium me mittere*
*Ad Pythionicen eſt opus, qui nunc quoque*
*Saliat, ſed ingens vt ſit, haud guſtabit hæc.*
*Nam ſalſamenta cepit eſſe turturem,*
*Apudſque paruas has ſeorſum Theano*
*Si ſit repertus æquiualentes.*

Iucundiſsimè autem in his Smigolam Antiphanes obiurgauit, quòd Citharœdum ac Cithariſtarum vigẽtium eſſet ſtudioſus. Aeſchines autem rhetor in oratione contra Timarchum hæc de illo ſcribit; Smigolas viri Athenienſes Naucrati eſt cõiunctiſsimus: vir quidem in aliis rebus probus, nec vllus eſt profectò qui eum carpere poſsit, ſed rei hujuſmodi eſt maximè ſtudioſus, ſempérque aliquos citharœdos vel cithariſtas apud ſe habere conſueuit. Hæc non odij in eum concitandi cauſa refero, ſed vt intelligatis cuius is ſit ingenij. Timocles ait in Sappho;

*Non Smigolam tibi vides accedere,*
B *Florentibus ſed irritatus iuuenibus.*

Alexis in certamine vel equo;

*O' mater haud mihi mineris Smigolam,*
*Te quæſo: nam citharœdus ipſe ſum quidem.*

Pythionicam ſalſamento oblectatam dicit, quoniam Chærephili ſalſamentorum venditoris filios amatores habebat, velut Nicocles ait in Acariis; cum quidpiam edens Anytus craſſus ad Pythionicam accedit. vocat enim ipſum vt aiunt, cum læta duos magnos Chærephili ſcombros hoſpitatur. Et rurſus, Pythionica te capiet libenter, ac tua, quæ nunc habes, forte comedet, dona à nobis capiens: inſatiabilis eſt enim. Iubeto item Sargania tibi ab ipſa dari ſalſamenta, quibus abundat plurimùm, & his ex exilibus ac lati roſtri quibuſdam. Ante illos Gobios quidam nomine huius erat amator. De Callimedonte locuſta, quòd piſcium eſſet ſtudioſus, oculóſque inuerteret, teſtatur Timocles in Curioſo; Callimedon repente.

*Locuſta venit, intuens me poſtea*
*Eſt viſus alloqui alterum quenquam virum.*
*Intelligens quorum nihil profectò ego*

*Iis annuebam inaniter quæ dixerat.*
*Sic huic oculi vident ſeorſum, apparet vt.*

C

Alexis in Cratia ſeu Pharmacopola;

*Nam Callimedonti curo iam quarto die*
κόρας *Hoc pupulas, ſunt pupulæ eius filiæ?*
vtrúque *Non: aſt oculorum dico, quas firmaret haud*
ſignificát *Doctus Melampus, qui furentes Prætidas*
*Sanauit vnus.*

Sic etiam eum cauillatur in concurrentibus inſcripto. At ob gulam ita carpit in Phædone & Phædria:

*Curam fori tu ſortiere ſi dei*
*Volent, vt ipſum Callimedonta, ſi me amas*
*Obſonijs paſces ruentem cum impetu*
*Totum diem: forum regentis haud refers,*
*Sed hoc opus magis tyranni, fortis eſt*
*Pugnator vtiliſque ciuitati vir.*

Hi iidem iambi in inſcriptà in puteum leguntur, ac in frigefacta:

Alium hoſpitem

*Anguilla, vobis, ſim ſi amo quenquam, magis*
*Me Callimedónque emat locuſta protinus.*

D

At in Cratia; & Callimedon locuſta cum Orpheo. Antiphanes in Gorgytho; minus ab inſtitutis deſiſterem, quàm Callimedon emeret glauci caput. Eubulus in ſeruatis; alij cum Diis miſti ſunt cum locuſta Callimedonte, qui ſolus hominum ex feruentibus ollis abſorbere poteſt fruſta ſalſamenti multa, donec nihil intus ſit. Theophilus verba illius frigida deridens ita ſcribit in Medico; Puer autem promptè patris adoleſcentem ipſum anguillam poſuit, patri loligo aderat bona; pater quî te habes ad locuſtam? frigida eſt, apage; rhetores non guſto. Philemone accedenti dicente;

*Argyrius ſibi locuſtam traditam*
*Vt vidit, eſt gauiſus; ac pappa optime*
*Amice fert, quid fecit? edit num patrem?*

Herodicus autem Cratetius in miſtis commentariis Argyrium Callimedontis filium fuiſſe declarat, fuerunt hi gulones. Antagoras poëta piſcem vngi à puero non ſinebat, ſed lauari tantum, vt ait Hegeſander. Hic cum congros in caſtris ſuccinctus in olla coqueret, aſtitit rex Antigonus, qui

A qui ait, putáſne Antagora Homerum cum facta ſcriberet Agamemnonis congros coxiſſe? cui non inſulſè ille reſpondit: & tu inquit arbitraris Agamemnonem cum res illas gereret, ſolicitum fuiſſe num quis in caſtris congros coqueret? cum auem aliquando coqueret Antagoras dixit ſe nolle ire in balneum, ne pueri ius forte abſorberent, cui cum Philoclydes mater cuſtodiret dixiſſet; ego inquit matri auis ius credam? Androcydes Cyzicenus pictor, cum piſcium eſſet ſtudioſus, vt teſtatur Polemon, in tantum peruenit voluptatis, vt eos etiam piſces, qui ſunt circa Scyllam, ſtudioſè pinxerit. De Philoxeno Cytherio dithyramborum poeta hęc ſcripta ſunt à Machone Comicc

*Egregiè Philoxenum*
*Nam dithyramborum poetam omnes ferunt*
*Fuiſſe gulonem: duorum polypum*
*Qui emit cubitorum olim Syracuſis, ferè*
*Totum comedit, quem prius parauerat,*
*Præter caput. digeſtionis captus hinc*
*Labore languebat graui, quidam medicus*
*Ingreſſus hunc vt nouit eſſe tam malo*
B *Preſſum graui, diſpone ſi quid eſt ait,*
*Non diſpoſitum: peribis hora ſeptima.*
*Tunc ille fatur cuncta ſiuem habent mea,*
*Sunt diſpoſitáque cuncta dudum. nam Deis*
*Relinquo primùm dithyrambos iam viros*
*Factos, coronatóſque. collactaneis*
*Appono Muſis quos meis tutoribus*
*Baccho Veneréque ſignificat teſtamentum ea.*
*Sed iam Timothei me Charon vocare non*
*Sinit, Niobéſque clamitans fretum cape.*
*Obſcura parca me vocat, neceſſe ſit*
*Audire eam. Sed cuncta habens quæ ſunt mihi*
*Vt infra eam currens, mihi iam polypi*
*Quicquid relictum eſt ferte.*

Et in alia parte inquit;

*Philoxenus Cytherius quondam, vt ferunt,*
*Tria eſt precatus; guttur oblongum, bibens*
*Diutius frui valeret vt mero.*
*Ferántque cuncti quò voluptatem cibi.* E

Diogenes etiam Canis cum polypum crudum comediſſet ob ventris dolorem mortuus eſt. De Philoxeno ſic Sopater parodus ſcribit; G

*In fertilitatibus medijs duobus hic*
*Lætatus eſt Aetnæ ſcopum medium intuens.*

Erat gulo etiam Hyperides rhetor, vt ait Timocles Comicus in Delo, vbi eos narrat, qui apud Harpalum muneribus corrumpebantur, ſic igitur ſcribit:

*Demoſthenes talenta quinquaginta habet:*
*Ni impertiatur alteri beatus is.*
*Et Metrocles accepit aurum plurimum,*
*Inſanus eſt qui dat, ſapiens quiſquis capit.*
*Calliſthenes Dæmónque ceperunt ſimul.*
*Hi pauperes erant, veniam cedo libens.*
*Grauis Hyperides in rationibus vt tenet*
*Hic venditores piſcium noſtros, facit*
*Mox diuites. nam gulo, ita vt lari Syri*
*Sint.*

Idem poëta in Icariis;

*Piſcoſum Hyperidem flumen ipſe transeas,*
*Vocalibus iam ſepijs docti ſoni.*
*Ebulliens blandi ſonis ſpiſſitudinibus.* D
*Emergens habet.*
*Dantis viri rigat arua mercenarius.*

Philetærus præter id quòd eſſet gulo, taxillis etiam ludere ſolitum ſcribit Hyperidem in Aeſculapio; velut Axionicus Calliam rhetorem in Phileuripide; alium magnitudini confidentem piſcem quendam Glaucus quidam in Ponto ferens in hæc loca venit, muſtelus cibus gulonum, gulonúmque virorum voluptas. Quædam ſuper humerum fero, quorum huic apparatum dicam. Nunquid trimmate viridi irrigaſti, vel agreſtis ſalſuginis irrigationibus? corpus cum pinguefecero igni cuncta vrenti tradam. Dixit quis quòd cum calida ſalſugine hoc ederet elixum vir tibiarum amator Moſchio. Proprium autem clamat opprobrium ò Calæda, tu quidem inter ficus ſalſamentáque læté verſaris, at præſens obſonium ſuauiſsimum ex ſalſugine non guſtas: ficúſque ita vt ſycophantem das vitio, ac ſalſamenta aliquando, tanquam turpe aliquid fiat. Hermippus libro tertio de Diſcipulis Iſocratis Hyperidem

A dem ſcribit ſummo mane inter piſces ambulare ſolitum. Timæus Tauromenites Ariſtotelem etiam philoſophum gulonem fuiſſe ſcribit. & Matron Sophiſta fuit gulo, quod Antiphanes in Citharædo ſignificauit, cuius principium eſt;

*Mendacium non eſt oculum quòd eruit*
*Quidam, velut piſci, Matron, iens prope.*

Anaxilas in Solitario; mugilis edit caput rapiens Matron. Niſi forte ij, qui harum rerum ſunt periti vtile aliquid ineſſe in mugilis capite ſciunt, quod licet vobis ex Archeſtrati Gaſtronomia oſtendere. Antiphanes in Diuitibus gulones his verbis connumerat.

*Habens ſigillum Euthynus, ac Sandalium,*
*Vnguenta olens ratiocinatur neſcio*
*Quam rem viri ſenes: amicus maximè*
*Phœnicides & Taureas, huiuſmodi*
*Certè gulones vt vorare mox queant*
*Fruſta in foro; rémque intuentes occidunt.*
*Penuriam grauiter ferúntque obſonij.*
*Tum circulos cogunt, ferúntque talia.*
B *Quàm vita non ferenda ſit, & quàm graue eſt*
*Obſonij nihil venire prorſus huc,*
*Cum vendicent quidam mare ex vobis ſibi:*
*Pecuniam abſumántque multam: nec parum.*
*Quid inſulis præeſſe confert vtile?*
*Hoc ſanciendum eſt legibus ferant vt huc*
*Piſces, Matron ſed nunc rapuit is qui capiunt*
*Illos, ſimúlque Diogiton per Iouem*
*Omnes ſibi conferre piſces ſuaſit, haud*
*Sanè facit rem quæ populo mox grata ſit,*
*Huiuſmodi cum res edat. illæ nuptiæ*
*Potationes & iuueniles erant.*

Euphanes in Muſis;

*Phœnicides vt vidit in cœtu iuuenum,*
*Ebullientem filiorum Nerei*
*Ollam repletam, continuit vix hinc manus*
*Ira irritatas, inquiens, quis vir grauis*
*Vt poſſit ex communibus veſci? quis &*
*Ita eſt grauis mox vt queat ferre è medio?*
*Vbi Cordus, aut Phyromachus, Cælíque vis?*

*Ad nos veniant: fortaſſe nil mox auferent.* C

Eiuſdem erat ingenij Melanthius etiam tragicus poëta, qui elegias ſcripſit; eum enim carpunt ob obſoniorum vo racitatem. Ariſtophanes in Pace, Pherecrates in Petale, Archippus in actu Piſcibus, velut obſonij voracem ligans piſcibus tradit vicisſim vorandum. Veruntamen Ariſtippus etiam Socraticus erat obſonij helluo, qui reprehenſus fuit aliquando à Platone ob voracitatem obſonij, ſicut teſtatur Sotion & Hegeſander Delphus in hunc modum; Ariſtippus cũ increparetur à Platone quia multos piſces emiſſet, duobus obolis ſe emiſſe reſpondit: dicente autem Platone quòd & ipſe tanti emiſſet, vides igitur inquit ô Plato quòd ego ſum gulo tu auarus. Antiphanes in tibicinis aut geminis Phœnicidem quendam ob gulam carpens ita ſcribit: Menelaus annos decem contra Troianos ob mulierem aſpectu pulchram pugnauit, at Phœnicidas cum Taurea ob anguillam. Demoſthenes rhetor Philocratem ob laſciuiam carpit & gulam, poſtquam ex auro proditionis meretrices piſcéſq; coemit. Diocles obſonij vorax ſicut teſtatur Hegeſander; cum interrogatus fuiſſet à quodam vter melior eſt piſcis conger an lupus; hic lixatus inquit, ille autem aſſatus. Erat obſonij vorax & Leonteus Argiuus D tragicus diſcipulus Athenionis, Iubæque regis Mauruſiorum familiaris, velut Amaranthus teſtatur in libris de Scena, qui Iubam hoc Epigramma in eum ſcripſiſſe narrat, quoniam Hypſipylem falsò accuſaſſet:

*Vana Leontei tragici deſpecta tibi vox*
*Sim, cerne Hypſipyles eſt animum ipſe malum.*
*Dulcis amicus eram Bacchi, me nulláque traxit*
*Fama virum, auratis auribus aut tenuit.*
*Nunc in fictilibus iaceo, & ſartagine ſicca,*
*Quæ famæ ventri gratificata tenent.*

Phoruſcum refert Hegeſander piſcium voracẽ cum quantum vellet piſcis non poſſet excipere, ſed plùs ſequeretur dixiſſe, repugnantia radicitus pereant, totúmque piſcem abſumpſiſſe. Ac Bion cum quidam ſuperiorem piſcis partem cepiſſet conuertens & ipſe largéque comedens, vt & ex altera parte perficiatur inquit. Theocritus Chius, cum Diocli obſonij voraci mulier eſſet mortua, íſque parentalia ei faciens ſimul lugeret ac obſoniis veſceretur, noli flere

A flere inquit ô male, nihil plus enim obſonia comedens facies. Hic idem cum agrum in obſonia liguriſſet, ac calidum piſcem deuoraſſet cœlum ſibi dixit eſſe cõbuſtum, reliquum eſt ait Theocritus vt mare ebibas, tunc enim tria maxima abſumpſeris, terram, mare, cœlum, Clearchus inuitis, piſcium voracem quendam ita ſcribit, Technon tibicen antiquus cum Charmus tibicen eſſet mortuus, qui erat piſcium vorax, res calidas ad eius ſepulchrum parentauit. Erat & Alexis poëta obſonij vorax, velut refert Lyn- σπερμολό-
ceus Samius, in quem cum cauillarentur quidam ſemini- γοι.
legi ob voracitatem obſonij, percunctarentúrque quid *vana eſ-*
ſuauiſsime comederet, frugilegas inquit toſtas. De Nothip *futientes.*
po tragico Hermippus inquit in Sortibus, ſi eſſet horum hominum præſentium genus ita in bellum promptum, vt raia magna aſſata dux eſſet, ſuillæque latus, alios quidem domi res cuſtodire oportebat, ſolúmque Nothippum vel cupientem in bellum emittere: ſolus enim totam Peloponneſum deglutiret. Quòd verò hic ſit poëta manifeſte Teleclides poſuit in Heſiodis. Myniſcus tragicus Hiſtrio carpitur à Platone in Syrphace tanquam obſonij vorax: hæc adeſt tibi cernua anagyraſia, hæc vt amicus Myniſcus ederet Chalcidenſis; bene inquis. Lamponem præterea vatem ob res huiuſmodi carpunt, Callias in vinctis, Lyſippus in Bacchis, Cratinus in Fugitiuis ſic de ipſo inquiens; Lamponem neque hominum ſuffragia à ſplendidis amicorum cœnis coercere poſſent: infert, nunc rurſus eructat, edit omnia præſentia, atque cum trigla pugnaret. Hedylus in Epigrammatibus obſonij voraces connumerans meminit de Phædone quodam in his; Phædon fucos marinos laudat, inteſtináq; cãtor: eſt enim opſophagus. Et in his de Agide; elixus Callichthys, impelle ſeram, ne accedat Proteus agis, qui aqua fiet ollarum, & ignis, & quicquid voluerit: ſed excluderet, veniet enim ſic tranſmutatus forte vt Iuppiter auro fluens in ollam Acriſij. Carpit & mulierem quandam Clio nomine ob res huiuſmodi: Obſonium edit Clio, concidentem volet te edere. Drachmæ eſt conger totus cum ſtatutum ſit aut zonam aut inaurem, vel aliquod ſimile ſignum. Videre non ſolum non dicimus, noſtra tu Meduſa lapides ſumus facti toti iandiu, non à gorgone, Congri inſuaues ollæ. Ariſtodemus in Memorabili-

B (section mark beside "rax: hæc adeſt")

bus ridiculis; cum Euphranor inquit, alium piſcium eda- C
cem mortuum eſſe audiuiſſet, calidum piſcis fruſtum de-
glutiuit, exclamauítque ſacrilega eſt mors. Cum Cindoni
Demylóq; opſophagis glaucus appoſitus fuiſſet, nihílque
præterea aliud, hic quidem oculum occupauit, ac Demylus
in illius oculum manũ immittens, vim inferebat inquiẽs,
dimittte & ego dimittam. Cum in cœna boni obſonij ol-
la fuiſſet appoſita, ac neſciret Demylus quo pacto ſolus
poſſet comedere, in ipſam cõſpuit. Zeno Citieus porticus
cõditor, eum opſophage, cum quo vixerat plurimũ tempus
ſicut teſtatur Antigonus Caryſtius in Zenonis vita, ma-
gnus forte piſcis fuiſſet appoſitus, nihílq; aliud eſſet appa-
ratum, totũ cepit ex lance, ſolúſq; comedit: quem cum ille
conſpexiſſet, quid tecum victuros inquit pati oportere exi-
ſtimas, ſi neque vnum diem obſonium eſſe comeſum per-
peti potuiſti? Iſtrus Chærilum poëtam ſcribit cum minas
quatuor ſingulis diebus acciperet ab Antigono, has in ob-
ſonium abſumere conſueuiſſe, cum eſſet opſophagus. Ne-
que pueri ſanè piſcium voraces me prætereunt, de quibus
Clearchus meminit in Arenis, Pſametichum inquiens Ae-
gyptiorum regem pueros educaſſe, qui piſcibus veſceren- D
tur, cum Nili fontes inuenire cuperet: alios rurſus ſine po-
tu aſſueſcere exercuiſſe, qui Libię deſerta perquirerẽt, quo-
rum pauci admodum vixerunt. Noui & boues apud Mo-
lynum in Thracia, qui piſcibus veſcuntur ſibi in præſe-
pia proiectis. Phenicides qui piſces appoſuit iis, qui ſym-
bola contulerunt, mare commune eſſe dicebat, piſces au-
tem eorum, qui emiſſent. Dictum eſt autem opſophagus
ſic ò ſocij, & obſonari: Ariſtophanes in Nebulis ſecundis:
opſonari, nec turdis veſci. Cephiſodorus filij opſophagus,
nec conſiderans. Machon in epiſtola, opſophagus ſum, hoc
artis eſt fundamentum nobis, vt patiatur quicquid opus eſt
qui non appoſita ſolicitus euerterit, ibi enim non eſt ma-
lus. Poſtea vbi puræ ſunt ſenſuum ſedes non errares: li-
xa, nec denſe. Salem non habet, affer, vbi alio indiget ali
quo, rurſus guſta, ſymmetriam vt capiat. Velut lyram
intendere conuenit, ſic ſuauis es. Poſtea vbi omnia conſo-
na videntur diapaſon inducas Nicolaidas Myconia. Acce-
dit his opſophagis viri Socij quòd noui Apollinem opſo-
phagum apud Eleós coli, de quo mentionem fecit Pole-

mon

A mon in ea epiſtola quam miſit ad Attalum. Neq; id etiam ſcriptum ignoro, quod in Satide poſitum eſt, in Alpheæ Dianæ ſacello. eſt autem Cleanthis Corinthij, in quo fingitur Neptunus, qui Ioui parturienti thunnum afferat, velut Demetrius narrat libro octauo Troici apparatus, atque tot quidẽ dicta ſunt à Democrito. Et ipſe vobis emens obſonia, obſonia non eſurus acceſsi ob optimum Vlpianum, qui ob leges Syrorum patrias & nos piſcibus priuauit, alia inferens ex Eretria, Antipater Tarſenſis Stoicus libro Superſtitionis quarto famam eſſe dicit apud nonnullos, quòd Gatis Syrorum regina ita fuit obſoniorum ſtudioſa, vt per præconem fieri edictum iuſſerit, ne quis piſce ſine Gatide veſceretur: atque idcirco ob inſcitiam Atergatidem à nonnullis fuiſſe vocatam, atque piſcibus abſtinuiſſe. Mnaſeas ita de illa narrat libro ſecundo de Aſia; grauis mihi profectò regina fuiſſe apparet Atergatis, aſperéque populi imperaſſe, quippe quæ piſcibus veſci illis interdixerit, ſed iuſſerit ad ſe afferre, quòd ei placeret id epulum. Idcirco legitimum nunc quoque eſt cum deam precantur, aureos piſces vel argenteos deponere, ſacerdotéſque per totum diem veros piſces in menſa obſonia parantes deponere, aſſatos ac elixos; quos ipſi poſtea deæ ſacerdotes comedunt. Tum paulum progreſſus inquit; cum Atergatis, vt autor eſt Xanthus, Lydus, à Mopſo Lydo capta fuiſſet cum piſce filio in Aſcalonis ſtagno immerſa fuit per iniuriam, & à piſcibus deuorata. Vos etiam fortaſſe viri amici libenter præteriiſtis, velut ſacrum quempiam piſcem, eum qui eſt apud Ephippum Comicum, quem Geryone paratum fuiſſe dicit in actu eiſdem nominis:

*ἄτερ γάτι δος, ſine Gatide.*

B

*Huic cum habitatores regionis piſcem aliquem capiunt*
*Non diurnum, circunflua ſalina Cretæ maiori*
*Magnitudine, olla eſt illi, quæ poſſit hos capere centum.*
*Et vicini huic eſſe Indi poſſint, Mygdonij,*
*Cranai, Paphij, hi, Syluam cædere*
*Quando rex coquit magnum piſcem;*

Ac ligna congregantes quantus mons eſt ciuitati, eáque ſuccendere:

*Stagnum inducere aquæ plenum in ſalſuginem, ſalémque ipſi*
*Iuga adducere menſes octo continuè centum.*
*Circumnauigare in ſabulonibus ſuperius quinque celetes*

*Quinque ſcalmos imperare nec parere.* C
*Lyciorum Prytanenſes, frigidum hoc ne affles.*
*Macedo princeps extingue celtas, ne alluas.*

Nec me præterit ſanè quod hæc eadem dixit Ephippus etiam in actu Scutato, in quo & hæc illis ſubiiciuntur: Talia deſipiens cœnat, ac eum cum adoleſcentulis viuentem admirantur, cum neque ſuffragiorum numerum cognoſcat. Grauis, grauiter amiculum trahens. In quem Ephippus, hæc ita dicens, intenderit, tempus eſt vt tu perquiras, nóſq; doceas bone Vlpiane, ac ſi quid ex dictis tibi vel minus aptè prolatum, aut inuentu difficile appareat, repete, ac manifeſtè diſce, otij plus quàm cupio adeſt mihi, iuxta Prometheum Aeſchyli, Tunc exclamauit Cynulcus; quàm hic, nõ ex magnis quidem piſcibus, ſed quæſtionibus nunc in mentem caperet? qui ſpinas ſemper ex hepſitis eligit, & ex ariſtulis, ac ſi quis his eſt deterior piſciculus, magna fruſta ſemper reiiciens: nam velut in lautis conuiuiis Eubulus ait in Ixione, amylis præſentibus anethũ, & apium, & nugas, ac naſturtium paratum vbique comedunt, ſic mihi lebetibus gaudens Vlpianus, ſecundũ Cercidam meum Megalopolitanum, nulla re veſci videtur, quæ viro conueniat, at cómedentes obſeruare marrhubium, vel ſpinam, D vel olus aliquod, vel quidpiã Cartilagineum ex appoſitis. Nec ea animaduertit, quæ bonus ſplendidúſque Aeſchylus dixit, qui ſuas tragœdias magnarum cœnarum Homeri fruſta eſſe dicebat. Philoſophus erat omnino Aeſchylus, qui iniuſtè aliquando deuictus, ſicut Theophraſtus, & Chamæleon in libro de Voluptate dixit, tempori dixit ſe tragœdias deponere, quippe qui intelligebat meritum honorem ſe aliquando fore relaturum.

## *De dictis vrbanis Stratonici, ac illius apophthegmatis.* CAP. VII.

VNde autem accidit & ea ſciuiſſe, quæ Stratonicus Citharista dixit in Propim Rhodium Citharœdum, ita enim Clearchus in libris Prouerbiorũ, quòd cum Stratonicus Propim vidiſſet qui corpore erat prægrandi, artis verò minus peritus, inferiórque corpore, interrogantibus ipſum qualis is eſſet, nullus, malus, magnus, piſcis reſpondit

A dit. Illud per ænigma, primũ ſcilicet quòd nullus eſt, poſtea quòd malus, hinc quòd magnus quidem, at piſcis ob taciturnitatẽ. Theophraſtus in libro Ridiculorum dictũ quidem fuiſſe prouerbiũ inquit à Stratonico, ſed in Simylam hiſtrionem aſſerit, qui prouerbium aperuerit, magnus nullus putridus piſcis. Ariſtoteles in Naxiorum repu. de Prouerbio ita ſcribit, ex iis diuitibus qui erant apud Naxios, alij in ciuitate, alij in pagos diſperſi incolebant: habitabat igitur in pago quodam, cui nomen erat Leſtadæ, vir probus valdéq; diues Teleſtagoras, qui & à populo, & ab aliis omnibus, & ab iis qui in dies mittebantur magnopere honorabatur. Ac vbi exirent de ciuitate aliquid've emeretur à tenaciter vendentibus, mos erat vendẽtibus dicere, quòd libentius dare Teleſtagoræ eligerent, quàm ſibi tantundem dari. Cum iuuenes igitur quidam piſcem magnum emerent, eadémque piſcator dixiſſet, id ſæpius audientes grauiter tulerunt iuuenes, bibentéſq; in eum laſciuierunt. quos cum perbenignè Teleſtagoras excepiſſet, & ipſum iniuria affecerunt, & duas illius nubiles filias. Hoc moleſtè ferentes Naxii arreptis armis in eos iuuenes impetum

B fecerunt, ac magna tunc orta eſt ſeditio cum Lygdamis Naxiis eſſet præfectus, qui huiuſmodi occaſionẽ nactus ſe poſtea patriæ tyrannem declarauit. Neque extra opportunitatẽ ſanè eſſe arbitror, ſi poſteaquam in Stratonici Citharistæ mentionem incidi, aliquid etiam de illius reſponſorum promptitudine dixero. Cum doceret igitur Citharista, in gymnaſio nouem Muſarum imagines, vnámque habebat Apollinis, duóſque diſcipulos, interrogatus is à quibuſdam quot haberet diſcipulos, cum deis ait duodecim. Cum in Mylaſam peragraſſet multáque templa & paucos homines reperiſſet, in medio foro conſiſtens inquit, audite templa. Huius hæc memorabilia ſcribuntur à Machone, cum Stratonicus in Pellam aliquando peregrinaretur, ac ex pluribus antea audiuiſſet, quòd hæc ciuitas lienoſos facere ſolet in balneis, multóſque vidiſſet iuuenes ſe exercẽtes, ac perbellè præter ignem colorem corpúſque excoluiſſet, erraſſe eos inquit, qui ſibi dixerũt. Cum verò exiret rurſus lienénque maiorem ſe in ventre habere comperiſſet, ſedens inquit, videtur hic ingredientium veſtes ſimul captas ſeruare ſtatim, & lienes,

ne vlla iis qui ſunt intus efficiatur anguſtia. Cum cantor malus Stratonicum ad cœnam vocaſſet, ac poſt potum artem ei oſtendiſſet, magnúmque fuiſſet & ſplendidum conuiuium, cantans Stratonicus, nec alium habens, qui cum diſſereret, poculum confregit, maiúſq; expetiuit, tum multos Cyathos capiens, Solique calicem oſtentans, ac ſtatim ebibens, dormiuit: hęc in Fortunę vituperium conuertens. Cum familiares quidam ſocij, vt accidit, ad cantorem acceſsiſſent, continuò Stratonicus factus eſt temulentus, audientibus quòd multum bibens vinum factus eſt ebrius, confeſtim reſpondit, inſidiator hic & deteſtandus cantor, velut boui cœnam præbens in præſepio interemit. Cum Stratonicus in Abderam iuiſſet ad id certamen, quod ibi erat poſitum, viderétque ſingulos ciues præconem priuatim habentes, ac ſingulos vbi velint nouiluniun ſignificantes, multóque plures pręcones eſſe in eo loco, quam ciuium ratio poſtularet, ſummis vnguibus pedum tantum ſenſim in ciuitate incedebat, attentéq; in terram deorſum deſpiciebat: interrogantibus autẽ ſuis hoſpitibus quę nam cauſa fuiſſet mali, quod ita repente eius pedes inuaſiſſet, hoc reſpondit, omnibus ex partibus ſanus ſum ô hoſpes, multóq; celerius ad cœnã accurro, quàm adulatores: ſum autem anxius, magnoperéque timeo ne præconis inuadẽs pedem offendam. Cum malus tibicen in ſacris tibia eſſet cãturus, benedicere me oportet inquit Stratonicus, nam lĩbãtes Deos precamur. Erat Cleo[n] Citharœdus quidã, qui Bos vocabatur, qui grauiter canebat, lyráque nõ vtebatur, hũc audiens Stratonicus dixit quod aſinus lyræ dicebatur, nunc bos lyræ. Cum Stratonicus citharœdus ad regem Beriſadem in Pontum nauigaſſet, ibíque diu cõmoratus fuiſſet, voluit Stratonicus iterũ redire in Græciam, quod cùm rex non videretur eſſe paſſurus, bene inquit cogitas ô Beriſade qui manere hic ſtatueris. Stratonicus Citharœdus in Corinthum aliquando peragrauit, vbi vetula quædam hunc intuebatur, neque vnquam deſiſtebat; Donec Stratonicus ô per Deos mater inquit, quæ nam eſt tua voluntas, aut cur me ſemper intueris? cogitabam inquit ante mater decem menſes tenuerit, ac ventrem tantum paſſa ſit, cum ciuitas te habens vel vnum diem iam doleat. Biothea Nicotheôtis mulier cum puella Abra fluuium ingrediens

obſtre

A obſtrepebat, ac poſtea Sicyoniorum amygdalum aſcẽdens forte confregit, tunc ait Stratonicus non ſimilis eſt ſtrepitus ſub noctem: Huius vocis gratia ingreſſum ſoluit qui fiebat in mare. Cum forte monſtratus fuiſſet in Epheſo, vt accidit, mali Citharędi diſcipulus amicis, quod ipſe ipſum inquit Stratonicus, nõ autem Ithalluſcita. Clearchus libro ſecundo Amicitiæ cum Stratonicus inquit eſſet dormiturus puerum ſibi potum afferre ſemper iubebat, non quòd ſitio aiebat, ſed ne ſitiam. Cum Byzãtij Citharœdus procœmium bene ceciniſſet, at in reliquis aberraret, aſſurgens buccinam inflauit pronuntiauitque, quiſquis Citharœdum qui procœmiũ cecinit inuenerit, mille drachmas accipito. Interrogatus à quodam qui peſsimi eſſent in Pamphylia, Phaſelitas quidem inquit peſsimos eſſe, at ſidetas totius orbis peiores. Rurſus interrogatus vt ait Hegeſander num magis barbari eſſent Bœoti an Theſſali? Eleos inquit. Cum tropheum in gymnaſio aliquando erexiſſet, in male cithara vtentes inſcripſit. Interrogatus à quodam quodnam ex nauigiis eſſet ſecuriſsimum, longúmne an rotundum? quod nuper in mare tractum eſſet reſpondit. Cum in Rhodo oſtentationem feciſſet, nemóque

B applauſiſſet ex theatro egreſſus eſt ita dicens, ſi quod licet ſine ſumptu non facitis, qui ſperare ego poſſum congiarium à vobis poſtea conſequi? gymnica certamina inquit Elei ſtatuant, At Athenienſes ſcenica, ſi quis in his delinquat, loro verberent Lacedæmonij. morem qui eſt apud eos verberandi carpens, velut Charides atteſtatur libro primo de Ciuili certamine. Cum Ptolemæus rex pauló contentioſius de arte pulſandæ Citharæ ſecum contenderet, aliud eſt ô rex inquit plectrum tractare, aliud ſceptrum, ſicut Capito poëta teſtatur libro quarto commentariorum ad philoſophum. Cum vocatus fuiſſet aliquando ad audiendum Citharœdum, poſtquam audiuit dixit:

*Illi conceſſit pater hoc, aſt abnuit illud.*

Tum dicente quodam quid hoc? malum eſſe citharistam dedit, bene autem canere abnuit. Cum trabs aliquando cecidiſſet ac vnum ex malis interemiſſet, viri inquit trabes ſint Dei, quod ſi non ſint; eſſe tamen puto. Scribit hæc etiam poſt prædicta de Stratonici memorabilibus. Stratonicus ad patrẽ Chryſogoni, qui omnia ſibi familiaria eſſe dicebat

C dicebat:ipſe enim operarius erat, ex filiis hic docebit, ille tibia canet, opus eſt vno etiam dixit Stratonicus, & quo inquit ille? theatro domeſtico. Dicente quodam cur totam Græciam circumiret, ac non commoratur in vna ciuitate, omnes Græcos à Muſis vt perfecti ſint conſecutos eſſe dicebat, à quibus ſtipendium exigeret inſcitiæ. Phaonem dicere ſolitus erat nō harmonice tibia canere, ſed Cadmum. Simulante Phaone ſe eſſe lyræ pulſandæ peritum, ac dicente ſe Chorum habere Megare, nugaris inquit, ibi enim nō habes, ſed te habet. Maximè ſe Satyri Sophiſtæ matrem admirari dicebat, quòd quem nulla ciuitas decem dies ferre poſſet, ipſa decem menſes tuliſſet. audiens eundem in Ilio peregrinari, in Iliacis ſemper inquit, Ilio mala. Minnaco ſecum de Muſica diſceptandi ſe mentem non adhibere inquit, quoniam ſupra talum diceret. Malum medicum dicebat migrare facere in infernum, qui ab eo curarentur. Cum cuidam ex familiaribus fuiſſet obuius calceóſque bene ſpongia abſterſos vidiſſet, cōdoluit velut male agenti, quippe quod exiſtimaret non ita fuiſſe abſterſos accuratè, niſi ipſe abſterſiſſet. Cum fortè veniſſet Miletum, quæ tunc à conuenis habitabatur, ac omnia ſepulchra externorum vidiſſet, abeamus inquit ô puer, hic enim ſoli aduenæ moriuntur, at ex ciuibus nemo. Cum Zethus citharista de Muſica diſſereret, ſoli dixit huic non licere de Muſica nugari, qui maximè à Muſis alienum nomen ſumpſerit, cum ſe pro Amphione Zethum appellaſſet. Cum Macedonem quendam citharam pulſare doceret, nihilque prorſus is faceret, quod cōueniret: iratus in Macedoniam, dixit. Hic idem cum Herois imaginem apud frigidum malúmque balneum erectam vidiſſet, optimè ſumptuoſéque ornatam, vt male lotus exiuit, non admiror inquit, ſi multæ tabellæ ſunt depoſitæ: nam quicūque lauantur velut ſeruati deponere conſueuerunt. In Aeno dicere ſolebat menſes quidem octo eſſe frigus, & quatuor hyemem, Ponticóſque multos ex Ponto venire velut ex ſtrage. Rhodios albos Cyrenæos vocabat, procorúmque ciuitatem. Heracleam Androcorinthum, Byzantium Græciæ alam: Leucadios, putres Corinthios: Ambraciotæ Membraciotæ ab eo dicebantur. Vbi ex Heraclea exiuit portas circumſpiciebat, interrogante quodam quid circunſpiciſ?

D

A cis? pudet inquit ne videar, velut ex lupanare exiuerim. Cum duos in cataſta vinctos vidiſſet, quàm parum ciuile eſt ex oppidulo non poſſe explere. Ad Harmonicum quendam, qui prius erat olitor, ſecum de Harmonia contendentem, cantaret quilibet inquit quam artem didicit. In Maronia cum quibuſdam bibens ſe ſcire velle dicebat qua in parte vrbis eſſet, & ſi ipſum abſcondiſſent, poſtea vt abduxerunt, ac interrogarunt, in caupona inquit, quoniam caupona Maronia eſſe videbatur. Telephani, vt inflare cœperat, adiacens ſupinus, velut eructantes, dixit. At in Cardia cum balneator pro purgatione terrá malam, aquámque ſalſam præbuiſſet, ſe obſidionem paſſum eſſe terra marique dixit. Cum aduerſarios in Sicyone ſuperaſſet trophæum Aeſculapio poſuit inſcribens, Stratonicus ex male citharam pulſantibus. Cantante quodam cantum correxit; dicente quòd eſt Carcyni, multò magis inquit, quàm viri. In Maronia non eſſe ver dicebat, at teporem. Cum in Phaſelide de exiguo nummo cum eius ſeruo balneator contenderet, erat enim conſuetudo vt plus ſoluerent externi, ô ſceleſte inquit puer, quando ob exiguum æs me Phaſeli-
B tem feciſti. Ad eũ qui hortabatur vt aliquid caperet, ipſum maiorem mendicum eſſe dixit. Cum in parua ciuitate do- ἢ πόλιν
ceret, ipſa non vrbs inquit, ſed vis. In Pella ad puteum ἀλλὰ μά-
accedens interrogauit an aqua eſſet potui apta, cum dixiſ- λιν.
ſet haurientes nos eam bibimus, non eſt igitur inquit potui apta: Erant enim ſubuirides ij homines. Cum Timothei vxoris dolorem partus audiuiſſet, ſi operarium inquit ac non deum peperiſſet, quales voces emiſiſſet? cum gloriaretur Polydus quòd Philotas, eius diſcipulus Timotheũ viciſſet, mirari ſe inquit ſi ignoras quòd ipſe ſuffragia faciat, Timotheúſque leges. Ad Arium cantorem, quandam νακόδαι-
ob rem ipſum perturbantem, cantor ad coruos inquit. At μον ἢ λα-
in Sicyone ad excoriatorem factum, cum quadam in re ma κόδαιμον
ledictis ipſum inceſſeret, infelix Nacodęmon inquit. Cum παίζει
Rhodios Stratonicus ipſe deliciis indulgentes ac calida po- πρὸς τίνα
tantes vidiſſet, ipſos ait eſſe albos Cyrenæos, Rhodúmque μα.
ipſam procorum vrbem vocauit, eos quidem exiſtimans colore ad laſciuiam differre, at ex ſimilitudine ad procliuitatem voluptatis ciuitatem eſſe procorum coniectabatur. Imitator horum vrbanè dictorum fuit Stratonicus

etiam

etiam Simonidis poëtæ filius, vt teſtatur Ephorus libro ſecundo Inuentorum, qui & Philoxenum Cytherium hæc eadem facere ſtuduiſſe narrat. Phanias Peripateticus libro poëtarum ſecundo Stratonicus ait, Athenienſis primus videtur multas chordas in tenuem citharam detuliſſe, primúſque Harmoniarum diſcipulos habuit, formuláſque conſtituit. Erat & in ridiculis non inſuauis. Quem ob licentiam in ridiculis narrat à Nicocle Cypriorum rege ſublatum de medio fuiſſe veneno hauſto, cum in eius filios cauillatus eſſet. C

## *De curioſitate Ariſtotelis.* CAP. VIII.

ADmiratus ſum ſæpius Ariſtotelis diligẽtiam optime Democrite, quem celeberrimum faciunt ſapiẽtes iſti, & ſi tu, velut aliorum philoſophorum ac rhetorum eius ſermones honore proſequeris, an ſua ipſius diligentia nouerit, vel ab aliquo didicerit, qui ex profundis Prothei vel Nerei emerſerit, qui piſces narret, quomodo dormiunt, aut quomodo viuant. res enim ſcripſit huiuſmodi, iuxta poëtam Comicum, vt fatuis admirabilia videantur. inquit enim quod buccinæ, omniáque cruſta intecta coitu in vniuerſum non vtuntur, quódque purpura & buccina diu viuunt, nam quî cognoſcere potuit quòd purpura viuat ad annum ſextum? quòd vipera plurimum tempus abſumit dum rem agit Veneream? quòd inquam maximo corpore ſint palumbes, ſecundum magnitudinis locum vinago obtineat, minimúmque ex iis ſit turtur. Vnde id etiam didicit, quòd equus mas annos triginta & quinque viuat, fœmina plures quadraginta? cum quaſdam etiam ſeptuaginta vixiſſe dicat. Narrat etiam quòd ex pediculorum coitu lendes naſcuntur, quódque ex verme mutato naſcitur eruca, ex qua bombyx, de quo poſtea necydalus vocatus. ſed & apes ſex annos viuere ſcribit, aliquas verò ſeptem. Nec apem ait fucum quiſpiam coëuntem vidit, ex quo non licet cognoſcere qui mas ſit, aut quæ fœmina. Vnde etiam accidit quòd homines deteriores ſint apibus, hæ ſiquidem ſemper eandem vitæ æquitatem ſeruant accumulantes, nec vnquam mutantur, quod ſine alterius admonitionibus faciunt, at homines inferiores ſunt apibus, cogitationibúſq; D

A nibúſque pleni, velut ille melle: quomodo obſeruauit? at in libro de Diuturnitate vitæ, muſca inquit ſex vel ſeptem annos vixiſſe viſa eſt, quæ enim harum rerum eſſe poterit demonſtratio? aut vbi vidit ex cornu cerui hederam pullulantem? noctuæ ait & cicumæ, quòd interdiu nequeunt cernere, noctu venando ſibi cibum acquirunt, verum non tota nocte id faciunt, ſed veſpertino & matutino ſpecies etiam oculorum non ſimiles eſſe dixit, his enim cæſio, illis autē atros: ac illis rurſus, fuluos. hominibus verò quod multiformis eſt oculus, ac circa oculorum differentiam cognitionem morum varietatis verſari aſſerit. Caprinos hominum oculos optimorum morum eſſe indicium prætereà affirmat, ac ad cernendi claritatem primatum obtinere. Ex aliis autem hunc oculos habere nimis prominentes, illum conditos, alium modicè ſitos, hóſq; acutiſsimè cernere. At exertos morum indicium eſſe peſsimorum, Modicus tamen ſitus ei, nota eſt morum optimorum. Et nonnullos nimium conniuere, quod ſignum eſt impudentiæ: alios quibus intenti ſint eſſe inconſtantes. Mediocriter conniuentes optimis moribus eſſe prædítos. Solum hominem

B inter animalia cor habere in ſiniſtris corporis partibus, cum reliqua animalia habeant in medio. Maréſque plures habere dentes quàm fœminas, quod & in ouibus obſeruatum eſſe dicit, & in ſuibus, & capris. Nullum ex piſcibus generare teſticulos habentem, vbera neque piſces habere, neque volucres. Solum Delphinum non habere fel, aliqui etiam ſcribit fel non habent in Hepate, ſed inteſtinis adiunctum, ſicut rana, accipenſer, dentex, muræna, gladius, hirundo, paſſer, at amia ſuo inteſtino pari proceſſu obductum fel habet. Accipiter & miluus hepati ac inteſtino adnexum. At capriceps hepati: ac ventri columba autem, & cothurnix, & hirundo, aliæ inteſtino adnexum, aliæ ventri. Molli cute inteсta, & teſta, & mollia, ſimiliter & inſecta plurimum tempus inquit in coitu abſumunt. Ac Delphines & quidam alij piſces adiacentes coëunt, Delphinúmque ait coniunctionem eſſe tardam, piſcium autem celerem. Leo præterea ita ſolida habet oſſa inquit, vt ſi percutiantur, velut ex ſilicibus ignis exiliat. Delphinus oſſa quidem habet, at non etiam ſpinam, mollia verò & cartilaginem & ſpinam. Ex animalibus hæc eſſe terreſtria,

illa

illa aquatica, alia ex igne genita inquit eſſe & nonnulla C quæ ephemera dicantur, quod vnum tantum diem viuunt. Alia rurſus eſſe quæ in vtraque ſede viuant, velut equum fluuialem, crocodilum, lutram. Omnia animalia duos pedes habere præcipuos, at cancrum quatuor. Quæcunque ait animalia ſanguinem habent vel nullos habent pedes, vel duos, aut quatuor. Quæ plures habent pedes, ſanguine carent omnino, omnia idcirco quæ mouentur, quatuor notis mouentur. Homo duobus pedibus, totidémque manibus, auis duobus pedibus, totidémque alis, anguilla ac conger duabus alis, ac totidem flexuris. Ex animalibus etiam nonnulla habent manus, velut homo, alia habere videntur, vt Pithecus, nullum ſiquidem ratione carentium animalium dat ac accipit, ad cuius rei vſum manus inſtrumenta tradita ſunt. Ex animalibus rurſus alia habent membra vt homo, aſinus bos, alia membris carent vt ſerpẽs, oſtrea, pulmones. Multa animalia nõ omnibus anni partibus cernuntur, velut latentia: Ac ea etiam quæ non latent, nõ ſemper videntur ſicut hirũdines, & ciconiæ. Cum multa etiam habeant de quibus nugatus eſt hic pharmacopola, taceo: nam maximè veridicum Epicurum hæc de eo dixiſſe ſcio, D in Epiſtola de ſtudiis, quòd cum patrimonio abſumpto ad militiam irruiſſet, ibíque male ageret, ad vendenda pharmaca conuerſus eſt. Poſtea cum Plato ambulandi locum aperuiſſet inquit, ipſum aſſumpſit, ſermonibúſque adeſſe voluit, quoniam eſſe non ignobilis ingenij videbatur, ac paulatim deinde ad contemplationem peruenit. ſolus quidem Epicurus hæc contra ipſum dicere auſus eſt, quæ neque Eubulides, nec Cephiſodorus auſi ſunt contra Stagiritam, quamuis commentaria contra virum ediderint. In eadem epiſtola Protagoram Sophiſtam ex Sportuligero ac lignigero primũ Democriti ſcribam fuiſſe narrat Epicurus, quem cum ex quadam lignorum compoſitione admiratus eſſet Democritus, ex hac occaſione primum apud ſe cœpit, poſtea in quodam vico literas edocuit, ita vt Sophiſta demum euaſerit. & ego igitur ô viri conuiuæ ex huiuſmodi ſermonibus ad indulgendum ventri euadere iam cupio. Cum dixiſſet quidam coquos etiam parare ob longam verborum ſeriem ne frigidas epulas apponant: nullus frigidas ederet ait Cynulcus ſecundum

Alex

A Alexidis Comici Milconem, ego inquit niſi apponant calida. Bonum Platonem vbique dixiſti bonum eſſe. An neſcis quòd bonum omnino, & hic bonum, & illic? non inſuauiter etiam Sphærus, qui condiſcipulus fuit Chryſippi apud Cleanthem, accerſitúſque in Alexandriam à Ptolemæo rege, in cereas aliquando aues, in cœna appoſitas manus extendens à rege fuit detentus, velut falſo approbaſſet. Hic autem ſcitè demonſtrauit, dicens ſe non approbaſſe quòd eſſent aues, ſed quod rationi ſit conſentaneum eſſe aues. Ac fidentem phantaſiam differre à ratione, ſiquidem hanc veriſsimam eſſe conuenit, illa verò ratio aliter euenit. Et nobis igitur iuxta fidentem phantaſiam cereæ aues circumferantur, vt aſpectum decipere poſsimus ne omnia nugemur.

## *Quod nutrimentum præbeant ſinguli piſces.*
## CAP. IX.

CVm iam cœnaturi eſſemus, abſtinere nos iuſsit Daphnus Mammacythi ſiue ex auris Metagenis iambum in
B medium proferens, quòd vbi cœnamus tunc verba facimus omnes, & ego tenuem dico ſermonem de piſcibus dictum fuiſſe, cum plurima dixerint medici, Philotimus inquam in libris de Nutrimento Mnaſitheus Athenienſis, & Diphilus Siphnius: Hic enim in libro quæ ſanis & ægrotantibus comedenda ſint inſcripto, piſces ſaxatiles facile corrumpi inquit, bonum habere ſuccum, purgare, leues eſſe, parúmq; nutrire. At marini difficulter corrumpuntur, multum nutriunt, difficulter digeruntur. Inter ſaxatiles autem fucus & fuca cum piſciculi ſint tenerrimi minimè ſunt olidi, ac facile corrumpuntur. Perca autem cum his ſit ſimilis, parum differt pro ratione locorum, Gobij proportionem cum percis conſequuntur, inter quos parui & candidi ſunt teneri, non olidi, bonum habent ſuccum, & facile digeruntur. Virides autem, qui dicuntur Caulinæ, ſunt ſicci, & graciles. Hiatulæ mollem habent carnem, at perca ſunt aſperiores. Scarus carnem habet mollem, friabilis eſt dulcis, leuis, facile digeritur & concoquitur, ventrique confert. Horum recenter capti ſuſpecti ſunt, quoniam marinos lepores venantes his pro cibo vtuntur, ac idcirco eorum interiora

*λωγίς.* choleram generant. Quæ caris dicta eſt, carnem habet C mollem, ventri ſtomachóque confert, cuius ſuccus denſat & abſtergit. Cernua bonum habet ſuccum, & multum, at viſcoſa eſt, difficulter corrumpitur, multum nutrit, vrinámque ciet: quæ partes illius capiti adhærent, viſcoſæ ſunt, & non facile concoquuntur: carnoſa illius difficulter digeruntur, ſuntq; grauiora; tenerior eſt pars extrema, at piſcis hic phlegma producit, ac difficulter digeritur. Syhyrænæ magis nutriunt quàm congri. Lacuſtris anguilla minus eſt mollis quàm marina, magíſque nutrit. Cum melanuro proportionem habet aurata. Scorpij marini ac fului magis nutriũt quàm lutulenti magni qui prope littora verſantur. Sparus acer eſt, cum olidus, carnem habet mollem, ſtomacho confert, vrinam ciet, nec difficulter digeritur, quod efficit poſtea ſi in ſartagine ſit coctus. Trigla ſtomacho confert, ac Styptica eſt, carnem habet aſperam, quæq; difficulter corrumpatur, ventrémque ſiſtat, quod maximè efficit ſi ſuper carbonibus ſit cocta. Quæ in ſartagine grauis eſt, difficultérque digeritur, at quælibet ſanguinem omnino excernit. Synodus & Charax eiuſdem ſunt generis, quãuis differat Charax. Phager naſcitur etiam in fluuiis, ac me D lior eſt marinus. Capriſcus, qui & mus vocatur, grauis eſt odoris, & aſper, ac difficilius digeritur quàm fidicula. Cutem habet ori conferentem raphis vel acicula, quæ & ablen nes dicitur, difficulter concoquitur, humida eſt, bonúmque habet ſuccum. Aloſa, & chalcis, eritimíque eiuſdem generis facile diſtribuuntur. Mugil & marinus naſcitur, & lacuſtris, & fluuiatilis, hic ait oxyrinchus vocatur. Coracinus ex Nilo peior niger candido; ac elixus aſſato; hic ſiquidem ſtomacho ventrique confert. Salpa aſpera eſt, & ori non mollis, ac melior eſt in Alexandria, quæq; per autumnum comeditur: humidum enim quiddam, & album, ac non olidum emittit. Porcus anguillæ eſt ſimilis, at ori eſt aſper. Accipiter verò carnem habet aſperiorem, quàm cuculus, etſi ſimilis eſt aliis in rebus. Coruus accipitre eſt aſperior. Vranoſcopus, & agnus dictus, & Callionymus, graues ſunt. boca elixa facile digeritur & diſtribuitur, humidum emittit, ventrique confert: quæ ſuper carbonibus cocta ſit, tenerior eſt & dulcior. Bacchus multum bonúmque habet ſuccum & nutrit. Hircus non bonum habet ſuccum, eſtq;

diffi

A difficilis digeſtionis & olidus. Paſſer & bugloſſus ſuaues ſunt, & nutriunt, quibus ſimilis eſt rhombus. Glauciſci, cephali, mugiles, myxini, monedulæ, quod ad edendum pertinet, ſunt perſimiles. Cephalo tamen paulo deterior eſt mugil, mugile myxinus, at monedula locum extremum occupauit. Thunna & thunnus ſunt graues, multúmque nutriunt. At acarnan vocatus dulcis eſt & ſtypticus, nutrítque,& facile excernitur. Apuæ graues ſunt difficultérque digeruntur, inter quas alba Cibotis dicitur, hepſitúſque paruus piſciculus,eiuſdem eſt generis. Ex mollibus bos eſt carnoſus, at melior eſt muſtelus is, qui Aſterias eſt dictus. vulpecula terreſtri animali guſtu eſt valde ſimilis,quamobrem nomen etiam obtinuit. Raia ori eſt mollis, at raia aſteria tenerior eſt, bonúmque habet ſuccum. Liobatus minus ventri confert,& eſt olidus. Torpedo cum difficulter digeratur, partes capiti vicinas teneras habet, quæque ſtomacho conferant, & facile digeruntur,cum alia ſecus ſe habeant: meliores ſunt paruæ & eæ maximè quæ parcæ fuerint lixatæ. Cum ſquatina ſit inter mollia, leuis eſt,facile digeritur,maior magis nutrit. Omnia mollia, vt B in vniuerſum dicam,ventoſa ſunt, carnoſa, difficulter concoquuntur, frequentérque ſumpta oculos reddunt hebetiores.Sepia ſi lixetur tenera eſt,facile digeritur,ori ventríque confert,ſuccus qui fit ex ea ſanguinem extenuat,mouétque excretionem per hæmorrhoides. Loligo facilius digeritur, ori non mollis. At polypus rebus Venereis confert cum ſit aſper, difficulter digeratur, maior magis nutrit, ventrem plurimum humectat, ſi lixetur, ſtomachúmque ſiſtit. Declarat vtilitatem polypi Alexis in Pamphila in hunc modum:

*Quid poßides amore captus? quid magis*
*Iis quæ tuli nunc buccinas,& pectines,*
*Magnumq; polypum bulbos piſces grandes.*

Pelamis multum nutrit, & eſt grauis, at vrinam ciet, difficultérque digeritur. Si in ſalſamento ſit condita, velut callibius,ventri confert,& extenuat, quæ maior eſt ſynodontis vocatur. Proportionem cum pelamide habet Chelidonias, quamuis paulò ſit aſperior. At hirundo, quæ polypo eſt ſimilis,ſuccum ſuum habet, qui bonum faciat colorem, & ſanguinem moueat. Orcynus eſt lutulentus, ac maior

ſimilis eſt Chelidoniæ, quod ad aſperitatem ſpectat, cuius venter & clauicula tenera eſt,& ori mollis. Qui piſces Coſtæ dicuntur, medij ſunt, ſi fiant ſalſamentum. Xanthias aliquantulum eſt olidus, & orcyno tenerior, hæc ita à Diphilo ſcripta fuerunt. at Mnaſitheus Athenienſis in libro Edilium genus inquit maiorum piſcium à quibuſdam ſciſſile vocatur, ab aliis marinum: Velut aurata,glaucus, phager: ſunt autem difficilis concoctionis, at concocti multiplex præbent alimentum. Squammatorum generi velut thunnarum, ſcombrorum,thunnorum,ac congrorum, horúmque ſimilium,gregali eſſe accidit,qui piſces neque ſoli videntur,neque feruntur gregatim,facilius digeruntur, velut congri, & charchariæ, & huiuſmodi. Piſcium gregalium genera cibum ſuauem præbent, quia ſunt pinguia, at qui tamen ſit grauis, difficultérque digeratur, quare aptius fiunt ſalſamenta,quod ſalſamentorum genus eſt optimum. Sunt hi piſces vtiles, ſi aſſentur, quoniam pingue eorum diſſoluitur. Quæ Darta dicta ſunt, ea ſunt omnino, quæ aſperã habent cutem, non ob ſquammas, ſed ſicut habent raiæ,& ſquatinæ.Hi piſces huiuſmodi omnes ſunt delicati, at non ſuauis odoris,corporibúſque præbent humidum nutrimentum, ventrémque ſubducunt maximè omnium piſcium qui lixantur. Si aſſati ſint fiunt peiores. Mollium genus,veluti polypodum & ſepiarum, hiſq; ſimilium, carnem habet difficilis digeſtionis, quare rebus Venereis conferunt,ſunt enim ventoſa, ac rei Venereæ facultas ventoſa indiget diſpoſitione.Meliores ſunt hi piſces ſi lixentur,humoréſq; habent malos, nam videre licet quales dimittunt, dum lauantur, quos lixatio ex carne euocat. ſi enim mollem habeant ignem, ac cum humido datum,lauantur quodammodo: at ex aſſatis ignis humores exiccat. Præterea cum caro eorum ſit aſpera, ſic merito vt coquatur poſtulat. Apuæ,membrades, ſardæ, & alij piſces, quorum ſpinas comedimus, digeſtionem omnes ventoſam operantur, nutrimentúmque præbent humidum, cum digeſtio non adæquetur, ſed carnes quàm citiſsimè digerantur, ſpináque paulatim diſſoluatur. Nam cum ſpinoſæ ſint apuæ per ſe, impedimentum ex vtraque ipſarum parte circa digeſtionem naſcitur, ac inflationes poſtea accidunt ex digeſtione, humoréſque ex nutrimento. Sunt meliores ſi lixentur,

at ven

A at ventrem inæqualiter pelliciunt. Qui ſaxatiles dicuntur, vt gobij, ſcorpij, paſſeres, hiſque ſimiles corporibus noſtris & ſic cum præbent alimentum, & tumidi ſunt, ac nutriunt, celeriterque digeruntur, excrementum non multum relinquunt, nec ventos generant. Eſt autem quoduis obſonium facilius digeſtioni, quod ſimplici condimento ſit paratum, at ſaxatilia ſola ſimpliciter voluptati parata. His ſimillimum genus eſt id, quod mollem carnem habens dicitur, cuiuſmodi turdi ſunt, & merulæ, hiſque ſimiles, carnem enim habent humidiorem illis; ac, quod ad edendum pertinet, maiorem habent fruitionem, illiſque magis hi & ventrem pelliciunt, & vrinam, quia carnes humidiores habent, & plures quàm prædicti piſces. Opus eſt autem ſi quis ventrem velit pellicere, ſumere lixatos, qui ſi mediocriter ſe habeant, aſſati nutriunt. Ad ciendam vrinam vtiles ſunt ſi vtroque modo parentur. Loci vbi flumina ſiue ſtagna mari coniunguntur, magnúmque pelagus, vel maris ſinus adſit, omnes piſces habent humidiores, & magis pingues, ſuauioréſque eſui, at qui nutrimentum peius, difficiliorémque præbent digeſtionem. In litoribus quæ mari adiacent valde apertis, aſperi ſunt complures, & tenues, ac vndis pulſati in profunditatibus apud terram; quæ non perturbentur à magnis ventis, ſi ciuitates etiam his acciderit propinquas eſſe, multa piſcium genera naſcuntur, quæ æque ſint optima, quod pertinet ad voluptatem, facilitatem digerendi, nutrimentúmque corporis. Difficilis ſunt digeſtionis grauiſsimíque inter marinos piſces ij, qui ex mari in fluuios aut ſtagna migrarunt, velut mugil, & omnes denique piſces, qui in vtriſque aquis viuere poſſunt. Ex iis, qui ſemper in fluuiis & ſtagnis degunt, meliores ſunt fluuiatiles: nam ſtagnorum piſces ex aquæ corruptione naſcuntur. Ex fluuiatilibus rurſus optimi ſunt ij, qui in velociſsimis fluuiorum locis degunt, quíque ſubrubeſcunt, iſti enim non naſcuntur niſi fluuius ſit velox & frigidus. Differunt facilitate præterea digerendi à piſcibus fluuiatilibus. Hæc à nobis habetis viri amici, qui ſalubriter pro viribus noſtris obſonia parare ſtuduimus, nam iuxta paraſitum Antiphanis:

B

*Ego artis obſonij non valde*

*Fui ſtudioſus,nec rurſus concidi valde multum.* C
*Vt quis aliter illatus*
*Vbi capiat crapulam Græcè.*

Sed neque ita ſum piſcium ſtudioſus, velut qui apud eundem poetam in Butalione,qui actus eſt vnius ex agreſtibus apparatus, inquit enim:

*Conuiuium præbebo ego vobis hodie.*
*At ipſe nummos fide ſumens eſt opus*
*Nobis emi.is:emiſſe quando neſcio*
*Bene ipſe,dic amice quod gratum tibi*
*Obſonium ſit,omnibus dic ſingula.*
*An piſce veſcerere ſuauiter?ferens*
*Piſcator ad rus venit olim haleculas,*
*Triglasq;,valde per Iouem gratus fuit*
*Is omnibus nobis,feras,an nunc quoque.*
*His veſcereris paruus vt ſit quiſpiam?*
*Magnos enim puto voraces eſſe ego*
*Piſces virum,quid nunc refers gratiſſime?*
*Virum voraces?quomodo?dudum patet*
*Helene quod hi cibi refert quos,hic halec*
*Et trigle.*

At in agreſti haleculas Hecatis cibum eſſe dixit, & triglas. D
Philippus etiam paruos piſces malos eſſe demonſtrat his verbis in Philyra:

*Papia vis currens*
*In forum emere mihi?dic quid,*
*Piſces prudentes ô pater,ne mihi infantes.*
*An non noſti quòd pecunia eſt argentum?*

Suauiſsimus eſt etiam is iuuenis, qui apud eundem poetam in Obeliaphoris omnia paruifacit, quæ ad artem parandi obſonij ſpectant,hunc in modum:

*Sed emito frugaliter,omnia enim*
*Dic num ſufficiunt?*
*Non magnificè,ſed purè quòd*
*Delibantum more ſufficiunt loligines & ſepiolæ,*
*Etſi locuſtam aliquam capere liceat,*
*Vna ſufficit.Suaue eſt in menſa & anguilla.*
*Thebe aliquando venit,ex hoc cape*
*Gallum,palumbum,perdicem,*
*Talia,daſipus ſi quis veniat*

*Quam*

A *Quam auarus es tu dic valde oppipare*
*Omnium caro nobis num eſt? miſit quis?*
*Non, ſed ſtatim in hac mulier.*
*Vitulum Coronæ cras cœnabimus.*

Qui eſt autem apud Mneſimachum difficilis in actu eiuſdem nominis, cum valde ſit auarus, ita intemperantem adoleſcentem alloquitur;

*Impone quæſo te mihi non plurima.*
*Nec valde ruſtica, neq; argumento obducta,*
*Mediocria patruo tuo, etiam*
*Magis mediocria ô felix concide;*
*Et decipe me, piſces enim mihi voca*
*Piſciculum, obſonium ſi dicas aliud, dic obſoniolum,*
*Suauius enim pereo multò.*

## *De coroniſtis & Chelidoniſtis.*
## CAP. X.

POſtea ex Dei nutu in prædictis amiciſsime Vlpiane, vel vos Grammatici, mihi narrare quam in ſententiam dixit Ephippus vitulum Coronæ cras cœnabimus? B ego enim hiſtoriam aliquam eſſe cenſeo, quam cupio diſcere. Tum Plutarchus Rhodiam eſſe dixit hiſtoriã, quam præſenti tempore memoriter recitare non poterat, quia dudum in librum, qui hanc narraret, inciderat. Sed noui Phœnicem etiam iambicum Colophonium mentionem facientem de viris quibuſdam, velut in Coronæ honorem colligentibus, dicentibúſq;:

*Boni Coronæ tradite hordei manum,*
*Vel tritici puellæ Apollinis ſacri,*
*Panem'ue, ſeu merum, quod aut cuiuis libet.*
*Date ô boni, quod quilibet manu tenet*
*Veſtrum Coronæ, nam ſalem & chondrum capit.*
*Libenter illa prorſus hiſce veſcitur.*
*Ceras dabit rurſus, ſalem qui nunc dedit.*
*Puer thorenam inclyte Plutus audijt.*
*Ficus Coronæ virgo multas attulit.*
*Dei ſit illa mox petenda ab omnibus.*
*Et ſplendidum inueniat virum, atq; diuitem.*
*Mox filium patri ſeni det in manus,*
*Matris puella ludat inter & genua*

*Germen, mulierem fratribus nutrire dehinc.* C
*Ego pedes quò contulere lumina*
*Rependo muſis ad foros cantans ſtatim,*
*Non dantibus vel plura dantibus ſimul.*

Atque in fine Iamborum inquit:

*Sed ô boni date intima eſt diues quibus*
*Domus dato rex, tuq; Nympha multa da,*
*Mos eſt Coronæ. quæritanti ergo manum*
*Cum noueris da quidpiam, reſponſa mox*
*Dabit.*

Coroniſtæ vocabantur, qui Coronæ nomine colligebant, velut teſtatur Pamphilus Alexādrinus in libris nominum. Ea autem quæ ab his canebantur, dicta ſunt Coroniſmata, vt Aenocles Rhodius narrat in Coroniſtis. Chelidonizin etiam congregatio quædam alia vocatur apud Rhodios, de qua Theognis ita ſcribit libro ſecundo ſacrificiorum, quæ fiunt in Rhodo, genus quoddam cōgregandi Rhodij Chelidonizin vocant, quod fit menſe Aprili. dicitur autem Chelidonizin, propterea quòd acclamare conſueuerunt:

*Veni veni hirundo pulchros dies agens, & pulchros annos:*
*Ventrem habens album, dorſumq; nigrum.* D
*Maſſam caricarum non deuoluis ex pingui domo:*
*Viniq; poculum, & caſei caniſtrum, & frumenti.*
*Hirundo etiam non reſpuit, an abeamus,*
*Vel capiamus ſi quid dabis, ſin autem ſinemus,*
*Vel fores feramus aut ſuperliminare;*
*Aut mulierem extra ſedentem,*
*Parua quidem eſt, facile ipſam feremus.*
*Si quid attuleris, magnum aliquid ferres.*
*Aperi aperi ianuam hirundini,*
*Non enim ſenes ſumus, ſed pueri.*

Hunc colligendi modum primus Cleobulus Lindius demonſtrauit in Lindo cum penuria nummorum inuaſiſſet.

## *De vaticinijs per piſces.*

### CAP. XI.

SEd quando in Rhodias incidimus hiſtorias, ego quoque ex pulchra Rhodo huc accedo rationes piſcium vobis dicturus cum Rhodum ſuauiſsimus Lynceus piſcium feracem

A cem nominarit. Ergias igitur Rhodius in iis, quæ de patria conſcripſit, cum quædam de Phœnicibus dixiſſet, qui inſulam incolunt, hæc inquit, hi qui Ialyſo circa qui cum Phalantho ciuitatem fortiſsimam Acheam nominatam habent, cum cibi eſſent continentes per multum temporis ſpatium cum Iphiclo pugnarunt, erat enim his oraculi quoddam reſponſum, quod regionem ad id vſq; temporis eſſent habituri, quo albi corui fierent, piſcéſque in crateribus apparuiſſent. Sperantes illi hoc nunquam eſſe futurum, res bellicas negligentius tractare cœperunt, Iphiclus igitur intelligens ex quodam Phænicum oracula, inſidias tetendit, fecitque vt Phalanti fidem quodam ad aquam adeunte, cui nomen erat Larcæ, fide data & accepta piſciculis quidam ex fonte caperentur, quos in vas aquę conÿciens, Larcæ dedit., iuſsitque hanc aquam ferre ac in craterem effundere, vnde Phalantho vinum adminiſtrabatur: Qui hæc omnia diligenter perfecit. Iphiclus autem coruos captos gypſo pinxit, & poſtea dimiſit, quos cum vidiſſet Phalanthus ad crateras acceſsit, in quibus etiam cum piſces vidiſſet, non amplius ſuam eſſe regionem putauit, ac ad Iphiclum præcones miſit; qui cum eo agerent

B de fœdere vt cum ſuis militibus exire liceret. Cum fœdus accepiſſet Iphiclus, hoc machinatus eſt poſtea Phalanthus. Victimas interficiens, earúmq; ventres purgans, in his aurum & argentum exportare conabatur, quod vbi ſenſiſſet Iphiclus, prohibuit. Afferente iuſiurandum Phalantho, quod iurauerat ſe ſinere exportari quidquid in ventre ferrent, contra hic captioſè egit, nauigia vt auferantur ipſis tradens, gubernaculum, remos, & vela ſoluit, nauigia inquiens, ſe iuraſſe eſſe daturum, aliud præterea nihil. Cum ita perplexi eſſent Phœnices multos nummos locum ſignantes humi defoderunt, vt aliquando poſtea accedentes eos caperent, multos etiam reliquerunt Iphiclo. Cum igitur hoc pacto migraſſent Phœnices de regione, res acceſſerunt ad Græcos. hæc eadem cum ſcripſiſſet etiam Polyzelus in rebus Rhodiis, quæ ad piſces & ceruos ſpectant ſoli nouerunt inquit Phacas, Derciáque illius filia, quæ cum Iphiclum amaret, ac per nutricem ageret de connubio, aquam ferenti piſces imponere perſuaſit ac in crateram iniicere, ac ipſa coruos dealbatos dimiſit. Creophilus

in terminis Epheſiorum Epheſum inquit ædificantes cum C
loci magnopere eſſent dubij ad oraculum tandem miſerunt, qui vbi ciuitas eſſet locanda, percunctarentur. Reſpondit autem Deus hic vrbem condere, vbi piſcis demonſtraſſet, apérque docuiſſet. Eſt autem fama quòd vbi nunc eſt fons Hypelæus vocatus, portúſque ſacer, piſcatores quidam prandium parabant, tum quidam ex piſcibus vnà cum carbonibus exiluit, atque in palearum faſciculum decidit, incenſus eſt continuò ceſpes, in quo aper agreſtis forte latitabat, qui igne perterritus bonam montis partem percurrit, ac eò vſque vbi Trachea nunc vocatur, conciditq; iaculo vulneratus, vbi nunc Palladis templum eſt erectum. tum inſula occupantes Epheſij cum annos viginti, & vnum eam habitaſſent Tracheam vigeſimoſecundo poſtea condiderunt & Coriſſum, Dianæq; templum in foro, & Pythij Apollinis in portu erexerunt. cum permulta & alia dicerentur huiuſmodi, clangor quidam tubarum per vniuerſam exauditur ciuitatem, cymbalorúmque ſtrepitus, ac tympanorum ſonitus vnà cum cantilenis immiſtus, quoniam feſtum, quod antiquitus Palilia dicta ſunt, celebrabantur, nunc autem dicuntur Romana feſta, poſtquam D
ciuitatis fortunæ optimus ac elegantiſsimus Adrianus Imperator templum erexit, quem conſecrationis diem ſingulis annis inſignem ac feſtum agunt omnes & qui Romam incolunt, & qui Romæ etiam ſunt externi. Tunc ait Vlpianus quid hoc eſt ô viri, elapina vel nuptiæ? quoniam eranus hæc non ſunt.

## *De tripudijs & elapinis.*

## CAP. XII.

CVm dixiſſet quidam quòd omnes in Dei honorem tripudiant per ciuitatem, ô optime, ridens Vlpianus dixit, & quis Græcorum eſt qui tripudium hoc vocauerit, melius enim fuerat laſciuiunt omnes per ciuitatem dixiſſe, vel Choreis indulgent, vel aliud quidpiam dictorum. Sed ex ſibura terra tu nobis nomen mercatus; vinum infuſa aqua perdidiſti. Tunc ait Myrtilius, ſed maximè Græcum eſſe nomẽ tibi amice demonſtrabo, quando ita increpas: cum enim omnibus os obturare coneris, nullum adhuc imperitum eſſe compertum habes, te autem

vel

A vel leberidis exuuiis magis vacuum eſſe demonſtras. Meminit igitur Epicharmus de tripudio, ô vir maximè admirabilis, in Thearis, neque longè ſanè eſt Italia à Sicilia, in actu igitur, ſacerdotes quæ Pythio depoſita erant aſpicientes, ac loquentes de ſingulis hæc inquiunt lebetes, æreique crateres * ac tripudiantes quantum poſceret vſus. Sophron in inſcripta Pronuba, & poſtea capiens præcedebat, iſti verò tripudiabant. Et rurſus, tripudiantes thalamum ſtercore impleuerunt. Alexis præterea in Nouacula:

*Nam laſciuorum hominum video*
*Accedentem multitudinem bonis, probiſque*
*Hic exiſtentibus: ne accidat mihi ſoli*
*Nocte obuiare bene agentibus*
*Vobis circa tripudium, non enim*
*Veſtem auferrem niſi gignerem alas.*

Noui & alibi poſitum fuiſſe nomen, quod cum in memoriam reuocauero efferam. Tu autem pro dignitate tua geſſeris, qui horum Homericorum recordaris:

*Quæ turba eſt, quæ cauſa iubet, conuiuia quæ ſunt?*
B *Nuptiæ an elapina eſt, eranum non eſſe videmus.*

Si nobis quomodo differant inter ſe declaraueris. Sed quoniam taces, ego dicam. Secundum poëtam Syracuſium, ſacrificia, ſplendidioréſque apparatus antiqui elapinas dixerunt, quique his adeſſent elapinaſtas. Sunt autem erani conuiuia, collationes conferentium, à congerentibus & conferentibus ſingulis. Appellatur idem conuiuium eranus & thiaſus, & qui conueniunt eraniſtæ & ſynthiaſiotæ. Dicitur etiam thiaſus multitudo ea, quæ Dionyſium ſequitur, vt author eſt Euripides. Video thiaſos tres muliebrium Chororum, nam thiaſos ex Dei nomine appellarunt, ſiquidem Deos ipſos Sios Lacones vocant. Elapinæ ex apparatu & impenſa quæ in ipſas σιός.
fiunt, nomen ſunt conſecutæ. Laphytin enim ac Lapazin euacuare ſignificat & abſumere, vnde poëtæ depopulari alapazin dicunt, & per deuaſtationem direpta laphyra vocant conuiuia huiuſmodi ab euacuando λαφύττειν
Aeſchylus & Euripides dixerunt; lapatin enim euacuare ci- καὶ λα-
bum ſignificat, & lagarum vacuatum, vnde ex lagaro vte- πάζειν.
rus eſt dictus, ſicut etiam laganum. Ab euacuando venter

laphytin

lyphitin enim eſt abunde citóq; euacuare. At impendere à C
λάπ]ειν. deuoro dicitur, quod item ab opiparo, quare de inſatiabiliter & ferarum more edentibus & vorare, & laniare dicimus. hinc Homerus:

*Hunc laniauerunt volucreſq; caneſq; rapaces.*

δάχαι ϗ δαρδάψαι. Conuiuia autem non à cibo quidem dixerunt, quod eſt nutrimentum, ſed à bene per hęc habendo, ad quæ conuenientes, qui numen venerantur, ad lætitiam animíq; relaxationem euntes, potũ quidem methy appellabant, at Deum qui μέθυ καὶ μεθυμναῖ@. hoc largitus erat, Methymnæum, lyęum, Euium, & Ieium, ſicut non triſtẽ at cogitabundum hilarem, quare & numen Hileon eſſe precabantur iò iò acclamantes, locúmq; in quo hoc faciebant, ſacrum nominarunt. quòd autem idem eſſe hilare & Hileon dixerint, teſtatur Ephippus in actu Lucro inſcripto, vbi de quadam amica loquitur:

*Poſt hæc vbi noſtrum eſt quis ingreſſus minus*
*Iucundus, illa ſuauiter mulcebat hunc.*
*Non comprimens os ingerebat oſcula*
*Vt hoſtis aſſolet, velut paſſerculi*
*Canebat hæc ſolans, ſimulq; molliens,*
*Reddebat hunc hilarem ſtatim, tum triſtia* D
*Pellebat, & faciebat inde hunc Hileon.*

## *Quod Dei conuiuiis intereſſent.*
## CAP. XIII.

ANtiqui præterea deos in hominum formam conſtituentes, eos inter conuiuarum cœtum ordinarunt. Nam cum virorum impetum ad fruitiones, voluptatéſque cognouiſſent, neque homines ab his abſtinere poſſe intelligerent, vtile verò, maximéque conducens his arbitrarentur ſi compoſitè ornatéque aſſuſcerent: tempus quoddam certum determinarunt, deíſque prius ſacrificantes ſic ipſos ad relaxationem animi dimittebant, vt deos omnes ad primitiarum oblationes accedere exiſtimantes, & ad ſacrificia cum verecundia quadam, ac timore conuenirent. Sic igitur ait Homerus:

*Pallas venit obuia ſacris.*

Et Neptunus:

*Aethiopes ad longinquos venit, aſſuit ille*

Macta

A *Mactatis agnis ac tauris forte ſacratis.*
*Et Iuppiter*
*Iuit ad heſternus conuiuia lauta, ſicuti*
*Pone dei ſimul omnes.*

Si vir quiſpiam præterea ſenior, ſanæque mentis adſit, pudet eos quidpiam minus honeſtum vel dicere, vel facere, velut teſtatur Epicharmus; ſed ſilere bonum vbi meliores adſint. Cum igitur deos præſentes eſſe arbitrarentur, feſtiuitates & ornatè & temperanter præteribant, quare neq; decumbere mos erat apud antiquos, ſed ſedentes conuiuabantur, neque ad ebrietatem ſanè vſque bibebant, ſed quantum cupiebat animus: vbi ſacrificaſſent domum ſuam quiuis accedebat. Qui verò nunc ſe deis ſacrificare ſimulant, amicos ac familiares quidem ad ſacrificium conuocant, verum filiis imprecantur, mulieres inſectantur conuitiis, domeſticos percutiunt, multiſque minantur, illud ferè Homeri dicentes:

*Quod ſupereſt, læti geſtis bene corpora rebus*
*Procurare viri, & pugnam ſperate parati.*

Non audientes interim quid dicatur ab eo, qui Chironem B fecit, ſiue Pherecrates, ſiue Nicomachus fuit Rhythmicus, ſiue alius quiſpiam:

*Sed neque cum ſocium ad conuiuia lauta vocaris*
*Præſentem cernens ſis mœſtus, quod malus egit.*
*Depoſitis curis lætus videaris at illi.*

Nunc horum neque recordatur omnino. At ea ſolum poſtea ediſcunt ex magnis diebus, magníſque operibus, quæ in Heſiodum referuntur:

*Ad cœnam noſtrum ſi quis accerſerit vllum*
*Sacrificans, triſtes ſimus ſi venerit, atque*
*Aſpicimus toruè, foribúſque exire citò illum*
*Optamus.*

Poſtea cum cognouiſſet quantopere hoc ſit ignobile, dixit quidam ex bibentibus, tu iam non hoc ipſum diſſolues; at qui ſacrificans prohibenti iraſcitur, ſtatímq; dixit elegia:

*Nec cogas quenquam nobis qui nolit adeſſe,*
*Sopitúmque ſinas, non inter pocula amico*
*Hæc dixiſſe viro fas eſt, cui prandia prabes.*

Quibus hæc etiam addimus:

*Moroſus ne ſis inter conuiuia gentis*

*Grandia, multus amor venit hinc, impenſáque parua eſt.* C

Deiſque ſacrificantes paucisſima omnino abſumimus, velut Menander ait in Ebrietate:

*Mactamus & damus deis haud omnia*
*Illis ago quando decem drachmis ouem*
*Vnguenta, ſaltatriculas, tibicinas*
*Has, caſeum, Thaſiúmque, mel, cúmque his ſimul*
*Anguillas, vt talento nil deſit prope.*
*Aequum decem drachmarum erat nos & bona*
*Cepiſſe, rectè ſi modo peregimus*
*Sacrum, deinde liberari iſtis malis.*
*Aerumna duplicatur ac magis viris*
*Piis. ego profectò nunquam pertulit*
*Altaribus poni ile, ni quis conſecret*
*Anguillam & vnà, vt occidit ex affinibus*
*Vnus Callimedon.*

## *De ſpeciebus antiquorum conuiuiorum.*

## CAPVT XIIII.

D

NOminarunt antiqui cœnas quaſdam epidoſima, quæ ex adiectionibus Alexandrini nominarunt, vnde Alexis in ad puteum:

*Nunc mihi*
*Dominus miſit vini fictile*
*Ex intimis laturo, inde diſco*
*Epidoſimum, præter alia hoc erit, amo*
*Vetulam ſenſus participem.*

Crobylus in Pſeudypobolimæo:

*Laches, ego autem ad te procedo,*
*Vbi me interrogas velut amicam, aderant,*
*Epidoſima nobis, in quibus heri bibere*
*Cyathos centum coegiſti tu duodecim.*

Norunt eas etiam cœnas antiqui, quæ nunc ex ſportula dicuntur, quod declarat Pherecrates ita in obliuioſo ſeu mari, cum præparaſſet cœnam habens ſportulam ibat vt ad vtile. Significat hanc cœnam ex ſportula manifeſtè, vbi quis ſibi ipſi cœnam parans, ac in ſportula componens abit, apud aliquem cœnaturus. concœnam de Sympoſio Lyſias

σύνδειπνον.

A Lyſias dixit in cæde contra Micinum, illum enim ad concœnam ait fuiſſe vocatum. Plato iis dixit qui concœnam fecerant. Ariſtophanes in Gerytade, in concœnis Aeſchylum laudans. Quare Sophoclis actum ſecundum neutrum concœnam malunt inſcribi. Vocant quaſdam etiam cœnas collatiuas. Alexis in Elegante ſiue Nymphis, diſcumbe & illas voca collatiuum facimus, ſed bene noui quòd ſordidus mos eſt tuus diu. Ephippus in Geryone, & collatiuum ſympoſium ſortiuntur. Dixerunt conferre etiam ſimul inuicem bibere, & collatiuum ſympoſium. Menander in Vendita, & nunc ob hæc conferunt per ſingulas, poſtea inquit, expleuit collatiuum. Nunquid hoc fortaſſe eſt quod ex ſymbolis vocatur? quæ nam ſint ſymbolum his verbis declarauit ipſe Alexis in Mandragora vſa, veniam ferens ſymbolas igitur ſimul. Quî ſymbolas, coronas Chalcidici & alabaſtos ſymbolas vocant ô vetula. At Argiui ſicut Hegeſander narrat in ſuis commentariis, qui ita ſcribit, ſymbolam quæ à bibentibus in ſympoſia inferretur, Argiui Chon vocant, at partem æſam. Conſentaneum videtur cum hoc etiam commentarium finem ſumpſerit B amice Timocrates, vt hic conquieſcere ſermonem faciamus, ne forte nos aliquis piſces fuiſſe exiſtimet, iuxta Empedoclem, inquit enim naturalis philoſophus: χῶν. αἶσαν.

*Ipſe fui certè quondam puer, atque puella,*
*Inde frutex, volucris, coclúſque ex æquore piſcis.*

ATHEN

A Zoilus inquit; Ariſtophanes,heus tu,in Lemniis frigidum poſuit,pro delicato, ita ſcribens, Lemnus fabas & delicatas & pulchras nutriens. Pherecrates in Crapatalis, delicatos ibi facere ciceres. Sinapi ita nominauit Nicander Colophonius in Theriacis:

*Siue cucurbitulas ex ære,ſiue ſinapi.*

*In Georgicis,mordentia grana ſinapis.* Ac rurſus:

*Nigra ſinapi tenens folia,ac naſturtia acuta.*

Crates in libris de Attica dictione Ariſtophanem dicentem inducit:

*Vidit ſinapi contrahens vultum ſtatim.*

Veluti Seleucus dixit in Græcanico. Extat autem carmen ex Equitibus ita ſe habens,& vidit napy;nullus enim Atticorum ſinapi dixit, quamuis vtrunque habeat rationem: napy ſiquidem quaſi naphy dicitur, quòd natura priuatum ſit, ineptum enim eſt & paruum, ſicut apya ac ſinapi ideo dicitur quòd oculos lædat odore,velut etiam cæpa,quia pupillas occultare faciat,Xenarchus Comicus in Scythis, hoc malum non eſt etiam malum, nam ſoror mea acrimonia affecta eſt ob peregrinam. De ſale & aceto meminit bonus

B Ariſtophanes in iis, quæ de Sthenelo tragico ſcripſit, quî fieri poſſet vt ego Stheneli verbum ederem in aceto intingens,aut candidum ſalem?nos igitur tibi bone vir hęc perquirenti cõtulimus. Operæpretium autem eſſet,vt tu quoque apud quem paropſis pro vaſe reperiatur nobis exponeres.Nam pro obſonio variè parato,ac pro ſpecie huiuſmodi apud Platonem inuenio,qui ſic ait in feſtis, *civis?.*

*Vnde eſſet & placenta ſeu paropſides.*

Ac in Europa multis verbis rurſus pro condimento poſuit, inter quæ hæc quoque cernuntur,

*Inutilis res dormiens eſt fœmina*

*Scio,paropſis ipſa ſolum peruigil*

*Eſt aptior,iacet volenti ſumere,*

*Eſt quæ voluptati parata,nulla adeſt*

*Paropſis oro te.*

Et in ſequentibus percurrit de paropſidibus velut condimentis. In Phaone.

*Paropſidibus aliena ſunt ſimillima,*

*Iuuant breui,impenduntur hæc citò omnia.*

Ariſtophanes in Dædalo:

*Eſt more eodem fœminis cunctis ſimul* C
*Mœchus paratus, haud minus paropſide.*

Cum tacuiſſet Vlpianus, ſed & ego inquit Leonidas rem maximè aptam faciam ſi dixero, cum diu conticuerim, neque hoc ſanè vt multa naſcatur contentio poſtulat, quibus omnibus antiquus ſufficit ſermo.

*Tibi videntur eſſe at hoc pacto mihi.*

Prudentibus quiſpiam perſuaderet citiſsimè dicens bene, qui facile ſunt dociles. Pro vaſe ô amiciſsimè Myrtile Antiphanes dixit Bœotio, tum enim loquendi locum occupauit:

*Inde hæc vocans apponit in parepſide.*

Alexis in Heſione:

*Vt vidit hinc menſam, duos intro viros*
*Inferre onuſtam multiplici paropſide*
*Ac floridam non amplius me aſpexit is.*

Ille etiam in primo Dionyſio, qui fecit ea, quæ in Magnetem referuntur:

*Et hæc malorum quippe ſunt paropſides.*

Achæus in Athone Satyrico:

*Cædar minutim ſed mihi paropſidum,* D
*Lixas odoratáſque carnes ignibus Siccatas,*

Sotades Comicus in Redempto,

*Appareo paropſis ipſe Crobylo,*
*Nam tractat illam, veſcitur me poſtea.*

Dictum eſt dubiè in primo eruditionis apud Xenophontem, ait enim philoſophus, attulit ad ipſum paropſides, multipliciáque embammata, & edulia. Et apud eum qui Chironem compoſuit in Pherecratem relatum, ait quidam:

*Sed per Iouem velut ſolent paropſides,*
*Quarum ipſa condimenta cauſa dicitur.*
*Quas nullius precij Galetas & credid it.*

Nicophron in Sirenibus:

*Pro ſede pugnent alteri paropſidi.*

Ariſtophanes in Dædalo:

*Eſt more eodem fœminis cunctis ſimul*
*Mœchus paratus haud minus paropſide,*

Plato in Feſtis:

*Vnde eſſet & placenta, ſeu paropſide.*

Verba

A Verba autem facit de condiendi modo, parandíq; bulbos. At Attici embamma etiam dicunt ô Syrattice Vlpiane, vt Theopompus in Pace:

*Iucundus eſt panis, dclus cum iungitur*
*Embamma pani, mox fit ille peßimus.*

Pernam etiam coxam vocant ſicut Eupolis ait in Autolyco, crura & pernæ ſtatim fluxus. Euripides in Scirone, Nec mortuorum pernæ. Eſt autem contractum à colea perna, ſicut Sycea ficus, leontea pellis leonis, colea perna. Ariſtophanes in Pluto ſecundo, hei mihi ob pernam quam comedi. In conuiuiis porcellorum tenerorum pernæ, & edulia alata. At in Ciconiis, capita agnorum, pernas hœdorum. Plato in Vulturibus, Piſces, pernas, phyſcas. Amipſias in barba, dantur maximè excellentia, perna, latus, media pars capitis læua. Xenophon in Venatione, pernam carnoſam, ventres humidos. Xenophanes Colophonius in Elegiis:

*Pinguia crura legas pernas vbi miſeris hœdi,*
*Sunt tauri teneri res quoque digna viro,*
*Cuius fama volet per Græcos ſparſa, nec vnquam*
B *Ceſſet, dum tuus hinc Græcia cantus erit.*

Cum multa hæc poſtea, multiplicиáque circunferrentur, quæ memoria digna viſa eſſent, annotauimus. erat enim auium & anſerum non exigua multitudo, pullorúmque ipſarum auium, quos equos nonnulli nominant, porcorum præterea magno ſtudio quæſitorum, phaſianorúmque auium. Sed cum de oleribus primum diſſeruero, dicam mox de rebus aliis.

## *De rapis, & braſſica.* CAP. II.

Apellas in Ciuitatibus Peloponneſi rapas inquit à Lacedæmoniis ventres appellari. At Nicander Colophonius in linguis braſsicas apud Bœotas ventres appellari ſcripſit, rapas verò Zeceltidas. Amerias & Timachidas cucurbitas Zaceltidas vocari dicunt. Speuſippus libro ſecundo Similium, raphanus, rapa, raphis, naſturtium, ſimilia ſunt. At raphym Glaucus rapym vocat in re coquinaria, ſine aſpiratione per p, His nihil eſt ſimile, niſi quæ nunc bunias vocatur. Theophraſtus verò buniadem

non vocat, at matrem rapam quandam, quæ fortaſſe eſt C
ipſa bunias. Mentionem fecit buniadis Nicander in Georgicis.

*Mox ſere in areolas rapas: æquare Cylindro*
*Cura ſit, vt platanis æquæ depreſſa vireſcat*
*Bunias ipſa magis. raphani ſimul intus, & ipſa*
*Rapa. duplex raphani ſpecies: hæc longa, rotundus*
*Surgit in areolis alter.*

De Cephiſiacis rapis meminit Crates his verbis in Rhetoribus; Quam rapis Cephiſiacis prorſus ſimilia. Theophraſtus duo eſſe raparum genera ſcribit, marem ſcilicet & fœminam, quæ ambo ex eodem ſemine naſcuntur. Poſsidonius autem Stoicus libro vigeſimoſeptimo Hiſtoriarum, rapas inquit incultas circa Halmatiam naſci, paſtinacáſq; agreſtes. Diphilus Siphnius medicus extenuat, inquit, rapa eſt acris, difficulter digeritur, ventóſque gignit, at melior eſt bunias: eſt enim dulcior, facilius digeritur, ſtomacho magis confert, magiſque nutrit. rapa quæ aſſata fuerit, magis digeritur, ac magis extenuat. Huius ita mentio fit ab Eubulo in Ancylone, aſſatam rapam hanc fero. Alexis in Numine afflato, alloquor Ptolemæum rapæ aſſans D
fruſta. Rapa quæ ſalſugine ſit condita, magis extenuat quàm elixa, & maximè quæ fuerit cum ſinapi, ſicut ait Diphilus. Eudemus Athenienſis tria eſſe inquit braſsicarum genera, in libro de Oleribus, eius quæ vocata eſt ſalſa, leuis folij, & apiaſtris, quarum ob ſuauitatem ſalſa prima eſt iudicata. Naſcitur in Eretria, Cuma, Rhodo, Cnido, Epheſo. At leuis folij in quauis ait regione naſcitur. Apiaſtris autem nomen ſumpſit à criſpis foliis, quoniam apio eſt ſimilis, & quod ad aliam ſpectat denſitatem. Theophraſtus ita ſcribit, ex raphanis, braſsicis inquam, hic folia habet criſpa, ille eſt agreſtis. Diphilus Siphnius, braſsica pulcherrima & dulcis in Cuma naſcitur, at in Alexandria acris. Semen quod ex Rhodo in Alexandriam fuerit delatum, dulcem facit braſsicam primo anno, poſtea regionis naturam adipiſcitur. Nicander in Georgicis:

*Braſsica ſit leuis, Sylueſtris vbi aduenit illi,*
*Areolis frondoſa viret quæ proxima iacta;*
*Criſpa prius, Tyrio ac paulum ſuffuſa colore,*
*Perſimiliſque illis, quas triſtia tempora lædunt.*

*Aſpera*

A *Aſpera nutritur Cumæ,prauíque coloris.*
*Quæ ſoleas ſarcire ſolent, non eſſe videtur*
*Pellibus alſimilis. Vatem dixere vetuſti hanc*
*Oleribus.*

Vocauit Nicander Vatem braſsicam, quòd ſit ſacra, quoniam quiddam ita ſcriptum reperitur apud Hipponactem in Iambis:

*At ille labens ſupplicabat braſsica*
*Septem filiorum Pandoræ aut tulit ſacra*
*Thargelijs ſuccoſum,& ante pharmacum.*

Ananius,te magis amo quàm multos viros, ita eſt per braſſicam. Teleclides in Prytanenſibus iuro per braſsicas ait. Epicharmus in terra & mari,per braſsicam. Eupolis in fucatis,per braſsicam, quod iuſiurandum Ionicum eſſe videtur. Neq; mirabile ſanè videri debet, ſi per braſsicam quidam iurabant, quando Zeno Citieus,qui porticum cōdidit cum Socratis iuſiurandum per canem imitaretur, & ipſe per capparim iurabat,vt inquit Empodus in Memorabilibus. Mos erat Athenis vt iis mulieribus, quæ peperiſſent braſsicæ darentur;quaſi quoddam antipharmacum ad nu-
B trimentum. Quare Ephippus ait in Geryone:

*Cur poſtea*
*Corona nulla eſt ante ianuam ſita,*
*Naríſve nidor nullus altus verberat*
*Amphidromia cum ſint,quibus mos omnibus*
*Aſſare fruſta caſei ſit Iſthmij.*
*Vlniſque latus braſsicæ lixare oleo.*
*Præpinguium agnorum ferire pectora.*
*Turdos,palumbos,vellicare paſſeres,*
*Mellire mox cum ſepijs loligines.*
*Condire cirros plurimos,prudenter,&*
*Meracioris ebibiſſe pocula*
*Permulta.*

Meminit de braſsica Antiphanes in Paraſito, velut frugi cibo,hunc in modum:

*Qui ſint cibi noſtri ipſa fœmina,allium,*
*Et caſeus,placenta.res eſt liberi*
*Salſamentum,nec cum condimentis*
*Ouinæ carnes lotæ,tum thrimmatis*
*Perturbata,& ollæ hominum peſtes.*

*Nam braſsicas coquunt pingues ô Dei,* C
*Faba elixa admirabilis Piſina.*

Diphilus in Inexplebili:

*Venit, ferimus ipſi ſimul omnia bona,*
*Braſsica, pinguia, viſcera, multæ carnes*
*Tenerrimæ. nihil per Iouem meis,*
*Atque his ſimiles res, nec conditis oliuis.*

Alcæus in Palæſtra iam attigit ollam braſsicarum. Polyzelus in Generationibus Muſarum braſsicas nominans ait, braſsicæ multæ ſublimia folia habentes.

## De Beta, paſtinaca, porro, & cucurbita.
## CAP. III.

EX Betis ſcribit Theophraſtus meliorem habere ſuccum albam, quàm nigram, paucioráque ſemina producere, ac Siculam nominari. At Seuthis diuerſum genus eſt & à beta differens. increpat Diphilus Comicus in Heroe actu, quendam malè dicentem, quod betas tutænas vocarit. Eudemus in libro de Oleribus quatuor eſſe betarum genera ſcribit, vulsile, ſurculoſum, candidum, populare, quod colore eſt fuſcum. Diphilus Siphinius betam aſſerit meliorem habere ſuccum, quam braſsicā, mediocritérque nutrire: at ſi lixetur, comedatúrque cum Sinapi, attenuare, lumbricóſque necare; tum albam magis ventri conferre, quàm nigram, magiſque ciere vrinam, quarum radices ori magis cōferunt, multúmque nutriunt. D Acris eſt & paſtinaca, vt aſſerit Diphilus, ſatiſque nutrit, & ſtomacho confert mediocriter. Facit præterea excernere, ventóſque gignit, difficulter digeritur, vrinam ciet, ſatiſque promouet ad res Venereas, quamobrem philtrum à quibuſdam vocatur. Numenius in Piſcatorio:

*Quæ ſurgunt, & quæ folijs ornantur in aruis,*
*Frigore, vel quando venit iam floriferum ver.*
*Carduus vt durus, vel paſtinaca viret quæ*
*Agreſtis raphis ſtabilis, tum caulia dura.*

Nicander libro ſecundo Georgicorum:

*Intus fœniculi tyrſi alti, ſe bene firmat*
*Petræum pariter; ſic pſtinaca profunda*
*Squallida perquirit, Cynogloſſus, Smyrnia, Sonchus,*
*Intubus, ac algentis aris frons acris: & illud*

Quod

A *Quod lac eſt dictum volucris.*

Meminit & Theophraſtus de Paſtinaca. Phanias libro quinto Plantarum, iuxta ſeminis ipſius naturam ſeps appellatus, ſeménque paſtinacæ. Sic etiam ſcribit in primo, in morem petaſi naturam habere obtinuerunt, anetum, fœniculum, paſtinaca, caucalis, cicuta, coriandrum, vmbella, quam myephonum nonnulli vocant. Sed quando de aro meminit Nicander, illud etiam eſt addendum, quod ita ſcribit Phanias in prædicto libro, dracunculus quem arum vocant, meſpilon. Paſtinacam aſtaphilinum vocauit Diocles libro primo Salubrium. Quod cartum vocatur, magna eſt paſtinaca, quæque facile augeatur, meliorem habet ſuccum quàm paſtinaca, magis calefacit, vrinámque magis ciet, ſtomacho confert, faciléque digeritur vt Diphilus eſt autor. Capitatum, quod porrũ etiam vocatur, vt idem ait Diphilus, meliorem habet ſuccum, quàm cartum, mediocriter extenuat, & nutrit, & eſt ventoſum. Epenætus capitatos porros gethyllides ait vocari in re Coquinaria, quod nomen apud Eubulum memoria dignum inuenio in Lenas nutriente;

B *Nunquam valerem pane veſci quopiam,*
*Comedi apud Gnathanium nuper tamen.*
*Ipſam fefellerunt capiens gethyllidem.*

Sunt qui dicant hoc eſſe vocatum gethium, cuius mentionem fecit Phrynichus in Saturno, quem actum exponens Didymus ſimilia eſſe inquit gethia ampeloprasis, ac eadẽ vocari etiam epithyllides. gethellidum mentio fit ab Epicharmo, pręterea in Philoctete hũc in modum; intus allia duo, duęq; gethyllides. Ariſtophanes in Aeoloſicone ſecundo, gethyorum radices habentes allij naturã. Polemon deſcriptor in libro de Samothracia Latonam narrat porrum capitatum cupiſſe, quare ita ſtatutum eſt apud Delphos in Deorum omnium feſto, vt qui maximum porrum capitatum Latonæ attulerit, partem capiat ex menſa. Atq; ipſe vidi porrum capitatum rapa non minus, vel rotundo raphano. Scribunt Latonam cum Apollinem geſtaret in vtero porrum capitatum cupiuiſſe, quare hunc honorem id poſtea eſt aſſecutum. Cum hyemis tempore cucurbitæ nobis circunferrentur, omnes admirati ſunt, quoniam recentes eſſe arbitrabantur. Tum recordati ſumus eorum,

quæ elegans Ariſtophanes dixit in Horis, vbi pulchras Athenas ita laudauit, videbis per mediam hyemem, cucumeres, vuas, poma, violarum coronas, puluerémque excæcantem. Hic autem vir; turdos, pyra, fauos, oliuas, inteſtina, hirundinem, cicadas, fœtus, ſportas autem ficuum, myrtorúmque velut niue obrutas intueri licet, poſtea cucurbitas vnà cum rapis congentibus, ita vt nullus ſit qui nouerit, quando maximum anni ſit bonum, ſi modo bonum eſt anni quod quiſque optauerit inueniri poſſe. Sed malum eſt maximum, niſi enim adeſſent neque cuperẽt, neq; profectò impenderent. Ego verò per breue hoc tempus dicẽdo abſumpſi, ſi in aliis etiam ciuitatibus, pręterquam Athenis hęc facere poſſem, his enim adſunt hæc, quandoquidem Deos venerantur: Fruebantur igitur, vt tu ais, vos venerantes. Sed quid aut quare Aegyptum eorum ciuitatẽ habes pro Athenis? admirabamur enim cucurbitas menſe Ianuario comedentes quæ virides erant, propritatémque ſucci ſeruabant, erant enim ab iis compoſitæ condis, qui harum rerum ſunt ſtudioſi. Quæſiuit deinde Larenſius an cucurbitæ vſus cognitus eſſet ab antiquis, cui dixit Vlpianus, Nicander Colophonius libro Georgicorum ſecũdo ita ſcribit de huius vſu, cucurbitas & colocyntas nominans, ſic enim vocabantur vt paulò ante diximus:

*In plures tibi ſit conciſa cucurbita vittas.*
*Aëere ſiccato, fumo ſuſpende; capacem*
*Quo famulæ valeant ollam per frigora brumæ*
*Implere, ac ſorbere, domi quibus ocia dantur.*
*Inſpergat piſtrix mox ipſa legumina, vt æquum,*
*Diuerſa; hinc vittas reciſſe cucurbitæ in illam*
*Præcipio lotas, fungos, oleríque reuincta*
*Intuba, cauliculis longis miſceréque in vnum.*

### *De auis nomine.* CAP. IIII.

ADerant aues prætereà cum cucurbitis, aliíſque conuulſis oleribus, ſic enim Ariſtophanes inquit in Delia, Conciſſa olera, conuulſa, vel oliuas. Tunc ait Myr-
ἀχιτρίο. tilus, at nunc mos inualuit vt aues ſolum, & auiculas fœ-
νας. minas vocent, quarum magnam video copiam circumferri

A ferri Chryſippus Philoſophus libro de Honeſto & Voluptate quinto ita ſcripſit, ſicut albas gallinas ſuauiores eſſe nigris nonnulli exiſtimarunt, gallos autem & gallos mares. Antiqui verò auem maſculinè fœmininéque dixerunt de aliis auibus, non de ea ſolùm conſuetudo dicit aues ab emendo, vnde ait Homerus: ἀλεκτρί-λας. ὀρνέα δ' ἀυ

*Attolluntur aues multæ ſub lumina ſolis.*

Et alibi fœminine, aui garrulæ. Mox:

*Inuolucri nido veluti cum pabula lecta*
*Portat auis, nam plura pati compellitur illa.*

Menander in primo Hærede conſuetudinem apertè demonſtrat, gallus quidam clamauit magna voce, non repellet inquit extra gallinas à nobis? Rurſus: ὄρνιθα. ὄρνιν.

*Vix ipſa gallinas à nobis reppulit.*

Auiculas ita Cratinus dixit in Nemeſi, & omnes alias auiculas, In genere maſculino non auem, ſed & auem. Idem Cratinus in eodem actu, auem puniceis alis. & poſtea, Auem igitur oportet te eſſe magnam. Sophocles in Antenoridis, Auem, præconem, & miniſtrum. Aechylus in Cabiris, auem non facio te mei itineris. Xenophon libro ſecundo Diſciplinæ, in aues per aſperrimam hyemem. Menander in Geminis, aues ferens acceſsi. Et poſtea aues inquit dimittit. Quod verò aues in plurali dixerint Menandri extat teſtimonium. Dixit Alcman etiam alicubi, ſoluerunt imperfecta iuuenculæ, velut aues ſuperuolante accipitre. Eupolis in Populis: ὄρνεις.

B

*Graue eſt nihil præſtantiores gignere*
*Me filios, aues velut ſolent patri*
*Simillimos pullos.*

Gallum ex oppoſito veteres fœminine dixerunt, Cratinus in Nemeſi:

*Ledæ eſt opus, neceſſe te decenter eſt*
*Curare galli more nil vt differas,*
*Ouis & incubare dum decortices.*
*Ex hac aue & mirabile eſt quod accidit.*

Stratis in Refrigerantibus, Omnes galli & porcelli mortui ſunt, paruæque auiculæ. Anaxandrides in Tereo, Coeuntes gallos vident iſti libenter ac apros. Sed quoniam in huius Comici mentionem incidimus, vidique eius actum Tereum, non inter primos iudicatum, vobis ad

iudicium viri amici proponam, quę de ipſo Chamæleon dixit: Heracleotes libro ſexto de Comœdia ita ſcribens: Cum Athenis Dithyrambos Anaxandrides ſorte doceret, ſuper equo ingreſſus eſt, ac quiddam ex iis, quæ ſunt in cantico nunciauit, erat aſpectu pulcher & magnus, comámque nutriebat purpuream veſtem, aureáque veſtimenti ora geſtabat. Qui cum inſuauibus eſſet moribus, quiddam ſimile circa comœdias etiam illius accidebat, quotieſcunque enim non vicisſet, capiens vt in thus conciderētur, præbebat, neq; velut alij multi emēdabat. Sic itaq; multos actus quæ perbelle ſe habebant perdidit, ſpectatoribus indignatus ob ſeneſtutem. Dictus eſt fuiſſe Rhodius genere, ex Camiro. Illud etiam admiror quo pacto ſeruatus eſt Tereus, qui victoriam non eſt conſecutus, & alij inſuper huius ſimiles actus. Theopompus etiam gallum in fœmineo genere poſuit in Pace, triſtor quod gallinam perdidi quæ oua pulcherrima pariebat. Ariſtophanes in Dedalo, ouum magnum peperit vt gallina. Rurſus, multæ gallinæ Zephyria vi pariunt oua ſæpius. At in nebulis ſenem docens nominis differentiam, hæc ait; nunc me quomodo oportet vocare: gallinam, at alterum? Dicitur etiam gallina & gallus. Simonides vocis optandæ galle inquit. Cratinus in horis, velut perſicus gallus, omnem horam tota voce ſignificans. Si autem dictus eſt quoniam nos excitat ex ſomno, à Doricis cum auis dicatur, genitiuum per X. faciunt, auis. Alcman per s. nominatiuum protulit; purpurei veris auis. Et genitiuum, noui per omnes ſimul aues.

ὄρνιξ. ὄρνις.

*De porcello.* CAP. V.

Epicharmus ſuem marem ſic delphacem nominauit in Vlyſſe transfuga, delphacémque vicinorum, Eleuſinis cuſtodiens infeliciter perdidiſti nolens, & hæc me paciſci dixit Achiuis proditus ſum, iurauit me porcum. Anaxilas maſculinè porcum dixit in Circe, & de adulto iam ac perfecto poſuit, montanos inquiens ſues noſtros porcos faciet altos, vt pantheras venatores, lupos, leones. De fœminis nomen poſuit Ariſtophanes in ſartagine coquentibus, vel porcæ autumnalis ventrem.

In

A In Acharnienſibus.

*Iuuenca nunc eſt, at vbi perfecta erit*
*Habebit ingentem, rubrúmque, craſſum item.*
*Nutrire ſi vis porca pulchra adeſt tibi.*

Eupolis in aureo genere, & Hipponax inquit, vt porca Epheſia. Sed propriè fœminæ ita dici deberent vterum habentes, ſic enim vterus appellatur, vnde etiam fratrum Etymologia emanauit. De animalis ætate Cratinus in Archilochis ait, porcelli iam ſues aliis. Ariſtophanes Grammaticus in libro Aetatum ex ſuibus coagulati porcelli, teneri ac humecti ſues. hinc dilucidatum ſit Homericum illud:

*Veſcere nunc hoſpes quæ ſeruis protinus adſunt*
*Porcinis, ſuibus veſcuntur pinguibus ipſi*
*Nanque proci.*

Plato Comicus maſculinè dixit in poëta, porcum ipſum ſilentio abduxit. Lege ſtatutum erat antiqua velut Androtion teſtatur ex grege centum capita habente ne pecudem intonſam, aut quæ nondum peperit iugularēt, quod gregis augendi gratia ſeruabatur, idcirco eas quæ iam adultæ

B eſſent comedebant:

*Nanque proci ſuibus veſcuntur pinguibus ipſi.*

Ac nunc etiam inter Palladis ſacrificia neque agna mactatur, neque guſtatur caſeus. Cum per tempus quoddam boues defeciſſent ait Philochorus lege ſancitum fuit, vt omnes à bobus abſtinerent propter eorum penuriam, cum iis non mactantes rurſus abundare ſtuderent. Porcam Iones fœminam vocant, ſic Hipponax, in fœdere ac viſceribus porcæ agreſtis. Sophocles in Tœnariis, agreſtem cuſtodire porcam velut ex vinculis. Ptolemæus rex Aegypti libro nono Memorabilium, cum in Aſſum inquit proficiſcerer, mihi Aſsij porcam attulerunt filium habentem, cuius altitudo erat duorum cubitorum cum dimidio, totúſque æqualis in longitudinem, coloréque niueo. Dicebant regem Eumenem ſtudiosè res huiuſmodi ab ipſis emere, quippe qui quatuor drachmarū millia pro vno daret. Aeſchylus: ego porcum vel optime nutritum in calentem furnum ponam, obſonio hoc vllum ſit hinc iucūdius? & rurſus, albe cur non & bene incenſe ſus coctus es, nihil igne læſus? & poſtea,

ponens porcum hunc ipſius ſuis, quæ multa in domo fecit mala, ſubuertens ac conuoluens turbabat ſurſum deorſum. Hæc Chamelæon de Aeſchylo appoſuit. Ita ſcribit Agathocles Babylonius libro primo de Cyzico, vbi narrat quod ſues ſacra animalia habentur apud Cretas, Iouem in Creta natum eſſe arbitrantur in Dicta, vbi arcana ſacrificia celebrantur, cui ſuem fœminam vber præbuiſſe narrant, ſuóque grunnitu circumeuntem effeciſſe ne iis qui erant præſentes infantis eiulatus audiretur, ac idcirco hoc animal protegere ſolitum omnes putarunt, ac neque carnes cædere patiuntur. Præſpij verò ſacra etiam ſui offerunt, quod ſacrificium initiatio apud illos iudicatum eſt. His ſimillima ſunt ea, quæ libro ſecundo de Cerimoniis narrat Neanthes Cyzicenus. De ſaginatis ſuibus meminit in Aethone Satyrico Achæus Eretrieus ita loquens, ſaginatorum ſuum formis his multum percuſſerunt. ſaginatos vocauit à vitulis transferens, qui ramoſi dicuntur ob cornua, quando ipſa habent extra, Sicut Achens. Eratoſthenes etiam in Anterime Larinos ſues vocauit à Larinis bobus transferens, Qui ita ſunt dicti à ſaginando quod eſt edendo, Sophron boues paſcuntur. Vel ab aliquo pago Larinæ Epiroticæ, ſiue à paſtore aliquo, qui Larinus vocabatur.

πιτταλί-δας σύας, quaſi ramoſi dixerim.

## *De multiplici coquorum diſciplina.*
## CAP. VI.

CVm porcus nobis poſtea eſſet illatus, cuius dimidium aſſatum erat ſtudioſè, alterum dimidiū velut in aqua calida elixum, omnéſque admiraremur coqui ſolertiam; tum gloriatus ob artem ſuam coquus ait, ſed neque quiſpiam eſt veſtrum qui vbi ſit iugulatus demonſtrare poſſit, aut quo pacto eius venter multis rebus bonis ſit repletus, turdos enim intus habet, aliáſque auiculas, partéſque ventrium ſuillium, & vuluæ fruſta, ouorúmque vitellos, ventres præterea auium cum ipſis vuluis boni iuris pleni inſunt, ac carnes minutim conciſſæ, cum piperéq; permiſtæ, tomacula enim ob Vlpianum nominare nō audeo, quamuis cum ſciā his libenter veſci. Meus etiā Hiſtoricus Paxamus meminit de tomaculis, neq; mihi curæ ſunt vſus Attici, at vos mihi declarate vbi ſus iugulatus eſt, aut quomodo

ἰσίκιον.

A do ex dimidio aſſatus eſt,ex alia parte elixus.Cum nos adhuc conſideraremus, locutus eſt coquus,ſi me minus peritum coquis illis antiquis arbitramini de quibus Comici ſcripſerunt.Poſidippus in Tripudiantibus, nam coquus eſt qui alloquitur diſcipulos:

*Eſt ſunuer*

*O diſcipule Leucon,miniſtri & cæteri,*
*Idoneus quiuis locus & ex arte. quis*
*Cunctis ſuper præſtantior ſit cæteris*
*In arte quæſo dic coqui ? arrogantia.*
*Cunctis videbis artibus præcedere*
*Hunc cæteris qui rem culinæ nouerit.*
*Munitus hic thorace ſquam.meo viris*
*Extraneus dux eſt,draconem ferreum*
*Portans briareus & videtur, eſt lepus*
*Vt accidit,coquus miniſtros poſſidens.*
*Vides vt aduenit ramiſque ſordidos*
*Ad diſcipulos cunctis famem mox diluit.*
*Si conferas te excoriare,vere abi.*
B *Quod ergo ſuppoſui prius vano locum*
*Concede,rejecto os vocaturum ſtatim:*
*Nam ſicut in ſeriis artis eſt hoc vltimum,*
*Nouiſſe quæ ſint ora conuiuantium,*
*Nunc nuptias paramus,aut ſacris boues.*
*Illuſtris eſt qui dat,ſimul quiſque accipit,*
*Horum ſacerdotes Deæ ſunt fœminæ,*
*Dei,Corybantes,tibiæq;,& excubiæ,*
*Conuerſio. Hippodromus coquinæ hic eſt tibi*
*Artis memento tu quoque huius.*

De alio coquo,qui Seuthes dicitur,ita inquit idem poëta:

*Valde rudis Seuthes eſt*
*Scis optime vt videtur haud*
*Tiſſerre quidquam prorſus à bono duce.*
*Præſens vt hoſtis eſt profundus ſuſcipit*
*Hic rem cito,natura & hunc dux aſtitit.*
*Eſt turba conuiualis hoſtis ſic fere,*
*Bibet repente namque,venit hic dies*
*Qui quinque primum poſt decem ſperauerat*
*Cœnam ſolutus impetu & plenus ruit.*
*Conſiderans in quæ manum quis porrigat.*

Noſti

*Noſti tumultum gentis huius concitæ.* C

Audite autem quomodo coquus ſe laudat in Euphebis Euphronis:

*Cum Carion miniſter eraniſtis eris,*
*Luſiſſe non licet, nec illa oſtendere*
*Quæ vix didiciſti heri periclitans. tibi*
*Non gobius, non hepar omnino vllum erat,*
*Sed ſtulti erant, nutabat illis cerebrum.*
*Oportet hanc vt veneris plebeculam*
*O Carion Dromona vel Sotiridem,*
*Cerdona vel iuſtum eſſe, qui dant quod petis*
*Mercedis. At nunc imus haud ad nuptias.*
*Hoc ſentis eſſe peſſimum, nanque es meus*
*Alumnus artis haud malus certè coquus.*
*Occaſio iuuare grata debuit,*
*Senex auarus, parua merces, ſi feram*
*Te nunc nihil edentem, ſed ignem quoque*
*Cum perdideris, age intro nam venit ſenex*
*Qui cernit exiguum, ſed magnus eſt Sophiſta, nil*
*Hoc ad medicorum conferet ſuperbiam.*

Coquus qui eſt apud Soſipatrum in Dementiente: D

*Non negligenda noſtra prorſus ars quidem,*
*Perſpecta rectè ſi ſit ipſa Damyle.*
*Sed ceſſat, omnes ſe coquos aiunt propè*
*Eſſe, artis vt cognouerint prorſus nihil.*
*Quibus magiſtris tota res corrumpitur.*
*Cepiſſe verum ſi coquum forte expetis,*
*Hanc diſciplinam qui vel puer bene legerit,*
*Præcepta, qui vireſque totas calleat,*
*Intelligenti res erit tunc altera,*
*Tres nos reliqui ſumus, prius Chariades,*
*Tum Bædion, egóque, pede cæteris.*
*Quid dicis? ipſe: nos docendi non locum*
*Seruamus ex Sicone qui primus fuit*
*Et autor artis, & repertor optimus.*
*Primum rationes nos docebat ſyderum,*
*Statímque poſt hæc architecti formulas,*
*Secreta pandens inde naturalia,*
*Præcepta dabat ille militaria.*
*Volebat arte nos priora hæc diſcere.*

*Nunq*

A *Nunquid docere tu potes me amice? dic,*
*Non, ſed puer donec reuertatur foro,*
*Pro re monebo te parumper vt puto*
*Captemus vt tempus loquendo idoneum.*
*Apollo res eſt ardua, audito bone,*
*Oportet in primis coquum cognoſcere.*
*Sublimia occidant vbi vel ſydera,*
*Primúmve naſcantur, nitens ſol aut vli*
*Vel longiores, vel breues magis facit*
*Dies, vel in qua parte ſit zodiaci.*
*Obſonium ferunt, & ipſa edulia*
*Mutarier cæli in reuolutionibus.*
*Pro tempore ac differre ſuauitatibus.*
*Qui nouit hæc, & qui ſcit anni tempora,*
*Vtetur iſtis ſingulis vt conuenit.*
*At qui minus nouit neceſſe vt blatteret.*
*Forſan requiris architecti quî iuuent*
*Præcepta, ſic profecto, ego tibi feram,*
*Magnum refert res commodum ſartagini,*
*Ponatur vt rectè, capiátque ſufficit*
B *Quantum ignis, ac noſſe vnde perflet ſpiritus*
*Huc fumus, aut huc latus elixis ſolet*
*Feciſſe magnam quippe differentiam.*
*Percenſeo: ſic ipſa militaria*
*Habere conuenit coquos, in omnibus*
*Eſt artibus quid ordo valde conferens*
*In arte noſtra ſolus ille dux ferè,*
*Nanque ordinate tollere ac apponere*
*Dapes, & aptum noſſe tempus ſingulis*
*Quando cito vel, quando tarde ponere,*
*Vel quî ſe habent ad cœnam, vbi opportunitas*
*Obſoniis ſit, hæc quidem calentia*
*Dare, hæc remiſſa, at hæc medium tenentia,*
*Tum prorſus hæc frigentia. hæc certè omnia*
*Præcepta monſtrant iſta militaria.*
*Quis nunc mihi monſtrarit vt docentia,*
*Vtq; iuerit ſit otioſus ipſe mox?*

Neque longe ſanè ab hoc, coquus ille aberrauit, qui eſt apud Alexidem in Mileſiis:

*Non noſtis artibus quod haud eſt plurimis*

*Vir*

 C

*Vir architectus vnus ipſe proprius*
*Qui ſit voluptatis. Sed vtentes ſimul*
*Partem viri tulere quæ ſit optima*
*His ſi fruantur, vt decet, quid vt refer?*
*Oportet hoſpitem quoque & me dicere*
*Coquis opus ſolum eſt parare obſonia*
*Bene, poſtea & nil accidit, ſi forte qui*
*Sit iudicaturus vel eſurus ſtatim*
*Accedat opportunus, artem iuuit hic.*
*At ſi vigorem prætereat obſonij*
*Rurſus neceſſe vt cocta ſit calfacere,*
*Si haud coxeris, coxiſſe mox citò nimis*
*Neceſſe ſit, priuauit artem protinus*
*Iucunditate, ſed Sophiſtæ ego coquum*
*Aſſcribo, conſtitiſtis ignem accendite*
*Mihi, frequentes deuorant vulcani canes,*
*Leuiter ad æthera noſtri quod ſit ſimul*
*Ac finem vitæ adiunxit quædam*
*Solis neceſſitatis lex non cognita.*

Euphron, de quo paulo ante memini, viri iudices, (iudices enim vos nominare nõ dubito, quando iudicium veſtrum expecto) in actu fratribus, coquum quendam multæ erudi- D tionis & rudem cõmemorantem eos artifices inducit qui ante ipſum fuerunt, & quam quiſq; eorum peculiarem habebat virtutem, quibúſque abundaret, de nullo tamen mentionem fecit huiuſmodi, quales mihi ſæpius vobis paraſſe contingit. Sic igitur dicit.

## *De ſeptem ſapientibus rei coquinariæ.*

## CAP. VI.

*Cum diſcipuli multi mihi ſint ô Lyce*
*Quòd vſque quid noui eſt, ſapiens quòd ipſe ſum*
*Diſcede factus iam coquus e domo, decem*
*Nec menſibus totis iuuenis, ſed his magis.*
*Aſſauit vnus è rhodo piſces Agis*
*Rectéq; lixauit deis Nereus ſtatim*
*Congrum Chius niueum, vt phagrum Chariades.*
*Ius repperit ipſe Lamprias prior nigrum,*
*Farcimina Aphthonetus, ac lentem Euthynus.*
*Sine ſimbolis cogunt bonorum redditum*

Hi,

A *Hi, poſt eos primos, fuere tempore*
*Noſtro ſophi ſeptem periti poſteri.*
*Ego occupata cum viderem plurima,*
*Furari adinueni prior ſic, nemo me*
*Vt odio mox proſequatur propter hoc,*
*Sed excipiant omnes. videns à me ſimul*
*Hoc occupatum tu, tuum quod ſit proprium*
*Quid repperiſti. tenuį quinto die*
*Quòd nauigarant æquoris longam viam*
*Cani ſenes deis ferebant victimam*
*Hædum tenuem paruumq́; nulla elatio*
*Erat, vel ipſi carnium magiſtro, at hinc*
*Mactare cogens alteros hædos duos.*
*Tunc hepar horum ſæpius feſſum ſinens*
*Vnam manum latens deorſum ac in lacum*
*Renes iaciens audacter, atque plurimum*
*Faciens tumultum non habet renes fero,*
*Vertere cuncti mox deorſum lumina.*
*Mactatur alter inde, te cepiſſe cor*
*Vidi ipſemet ſimul ſecundi. perfide*
B *Quàm magnus es cognoſce, ſolus ipſe nam*
*Tu repperiſti artem lupi facillimè*
*Inteſtini obeliſcos die quæſitos,*
*Duos piſces crudos in ignem iaciens extinxiſti.*
*Atque ad dichordum irritaſti, noui illum actum*
*Hic autem eſt ludus.*

Nullus ſanè horum ſapientum ſecundorum, qui ſeptem ſapientes vocati ſunt, huiuſmodi quidpiam excogitauit de ſue, aut quomodo repletus ſit, ac altera illius pars aſſata, altera ſit elixa, ipſe verò non eſt iugulatus. Cum nos precaremur magnopere, ſummóque contenderemus ſtudio, vt hanc nobis ſcientiam patefaceret, non dicam inquit hoc anno, per eos qui mortui ſunt in Marathone, ac eos qui bello nauali in Salamine decertarunt. Quibus dictis viſum eſt omnibus ob huiuſmodi iuramentum hominem non eſſe cogendum; Aſt in aliud eorum, quæ lata erant manus iniicere oportere. Tunc ait Vlpianus, nullus per eos qui periclitati ſunt in Artemiſio rem aliquam guſtabit prius quàm, vbi iaceat afferre, dixerit. ego enim ſolus guſtus noui, cui ſubiunxit magnus Ariſtophanes in Præludio, cur non iuſ- παραχόρευμ.

ſiſti afferre pocula? Sophron communius vſus eſt in mulie- C
bribus, affer plenum ſcyphum. Plato in Laconibus, omnes afferat. Alexis in Pamphila, appoſuit menſam poſtea, afferens bonorum plauſtra. De guſtibus autem, quos tu inuitaſti tempus poſtulat vt dicas ô Vlpiane, guſtare enim habemus apud Eupolidem in Capris, hoc accipiens guſtato. Tum Vlpianus Ephippus ait in Scutato, intus aſinorum equorúmque ſtationes & guſtus vini. Antiphanes in Geminis, vinum guſtat, deambulat in Coronis.

γεύματα.

## *De ſue ſemielixo, & exceptionibus.*
## CAP. VII.

Cum hæc ita dicerentur, tunc ait coquus, dicam igitur & ego non antiquorum quidem opinionem, at inuentum meum, ne tibicen verberetur, ſcribit enim in Laconibus Eubulus & in Læda:

*Per Veſtam & hoc audiuimus quòd verbera*
*Permulta fert domi coquus ſi errauerit:*
*Noſtri ſolent etiam velut tibicines.*

Philyllius autẽ, vel qui Ciuitates fecit, ita ſcriptũ reliquit: D

*Si forte contigit iniuriam vt coquus*
*Faciat tibicini, cepiſſe plagas.*

Quod attinet ad ſemielixum, ſemiaſſatum, ac non iugulatum ſuem, percuſſus eſt ſus ſub humerum vulnere perexiguo, idq́; demonſtrauit. Poſtea cum multum ſanguinis defluxiſſet, omnia interiora cum ablatione, (quamuis exceptio etiam dicta ſit ô conuiuæ loquaces) vino ſæpius diligenter laui, ex pedibúſque ſuſpendi. Rurſus poſtea vino irrigaui, ac prædictas epulas cum multo pipere lixauiſſem, obturaui, multúmque ius bene conditum per os infudi. cum hæc ita perfecta eſſent, obtexi vt videtis dimidium ſuis multa farina hordeacea, quam oleo ac vino prius irrigaueram. poſtea impoſui in furnum ærea menſa ſuppoſita, lentóque igne ita aſſaui, vt neque combuſtum, neque crudum tamen exciperem. Cúmque pellis iam facta eſſet aridior, aliam partem iam elixam eſſe arbitratus, farinam deieci, ac vobis ita appoſui. Exceptionem ita Dionyſius comicus ô bone mi Vlpiane in actu Homonymis nominauit, vbi coquum quendam facit ad diſcipulos diſſerentem:

ἐξαίρεσις.

Nunc

A *Nunc ô Dromon, ſi quid venuſtum, ſi bonum,*
*Si reppeniſti induſtrium quid ex tuis,*
*Fac innoteſcat id magiſtro eia tuo.*
*Monſtres peto quid in arte tu profeceris.*
*In hoſtium te duco campos, vndique*
*Diſcurre fidens, ſi dedere numero*
*Carnes tibi, ferventq́; carnes effice*
*Ha bulliant multum, deinde vti fero*
*Harum numerum tu callidus confundito.*
*Si piſcis eſt pergrandis, ille ſit tuus.*
*Si quodpiam fruſtum latet, & hoc eſt tuum,*
*Donec ſumus intus, at foris ſit id meum.*
*Exceptiones, quæ & ſequuntur cætera,*
*Nullam repulſam continent, aut numerum.*
*Pericommatis ordinem & poſitionem refer*
*In craſtinum te & me hæc lætum faciunt.*
*Venditori ſpeliorum omnino da,*
*Aditum vt habeas ianuæ magis beneuolum.*
*Quid eſt opus dixiſſe plura conſcio?*
*Alumnus es meus, magiſter ſum tuus.*
B *Horum memento. ventites huc & ſimul.*

## *De antiquis coqui dictionibus.* CAP. VIII.

CVm coquum nos ob dictorum promptitudinem, artiſque ipſius ſedulitatem laudauiſſemus, bonus noſter conuiuij dominus Larenſius, & quantò melius eſt inquit vt talia diſcant coqui, quàm ea, quæ apud quendam ciuium noſtrorum coqui didicerant, hic enim opulentia deliciarúmque ſtudio inductus coquos Platonis dialogos diſcere coegerat, qui ollas ferentes ſimul dicebant, vnus, duo, tres, quartus autem vbi eſt ô amice Timæe, ex iis qui heri nobis aderant conuiuæ, nunc autem paraturi ſunt conuiuium? tunc reſpondebat alius, ægrotatio quædam hunc detinuit ô Socrates. Multáque hoc pacto dialogi illi percurrebant, ita vt qui adeſſent conuiuæ, triſtarentur, ac vir ille diuinus quotidie iniuria afficeretur, multíque viri boni iureiurando affirmarent, ſe non amplius ad illius conuiuia eſſe acceſſuros. Noſtri verò iſti hæc forte diſcentes non mediocri nos animi delectatione afficiunt.

Tum puer ob coquinariam artem laudatus, quid tale inquit C
aut dixerunt aut inuenerunt, qui fuerunt ante me coqui?
vel quid certè addiderunt? neque me idcirco extollo: Non
& Corœbus Eleus, qui primus in Olympicis certaminibus
fuit coronatus coquus erat, neque tamen tantum ob artem
ſuam intumeſcebat, quantum coquus qui eſt apud
Stratonem in Phœnicide, de quo ita dicit mercede conductus:

*Sphingem marem, ſed non coquum cepi in domum,*
*Nam per Iouem ſcio nihil quod dicat hic:*
*Quòd repperit noua verba: nanque cum prius*
*Ingreſſus eſt rogauit ille me intuens,*
*Ad prandium quot nam vocaſti meropes?*
*Ego meropes ad prandium? tu deſipis,*
μέροψ, homo. *Nunquid meropes tu me putas cognoſcere?*
*Nullus veniet. ô per Iouem quid hic putat*
*Ad prandium reſtat vocare meropes.*
*An non erit Conuiua quis? nullus quidem.*
*Conuiua vt arbitror, putaui nomina,*
*Erit Philinus, Moſchio, Niceratus,* D
*Et hic, & hic conſideranti nomina,*
*Conuiua nullus eſt repertus inter hæc.*
*Erit fero nullus, quid inquis? nemo erit?*
*Iratus eſt, iniuriam vt paſſus foret.*
*Inepta res ſi conuocaſti neminem*
*Nec ſacra fers terræ patrono? non ego.*
*Frontis bouem latæ, haud bouem macto miſer.*
*Quid, mala mactas ergo? non hæc per Iouem,*
*Horum nihil ipſe mala oues intelligo,*
*Nam mala ſunt oues nihil prorſus ſcio*
μέροψ, quis. *Horum, nihil voloq; demum diſcere.*
*Indoctus ipſe ſum, rudi ſermone dic.*
*An non Homerum dixiſſe ſcis, quòd licet*
*Vti quibus ſermonibus volunt coquis?*
*Ad nos ſed hoc quid attinet? dicas mihi:*
*Vt dixit ille: audito mox & cætera.*
*Homericè tu me putas occidere?*
*Dixiſſe ſueui ſic. loqui mecum hoc modo*
*Noli precor. ſed quatuor drachmis putas*
*Meum inſtitutum velle me relinquere?*

Molas

A *Molas fer huc, at hoc quid eſt?eſt hordeum?*
*Inſane quid deludis his ambagibus?*
*Compactum adeſt?num forte peluim poſtulas?*
*Dices apertè ſi vis hæc intelligi.*
*Inſanus es ſenex, ſalem dicit, feras:*
*Compactum id eſt. oſtende lympham nunc manum*
*Qua lauit inde verba dixit cætera*
*Huiuſmodi quæ nullus ante audiuerit*
*Per Terram. & incidas minutim, & duplici*
*Modo, deinde portiones, & veru.*
*Ita vt Philetæ cum libros aſſumpſerim*
*Spectare ſit neceſſe verba ſingula*
*Quantum valent. mutare ſi illi ſupplico*
*Verba, ac loqui humanè, nec illi per deos*
*Suadela perſuaderet, hoc ſciò optimè.*

Curioſum ſanè plurima ex parte eſt coquorum genus, hiſtoriarum & nominum. dicunt enim horum doctiſsimi genu Prope crus, & Aſiam Europámque circuiui. Ac aliquem increpantes non oportere dicunt æneum facere Peleum. Ego coquum quendam antiquum admiratus ſum ob artis experientiam, quam, fruens, introduxit. Inducit autem ipſum ſic
B Alexis in Lebete;

*Suillé ſuaueq;*
*Obſonium vt mihi videtur attigit*
*Iam ſuffocatum, poſtea vſſit, ſed nihil*
*Cures, medelam res capit facillimam.*
*Sumens acetum mox ſuem in peluim iace,*
*Mittasq; frigidum, calidam ollam poſtea*
*Ponas aceto, ignita cum ſit protinus*
*Hæc humidum mox trahet fermentaq;*
*Sumens velut pumex capiet hinc tranſitus*
*Laxos, per illos humidumq; excipiet.*
*Carnes erunt ſiccæ minus, ſed roſcidæ*
*Satisq; ſuccoſæ ô Apollo Glaucia*
*Hæc quam geram velut peritus medicus.*
*Ipſas puer ferens deinde apponito.*
*Sed frigefactæ ſint vbi pones eas.*
*Quando vapor non ſic quidem ad nares ſalit*
*Aequorum edens multorum meliorum vt videris.*
*Orator es certe, aut coquus, qui dicis hæc.*

*Non dicis, artem vituperas.* C

Sed Satis dictam ſit de coquis viri conuiuæ, ne quiſpiam ipſorum ſuperbiens hæc dicat ex difficili Menandro:

*Impune nullus aufugit coquo grauis.*

*Diuina noſtra per deos ars extat hæc.*

Ego enim vobis, ſecundum ſuauiſsimum Diphilum, in medium appono magnum agnum infixum, conditum Porcellos verſatiles, nodis vinctos totos. Ligneum affero anſerem cum inflatione.

## *De anſeribus ſaginatis, dimidio capitis, creocaccabo, & teſticulis.*

### CAP. IX.

CVm hæc, multiq; anſeres egregiè parati circunferrentur, dixit quidam, anſeres ſaginati. Tunc ait Vlpianus, anſer ſaginatus apud quem eſt? ad quem Plutarchus; Theopompus Chius in rebus Græcis, & rerum Philippicarum libro tertiodecimo Ageſilao inquit Laconico in Aegyptum proficiſcenti, anſeres vitulóſque ſaginatos Aegypti miſerunt. Epigenes Comicus in Bacchis, ſed ſi quis velut anſerem ſaginatum accipiens mihi nutriit. Archeſtratus D in celebri poëmate, ſicut anſeris vnius ſaginati parare hunc vitellum aſſatum ſimpliciter. Sed æquum videtur ô Vlpiane, qui omnia de omnibus diligenter percunctaris, vt nobis quoque tu declares, vbi apud antiquos magnifica anſerum hepata, vt memoria digna eſſent, ſunt conſecuta. quod enim anſerum paſtores nouerint, teſtatur Cratinus in Dionyſalexandro; anſerum paſtores. Homerus & maſculinè & fœmininè dixit. Aquila harpam anſerem ferens.

*Hæc fuerat nutrita domi, quam hic abſtulit, anſer.*

Et poſtea anſeres mei domi viginti pabula carpunt ex aqua. Anſerinorum hepatum, quæ magno Romæ ſunt in precio, mentio fit hoc pacto ab Eupolide in Venditoribus coronarum, habes niſi hepar anſeris, vel ſpiritum. Aderant & multa ſemicapita porcellorum, de quibus meminit Crobylus in Pſeudypobo limæo, intrauit ſemicaput tepidum porcelli, cuius per Iouem reliqui ego nihil. Illatus eſt poſtea creococcabus dictus, quæ carnes erant cum ſanguine, & adipe in dulci iure cōcilię, ſic enim eas Achiuos vocare

A vocare ſolitos Ariſtophanes teſtatur, ait Myrtilus. Anticlides lib. ſeptuageſimo octauo redditũ, cum Erythreos aggreſſuri eſſent Chij inter cœnandum ex inſidiis, quidámq; rem quæ futura erat prius cognouiſſet, inquit:

*Cepit Erythraos ô Chij iniuria multa,*
*Cedite cœnantes carnem ſuis, haud feret horâ*
*Expectare bouem.*

De ebullitis carnibus meminit Ariſtomenes in præſtigiatoribus. Sic & teſticulos comedi, quos renes vocant. Philippides in Renouatione Gnathænam amicam guloſam patefaciens ita ſcribit:

*Acceſſit inde plurimos renes ferens,*
*Tunc deſtruebatur ſed iſtis fœmina.*
*Homicida tunc ridens Gnathæna quàm boni*
*Renes ait ſunt hi, per amicam Cererem.*
*Captos duos tum deglutiuit, quilibet*
*Noſtrum ſupinus vt caderet protinus præ riſu.*

Cum dixiſſet quidam res eſſe ſuauiſſimas, & gallum cum oxylipato, omnes increpans Vlpianus ſolus decumbens, parum comedens, ac alios dicentes obſeruans, ait, quid eſt B autem oxyli parum, niſi vos cottana & putamen, legitima patriæ meæ edulia nominaturi eſtis? Timocles ait Comicus, de oxylipato ſic mentionẽ fecit in Digito; muſtelos, & raias, & quæcunq; genera in oxyliparo trimmate parantur. Acroliparos Alexis in Agricola ſic viros quoſdam nominauit, acrolipari, reliquum corpus ſubligneum.

## *De oxalme, obſoniolóq; dictionibus.*

## CAP. X.

CVm magnus piſcis in oxalme appoſitus fuiſſet, dixiſſetque quidam ſuauiſsimum eſſe obſoniolum, omne quod in oxalme poſitum fuiſſet, contrahens cilia, ſpinas colligens Vlpianus, vbi iacet inquit oxalme? nam obſoniolum apud nullum quidem viuentium omnium noui. At multi eum dudum tacere iubentes cœnarunt, tunc ea cynulcus exclamauit quæ ſunt in Auris Metagenis, ſed cœnemus ô bone, poſtea de quibuſcunque volueris me interrogato, nunc enim fame correptus grauiter, omnium

ferè rerum ſum immemor. Tunc Mytilus reſpondens illi ne quidquam aſſumat, ſed ſemper nugetur, ait oxalmen Cratinus his verbis dixit in Vlyſsibus; C

*Pro quibus accipiens ſocios vos protinus omnes*
*Iucundos torrens, lixans, carbone coquens &*
*Hinc ſuper, ac aſſans, tingens ſalſugine. ſiue*
*Oxalme, aut acrementum tepidum, mihi coctus*
*Maximè erit viſus quiſquis prius omnium ego ipſum*
*Hunc ediſſe volo.*

Ariſtophanes in Veſpis, flens in oxalmen iniice calidum. Obſoniolum viuentes dixiſſe inuenimus. Plato præterea in Piſandro veſcens, vt accidit ipſe quondam obſoniolo es defatigatus, ſed eſt hoc nunc tibi, At ipſe nuper cum locuſta veſcerer. Pherecrates in transfugis, obſoniolum nobis quis hoc appoſuit? Philemon in Theſauro, verum minus fit fallere, aut obſoniola bona habere. Menander in Carthaginenſe, optauerim quauis Boreæ haud obſoniolum vllum repertum aptum, coquam lentem, & Epheſio in Prandio capiens obſoniolum, poſtea ex piſcatoribus quidam affert, quatuor drachmis vendebat gobios. Anaxilas in Hyacintho lenas paſcente, ego per quos obſoniolum vobis emam? tum poſt pauca, para puer obſoniolum nobis. at illud Ariſtophanis in Anagyro, niſi ſolamen obſoniis vndiq;, pro obſoniolis intelligimus. Alexis in prouocante de coquo verba faciens ait: D

*Calidioribus gaudes ſemper*
*Obſoniolis, vel medium vel inferius,*
*Inferius ais here, quî, heus*
*Homo neſcis viuere frigida tibi*
*Omnia apponam? nequaquam. an bullientia?*
*Apollo. nonne medium erit profectò?*
*Hoc nullus alter artis efficit meæ.*
*Non vt puto, nec alterum quæ tu facis.*
*Ego feram quos tu vocas ad prandium*
*Commiſtionis ipſe tempus præbui,*
*Tu per Deos hædum cecidiſti in ſacris,*
*Ne percute, ſed pueri carnes adferte,*
*Pueri culina eſt, eſt & caminum habere.*
*Quippe non patet mihi, ſed habet caminum.*
*Habere malè qui fumigans perdit me ſic.*

Hæc

A Hæc ex nobis viuentibus ô ventri dedite Vlpiane commoraui, tu enim mecum velut videris nihil animatum comedis iuxta Alexim, qui ita ſcripſit in Attide:

*Quiſquis prior dixit Sophiſta, nemo quòd*
*Viuentibus veſci ſolet, prudens erat.*
*Et ipſe nunc acceßi emens viuum nihil,*
*Piſces coëmi mortuos quandoquidem.*
*Agniq; carnes pinguis haud viui ſimul,*
*Cum non valerem præter ea quid alterum.*
*Cepi deinde hepar, quis hæc aut viuere*
*Affirmet? aut vocem ferat quis edere?*
*Feciſſe me fatebor æquum nil, ſimul*
*Tranſiſſe leges.*

## *De phaſianis.* CAP. XI.

HIs ita dictis finito iam nos cœnare, ecce enim donec tecum ego diſſero, quòd phaſiani garrulitatē noſtram minus opportunam ſpernentes, præternauigarunt. Sed ſi mihi dixeris ait Vlpianus ô magiſter Myrtile, vnde tibi ventri deditus, ac ſi ex antiquis quiſpiam phaſianorum B auium mentionem fecit, ego enim mane nõ in Helleſpontum nauigaui, ſed in forum profectus phaſianum emam, quem tecum comedam. Poſt hoc pactum inquit Myrtilus ego dicam, de vẽtri dedito meminit Amphis ita in inſania mulierum, verſute, guloſe; non eſt quî nõ ſis ventri deditus. de phaſiana aue ſic ſuauiſsimus Ariſtophanes meminit in Actu auibus inſcripto: ſunt enim duo ſenes Attici, qui præ ocio ciuitatem perquirunt, in qua ocioſè habitent, quibus vita placet cum auibus. Accedunt igitur ad aues. ac vna ex auibus eis repente aduolante, & alia dicunt complura ob agreſtis cuiuſdam aſpectus timorem ſe viciſsim ſolantes, & hæc; quæ ſit auis non dices? ego cum purgaro ventrem, phaſianus. Et in Nebulis, de auibus ego intelligo, non autem de equo vt multi ſolent, phaſianas quas educat Leogoras. Et equos nutrit aues phaſianos. Carpitur autem Leogoras à Platone velut guloſus in valde dolente. Mneſimachus in Philippo, (eſt autem & hic vnus ex poëtis mediæ comœdiæ,) dictum inquit, rarius eſt quàm lac auis, aut phaſianus bene depilatus. Theophraſtus Ereſius, qui diſcipulus fuit Ariſtotelis, mentionem eorum faciens libro

ἰλβωγά- γως

tertio Animalium,ita ſcripſit; eſt autem differentia inter aues huiuſmodi, aliæ breues ſunt,ac non volant,ſicut attagena, perdix, gallina, phaſianus, quæ ſtatim incedunt, ac denſæ ſunt. Ariſtoteles Hiſtoriarum animalium libro nono ita ſcriptum reliquit, mos auium eſt vt aliæ ſeſe in puluere volutent, aliæ ſe lauent,aliæ nec puluere,neq; balneo vtantur. Sunt pulueratrices quæ non altiuolæ, ſed terræ propinquæ,vt gallina,perdix,attagena,phaſianus.meminit & Speuſippus ſimilium ſecundo, Phaſianum iſti vocarunt ipſum,at non etiam phaſianicum. Agatharchides Cnidius libro trigeſimo quarto rerum Europicarum,vbi de Phaſide fluuio loquitur, hæc etiam addidit, auium phaſianorum dictarum copia deliciarum gratia, vt in os imponatur, accurrit. Callixenus Rhodius libro quarto de Alexandria, pompam in Alexandria ductam deſcribens à rege Ptolemæo vocato Philadelpho, velut admirandum quidpiam ita de his auibus ſcribit, portabantur in vaſculis præterea, pſittaci, pauones,meleagrides,phaſiani,auéſq; Aethiopicæ multitudine complures. Artemidorus Ariſtophanius in Linguis coquinariis inſcriptis, Pamphilúſque Alexandrinus in libris de nominibus & linguis, Epenætum inducit D in re coquinaria dicentem quod Phaſianus auis Tatyras dicitur. At Ptolemæus Euergetes libro commentariorum ſecundo phaſianum auem Quartanum aſſerit nominari. Tot habui quæ de phaſianis auibus dicerem, quos ego propter te,velut febri laborantes,circunferri tantum vidi. Tu verò ſicut pactus es niſi cras quod promiſiſti, perſolueris,non te publicè fraudis accuſabo, ſed ad Phaſim te habitaturum dimittam, ſicut Polemon expoſitor Iſtrum ſcriptorem Callimachum ad fluuium Ponti eiuſdem nominis miſit.

## *De attagena, Porphyrione, & Porphyride.*

## CAP. XII.

MEminit de attagena Ariſtophanes in Ciconiis, attagas ſuauiſsima in Epiniciis caro coquitur. Alexander Myndius paulò maiorem perdice hanc auem eſſe affirmat,atque totum habere dorſum colore fictilium vel rubicun·do potius pictum. Capitur à venatoribus ob grauitatem corporis alarúmque breuitatem. Eſt autem puluerator,

A tor, fœcundus, ſeminilegus. Socrates in libro de Terminis ac locis, tum de igne & lapidibus, ex Lydia inquit attagenes tranſlati in Aegyptum, ac poſtea dimiſsi, intra ianuam vſque acceſſerunt, donec vocem cothurnicis alicuius admittant. Sed cum fluuius poſtea concauus fluxiſſet, faméſque inuaſiſſet, multi per regionem moriebantur, non defecerunt, manifeſte pueris adultis ad hoc vſq; tempus dicentibus: ter perditis mala. Sin autem capiantur, non ſolum non fiunt cicures, ſed neque vocem emittunt, at ſi rurſus dimittantur, fiunt vocales. Sic de his meminit Hipponax, neque attagenáſque tu & lepores comedens, Ariſtophanes cum in Auibus, tum in Acharnenſibus velut abundantibus in Megarica. Attici cum circunflexo accentu in vltima præter veram rationem proferunt, ſiquidem nomina in as, deſinentia ſuper diſſyllaba productam habent vltimam, cum vero habent a, in penultima ſunt grauitona ſicut adamas, indefeſſus, dicendum eſt & attagæ, non autem attagenes. Quod de Porphyrione etiam mentio fiat ab Ariſtophane, patet. Polemon libro quinto eorum, quæ ad Antigonum ac Adæum ſcripſit, Porphy- ἀτ]αγᾶς.

B rionem ait auem domi educatum mulieres, quæ ſunt ſub viri imperio diligenter obſeruare, eiuſmodique habere ſenſum adulterium admittentis, vt quando hoc cognouerit domino ſignificet, ſibíque vitam ſuffocatione finiat. Neque prius cibum ſumere ſolet, quàm locum aliquem ſibi idoneum deambulans inuenerit, in quo ſe puluere abluens, poſtea cibum ſumit. Ariſtoteles ſciſsipedem eſſe ipſum ſcribit, colorémque habere cæruleum, & crura longa, roſtrúmque purpureum quod ex capite incipiat quantum & gallus, quare intra pedes capientium paruas micas panis cumulat, ac mordicus bibit. Hic cum quinque habeat digitos, medium habet maximum. Alexander Myndius libro ſecundo Hiſtoriæ volatilium Libycam auem eſſe inquit, Libycíſque Deis conſecratam. Callimachus in libro de Auibus porphyridem differre inquit à Porphyrione, cum vtrunque ſeorſum nominârit. Nutrimentum capere aſſerit in tenebris, ne quis eum videat, odio enim proſequitur eos, qui acceſſerint donec comedit. De Porphyride meminit Ariſtophanes in Auibus. Ac Ibicus aues quaſdam his verbis vocat lathporphyras.

Huius

Huius in ſummis foliis flauis, variæ, delicatæ, varium C
collum habentes Porphyrides, & Alcedines alis extenſis.
At alibi, ſemper me ô amice non alis extenſis velut &
Porphyris.

## *De perdicibus.*

## CAPVT XIII.

DE perdicibus multi meminerunt ſicut etiam Ariſtophanes. Ac nominis ipſius quidam mediam ſyllabam producunt, vt Archilochus, formidantem velut perdicem, ſic Cothurnicem ac Chænicem. Frequenter namque producta apud Atticos inuenitur, ſic Sophocles in Camicis cum aue venit eiuſdem nominis perdice, in inclytis Athenarum pagis. Pherecrates ſiue qui Chironem fecit, venit libens huc more perdicis. Phrynichus in Tragœdis, Cleombrotique & perdicis filium. At animal in laſciuia allegoricè capitur. Nicophon in ex manuum opera viuentibus, hepſitos illos & perdices. Epicharmus in Laſciuis, breui ſepias ferens exiſtentes ac volantes perdices. Hæc ſcripſit Ariſtoteles de hoc animali, perdix terreſtris eſt, pedémque habet D
ſciſſum, annos quindecim viuit, at fœmina etiam plures: Fœminæ ſiquidem inter omnes aues diutius viuere conſueuerunt: Ouis incubat ac nutrit ſicut gallinæ. Vbi verò ſe perquiri à venatoribus intelligit, longe prouoluitur à nido velut ad venatoris pedes accurſura, vt is ſpecie capiẽdi eam concipiat, qua arte eum morando decipit, donec pulli auolauerint, tunc ipſa etiam auolat. Eſt autem auis hæc malitioſa, & aſtuta, ac maximè falax: quare efficitur ſæpius vt mas oua fœminæ frangat, vt rei Venereæ indulgere poſſit. Ex quo fit vt cum fœmina cognoſcat clanculum diffugiens pariat. hæc eadem narrat Callimachus etiam in libro de Auibus. Pugnam inter ſe vidui conferunt ij, qui dicuntur cœlibes, ei verò qui victus fuerit victoris Venerem perpeti neceſſe eſt. ſcribit etiam Ariſtoteles quòd omnes viciſſim victum ſubigunt, ac domeſtici agreſtes: quando quis à ſecundo fuerit victus hic clàm ſubigitur à victore: quod fit per quoddã anni tempus, ſicut teſtatur Alexander Myndius. Humi nidulantur mares ac fœminæ intra terram ſinguli

*χοῖνιξ ſextariũ ſignificat.*

A guli domicilium eligentes. Perdicem venatorem ſylueſtrium dux primus inuadit, pugnámque obuiam conſerit, qui ſi captiuus fuerit, alter pugnaturus accedit. Verum vbi mas ſit qui venatur hoc faciunt. Sed ſi fœmina ſit quæ ceciner it, vbi dux ad eius canentis vocem occurrerit, cæteræ vniuerſæ eum inuadunt, ac feriunt, fugántque ab ea fœmina; inuidentes quòd non ad ſe, ſed ad illam acceſſerit. Ex quo efficitur vt tacitus ſæpius accedat, ne ſi quiſpiam audiuerit ei pugnare neceſſe ſit. Accidit etiam aliquando vt fœmina mari accedenti ſilentium imperet, ac nonnunquam ex incubatione compungit, vbi marem venatricem venientem nouerit, eúmque patiatur, vt à venatrice diſtrahat. Vſqueadeo tum perdices, tum etiam Cothurnices copia libidinis gaudent, vt in aucupantes corruant, & ſæpenumero eorum capitibus inſideant. Illud præterea addunt, quòd vbi fœminæ in venationem latæ fuerint, ſi mares vel viderint, vel vento ſecundo odorauerint, aut volantes ſe prope ſenſerint, grauidæ fiunt continuò. Nec deſunt qui etiam tum parere affirment. Volant cum mares perdicum tum fœminæ hiantes tempore coitus, ac linguam exerentes. Clear-
B chus in libro de Terrore, paſſeres inquit, perdices, galli, & Cothurnices ſemen emittunt, non ſolum ſi viderint fœminas, ſed ſi earum vocem tantum audiuerint: cuius rei cauſa eſt coitus phantaſia, quæ in animo naſcitur. Manifeſtius autem quæ ſit harum auium libido cognoſcitur, ſi illis è regione ſpeculum apposueris, namq; ob ſimulachrum illuc accedentes capiuntur, ſeménque emittunt, præter gallos; iſti enim ob ſimulachra in pugnam ſolum cōcitantur. Hæc ita ſcripta ſunt à Clearcho. Perdices Caccabæ vocantur à quibuſdam, vt ab Alcmane qui ita ſcripſit; induxit cantum Alcman, noménq; formatum caccabidum componens inuenit. Manifeſtè patefaciens quòd canere ex perdicibus didicit. Idcirco Ponticus Chameleon muſicam ab antiquis excogitatam eſſe ſcribit ab auibus, quæ in ſolitudinibus canere conſueuerunt, ad quarū imitationem muſices conſtitutionem ſumpſerunt. At non omnes ait perdices caccabant. Theophraſtus in eiuſdem generis aliam vocem emittentibus, Atticæ inquit perdices ad Corydalum vſque ciuitatem verſus caccabare ſolent, at vlterius garrire. Baſilis libro ſecundo rerum Indicarum, exigui inquit homines, qui

qui cum gruibus decertāt, perdicibus pro vehiculo vti conſueuerunt. Menecles libro primo Congregationis cum perdicibus ait ac gruibus pugnant Pygmæi. At aliud perdicum genus eſt in Italia, ad volandum debile, habitúque minus: quod neque roſtrum habet rubrum. Perdices quæ ſunt circa Cirrham carnem habent non aptam eſui, propter pabulum. Quæ ſunt in Bœotia in agrum Atheniēſem non perueniunt; at ſi qua perueniat ex voce cognoſcitur, veluti antea dicebamus. Perdices quæ naſcuntur in Paphlagonia duo habent corda, vt aſſerit Theophraſtus. Quæ ſunt in Sciatho inſula cochleis veſcuntur. Pariunt oua interdum quindecim, interdum ſexdecim, voláantque parum vt teſtatur Xenophon his verbis libro primo Aſcenſus, otides ſi quis citò ſe attollere cogat, facile capiuntur, quoniam parum volant, ſicut etiam perdices quoniam citò defatigantur, quarum caro eſt ſuauis. C

## *De otidibus, & aſionibus.*

## CAP. XIIII.

D

VEra dixiſſe de Otidibus Xenophontem affirmauit Plutarchus, ac multa huiuſmodi animalia in Alexandriam ferri dicebat ex finitima Libyæ regione, quarum aucupiū eſt huiuſmodi, cum maximè imitari ſtudeat otus quodcunque hominem facere viderit, ea facit omnia quæ vidit venatores faciētes, iſti verò è regione coram illo ſtantes oculos pharmaco ſibi vngunt, aliáque pharmaca tenacia parant oculorum ac ciliorum, quæ non longe ab ipſo in exiguis vaſculis deponunt. Cum aſpexerit igitur otus hos ſe vngentes pharmacum ex peluibus & ipſe capit hoc ipſum faciens, quare cito capitur. de hoc ipſo ſcribit Ariſtoteles, quod locum mutat, pedémque habet fiſſum, & habet tres digitos. Magnitudinis eſt galli magni, colorémque habet cothurnicis, caput oblongum, roſtrum acutum, collum tenue, magnos oculos, linguámque oſſeam, ac ingluuiem habet. Alexander Myndius appellari etiam Lagodiam affirmat. Dicunt ipſum etiam ruminare, equóq; gaudere, quare ſi quis equi pellem ſibi circum imponat quotquot voluerit accipiet, quoniam plurimi accedunt.

Alibi

A Alibi verò ſcribit Ariſtoteles quòd noctuæ otus eſt perſimilis, quamuis non ſit nocturnus, habétque pinnulas circum aures prominentes, vnde nomen accepit oti. magnitudinis eſt columbæ, hominúmque imitator, nam cum ſaltantibus venatoribus & ipſe tripudians capitur. formam habet homini ſimilem, omniúmque rerum, quas homo facit, eſt imitator. Vnde effectum eſt vt qui facile decipiuntur Comici ex re ipſa, otos vocauerint. In eorum aucupio maximè idoneus tripudiat in horum conſpectu, tunc hæc animalia ſaltantem aſpicientia neruos diſtrahunt, atque alius ſtans à tergo laténſque illos, ob voluptatem eos capit donec imitantur. Hoc ipſum facere aſiones etiam dicuntur, nam & hos inter ſaltandum fama eſt capi conſueuiſſe. Meminit de ipſis Homerus, ac genus quoddam ſaltationis Aſio ab ipſis dictum fuit, quod à varietate motus, qui fit huius animalis, nomen aſſumpſit. Amant etiam ſimilitudinem aſiones; A quibus cauillari nos dicimus aſsimilare, ac collineare eos, in quos cauillantur, propterea quod eorum propoſitum ſectentur. Omnia animalia quæ latam habent linguam, formata ſunt ad vocem emittendam, ſonóſque &
B hominum & aliarum auium facile imitantur, vt pſittacus, & pica. Aſio verò ficut Alexander Myndius teſtatur, minor eſt noctua, ac inter plumbeum colorem maculas habet ſubalbas, binâſque pinnulas apud vtrunque tempus erigit ex ciliis. Callimachus duo aſionum genera eſſe ſcribit, ex quibus vnum loquitur, alterum verò nequaquam, ex quo alij aſiones ex his, alij Semperaſiones dicuntur, ſunt autem glauci. Alexander Myndius ſcriptum eſſe apud Homerum ait aſiones ſine s. ac Ariſtotelem ſic eos nominaſſe, ſempérque cerni, & non comedi: eos autem qui Autumno vno aut altero die cernuntur, eſui eſſe aptos. Differunt cum celeritate, tum quòd turturi & palumbo ſint ſimiles à Semperaſionibus. Speuſippus libro ſecundo Similium ſine s. ipſos aſiones nominauit. Epicharmus, aſiones, vpupas, noctuas. Metrodorus in libro Conſuetudinis, ſimul tripudiantes aſiones capi ſolitos affirmat.

ἀείσκωπες
σκῶπες.
κῶπες.

De

*De gallis gallinaceis, paſſeribus, & coturnicibus.* C

## CAPVT XV.

SEd quoniam de perdicibus loquebamur, quòd maximè ad rem Veneream ſint procliues, huic hiſtoriæ illud etiam addamus, quòd gallus etiam auis eſt in Venerem maximè prona. Scribit igitur Ariſtoteles quòd ex muneralibus gallinaceis in templis depoſitis omnes reliqui eum ſubigunt, qui nuper acceſſerit, donec alter afferatur; at ſi nullus ſit poſtea depoſitus decertant inter ſe, victórque victum ſemper ſubigere ſolet. Narratur id etiam, quòd vbi quiſpiam gallinaceus hoſtium ingreditur criſtam inclinat, quódque alteri de coitu ſine certamine non cedit. Agreſtes ſcribit Theophraſtus ſalaciores eſſe domeſticis, ac mares ſubitò poſtquam expergefacti ſunt velle coire, at fœminas die magis luceſcente. Salaces ſunt etiam paſſeres, quare ſolitus eſt dicere Terpſicles paſſeres comedentes in Venerem eſſe magis pronos. Idcirco Sapho ex eorum natura Veneris ait currum trahi à paſſeribus, quoniã ſalax eſt fœcundúmq; animal. Paſſer oua ad numerum octonarium edit, vt authoreſt Ariſtoteles. At Alexander Myndius duo eſſe inquit D paſſerum genera, hoc manſuetum, illud agreſte, quorum fœminæ ſunt debiliores cum in aliis, tum quod roſtrum habent colore magis corneo, aſpectúmque habent neque valde album, neque rurſus nigrum. Scribit Ariſtoteles mares non cerni per hyemem, fœmináſque permanere, quæ res fidem ex colore aſſequitur, mutantur enim velut merulæ & phalarides, quæ pro temporibus dealbatur. Paſſeres Deritæ vocantur ab Eleis, vt teſtatur libro tertio Linguarum Nicander Colophonius. At de Cothurnice, quæritur in nominibus in vniuerſum in *υξ* deſinentibus, cur conſonante ipſa formali vltimæ ſyllabæ non vtantur in genitiuo, dico autem vt vnguis. cothurnix. At maſculina nomina ſimplicia diſſyllaba cum *ξ*. apud ypſilon adiacuerit, ſi verò habeat aliqua immutabiliũ vocalium extremã ſyllabam, vel per quas prima grauitonorum coniugatio dicitur per cappa, declinatur in genitiuo, præconis, galeæ, Erycis, bebrycis. quæcunq; hunc characterem non habẽt per gamma proferũtur vt cothurnicis, cuculi, orygis. At monſtro ſimile eſt vnguis. Verum vt generaliter loquar, genitiuus ſingularis

A laris eadem conſonante vtitur formali extremæ ſyllabæ cum recto plurali, ac ſine conſonante ſimiliter dicitur. Cothurnix ait Ariſtoteles & locum mutat, & pedes habet ſciſſos nec nidum facit, ſed arenam eligit, quam fruticibus ob accipitres operit, in qua poſtea ouis incubat. Alexander Myndius libro Animalium ſecundo, fœmina inquit cothurnix collum habet ſubtilius quàm mas, neque nigrum habet quod eſt ſub mento. Si verò incidatur, non magnam cernitur habere ingluuiem, at cor habere magnum, idque aſperum. Habet hepar & bilem coniunctam in inteſtinis, ſplenénque exiguum quæque non facile dignoſcatur: teſtes autem velut gallinacei ſub hepate. De earum generatione Phanodemus libro ſecundo Atthidis ſcribit, vt Euryſichthon Delum inſulam vidit, quæ ab Achiuis Ortygia nominatur, quoniam horum animalium greges ex pelago delati in ipſam inſulam volant, quia commodum his præbet portum. Eudoxus Cnidius libro primo ambitus terræ Phœnices Herculi Cothurnices ſacrificare inquit, propterea quòd cum Hercules Iouis & Aſteriæ filius in Libyam proficiſceretur, ac à Typhone interemptus fuiſſet,
B Iolaus illi cothurnicem attulit ac odore refecit, quo ſubitò reuixit. Oblectabatur ait etiam cum circum vagaretur hoc animal. Eupolis diminutiuè dixit in Vrbibus, cothurniculáſque vocauit hunc in modum, Cothurnices nutriens tu quaſdam olim, ego paruas Cothurniculas, & poſtea quid? Antiphanes in Agricola ſic Cothurniculam dixit, ſic tu quid facere potes cum animum habeas Cothurniculæ? Pratinas ſuauem vocem habentem propriè Cothurnicem vocat in Dymadis Caritidibus, niſi apud Phliaſios ac Lacones vocales ſint, vt perdices. Ac Sialis hinc à voce nominata eſt ait Didymus, nam plurimæ ferè aues ex voce nomen ſumpſerunt. Ortygomater vocata, cuius mentio fit à Crate dicente in Chironibus, Ithacenſis Ortygomater. De ipſa narrat Alexander Myndius quòd magnitudinem habet quantam turtur, crura longa, ſerò parit, éſtque timida. De Cothurnicum venatione particulatim ſcribit Clearchus Solenſis in libro dictorum Mathematicè, in Platonis Republ. inſcripto. Cothurnicibus ſub tempus coitus ſi quis laqueum ac ſpeculum è regione poſuerit, ad id, quod in ſpeculo apparet accurrentes in la-

queum incidunt. De vocatis monedulis etiam his verbis C eadem ſcribit, monedulis etiam ob naturalem ingentem amorem, etſi tantum aſtutia excellunt, ſi poculum oleo plenum apponatur, quum illius labro aſtiterunt, ac in apparentem deſpexerunt, poculum percutiunt: quare laquei in poculo inuenti, & alarum poſtea conglutinatio, cauſa captiuitatis efficiuntur. Mediam nominis ſyllabam Attici producere conſueuerunt, vt coclear, & præconem, vt ait Demetrius Ixion in Alexandrinorum lingua. Ariſtophanes in Pace ob metri neceſsitatem correptè dixit, coturnices domi genitæ. De Chenniis vocatis, quæ auiculæ ſunt ex cothurnicum genere, meminit Cleomenes in Epiſtola ad Alexandrum ita ſcribens, Athleridum in ſalſamento decem millia, tyladum quinque millia, chenniorum in ſalſamento decem millia. Hipparchus in Iliade Aegyptia, nec mihi vita placet Aegyptia, qualem habent chennia vellicantes.

## *De cygnis, palumbis, & columbis.*
## CAPVT XVI.

NEc cygni ſanè conuiuio noſtro defuerunt, de quibus D ita ſcribit Ariſtoteles; cygnus eſt fœcundus, & pugnax, nam mutuo interficiuntur pugnantes. Pugnat cum aquila etiam, nec ipſe tamen pugnam incipit: ſunt præterea canori, & eo maximè tempore quo ſunt morituri. Mare canentes pertranſeunt, palmipedéſque ſunt, & herbis veſcuntur. Menander Myndius cum multos ſecutus eſſet qui morituri eſſent, eos ſe non audiſſe canere dicebat. Alexandrinus Hegeſianax, qui Troica Cephalionis inſcripta compoſuit, eum cygnum qui cum Achille ſingulari certamine pugnauit, ab aue eiuſdem nominis nutritum fuiſſe ſcribit in Leucophrye. Bœus in Ornithogonia vel Bœo, vt inquit Philochorus, à Marte cygnum ait curatum fuiſſe, vt eſſet fœcundus ac ad fluuium Sibarim latum cum grue coiuiſſe. Scribit præterea herbam quandam quæ Lygæa dicitur, ipſum in nidum ponere. De grue etiam ſcribit Bœus, quod mulier quædam inſignis erat apud Pygmæos, quæ à ſuis ciuibus velut Dea in honore habebatur, ac ipſa veras deas nullius precij, abiectáſque arbitr

A arbitrabatur, Iunonémque in primis & Dianam: id grauiter ferens Iuno eam in auem deformem tranſmutauit, iuſsítque hoſtem eſſe ac pugnare cum Pygmæis, qui illam venerabantur: Narrat etiam ex ipſa & Nicodamante natam eſſe teſtudinem terreſtrem: is enim qui hos verſus fecit, omnes denique aues ex hominibus primum factas eſſe declarauit. Columbarum vnum eſt genus, at ſpecies quinque, columba, vinago, phaps, palumbes, turtur. In libro quinto Partium Animalium phabem non nominat, quamuis Aeſchylus ita de aue meminerit in Proteo, paſtam infelicem miſeram phabem, media latera conſpueres implicitam. Et in Philoctete genitiuum dixit declinationem phabum. Vinago ait Ariſtoteles maior eſt quàm columba, phabéque minor, at palumbes magnitudine galli, colore cinereo. Turtur omnibus eſt minor, colorémque habet cinereum, ac per æſtatem conſpicitur, hyeme verò latet. Phaps & columba ſemper apparent, Vinago per Autumnum tantum. longioris vitæ inter has palumbes eſſe dicitur, nam & triginta annos viuit, & quadraginta. Neque mares fœminas vſque ad mortem deſerunt, neque fœminæ

B rurſus mares, ſed vbi viduus relinquitur alter viuit abſque alterius coniugio. Hoc idem corui, monedulæ, & cornices faciunt. Omne columbaceorum genus alternatim ouis incubat, ac mas natis pullis inſpuit ne faſcinentur. Parit duo oua, quorum primum marem, alterum fœminam producit. Pariunt quauis anni parte, quare accidit vt decies quotannis aut vndecies pariant. At in Aegypto pariunt duodecies, nam vbi peperit, die ſequenti in vterum capit. Scribit in eodem libro Ariſtoteles quod diuerſum liuia genus eſt & columba, quippe quæ minor quàm columba ſit, & minus patitur manſueſcere: linet etiam plumis, & pene nigricat, pedibus rubris, ſcabroſiſque eſt, quas ob res nullus id genus cellare alit. Peculiare id eſt quod de columba dicit, quòd oſculantur ipſas cum aſcenſuri ſunt, aliter fœminæ non tolerant. Senior inquit etiam non oſculatus aſcendit, at iuniores ſemper hoc facere coguntur, prius quàm coëant. Fœminæ præterea ſe inuicem oſculantes aſcendunt vbi maris facultas defuerit, nihílque cum altera mittat in alteram oua edunt, ex quibus pullus poſtea non naſcitur. Dorici liuiam pro columba po-

ſuerunt,vt Sophron in Muliebribus. Callimachus in libro C
de Auibus vt differentes poſuit palumbem, ignariam columbam, turturem. Alexander Myndius palumbem ait non bibere,velut turturem aquam percutientem, per hyemémque ſilere,niſi fuerit tranquillitas. Illud fertur etiam, quòd ſi vinago ixiæ herbæ ſemen comederit, ſuper quacunque arbore ventrem exonerauerit, ixia naſcitur. Columbas flauas in India naſci teſtatur Demachus in rebus Indicis. At Charon Lampſacenus de Mardone narrans in rebus Perſicis, déque exercitu apud Atho montem profligato, hæc etiam addidit; & albæ columbæ tum primum inter Græcos apparuerunt, quæ nunquam antea fuerant conſpectæ. Scribit Ariſtoteles quòd columbæ ſalſam terram mandentes, vbi primum nati ſunt pulli, ora eorum aperientes inſpuunt, ita eos ad nutriendum comparantes. Tempus quoddam obſeruatur in Erycæ Siciliæ monte, quod Receſſus vocant, quo Deam aiunt in Libyam transmigrare ſolitam, quo columbas omnes eius loci non apparere inquiunt, quaſi cum Dea ſimul diſceſſerint. Deinde poſt nouem dies in vocatis reditibus vna columba ex mari aduolante,ac in templum Deæ accedente,reliquæ protinus adſunt. Tunc igitur quicunque ex accolis ſunt diuites D
conuiuia parant, reliqui cum lætitia applaudunt. Ac totus locus butyrum olet, qua coniectura vti ſolent, quòd Dea rediuerit. Autocrates Iouem etiam formam in columbam permutaſſe inquit in rebus Achiuis, cum puella adamaſſet in Aegeo, cui nomen erat Phtiæ. Attici maſculinè columbum dicunt, Alexis in Concurrentibus:

*Albus Diones ſum columbus filiæ,*
*Agnouit vnum Bacchus ebrium fieri.*
*Vel ſit ſenex, vel ſit iuuenis,curat nihil.*

At in Rhodio vel Demulcente fœmininè dixit: quódque excellunt Siculæ columbæ; columbas intus nutriens Siculorum horum valde egregias. Pherecrates in Scriptoribus, mittito nunciantem columbum. At in Petale, ſed ô columbæ ſimilis Calliſtheni, vóla, méque in Cythera ac cyprum transfer. Nicander libro ſecundo Georgicorum de liuiis mentionem faciens ita ſcribit:

*Cura Dracontiadas parientes bis tibi mox ſit*
*Paſcere,nec Siculum fuerit tibi liuia ſpreta.*

De

A *De anate.* CAP. XVIII.

INter anates, vt teſtis eſt Alexander Myndius, maior eſt, magiſque variegatus mas, at quem Glaucium dicimus propter oculorum colorem, paulò minor eſt anate. Ex Boſcadibus vocatis, mas pictura anatis, habent roſtra mares & ſima & minoris proportionis. Omnium aquatilium auium minima eſt vrinatrix, colorémque habet ſordidum, nigrum, roſtrúmque acutum, cooperiuntur oculi, ſæpiúſque immergitur. Eſt aliud etiam boſcadum genus maius quidem anate, & minus vulpanſere. Quæ verò Phaſcades appellantur, cum paulò maiores ſint paruis vrinatricibus, in reliquis, anatibus ſunt ſimiles. Quæ Vria vocatur, anate non eſt multò inferior, at colore figulino ſqualido, roſtrúmque habet longum & anguſtum. Phalaris cum anguſtum & ipſa habeat roſtrum, aſpectúq; ſit magis rotunda, cinereum apud ventrem, paulóque nigrius habet dorſum. De anate & vrinatrice, à quibus natare vrinaríque dicitur, meminit inter alia paluſtria multa Ariſtophanes in Acharnenſibus his verbis, Anates, mo-
B nedulas, attagenas, phalarides, trochilos, colymbos. Meminit de illis & Callimachus in libro Auium. Aderant nobis ſæpius & paraſtatæ vocati, de quibus meminit Epenætus in re Coquinaria, ac Simarus in tertio & quarto Synonymorum: ſunt autem ſic dicti teſtes. Cum carnes quædam tritæ in iure allatæ eſſent, dixiſſétque quidam, da mihi ex ſuffocatis carnibus, ſtudioſus nominum Vlpianus ſuffocabor ipſe inquam, niſi dixeris vbi tu caruncul as huiuſmodi inueniſti: non enim prius nominabo quàm didicero. Strattis inquit in Macedonibus aut Cineſia, ſuffocata igitur tibi ſit frequens talis, Eubulus in Adiuncto, & ſuffocatos Siculos ſartaginum cumulos. Ariſtophanes in Veſpis, in olla ſuffocatum. Cratinus in Deliadibus, huic terens aliquam partem ſuffocato purè. Antiphanes in Agreſti, Prius quidem capiam optandam placentam, quam Ceres vitam ferens hominibus, gaudium donat gratum, poſtea ſuffocata calida caprarum membra, herbam circum haberem carnem nuper genitam, quid ais? tragœdiam laudo Sophoclis.

*De porcellis lactentibus.* CAP. XVIII. C

CVm circunferrentur ſues lactentes, horum etiam nomen quæſiuerunt conuiuæ, ſi dictum reperiretur, tum dixit quidam, Pherecrates in ſeruomagiſtro lactentes cælauerunt non perfectos. At in Transfugis, num lactentem ſuem tu es ſacrificaturus? Alcæus in palæſtra, hic eſt ipſe ſi quid clamabo eorum quæ dico, magiſque lactens. Herodotus libro primo non licere ſcribit in Babylonia quicquam ſuper aurea ara ſacrificare, præter ſues lactentes. Antiphanes in Philetæro, Egregius paruus hic ſus lactens, ſtridulus. Heniochus in peramabili, bos æreus erat, non coctus diu, hic autem forte lactentem ſacrificauit ſuem capiens. & Anacreon, velut hinnulum nuper vigentem lactentem, qui in ſylua cornutus captus à matre territus eſt. Crates in Vicinis, nunc quidem vobis delicias impertiam velut agnorum lactentium ac ſuum. Simonides Danaem in Perſeo dicentem inducit, ô fili qualem perpetior laborem, tu verò lactentium more corde dormis. At alibi in Achemoro dixit coronato, ſuauem plorarunt animam expirantem lactentem filium. Clearchus in libris Vitarum, D eò vſque crudelitatis acceſsiſſe narrat Phalarim tyrannum, vt infantes lactentes comederit. Eſt autem lactari, lac exugere:

*Hector mortalis & vbera ſuxit*
*Fœmina.*

Ab vbere imponendo in ora infantium, atque nutrix hinc dicta eſt ab imponendo mammas, hinnulos ſopiens nuper natos lactentes.

*De dorcade & pauone.* CAP. XIX.

CVm circunferrentur etiam dorcades Palamedes ait Eleatinus nomenclator, non inſuauis eſt dorcadum caro, ad quem dixit Myrtilus, dorcades ſolum dicuntur, ac nequaquam dorcones, Xenophon libro primo Aſcenſus, aderant & otides & dorcades. Sed de pauone quod rara ſit auis, Antiphanes in Milite patefecit aut Tychone, pauonum vt abducas par duxit ſolum, cum res eſſet rara: ſunt autem frequentiores nunc cothurnicibus. Eubulus in Phœ

A in Phœnice; nam & pauonem ob raritatem admirantur. Pauo, inquit Ariſtoteles, pedes habet ſciſſos, herbáque veſcitur, parit à trimatu, maximè, quo tempore alarum picturam adipiſcitur, incubat dies circiter triginta, ſemelque parit quotannis oua duodecim, at primiparæ octona edere ſolent. Pariunt etiam Zephyria oua, ſicut gallinæ, ſed non plura tamen duobus. Excludunt & incubant ſicut etiam gallinæ. De his Eupolis in Immunibus militię, Nunquam nutriam per Proſerpinam pauonem ſimilem, qui dormientes excitat. Scripta eſt oratio quædam ab Antiphonte rhetore, cuius inſcriptio eſt de pauonibus, in qua nulla tamen pauonum nominis fit mentio, ſed variegatas aues ſæpius ibi nominauit, populũ inquiens has circumſplendidas nutrire; ac multos accedere harum auium gratia ſpectandarum, ex Lacedæmone, & Theſſalia magnoperéque ſtudioſos eſſe vt oua habeant. De ipſa auium forma differens ita ſcribit, ſi quis in ciuitatem aues capere voluerit, abibunt volantes, quod ſi alas incideris, auferetur pulchritudo: nam alæ non autem corpora earum ſunt variegatæ. Quod magni eſſet ſtudij harum auium ſpectaculum, rurſus in eodem ſermone declaraui, ſed nouiluniis

B quiſquis voluerit ingreditur, at aliis diebus ſi quis videre voluerit, nullus eſt qui id aſſequatur, atque hæc non herĩ aut paulò ante. ſed plures triginta annis ita ſe habent. Pauo dicitur Atticis, vt Tryphon ait, vltimam ſyllabam circunflectentibus & aſpirantibus, atque ita legunt apud Eupolidem in Militiæ immunibus, vti prius poſitum fuit teſtimonium. Et in Auibus Ariſtophane, num Tereus es tu? num auis? aut pauo? & rurſus, auis quid eſt, num pauo, dicunt datiuum pauoni, vt in eodem Ariſtophanes, inuſitatum eſt apud Ionas & Atticos in nominibus ſupra vnam ſyllabam, extremam ſyllabam à vocali incipientem cum denſo ſpiritu ſignari, nam eam eſſe tenuem omnino erat conſentaneum: vt templi, Tyndarei, Menelei, deſertoris nauis, Eunei, Nilei, manſuetus, filius, Cius, Chius, diuinus, vtile, plenus, læuus, paruus, fuſcus, affinis, lamentatio, velox, fluxus, viuus, nam cum aſpiratio ex natura principium amet, in extremis nominum partibus nullo pacto ſolet coerceri. Dictus eſt autem pauo ab alarum extenſione. Seleucus libro quinto Græcę conſuetudinis, pa ἀπὸ τῆς τάσεως

uo,præter rationem Attici circunflectunt & aſpirant,nam C
ſecundum ſimplices pronunciationes nominum proferri
cupit in primis vocalibus, & hic faciens, in promptu ſunt
dictiones, & celerius currens. Cum conſideraſſent Attici
naturam ex ordine in accentu exiſtentem, non poſuerunt
in vocalibus ſicut in aliis,at ante potius coordinarunt. Exi
ſtimo autem antiquos per ɴ. ſignificare ſolitos aſpiratio-
nes,quare Romani ante omnia nomina aſpirata ɴ.ponere
conſueuerunt,principatum ipſius aſsignãtes. Quod ſi aſpi-
ratio ſit huiuſmodi,non inſulſè profectò in extrema ſylla
ba pauo ab Atticis aſpiratur.

*De tetrace.* CAP. XX.

CVm multa etiam alia dicta fuiſſent,de ſingulis quæ in
conuiuium afferebantur, ſed & ego inquit Larenſius
quidpiam vobis propono, iuxta optimum Vlpianum, nos
enim quæſtionibus paſcimur,quid eſſe tetracẽ putatis? aut
quo autore eſt auis ſpecies? mos eſt enim vobis Gramma-
ticis vt percunctantibus de omnibus plantæ ſpecies, aut
auis ſpecies,aut lapidis ſpecies eſt, dicatis: namque ô vir
optime,& ipſe noui ait Larenſius,quòd elegans Ariſtopha-
nes in Auibus meminit his verbis, Porphyrioni & Peli- D
cano, & Pelicino, & phlexidi, & tetraci,& pauoni. Quæ-
ro autem ego ex vobis diſcere ſi apud alium quempiam
fiat mentio. Alexander Myndius in libro de Volatilibus
Animalibus ſecundo non velut de aue magna meminit,
ſed de minima: ſic enim ſcribit, tetrax magnitudine
quãta frugilega,colore ſigulino, ſqualidis maculis, lineis
magnis variegatus, fructibus veſcitur, vbi oua parit voce
tetraxit. Epicharmus in Hebes nuptiis capientem cothur-
nices, paſſeres, & galeritas, & lineis purpureis tetraces,
frugilegas, & bonas ficedulas. Et alibi, ardeæ complu-
res, flexum longúmque collum habentes, & tetraces, ac
frugilegæ. Sed quando nihil vos habetis,ſiletis enim,auem
vobis ego demonſtrabo: nam cum commiſſæ res mihi
eſſent imperatoris Myſiæ,rebúſque præeſſem illius prouin
ciæ,auem in ea regione vidi, quam cum ſic nominari ex
Myſis ac Pæonibus cognouiſſem; ex dictis Ariſtophanis
auem in memoriam reuocaui,exiſtimauiq; huius anima-
lis à doctiſsimo Ariſtotele in negotio multorum talento-
rum

A rum mentionem fieri, (fertur enim Stagirites octingenta talenta ab Alexandro in Hiſtorias Animalium accepiſſe,) verum vbi nihil dictum penitus comperiſſem, valere eum iuſsi, cum ſuauiſsimum Ariſtophanem ſecuriſsimum haberem teſtem. Cum hęc adhuc ille diceret, ingreſſus eſt qui in caniſtro tetracem attulit, cuius magnitudo erat maior quàm galli valde magni, formáque porphyrioni ſimillima, ac ex vtraque aurium parte quædam habebat ſuſpenſa, ſicut criſtas habēt gallinacei; cuius vox erat grauis. Cum nos florem, vigorémque auis admiraremur, non multò poſt altera apparata nobis allata fuit, cuius caro magni paſſeris erat ſimilis, quam & ipſam ſæpius comedimus.

## *De lumbis, & ſub ventre.* CAP. XXI.

DE lumbis, ille qui Atridarum reditum ſcripſit, hæc dixit libro tertio,

*Hermioneus pedibus velocibus inde ſecutus,*
*Sic illi lumbos lucenti vulnerat enſe.*

Simariſtus libro Synonymorum tertio ita ſcribit, carnes quæ obliquæ ex lateribus conſurgunt; lumbos, at B concauitates ex vtraque parte & talos, & mures vocant. Clearchus libro de Siccatis ſecundo, carnes marinæ ex vtraque parte, quas alij lumbos, alij vulpeculas, alij neruimetras vocarunt. Meminit de lumbis diuiniſsimus etiam Hippocrates. Sic autem nominati fuerunt, quia facile abſtergantur, quaſi caro quædam attingens, ac exiſtens in oſsium ſuperficie. Meminit & Euphon Comicus in Spectatoribus:

*Fibræq; ſunt, & lumbus hæc vti ferunt,*
*Quas diſce primum cædere, hinc inſpicere.*

De vbere Teleclides in Solidis:

*Quòd fœmina ipſa ſum decenter vbera*
*Fero.*

Herodotus libro Hiſtoriarū quarto *perrarò vber de aliis animalibus dictum reperitur. At ſubuenter de piſcibus eodem pacto ſolum dicitur. Strattis in Atlante, ſubuēter aliquis thunni, ac inteſtinum. Theopompus in Callæſchro, piſcium ſubuentre fruſtatus eſt. At in Sirenibus hypetria, ὑπογά-
vocat ſubuētres, thunnorum alborum ex Sicilia hypetria. στρια.

*De lepore & cuniculo.* CAP. XXII. G

DE lepore ita ſcripſit obſoniorum ingenioſus Archeſtratus:

*Nec lepores ſimplex ratio, vel forma parandi*
*Perſpicitur doctis, namque optimus ille videtur*
*Si ſale ſit conſperſa caro verubúſque calentem*
*Aſſatam rapias, ac eſurientibus ipſam*
*Appônas, quæ cruda parum ſit: nec tamen illi*
*Defluat hinc turpis ſanies, ſed veſcere largè*
*Quæq; ſuperuacua eſt ratio credenda parandi*
*Poſt hanc, ſi infundas hinc allia, caſeum, oliuum,*
*Ac veluti muſtela pares obſonia prorſus.*

Naucrates Comicus in Perſide, rarum eſſe inquit in Attica daſypodem inuenire, his verbis,

*Quis vidit vnquam per Deos in Attica*
*Virûm leones, aut feras, iſtis ſimiles?*
*Nec inuenire daſypodem facile eſt.*

Alexus in Calliſtone, velut multi ſint, meminit hunc in modum; adeſſe coriandrum quoddam tenus, daſypodas, quos ſi ceperimus ſale conſpergere poſsis. Ariſtophanes inquit Tryphon leporem cum accentu acuto ac n, in accuſatiuo dixit, ſoluens forte, leporem corriperet noſtrum, in Conuiuantibus perij, expilans leporem videbor. Xenophon in Venatorio ſine n. dixit ac circunflexè, quādo noſtris temporibus eſt lepus. ſic enim cum nos templum dicamus, illi dicunt templum, & populum populum. ſic leporem nobis dicētibus, illi dicent leporem. Accuſatiuum autem ſingularem leporem ſequitur pluralis nominatiuus, qui eſt apud Sophoclem in Satyrico, grues, cornices, noctuæ, miluij, lepores. At leporem ſequitur dictus per omega. lepus apud Eupolidem in Adulatoribus, vt raiæ, & lepores, ac mulieres vertentes pedes. Sunt qui & hæc ſine ratione proferant circunflexè in extrema ſyllaba; at acuto accentu notanda eſt dictio: quoniam nomina in os deſinentia eundem habent tonum, quem habent etſi ab Atticis in eos ſumantur, vt templum, pulcher, templum, pulcher. ſic enim nomine vſus eſt Epicharmus, & Herodotus, quique fecit Helotes. Poſtea ſufficit lepus D

λαγών, λαγώ.

lepo

A leporem perturbans adduxit marinum. At lepus Atticum eſt. Dicunt & Attici lepus, vt Sophocles, grues, cornices, noctuę, miluij, lepores. Nam aut timidum leporem ω. abundat, ſed ſi ſit Atticum, o micron, leporinæ carnes dicuntur, Hegeſandes Delphus in commentariis, tempore inquit λαγωὸν imperij Antigoni Gonatæ tanta fuit leporum copia in λαγῷα. Aſtypalæa, vt eius loci incolæ reſponſum expetiuerint de ipſis, ac reſponderit oraculum, canes nutriendos eſſe, venaríque opus eſſe, vbi intra anni ſpatium plures ſex millibus capti fuerunt: quæ tanta creuit multitudo ex geminis leporibus, quos attulerat in ipſam inſulam Anaphænus quidam, velut antea acciderat Aſtypalæo quodam binas perdices in Anaphem portante, tantam perdicum copiam in Anaphe fuiſſe, vt propius periculo fuerit, ne incolæ regionem deſerere cogerentur. Aſtypalæa autem nullos habebat lepores antea, ſed perdices. Eſt autem lepus fœcundum animal, vt Xenophon teſtatur in Venatorio, & Herodotus qui ita ſcribit, idciro profectò fœcundum animal eſt lepus, quia ab omnibus capitur à feris, ſcilicet, auibus, & hominibus, ſolúmque ex omnibus feris vterum geſtat alium ex filiis hirſutum habens in ventre, alium

B glabrum, alium qui in matrice nuper formatur, hic verò concipitur. Polybius libro Hiſtoriarum duodecimo animal quoddam eſſe inquit lepori perſimile, quem cuniculum appellant, cuius hæc ſunt verba, qui cuniculus appellatur, ſi longe ſit viſus, lepus videtur exiguus, verum vbi in manus quis aſſumpſerit, magnam eſſe cognoſcet differentiam, & quod pertinet ad aſpectum, & ad curſum: plurimum etiam verſatur ſub terra. Meminit de his Poſidonius philoſophus in Hiſtoria, nóſque complures eorum vidimus cum Neapolim ex Puteolo nauigaremus. eſt enim inſula quædam non procul à terra in extremis Puteoli partibus, quæ à paucis hominibus habitatur, multóſque habet cuniculos. Sunt quidam lepores qui dicuntur Chelinodij, de quibus meminit Diphilus in Calliades in ignorantia, quid hoc? cuias eſt hic daſypus Chelinodius? glaucia mimarcys? Theopompus libro Hiſtoriarum vigeſimo lepores eſſe ſcribit circa Biſaltiam, qui duo habeant iocinora.

De

## *De ſue calydonio & ſyagro.* CAP. XXIII. C

CVm ſus agreſtis illatus fuiſſet, qui nihil erat inferior ſueillo dicto Calydonio, quærendum propono dixit quidam ſtudioſè computatorq; Vlpiane, quis ſuem Calydonium fœminam fuiſſe, & colore albo narrauit, qui cum multum quæſtionem excogitaſſet, eam mox reiiciens, ſed vos inquit ô viri ventricoſi, niſi iam ſaturi eſtis tot cibis repleti, omnes eos qui fuerunt celebres ob voracitatem ſuperare mihi videmini, & qui ſint hi, quærite. Magis rationi conſentaneum eſt vt vos propriè cum s, ſus proferatis. dictum eſt enim animal à concitando, quoniam eſt impetuoſum. Vſus tamen obtinuit vt ſine s, in principio dicatur. Nec deſunt ſanè qui contrahi voluerint, quaſi thyn quòd ſacrificiis ſit aptus. Nunc verò ſi vobis ita videtur reſpondete mihi, quis velut nos de ſyagro cõpoſito, meminit pro ſue agreſti? Sophocles enim in Achillis amicis cani nomen impoſuit à venando apros, vbi ſcripſit, tu ô Syagre inſequens alumne. Aſt apud Herodotum lib. vij. viri nomen proprium Syatrus ex genere Laconici, qui ad Gelonẽ Syracuſium ad ſocietatem belli faciendam cum Mœdis legatus acceſsit. Noui etiam Syagrum Aetolorum ducem, de quo ſcripſit Phylarchus libro quarto Hiſtoriarum. Tũc ait Democritus, ſemper tu nihil ex appoſitis aſſumere conſueuiſti ô Vlpiane, prius quàm num antiquus ſit nominum vſus quæſieris, vereor autem ne ob curas huiuſmodi perdaris ſicut Philetas Cous, qui mendacem ſermonum quæritans mortuus eſt. nam cum valde gracilis ob quæſtiones factus eſſet, tum demum interiit: velut epigramma quæ in eius ſepulchro inſcribitur, patefacit: D

*Ipſe Philetas ſum, mentitus perdidit olim*
*Quem ſermo, & noctis cura proterua ſimul.*

Ne igitur tu quoque dum ſyagrum quæris, perdare: hæc diſcito, quòd Antiphanes ita in rapta nominauit.

*Capiens tuliſti intro Syrum age in domum*
*Lupum, leonem, donec ipſa nox erat.*

Et Dionyſius tyrannus in Adone, Nympharum ſub ſpeluncam naturalis tecti, ſyagrum eiiciendum venatu facilem audire, cui multum primitias conſecro. Lynceus Samius ita ſcribit in Epiſtola ad Apollodorum, vt caprinas pueris,

A pueris, ſyagrias autem habeas cum amicis. Hippolochus Macedo, cuius mentionem fecimus in Epiſtola ad prædiƈtum Lynceum, de multis meminit ſyagris. Sed quando tu quæſtioné tibi obieƈtam de ſuis Calydonij colore auertis, nos tibi eum ſi quis album fuiſſe ſcripſit, dicentem adducemus. At tui erit muneris teſtimonium ipſum inueſtigare. multum eſt enim temporis ex quo Cleomenis Rhegini dithyrambos legi, quos in Meleagro inſcripto ita poſuit, non enim me latet quod Siciliam incolentes ſyagrum aſchedorum vocant, quare Aeſchylus in Phorcynibus Perſeum comparans agreſti ſui, ita ſcribit:

*Ingreſſus antrum eſt Aſchedorus vt foret.*

Tum Sciras (hic vnus eſt mediæ comœdiæ vocatæ Italicæ poëta, genere Tarentinus) in Melagro ſcripſit:

*Nec paſtor hic pauiſſe ſecurum putat*
*Armenta, nec laſciuit Aſchedorus hic.*

Nec mirum ſanè videri debet ſi Aeſchylus multis vocibus Siculis vtatur, cum diu verſatus ſit in Sicilia.

## *De hœdo.* CAP. XXIIII.

B Circunferebantur nobis ſæpius hœdi etiam variè apparati, aliique qui multum haberent ſuccum, qui nobis voluptatem non vulgarem præbebant, nam capræ caro quàm maximè nutrit. Clitomachus igitur Carthaginẽſis, quod ad nouæ Academiæ ſpeculationem ſpeƈtat nullo inferior, dicere ſolitus fertur, quẽdam Athletam Thebanum omnes ſuæ ætatis viros ſuperare, quòd caprinis carnibus eſſet vſus: intenſi ſunt enim ac tenaces illi ſucci, multúmq; tempus in tumoribus conſiſtere poſſunt. At cauillabantur hunc Athletam ob ſudoris fœtorem, nam ſuillæ agnorúmq; carnes habitudinibus nullum præbẽt laborem, cum facillimè corrumpantur. Cœnæ autem quæ ſunt apud Comicos nominatæ, ſuauem magis auribus audientium voluptatem præbent, quàm gutturi: velut eſt apud Antiphanem in Medicatrice:

*Dic grata cuius caro tibi foret magis?*
*Ad parcitatem ouium quidem, quibus vlla nec*
*Eſt lana, non agnorum amice caſeus.*

Poſt ex caprinis, caſeum quæ nõ ferant hœdo. Nam ob fruƈtuum perceptionem virorum hæc comedere minimè pa-

tior.

tior,In Cyclopibus,ex terreſtribus vobis veniēt à me hæc, C
bos gregalis,hircus per ſyluas iens, capra cœleſtis, aries,
veruex,aper caſtratus,ſus euiratus,porcellus, daſypus,hœ-
di,caſeus recens,caſeus ſiccus,caſeus conciſus, caſeus raſus,
caſeus ſciſſus,caſeus compactus. At hæc præparat Mneſi-
machus in equos nutriente: veni ex thalamis cyparisſi ex-
tra inſane exi in forum ad Mercurios vbi ſunt Phylarchi,
ad diſcipulóſque formoſos,quos Phidon equos aſcendere
ac deſcendere inſtruit,ſcis quos dicam? his igitur nuntiato
quod frigidum eſt obſonium,potus calidus,ſiccum fermen
tum,ſicci panes, viſcera malè aſſantur, caro ex ſalſugine
exempta eſt,captum eſt farciminis fruſtum, fruſtum abo-
maſi,aliud inteſtini,aliud phyſicæ. Decorticatur ab iis qui
ſunt intus,crater abſorbetur vini,propinatio cedit. Relin-
quitur cordax,cum laſciuit mens adoleſcētuli. Omnes in-
tus ſurſum deorſum:Recordare eorum, quæ dico: adhibe
mentem his, quæ loquor, aſpicis ipſe, huc aſpice an ipſa
vnquam conſiderabis dicam tibi ſtatim rurſus à principio.
veni iam ac ne cuncteris. Et coquus ne triſtetur,quòd obſo
nia ſint elixa,ſint aſſata,ſint frigida:ſingula connumeren-
tur:bulbus,oliua,alliū,thyſus,cucurbita,faba elixa, thriū, D
phyllas,thunni fruſtum, ſiluri, muſteli, ſquatinæ, congri,
phyxicinus totus, coracinus totus, membras, ſcomber,
thunna,gobius,elacatenes,canis extremum, ac carchariа-
rum,torpedo,rana,perca,lacertus,ſarda,fuca,brinchus,tri-
gla,cuculus,turtur,muræna,phager,mollus,lebias,ſparus,
carus,æolias,thratta,hirundo, ſquilla, loligo, paſſer, dra-
cæna,polypus,ſepia,cornua,locuſta,eſcharus, apuæ, acicu-
læ,mugiles,ſcorpius,anguilla,panes. Carnes & aliæ incre
dibili multitudine cōplures,anſeris,ſuis,bouis, agni, ouis,
apri,capræ,galli,anatis, picæ, perdicis, vulpeculæ, ac poſt
cœnam bonorum copia tanta, vt res admirabilis videre-
tur,omnes enim domibus pinſunt, panem faciunt, velli-
cant,contundunt,incidunt,torrent, gaudent,iocantur, ſal-
tant,cœnant,bibunt,laſciuiunt, luxant, pungunt, coeunt.
Suaues ſunt magnopere tibiarum voces,nam quilibet ca-
nit, clangit, turbat, venit, ſpirat cæſaries caſiam terræ
ſanctæ,marinæ,Syriæ: odórque ſuauis nares percutit lon
gi Libani,myrrhæ,calami,ſtyracis,ſabinæ herbæ, Lindi,
Cindi,Miſthi,minthæ. Huiuſmodi erat nebula quę domos

habeb

A habebat omnium bonorum plenas.

## *De coquorum conſilijs.* CAP. XXV.

CVm multa dicerentur huiuſmodi, olla dicta rhodontia fuit allata, ob quam ſapiens ille coquus multum ſe iaƈtauit priuſquam quid afferret dixerit, prioréſque coquos ſubſannabat, de quibus etiam mentionem faciens aiebat: quid tantum eſt illud, quod repperit coquus ille Anthippi Comici in abſcondito, cur tantopere intumeſceret?

*Sophon Acarnan, & Rhodius Damoxenus*
*Artis fuerunt vnius condiſcipuli:*
*Docebat hos Sicanus olim Labdacus.*
*Capere vulgatas vetuſtas ex libris*
*Hi condiendi artes, parandi obſonij.*
*Thyam prius tulere de medio, ſimul*
*Cúmque hac cyminum, acetum, & aio qualia,*
*Laſarem, coriandrum, caſeúmque olim quibus*
*Saturnus vſus condimentis eſt ſenex.*
B *Ipſóque oliuo, & ollula noua pater,*
*Ac igne, acuto ſpiritu qui non foret*
*Sæpe excitatus, vtebantur: ex quibus*
*Omnis paratur cœna ſic vt conuenit.*
*Iſti lachrymas, & plurimam indecentiam*
*Conuiuio abſtulere, ſternutaréque*
*Facere purgatos poros edentium.*
*Salſuginem Rhodius bibens eſt mortuus,*
*Et id meritò, natura quando reppulit*
*Huiuſmodi potum. Sophon Ioniam*
*Nunc occupauit omnem. & hic meus fuit*
*Magiſter ô pater parandi obſonij.*
*Et ipſe nunc liquiſſe commentaria*
*Quæro ſtudens artis meæ papè noua.*
*Concide me pro victima quam meus deis*
*Sumus daturi, videris niſi libros*
*Diluculo manu tenere, ac quærere.*
*Ex arte pinſens differo prorſus nihil*
*Aſpendio: guſtabo ſi vult is mihi,*
*Reperta quæ cibos eoſdem haud omnibus*

Semper

*Semper fero.notum mihi eſt qui ſingulis*
*Idonei, diuerſa longe amantis eſt*
*Ac philoſophi,& publicani vita.nam adoleſcentulus*
*Habens amicam patrimonium vorat.*
*Huic ſepias appono cum loligine,*
*Saxatiles piſcéſque ſalſamentáque*
*Diuerſa; nil amore captus hic edit.*
*Appono crura ſed philoſophis,ac pedes,*
*Excellit hoc animal voracitate vbi.*
*Anguilla,glaucus ac ſparus ſi ſit prope,*
*Eſt publicanis. ſi ſequens,conditur huic*
*Lens: ſplendidam ſic præbeo cœnam omnibus.*
*Certè palatum plurimum differt ſenis,*
*Tardiſsimum eſt, cum ſit iuueni celerrimum.*
*Iſtis ſinapi præbeo,atque præparo*
*Succos habentes quidpiam acrimoniæ.*
*Vt excitans inflem artibus iſtis aera.*
*Vultum vel intuens ſciam ſi veſcier*
*Veſtrum quis optet.*

Ac is quidem coquus, qui eſt apud Dionyſum in Legiſlatore ô viri conuiuæ, neque enim malum eſſet quid hic inquiat recenſere: D

*Eſt vna per Deos mihi vſque gratia.*
*Hæc tu prius aiebas coquum cognoſcere.*
*Multò prius neceſſe ſit cœnam quibus*
*Opus parandi creditum,hoc faceſſere,*
*Obſonium ſi quis vel haud aſpexerit*
*Feciſſe ſolum quomodo,vtq; conuenit.*
*Quonam modo? parare quo,aut apponere*
*Fas eſt, nihil curauerit;vel nouerit,*
*Obſonij parator eſt hic, haud coquus.*
*Non ſunt idem profectò, multum differunt.*
*Exercitus dux dicitur qui copias*
*Accepit,& qui rebus vti nouerit.*
*Qui prouidere mox poteſt, verè vnus hic*
*Exercitus dux eſt, at alter præſidet.*
*Sic inter & nos præparare, ac cædere,*
*Coxiſſe condimenta,flammam inflareq; eſt*
*Cuiuslibet, parator hic obſonij*
*Eſt talis, at diuerſus eſt valde coquus.*

A *Hic nouit horam,conuocantem,quiq; edit,*
*Emiſſe quos piſces oportet,ac vbi.*
*Non eſt idem vſque principium,nam piſcibus*
*Nec vna ſemper eſt voluptas,vt refert*
*Archeſtratus,probaturiq; à plurimis.*
*Vt dixerit quid vtile,atque commodum.*
*Non nouit ille multa,dicit & nihil.*
*Nec diſcito quid vis,nec audito omnia.*
*Coactus illa ſcripta ſolus perlegat.*
*Non eſt loquendum de coqui arte dixi ego*
*Nuper,quòd vlla non tenetur termino*
*Occaſio,nam ſola regina eſt ſui.*
*Vtaris arte,concidatq; occaſio*
*Artis,ſimul deperdita ars eſt ô bone.*
*Tu magnus es certè:peritum quem antea*
*Venire dicebas,latere ſplendidas*
*Ac magnificas cœnas patefaciam tibi,*
*Signa omnium ſolum thrium monſtrabo ego,*
*Ponamq; cœnam ramum auræ Atticæ*
*Exſentina vementi ac pleno oneroſis cibis*
B *In timoribus,niſi faciam dormire in paropſide.*

Adhæc reſpondit Aemilianus:
*Sunt plura dicta de coqui arte ô optime.*
Iuxta Hegeſippi fratres. *Tu igitur,*
*Vel quid nouum feciſſe præter cæteros*
*Videare primos,vel minime me cædito.*
*Oſtende vel quid afferas,vel dic quid eſt.*

Qui ait me paruifacis, quia ſum coquus, quantum ego fortaſſe ex hac arte feci, ſecundum Demetrium Comicum, qui hæc ſcripſit in inſcripto Areopagita, quantum ex hac arte feci ego, nullus hiſtrio tantundem omnino fecerit. Fumigata tyrannis ipſa eſt ars, abyrtaci opifex apud Seleucum fui. Ad Agatoclem primus intuli ego Siculum tyrannicam lentem. Maximam non dixi. Cachare quodam, cum eſſet fames,conuiuium præbente amicis collectionem feci Palladem Lacharis nihil turbantem, turbantem nunc ego, tunt ait Aemilianus,niſi oſtenderis quid feras, qui vix dixit.

A dam hæc fecit,

*Hæc mihi voluenti Pallas mox aſtitit ipſi*
*Auratam virgam geſtans.tum compulit vltrò*
*Sic effata,petas certamina lens ſacra,quid ſtas?*
*Tunc ego confiſus ſum.*

Acceſsit in Theatrum aliquando comœdiam docens,ac veſtem habens lapidibus plenam, quos cum in Orcheſtrum coniiceret, vt admirarentur ſpectatores effecit, paulúmque intermittens ait:

*Iſti lapides, ſi quis velet conuiciat.*
*Aeſtate lens bona eſt,bona & per frigora.*

Probabatur hic vir maximè, ac in parodiis præcipuè, celeberrimúſque erat cum carmina recitaret. Nam & verſutè & hiſtrionicè dicebat, quam ob rem mirum in modum delectabat Athenienſes, ita vt plurimum riſerint eodem die, quo infortunia nuntiata fuerunt in theatro,quæ acciderant in Sicilia: neque enim diſceſsit quiſpiam, quamuis omnibus ferè familiares periiſſent. Lugebant igitur obtecti, at minimè diſcedebāt,ne calamitatem grauiter ferre ab aliarum ciuitatum ſpectatoribus viderentur:audientéſq; conſti-

B terunt,etſi ipſe quoque Hegemon cum ea audiuiſſet,tacere decreuerit. At eo tempore quo Athenienſes facti maris domini inſulanas cauſas in ciuitatem contraxere, quidam Hegemonis etiam cauſam ſcribens in Athenas contraxit: qui proficiſcens, artificéſque qui erant circa Dionyſum congregans, cum illis acceſsit Alcibiadi auxiliaturus. Hic verò læto eſſe animo eum adhortatus, omnibúſque ſequi inquiens in Deæ Phygiæ ſacellum venit,vbi cauſarum erāt deſcriptiones. Tum digitum ex ore madefaciens Hegemonis cauſam deleuit, quod cum ſcriba & princeps grauiter ferrent,tacuerunt ob Alcibiadem,eo præ metu fugiente qui cauſam ſcripſerat. Ipſa eſt Balletys à nobis ô Vlpiane. Tu verò cum volueris dices de conuentu in Eleuſi. Sed mihi in memoriam reuocaſti ô Democrite ait Vlpianus facta mentione ollæ,id, quod iam ſæpius diſcere optabam, quænam ſit olla Telemachi ſcilicet, ac quis fuerit Telemachus. Et hunc complexus, perlibenter omnino,ſed poſtea tu inquit ollas mihi narrato,in quibus fabas coxiſti. Et hęc dicta ſunt,Philippúmq; Craſſum Chærephili filium accedentem ex longinquo aſpiciens, applauſit; poſtea ſagenas mittere

iuſsit. Quod autem populum Telemachus Acharnenſis alliceret, ita declarat idem poeta in Dionyſio: C

*Acharnenſis Telemachus etiam concionatur,*
*Hic videtur nuper emptis Syris*
*Quî, vel quid agers? volo enim ſcire*
*Lætiferam pulchram ollam feret.*

At in Satyris Icariis, ita vt habeamus nihil apud nos pernoctans miſerè primum quidem, ac aſpere dormio, poſtea Thudippus Leo omnino nos coëgit, fames poſtea adoritur; ad Dionem acrem iuit, ſed neque ille quicquam habebat. Ad bonum vere Acharnenſem Telemachum currens, fabarúmque cumulum comprendens harum ſportulam rapuit. At aſinus vbi nos vidit Cephiſodorus ad gradus pedebat. Ex quibus patet quod Telemachus fabas ollæ comedens feſtum ventris crepitum Pyanepſiam ſemper celebrabat. De faba elixa ita meminit Heniochus Comicus in Trochilo, mecum animaduertens per Deos quantum differant ficus à naſturtio, neque ais penuriam inſonuiſſe, percunctatus es me de re valde difficili, habenti quæ multas curas inexplebiles: dic ipſum, nam non ſine riſu eſt fortaſſe. Faba elixa quoniam ventrem inflat, at ignis non gratus quibus noſcitur res Pauſonis. Sic ſemper circa legumina eſt hic Sophiſta D demum. Cum ſæpius hæc dicerentur, aqua ad lauandas manus allata fuit.

## *De aqua & vaſis lauandis manibus aptis.*
## CAP. XXVII.

QVæſiuit rurſus Vlpianus an gutturnium ſicut nos dicere ſolemus, antiqui nominarint, tunc quidam ipſorum illud dicens ex Iliade occurrit.

*Sic fatur, ſeruamq; ſenex capere imperat vndam*
*Inq; manus liquidam diffundere, conſtitit illa*
*In manibus peluimq; tenens, gutturnium & ipſum.*

Attici verò gutturniolum dicunt, ſicut Lyſias hoc pacto in oratione contra Alcibiadem, in manibus gutturniolis ac thuribulis, de vaſe lauandis manibus apto:

*Cum quis bonus vir, vtiliſq; vicerit*
*Ciuis lauandæ vas manu haud idoneum eſt.*

Epicharmus gutturnia in ſpectatoribus dixit hoc pacto, cythara,

A thara,tripodes,currus, æreæ menſæ, gutturnia, libando lebetes apti ærei. At frequentior vſus aquam in manus dicere conſueuit, vt Eupolis in aureo genere, & in Sphendone Amipſias, Alcæúſque in Sacris nuptiis, eſt autem hoc quàm frequentiſsimum. Philyllius in Auge in manus dixit his verbis, iam cœnarunt mulieres, alia ferre iam tempus eſt, menſáſque poſtea ſaturare, deinde in manus ſingulis fundere, ac dare aliquod vnguentum. Menander in Hydria, iſti in manus capientes expectant amiciſsimi. Ariſtophanes Grammaticus in iis, quæ ad Callimachi tabulas ſpectant, eos ſubſannat, qui non norunt quid differat in manus, ac lauari, ſiquidem apud antiquos ante vel prandium vel cœnam in manus dicebatur, at poſtea lauari. Videtur hoc κατὰ χειρῶν. apud Atticos Grammaticus obſeruaſſe, quando alibi Homerus lauari dixit, ſimul autem politam appoſuit menſam. Alibi verò:

*Inq; manus lympham præcones fundere primum.*
*Ac ſeruæ panem niueis geſſere caniſtris.*

Sophron in Muliebribus, infelix Cæcoa quæ in manus dediſti, dato nobis menſam. Apud tragicos autem & Comicos B penultima acuta legitur, apud Euripidem in Hercule, in aqua ad lauandas manus vt ſe tingeret filius Alcmenæ. Et apud Eupolidem in Capris, ibi aquam pacabis. Eſt autem χέρνιψ. aqua, in qua torrem ex ara capientes, tingebant; ſuper qua ſacrificia peragebant, hac aqua circunſtãtes conſpergebant, ac purgabant. Oportet profectò penultimam ſyllabam acutam proferri, quoniam verbalia huiuſmodi compoſita, in ψ deſinentia, quæ à præteritis perfectis duo, mm, habentibus ducuntur, cum penultimam habeant præteriti perfecti graui accentu notantur, vt à relictus ſum, locus præruptus, confuſus ſum, verna, abſconditus ſum, fur boum. Apud Sophoclem Mercurius demiſſo capite. Apud Archelaum Cherroneſitam in natis ex proprio genere, in obliquis nomina λέλειμμαι. huiuſmodi aſſerit in eadem ſyllaba ſeruare extenſionem. αἰγίλιψ. Ariſtophanes in Heroibus diminutiuè dixit. Vtebantur τέτριμμαι aqua in manus, ad ipſas lauandas ſapone ſordis expellendæ οἰκότριψ. gratia, vt Antiphanes teſtatur in Coryco:

*Te donec audio iubeto ferre quem*
*Vt abluam, lympham quis afferat, ſimul*

A purgato, velut valde dolens quod eorum plena ſit. Polemon libro ſexto ad Antigonum & Adeum de differentia, in manus, loquitur, & lauandi. Demonicus in Achelonio ante cœnam in manus dixit his verbis, ſoliciti erant ſinguli, velut famelico viro cuipiam, aut Bœotico cœnam pararent: Nam in manus circunſcribit quodammodo, quoniam poſt cœnam accidit hoc ſibi capere. De mantili mentionem fecit Cratinus in Archilochis, mantilibus coma florens plena dedecoris. Et Sappho vbi in quinto carminum Venerem alloquitur, mantilia Cangonum purpurea miſi, & hæc vituperabis, cum dona ſint honorifica. Cangonum mantilia dicit capitis ornamentum, velut Euſtæus ſignificat, vel qui expoſitiones fecit in inſcripta Aſia. Herodotus libro ſecundo hæc ſcripta reliquit, poſtea regem hunc narrabant viuum inferius deſcendiſſe in eum locũ, quem Græci infernum arbitrantur, ac cum Cerere taxillis luſiſſe, aliquandoq; ipſam viciſſe, aliquando verò victum fuiſſe ab illa, & rurſus ab ea rediiſſe, donúmque retuliſſe aureum mantile. Puerum eum, qui conſperſit Herculem aquam in manus fundens, quiq; ab ipſo Hercule fuit interemptus

B pugno, ſcribit in Hiſtoriis Hellanicus Archiam nominatum fuiſſe, quamobrem ex Calydone ſeceſsit: at in ſecundo Phoronidis Cheriam ipſum appellat. Herodotus autem in decimaſexta oratione contra Herculem, Ennomum interemit non ſponte Cyathum: præterea Hercules Poletis filium, fratrémq; Antimachi, cum ei potum miniſtraret, velut Nicander teſtatur in ſecundo rerum Oetaicarum, cui etiam lucum creſcere reliquit Hercules in colle, qui nunc etiam Pincernæ vocatur. At nos orationem hic ceſſare facientes principium deinde ſumemus ab Herculis voracitate.

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM

## LIBER DECIMVS,

*Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De Herculis, cæterorúmq; Athletarum voracitate.*

### CAPVT I.

SED quemadmodum varias epulas in eleganti cœna ſapientem poëtam præbere oportet ſpectatoribus, vt bibat quiſpiam hinc accipiens, velut bibere mauult, ac comedat, & ſi D nullus ſit muſices apparatus, inquit amice Timocrates Aſtydamas tragicus in Hercule Satyrico inſcri-
5 pto, & nos agè iam quæ nunc prædicta ſequuntur, dicamus: quòd Hercules ſcilicet erat vorax, quod omnes ferè ſcriptores demonſtrarunt ac poëtæ, nam & Epicharmus in Buſiride.

*Illum ſi edentem videris eſſes mortuus.*
*Intus ſonat guttur, ſonat maxillaq;,*
*Simulq; dentes, dens caninus inſtrepit.*
*Exibilant nares, & ipſam aurem mouet.*

At Ion declarans in Omphale voracitatē illius hæc infert, ob fauſtam laudem carnes & carbones deuorauit. Quod à Pindaro ſumpſit dicente, boum calidas in prunas coronarunt ignémq; ſpirantium corpora. Tunc mihi carniúmq; clamorem & oſſium ſuſpiria grauia videnti, diiudicare licebat, multum in occaſione tempus. Cum eum huiuſmodi voracitatis eſſe ſuppoſuerint, ex auibus ei larum attribuerunt, quæ auis vorax appellatur. Introducitur Hercules de voracitate cum Lepreo qui eum prouocauerat decertans, quem

A quem etiam vicit. Zenodotus libro ſecundo Compendiorum Lampreum ex Caucono Neptuni filio, & Aſtydamia filia Phorbantis natum eſſe aſſerit, quem Hercules ligari iuſsit, vbi Augem in præmium popoſcit. Nam cum omnia certamina abſoluiſſet, acceſsit ad Caucones, rogantéque Aſtydamia fœdus compoſuit cũ Lepreo. Ac Lepreus poſtea diſco cõtendit cum Hercule, aquam deinde exſiccare, quíq; citius taurum ederet, quibus omnibus ſuparatus fuit. Armatus poſtea Herculem prouocauit, in qua pugna mortuus eſt. Matris in Herculis encomio ad multum etiam bibendum prouocatum fuiſſe Herculem narrat à Lepreo, Lepreúmq; rurſus victum fuiſſe. Hæc eadem narrat Caucalus etiam Chius rhetor, Theopompi Hiſtorici frater in Encomio Herculis. Voracem præterea fuiſſe Vlyſſem, helluonémque, narrat Homerus vbi ſcripſit:

*Vt me ſolicitent curæ, cœnare ſinatis.*
*Nil nobis ipſo nam ventre moleſtius extat.*
*Qui meminiſſe ſui ſemper vult, imperat, vrget.*
*Et quamuis triſtis ſis, imperat ille repleri.*

In his enim aperta ac ingens apparet illius ingluuies, B quandoquidem neq; cum conueniret de iis, quæ attinent ad ventrem ſententioſe dixit. oportebat enim ſi fame premebatur tolerare, vel temperare quæ ſpectant ad nutrimentum. At exactiſsimam poſtremum illius & ingluuiem & gulam patefacit:

*Sic mihi cum doleat mens, veſci hic imperat vſque,*
*Atque bibiſſe iubet. nec me meminiſſe doloris*
*Exacti patitur, rurſus vult ipſe repleri.*

Hæc neq; Sardanapalus ille auſus eſſet. Cum eſſet ſenex, carnes eſt ſolitus multas raptímq; vorare cum ſuaui vino. Theagenes athleta Thaſius bouem ſolus comedit, vt Poſidonius ait in Epigrammatibus.

*Fœdus erat quamuis eſus mihi Mæonius bos.*
*Non epulas habuit patria terra Thaſus,*
*Vt generoſa foret, veſcens quoque, iamq; petebam:*
*Protendo quo nunc æreus ecce manum.*

Milo etiam Crotoniates minas viginti carnium comedebat, totidémq; panium, bibebátq; tres Choas vini, velut Theodorus Hierapolites in libro de Certaminibus teſtatur. At in Olympicis quum quadrimum bouem ſupera hu-

meros aſſumpſiſſet, per ſtadiúmq; circumtuliſſet, ac poſtea C
cecidiſſet, ſolus eodem die totum comedit. Titormúſque Aetolus cum eo boue depoſito decertauit, vt narrat Alexander Aetolus. Scribit Phylarchus in Hiſtoriis libro tertio Milonem taurum ediſſe cum ante aram Iouis eſſet vocatus, quare hæc in eum ſcripſit Borieus poëta:

*Talis erat Milo qui inter certamina Olympi*
*Quadrimum è terra ſuſtulit ante bouem*
*Supra humeros. agnus velut ingens victima capta eſt.*
*Quam leuiter circum pertulit hic ſpatium.*
*Horror erat certè hoc, magis at mirabile fecit,*
*Ante ſacrum Piſæ vir peregrine locum,*
*Non taurum tulit in carnem qui haud coniugis expers,*
*Quem cædens edit ſolus & ille die.*

Aſtydamas Mileſius, qui ter vicit Olympia, quarto Pancratio ab Ariobarzane Perſa ad cœnã forte vocatus, cũ veniſſet, pollicitus eſt ſe quæ omnibus parata eſſent, ſolum eſſe eſurum, quod etiã fecit. A quo cũ petiuiſſet Perſa vt dignũ aliquid ageret ſuis viribus, vt autor eſt Theodorus, pedẽ lecti æratum fregit, ac molliuit. Huius, cũ mortuus eſſet atque combuſtus, vna hydria cineres capere non potuit; ac vix D
quidem duæ: ſolúſq; ea comedit quæ nouẽ viris in cœnam fuerant parata. Neq; mirum ſanè eſt viros huiuſmodi eſſe voraces, ſiquidem poſt exercitationes multum comedere aſſueſcunt. Euripides idcirco dixit in primo depeculatore:

*Cum multa Græciam mala occupauerint,*
*Nil peius athletis tamen monſtraueris.*
*Diſcunt neque hi vixiſſe rectè, nec valent.*
*Qui nam poteſt ventri vir vllus deditus,*
*Gulæq; ſeruus poſſidere patrias*
*Opes vel ingentes, nec eſſe pauperes*
*Rurſus valent, ac ferre fortunæ vices.*
*Aſſueti enim non ſunt bonis hi moribus.*
*At aſperè mutantur in quàm plurima.*
*Imagines ſunt verbis iſti ſplendidi*
*Iuuenes, vbi inuaſit ſenectus horrida.*
*Qui perdidit veſtes petit mox ſtamina.*
*Accuſo leges Græciæ minus bonas,*
*Quòd congregat cœtum Tiranæ, gratia*
*Conuiuij poſthac voluptates colit*

Inutiles.

A *Inutiles. quid nam palæſtra iuuerit*
*Bene acta? quid velox vir, aut diſcum eleuans?*
*Quiſquiſue maxillam bene percuſſerit?*
*Nunquid coronas eſt adeptus patriæ?*
*Num diſcum habentes hoſtibus pugnant propè?*
*Num ſcuta tendentes petunt hoſtes patriæ?*
*Inſaniens hoc nullus egit denique.*
*Oportuit virum ſapientémque, & bonum,*
*Qui ciuitatis ductor eſt huic frondium*
*Dari coronam, quiſquis eſt, & temperans,*
*Vel qui ſit æquus, multa qui verbis mala,*
*Qui bella ſoluit, quíque lites plurimas.*
*Hæc conferunt vrbi, bona hæc ſunt omnibus.*

Hæc accepit Euripides ex Xenophanis Colophonij elegiis qui ita ſcripſit:

*Quòd ſi quis leuitate pedum certamina tentet,*
*Pentathlum ſi quis eſt vbi ſylua Iouis,*
*Hic prope Piſæas vndas vbi ſurgit Olympus,*
*Seu grauis ars pugilum, ſiue palæſtra iuuet,*
*Seu graue bellum, quod dicunt pancration illi.*
B *Quibus ad ſummum mox venerandus erit.*
*Huic dabitur ſedes inter certamina prima.*
*Impenſa hinc illi publica victus erit.*
*Ex vrbe accipiet mox munera plurima, opéſque.*
*Atque hæc vel celeri conſequeretur equo.*
*Cum non ſicut ego ſit dignus, robur equorum,*
*Atque virum excellit noſtra quidem ſophia.*
*Sed nimis hoc fatuè, ſapientia vt optima cedat*
*Viribus, haud iuſto iudice lis agitur.*
*Nam neque ſi pugil eſt bonus hic, populóque putandus.*
*Pentathlum vincat, ſitq; palæſtra ſua,*
*Et certaminibus quod grandius eſſe putatur,*
*Vel vincat celerum mox leuitate pedum,*
*Non tamen idcirco melior, vel iuſtior vrbs ſit,*
*Prælia at hæc illi gaudia parua ferunt.*
*Nam ſi pentathlum Piſæ prope flumina vincam,*
*Idcirco nil res pinguior vrbis erit.*

Complura & alia pro ipſius ſapientia contendens dixit Xenophanes, quòd inutilis prorſus ſit hæc ludi ſpecies. Tum Achillius Eretrienſis de bona athletarum valetudine declarans,

declarans, inquit: C

*Nudi obiiciunt tum ſplendida iſti brachia,*
*Hebes vigentes & petunt templum deæ.*
*Splendent humeri dum flore fortes omnibus.*
*Multóque oliuo pectus vngunt & pedes.*
*Vt deliciæ multæ domi iſtis ſuppetant.*

Heracintus in Helenam hoſpitante mulierem quandam plurimum veſci aiebat. At Poſidippus in Epigrammatibus phyromachum, in quem hæc etiam ſcripta reliquit:

*Phyromachum veluti cornicem multa vorantem*
*Nocturnam tumuli foſſa profunda tenet.*
*In ſinibus veſtis Pellendus, illius ergo*
*Attice tu titulo ſcribe, corona & eum.*
*Ac dicas vnà procyon laſciuit, adeſt hic*
*Vix cernens nigris ille ſuperciliis.*
*Qui fecem turbauit, & ex certamine venit*
*Lenæa ipſius tempore Calliope.*

Amaranthus verò Alexandrinus, in iis quæ conſcripſit de ſcena, Herodotum ſcribit tibicinem Megarenſem magnitudinis trium fuiſſe vlnarum cum dimidio, lateráque fortia habuiſſe, ac ſex panis ſemodios ediſſe, at carnium, D qualeſcunque inueniret, libras viginti: binos vini congios bibere ſolitum, duáſque tubas ſimul inflare. In leonina pelle dormire conſueuerat, ac tubam inflans plurimum ſignificabat, nam cum Demetrius Antigoni filius Argos ciuitatem obſideret, nec milites Elepolim muris ob pondus poſſent ſubducere, duabus tubis ſignificans ob ſoni magnitudinem milites alacres machinam promptè ſubducere coegit. Periodum decies vicit, ſedénſq; cœnare conſueuerat, vt in commentariis theatricis teſtatus eſt Neſtor. Mulier præterea Aglais Megalocleis tuba cecinit appoſitum pompæ apparatum habens, ac criſtam in capite in prima magna pompa, quæ ducta fuit ab Alexandro, vt Poſidippus teſtatur in Epigrammatibus: edebat etiam hæc carnis duodecim libras, quatuórque ſemodios panis, ac congium vini bibebat. Lityerſas Midæ filius erat nothus: Celænorúmque eorum, qui Phrygiam incolebant, rex, vir aſpectu agreſtis & iuſuauis: erat & hic valde vorax, de quo Soſitheus Tragicus ſcribit hunc in modum in actu Daphnide, ſiue Lityerſa,

*Totum*

A *Totum Clitellarum trium panem ipſe edit*
*Paruo die, mox ebibítque vnam bonam*
*Vini metretam.hoc fructiferum ſed vas.*

Huiuſmodi erat & is, qui extat in bonis apud Pherecratem ac Strattidem,de quo inquit;

*Nam ſemimedimna quinque diebus ſingulis,*
*Vim ſi quis inferat mihi vix ederim.*
*Quam veſceris paucis profecto:qui die*
*Longæ triremis deuoras ſolus cibos.*

Scribit Xanthus in rebus Lydiæ Cambletem regem Lydorum, multum edere ac bibere conſueuiſſe, ac fuiſſe guloſum; hic igitur noctu ſuam vxorem cum dilaniaſſet, comedit,atque cum mulieris poſtea manum in ore ſibi mane reperiſſet, re valde diuulgata, ſe ipſum iugulauit. De Thye rege Paphlagonum, quòd etiã ille multum ederet,in prioribus diximus, adduximúſque Theopompi Hiſtorici teſtimonium ex libro trigeſimo quinto. Archilochus in Tetrametis, ſicut Cleonymus & Piſander Comici, ita ipſe inuehitur in Chirilam ob rem huiuſmodi. De Chærippo ita meminit Phœnicides in Phylarcho:

B *Accedit iſtis tertius doctiſſimus*
*Cherippus, iſte, ſicut ipſe ſcis, edit*
*Donec quis affert,aut latens diſrumpitur.*
*Habet domus vti ille promptuarium.*

Nicolaus Peripateticus libro Hiſtoriarum centeſimo tertio ſcribit Mithridatem regem Ponticum multum edendi ac bibendi certamen propoſuiſſe, cuius rei præmium erat argenti talentum, ac vtrunque certamen viciſſe: at præmium ei tamen reliquiſſe, qui poſt ſe iudicatus primus fuiſſet, quòd Calonodryi athletæ Cyziceno accidit abſtuliſſe. Multum Timocreon etiam Rhodius edebat ac bibebat, cum athleta eſſet ac quinquertio, velut Epigramma ſignificat in illius ſepulchro:

*Plurima edens,permulta bibens,mala plurima dicens*
*Ipſe viris iaceo hic Timocreon Rhodius.*

Scribit in quodam procemio Thraſymachus Macedo Timocreontem ad magnum regem acceſsiſſe, & hoſpitatum fuiſſe ab illo, multúmque comediſſe, interroganti regi quid poſtea facturus eſſet, dixit ſe Perſas innumeros conciſurum. Ac cum die deinde ſequenti multos ſingulari certamine

certamine viciſſet, geſticulabatur. cum audiſſet opportunitatem deeſſe, ſi quis inquit tot plagas admitteret. Clearchus libro quinto vitarum, Cantibari Perſæ, vbi edendo maxillas is defatigaſſet, familiares ſcribit in os apertum, tanquam in inanimatum vaſculum cibum demittere ſolitos. Hellanicus libro primo Deucalioneæ, Eryſicthonem narrat Myrmidonis filium Aethonem fuiſſe appellatum, quoniam cibi eſſet inſatiabilis. Polemon voracitatis templum apud Siculos fuiſſe teſtatur libro nono ad Timæum, & Frumenti Cereris imaginē, apud quam erecta erat imago Himalidis, ſicut & Hermochi in Delphis, in ſolo Bœotiæ Megalarti, ac Megalomazi. Alcman poëta ſe ipſe ſcribit voracem fuiſſe, his verbis libro tertio, & quando tibi dabo tripodis vas, quo Nileo triremis? ſed nunc eſt inexpertus, ac faba elixa fortaſſe plenus, velut vorax Alcman amauit Chæerum circa conuerſiones. neque enim percuſſum quipiam edit, ſed noua quæritat vt populus. Hinc etiam ſuam voracitatem declarat cum dicit, horas edes & cauernas æſtate & hyeme, quarto ſila. Sed ſiquidem edit, facem non eſt. Anaxilas Comicus diſſerens de Cteſia quodam in actu Aurifice inquit: C D

*Tibi ferè iam cuncta præter Cteſiam,*
*Nam ſolus iſte ſicut inquiunt ſophi*
*Cum cœna cœpit neſcit, aut cum deſinat.*

Et in Diuitibus:

*Diſrumpatur alter*
*Qui cœnet aptè, nec ſit vnus Cteſias.*
*Te quippe quid vetat? nam vt inquiunt Sophi;*
*Cum cœna cœpit ſolus haud ſcit, aut vbi*
*Iam deſinat.*

In gratiis verò Cranaum quendam, ita cum illo connumerat, non incaſſum interrogat accedentes quidam verè an Cranaus Cteſia edat minus, vel cœnent ambo confertim. Philetærus in Atalante:

*Neceſſe ſi ſit plura curram ſtadia*
*Quàm Sotades, vinco labores Tauritem*
*Ferendo, Cteſiámque edendo excello ego.*

Anaxippus in fulmine, video ex amicorū palæſtra accedentem ad me Damippum, hunc tu dicis petroſum, hunc amici appellant, nunc ob robur fulmen meritò. Inacceſſas menſas

puto

A puto ipſum excauaturum maxilla. Significauit in his Comicus, quòd ab eo actus fulmen eſt inſcriptus. Theophilus in Epidauro, erat Mantinenſis quidam Atreſtidas manipuli ductor, qui plurimum omnium hominum veſcebatur. At in Pancratiaſta athletam ita inducit, qui plura edebat:

*Tres mnas ferè elixorum, aliud dic, roſtrulum,*
*Pernam, ſuillos & pedes, ô Hercules,*
*Bouiſque tres, gallinam, Apollo, cætera*
*Dic, ficuum minas duas, quantum ſimul*
*Refer bibiſti? bis meri ſenas cotylas.*
*Apollodore & ſebazi.*

## *De Bœotorum Theſſalorúmque voracitate.*
## CAPVT II.

SVnt & nationes quædam, quæ vniuerſæ ob voracitatem carpuntur, velut Bœoti: Eubulus idcirco in Antiope.

*Fortes laborando ſumus, ac edendo nos.*
*Athenienſibus ſimul dicendo nos,*
*Parúmque veſcendo, Thebani plurimum.*

B Et in Europa:

*Bœotis vrbem condidit*
*Viris bonis edendo vel totum diem.*

In Ione:

*Sic moribus videtur hic Bœoticus*
*Edendo, vt impleri nequeat ſicut ferunt.*

In Cyclopibus:

*Thebas adiui poſtea noctem ac diem*
*Cœnant vbi totam, videtur ſtercus &*
*In iannis cunctis vbi nullum eſt viris*
*Maius bonum, quàm ſi cacare quiſpiam*
*Velit procul diſcedat, edens at multa vir*
*Frequens videtur labra qui momorderit.*

At in Nyſis quendam hæc dicentem inducit ad Achillem:

*Thebes quidem tu deſerens campum vt refers*
*Virum optimorum veſcier totum diem*
*Collis, propinquis atque ſterquilinijs.*

Diphilus in Bœotico, potens comedere ante diem incipiens vel rurſus in diem. Mneſimachus in Buſiride, ſum enim Bœoticus, alia quidem pauca, hæc multa verò comedens.

Alexis

Alexis in Trophonio: C

*Nunc ne prorſus*
*Bœotica eſſe videamini carpere vos ſolitis.*
*Velut immobiles nunc eſſe,& clamare & laborare ſolum,*
*Cœnaréque ſcire exactè noctem totam,*
*Nudare ſeipſos cito omnes.*

Achæus in Certaminibus, nunquid ſpectatoribus vel certantibus dicis multa edentibus, vt exercentium mos eſt? cuiates ſunt hoſpites? Bœotici. Ex huiuſmodi opportunitate æquum videtur, vt Eratoſthenes dixerit in Epiſtolis Prepellum, interrogatum quid ſibi eſſe viderentur Bœotici, quid aliud reſpondiſſe quàm quòd hæc loquuntur tanquam vaſa, quæ vocem acceperint, quantum quæque ſunt capacia? ſcribit Polybius Megalopolitanus libro vigeſimo Hiſtoriarum, quòd magnam gloriam adepti Bœotici poſt res Leuctricas,animis paulatim conciderunt; mox in conuiuia conuerſi ac ebrietates, communicarunt plurima cum amicis, nam multi ex habentibus filios bonam partem rerum ſuarum conuiuis diſtribuerunt; ita vt multi eſſent ex Bœoticis, quibus plures eſſent cœnæ, quàm dies in ipſo menſe reperiuntur: Quamobrem conſuetudinem hanc D ægrè ferentes Megarenſes ad Achiuos defecerunt. Carpuntur & Pharſalij tanquam voraces, vnde Mneſimachus in Philippo:

*Venit quis vt menſas comedat ex Pharſalijs,*
*Hic nullus eſt,agunt bene iſti,nunquid &*
*Vrbem vorant Achaicam coctam ſimul?*

Teſtatur Crates in Lamia quòd Theſſali etiam velut voraces accuſabantur, poſtquam tricubitales Theſſalicè ſectas: quod idcirco dixit, quia Theſſalorum mos erat carnes in magna fruſta diuidere. Philetærus in Lampadiferis, & graue carnis ſuillæ ſectum more Theſſalico fruſtum. Magnam etiam turundam Theſſalicam dixerunt, Hermippus in portionibus, Iupiter nullum horum vnguentorum animaduertens compoſuit Theſſalicam turundam. Ariſtophanes in Sartagine coquentibus Capanicas vocauit; quid ad Lydorum cœnas ac Theſſalorum? nam Theſſalorum ſunt magis Capanicæ id eſt plauſtrales, Theſſali ſiquidem plauſtra capanas dixerunt. Xenarchus in Scythis, ſeptem capanas nutriui in Olympiam,

A piam, quid ais? capanas Theſſali omnes vocant plauſtra, intelligo. Scribit Hecatæus Aegyptios panis eſſe voraces, quippe qui cyllaſtas edant, hordeúmque in potum conterant. Alexis idcirco in libro de rerum neceſſariarum copia Bocchoron mediocri alimento vſum fuiſſe ſcribit, ſuiq; ipſius patrem Neochabem.

## *De Pythagoræ, nonnullorúmque aliorum frugalitate, & Menedemi Sympoſio.*
## CAP. III.

PYthagoras etiam Samius mediocri vtebatur cibo, velut Lycon teſtatur Iaſenſis in libro de Pythagora. Neque ab animatis ſanè abſtinebat, vt ait Ariſtoxenus: nam & Apollodorus Arithmeticus ipſum Pythagoram bouem mactaſſe ſcribit, cum reperiſſet, quòd trianguli rectanguli latus quod recto angulo ſubtenditur, æquiualet lineis reliquis triangulum comprendentibus.

*Inclyta Pythagoræ cum primum inuenta figura eſt,*
*Inclyta propter quam victima bos cecidit.*

B Bibebat parum Pythagoras, frugaliſsiméque viuebat, ita vt ſolo melle aliquando contentus eſſet. His ſimillima ſunt ferè & ea, quæ de Ariſtide, Epaminonda, Phocionéq; & Phormione ducibus narrantur. Manlius Curius dux Romanorum per totum æuum rapas comedit, qui, cum multum aurum à Sabinis miſſum fuiſſet, ſe non auro indigere dicebat; donec cibis vteretur huiuſmodi. Hæc eadem ſcripſit Megacles in libro de Viris illuſtribus. Multi ſunt qui victus mediocritatem complectantur, vt Alexis aſſerit in Amante:

*Sed ego neceſſaria habere,*
*Odi ſuperflua, nam nimis abundantibus*
*Eſt magnificentia, nullàque oblectatio.*

At in Mentiente:

*Superflua odi, nam nimis abundantibus*
*Impenſa adeſt, nec vlla ſit iucunditas.*

In Collectaneis:

*Quàm ſit mediocre dulce, nil ſuperfluum*
*Edens recedo, nec vacuus, ſuauiter ſed habens.*

Ait enim Mnaſitheus omnium rerum ſuperuacaneam co-

piam ſemper eſſe fugiendam. Ariſton philoſophus libro C ſecundo Similium amatorio, ſolitum fuiſſe Polemonem Academicũ ſcribit, eos, qui proficiſcerentur ad conuiuium admonere, vt ſuauiter biberent, non in præſens ſolum, ſed in craſtinum etiam diẽ. Timotheus filius Cononis ex magnificis ac ſumptuoſis cœnis militaribus in Sympoſium Platonis, quod fiebat in Academia, aſſumptus; cum frugaliter & ornatè cœnaſſet, quàm apud Platonem inquit cœnantes & in diem craſtinum bene ſe habebunt. Hegeſander in Commentariis Timotheum Platoni obuium fuiſſe ſcribit die ſequenti, ac dixiſſe, vos magis in ſequentẽ diem bene cœnatis ô Plato, quàm in præſentẽ. cum Pyrrhonem Eleum ex eius familiaribus quidam magnificè, vt ipſe narrat, in conuiuium excepiſſet, in poſterum is inquit non amplius ad te accedam ſi ita exceperis, ne ego grauiter feram cum te non neceſſariò impendere videam, ac ne tu etiam exhauſtus mala patiaris. conuenit enim vt potius nos cum congredimur cum ipſis amicis, in illos beneficium conferamus, quàm vt ferculorum multitudinem miniſtrãtes plurima impendant. Antigonus Caryſtius in vita Menedemi ordinẽ deſcribens Sympoſij apud Philoſophum, declarat D quod ſecundus aut tertius cœnabat ex illius ſententia, reliquos autem cum cœnaſſent oportebat eſſe præſentes: erat enim huiuſmodi Menedemi prandium. poſtea eos qui acceſſerant, aduocabãt, ex quibus cum aliqui ante tempus veniſſent, vt accidit, iuxta fores declinantes pueros exeuntes percunctabantur, quid eſſet appoſitum, aut quo pacto habeat prandium temporis occaſionẽ. Quãdo igitur olus aut ſalſamentũ audirent, ſecedebãt; cum carnem verò, ingrediebantur in domum ad hoc præparatã. Erat in ſingulis thoris æſtatis tẽpore ſtorea parata, at pellis villoſa per hyemẽ. Puluinar ſingulos afferre oportebat. At poculum quod circunferebatur, non erat maius quàm cotylæ menſura. Bellaria ſemper erant fabę, aut lupini, quamuis ex tempeſtiuis quidpiam aliquando inferebatur, velut æſtate malum punicum, veréque ciceres, per hyemem verò caricæ. Teſtatur hæc Lycophron Chalcidenſis in Satyris Menedemum ſcribens, quibus verbis Silenus Satyros alloquitur:

*Pueri pueri fortiſsimi quàm peſsimi,*
*Vobis ego videtis vt ſuccenſeo?*

*In Ca*

A *In Caria nec cœna talis per Deos,*
*Nec in Rhodo videtur, aut in Lydia.*
*Cœnaui ego diu iam, Apollo quàm bene.*

Tum progreſſus:

*Sed calicem aquoſum*
*Circumtulit puer, quinque obolorum ſubmiſſe,*
*Aſſiſtens pernicioſus,*
*Et Demonicus ſeceſſit liberalis,*
*Lupinus pauperum, & triclinij ecnuina.*

Narrat deinde quòd quæſtiones erant poſt potũ, nam temperans ſermo in medio bellarium eſt. dicitur etiam quòd gallus auroram vocans ſæpius eos ſimul comprendit, quibus haud dum erat ſatietas.

## *De Arceſilai cœna, & quibuſdam cœnis pugnacibus.* CAP. IIII.

CVm Arceſilaus quibuſdam conuiuium præbuiſſet, defeciſſetq; panis, annuente puero quod non ſit amplius cachinnans, Manúſq; cõcutiens quale inquit noſtrum eſt conuiuium ô amici, nam obliti ſumus tantum panis emiſſe, quantum ſufficeret. Accurre puer. Hæc ipſe ridens dixit, quare præſentibus riſus exortus eſt, ita vt multum oblectamentum inciderit commoratióq; & ſuauitas in Sympoſio defectus panis. Cum aliàs Apellem familiarem iuſsiſſet Arceſilaus vinum defæcare, iſque ob ignorantiam id perturbaſſet, atq; confudiſſet, multò magis viſum eſt vinum turbidum: tunc ridens ait, ego defæcare imperaui homini, qui nihil bonum cernat, velut ego: quare ſurge tu Aridices, ac diſcedẽs exteriora perforato. Hæc ita lætos ac hilares præſentes fecerũt, vt omnes iucunditate ſint repleti. At qui nũc ad cœnas conuocant, & ij præcipuè qui ex pulchra venerũt Alexandria, clamant, ſtrident, pocillatorem conuiciis afficiunt, & miniſtrum, ac coquum. Lugent pugnis verberati pueri, alius aliunde, nec cœnant ſolum ij cum omni moleſtia, qui ſunt conuocati, ſed & ſi acciderit ſacrificium quodpiam Deus obtectus abibit non ſolum domum relinquẽs, ſed ipſam etiam totam ciuitatem. Ridiculum ſanè eſt, vt filiis vxoríque bonam famam gloriámque quis implorans, precetur, cum cœnantibus is dicat huiuſmodi.

B (margin letter beside "chinnans")

*Vt mox pugnemus cœnam nunc ſumite cunƈti.* C

Nam huiuſmodi domus ſimul ſuffimentorum plena eſt: ſimul Pœanúmque & ſuſpiriorum. Cum hæc ita dicta eſſent, dixit ex præſentibus quidam, cum ea intueamur, deuitandum eſt ne inſeruiamus ventri.

*Nec cœna parca gignit vlla inſaniam,*

Vt Amphis ait in pane, nec iniurias, aut irritationes, ſicut teſtatur his Alexis in Vlyſſe texente:

*Conuentus optat longus,*
*Et conuiuium frequens per diem*
*Facere cauillationem, cauillatio verò dolore*
*Maiori afficit, quàm delectet multo.*
*Male dicendi enim fit principium, ſi dicas ſemel*
*Statim audiuiſti contra, conuiciari relinquitur.*
*Verberari poſtea demonſtratum eſt ac inſanire.*

Hæc ſiquidem ſecundum naturam fiunt ſic, ac venerari interea oportebat.

Mneſimachus in Philippo ob ſuperuacaneàm ſatietatem in cœnis ſympoſium quoddam inducit, nunciatum belli apparatum, ac belli verè officinam iuxta elegantiſsimum Xenophontem, ſic enim dicit: D

*An ſcis quòd eſt bellum tibi ipſis cum uiris*
*Enſes acutos qui voramus, & faces*
*Obſonium ardentes putamus optimum?*
*Nobis ſtatímque poſtea bellaria*
*Infert puer, pòſt Creticas fert cuſpides,*
*Velut ciceres, fragmentáque haſtarum ſimul.*
*Tum ſcuta, thoraces, galeeq; ſplendidæ,*
*Arcúſque fundæq; ad pedes ſunt ſingulis.*
*Catapultas coronauimus.*

Et Phœnix Colophonius:

*Vini cadus fit enſis, at cuſpis calix,*
*Crateres hoſtes, ac coma arcus, mox equus*
*Merum, ferox vnguenta fit clamor mihi.*

Alexis in Paraſito ita loquitur de quodam vorace,

*Paraſitum Blandicias omnes iuniores hunc vocant,*
*Errat nihil, cœnátque mutus Telephus*
*Solum annuens, interrogantibus, fit is*
*Vt ſæpius ventos roget ceſſare nunc*
*Samothracios, tranquillitatem vunc fieri,*

*Nam*

A *Nam eſt amicis hyems, hyems adoleſcentulus.*

Narrat & Diphilus in Hercule de quodam ſimili.

*Me non vides bibiſſe, ſumméque ebrium*
*Iratum & eſſe: hunc vidi ciuem Actione magis.*
*Iam ferè duodecies pranſum eſſe.*

Quamobrem optimè dixit Bion Boriſthenites, non oportere voluptates ex menſa proficiſci, ſed ex optimis conſiliis. At Euripides:

*Mala dieta admoui, at hinc gaudebat os.*

Velut magis circa os oblectatio proueniat ex ferculis. Aeſchylus in Phineo, falſas cœnas multas inſanientis maxillæ firmas velut oris in prima iucunditate. Euripides de frugalitate diſſerẽs in Schenobœa, vita purpurea marina non eſt lautæ menſæ, ſed litorale ſtabulum. Humida mater non pedeſtris nutrix mare hanc capiemus ex hac vita, cum laqueis & pedicis domum it,

## *Ventris obiurgatio.* CAP. V.

Magnum profectò viris malum eſt venter, de quo ita B ſcriptum reliquit in Commorientibus Alexis.

*Hinc ſcire poſſis venter eſt quantum viris*
*Malum, quid is docet, quot egiſſe vrgeat,*
*Si ſeparet partem quis hanc à corpore,*
*Iniuriam nullus libenter inferet,*
*Vel contumeliam, ſed omnia aſpera*
*Fiunt ob hunc nunc. Diphilus in Paraſito,*
*Multa eſt bona Euripides locutus aureus,*
*At vincit vſus, triſtis & venter meus.*
*Nam ventre nil eſt triſtius, nil peius eſt.*
*In quem prius ieciſſe poſſis omnia.*
*Nec alterum vas eſt ſimile in pera feras*
*Panem, haud licebit ius, vel illa perditur.*
*In ſportulam iacis placentam, lens abeſt.*
*Non fers locuſtas in lagena, ſed merum.*
*Inuiſus hic venter Deis fert omnia,*
*Quæ conueniant nullo ſibi pacto penitus.*
*Nec cetera appono, quæ vbique ſunt mala.*
*Sunt propter hunc reperta, fiunt propter hunc.*

Crates etiam Cynicus Demetrium Phalereũ cum panium

pera lagænam vini mittentem alapis cecidit, vt Soſicrates C
teſtatur in ſucceſsionibus. dicebat enim nunquid panes ac fontes ferre licet?non ſimulabat continentiam Stilphon, quippe qui allio tantum veſceretur, ac in templo dormiret matris deorum,quamuis interdicebatur ei,qui horum quidpiam comediſſet vel ingredi. Cum Dea illi in ſomnis aſtitiſſet dixiſſétque cum philoſophus ſis ô Stipon, leges tamen pertranſiſti, cui viſum eſt reſpondiſſe in ſomnis, tu mihi dato quod comedam,tunc allio non amplius veſcar. His dictis ait Vlpianus,poſtea quã cœnauimus inquit Alexis in nouacula, poſtquam diu cœnauimus, Eubulus in Procride, nos nondum cœnauimus. Et rurſus,quo oportet nos cœnare aderit dudum. Antiphanes in Leonida,ſed aderit prius quã nos cœnemus. Ariſtophanes in Præludio, ſed hora poſcit dudum eum ad dominum meum, illos puto cœnaſſe certe iámque ego.in Danais, debacchari me facis iam,priuſquam cœnem. Plato in Sophiſta, Epicratéſq; Ambraciota, qui eſt mediæ comœdiæ poeta, in Amazonibus cœnaſſe tempeſtiue valde videntur mihi. Ac pranſum eſſe Ariſtophanes dixit in ſartagine coquentibus ſuccubuimus ô viri,& bene pranſi ſumus. Hermippus in Militibus,pranſum eſſe ac aſsiſtere hæc. Theopompus in Callæſchro,pranſi ſumus,opus eſt enim ſermonem coniungere. Incommode prandere Antiphon dixit in Politicis, vbi pro rebus ſuis aut amicorum commode pranſus. At incommodè cœnare Amphis dixit in Impoſtore, incõmodè cum cœnaſſet pueri diu. Deis quidem ait Plato in Philebo ſupplicãtes miſceamus,ſiue Vulcanus ſit,ſiue Bacchus,ſiue quis alius Deorum hunc miſtionis honorem ſit ſortitus, nobis enim pocillatoribus fontes adſunt;melliq; voluptatẽ quiſpiam eſſe ſimilem arbitraretur. At prudentiæ ieiuno,ac ſine aliquo auſtero vino & ſalubris aquæ,quæ curandum eſt quàm optimè miſcere. Eſt igitur hora vt nos bibamus, ac ex pueris quidam ex theca calicũ, poculum afferat, multitudinem enim variorum pulchrorúmq; poculorũ aſpicio. D

## *De meraciure,& Cyathis.* CAP. XI.

CVm datum fuiſſet igitur magnum poculum,ſed cum meraciore mihi puer cyathum impleueris, effunde in calicem, inquit: at non iuxta Antipanem,Comicum, qui

A qui ait in Geminis:

*Det poculum magnum mihi,ſumens ego*
*Fudi merum,non is puer fuit;cyathos*
*Deis,deabus & ſacratos plurimos.*
*Poſt quos & omnes,mox,ſimul grauis dea,*
*Dulciſsimíque Regis in partes duas*
*Diuiſionem.*

Mihi igitur meracius miſceas ô puer, nondum enim de cyathorum numero diximus. Demonſtrabo quòd dictus eſt etiam cyathus, & meracius & de pincernis,ſed de meraciore prior mihi erit ſermo. Antiphanes in Milanione, hunc ego iudico poſt peluim ſanitatis bibere meraciore vtentem pincerna. At in Lampone, ô grauis Iapyx miſceto meracius. Ephippus in Ephebo,phialam vtraque dedit miſcens purius. Quidam verò Homericum illud, miſcuit purius, non purum ſignificare inquiunt, ſed calidum à vitali, & feruore. Sed præſentibus ſodalibus abſurdum eſt profectò nuper à principio craterem miſceri. Alij meracius, velut dexterius pro dextero. Quidam verò quoniam Hori anni dicentur, & animalia, quod magnitudinem ſignificat aut multitudinem,zoron multorum annorum dici putarunt. Diphilus in Amatoribus puerorum,infunde tu bibere meracius. Genera duo pueri, hoc enim aquoſum totum eſt, hoc animæ malum. Theophraſtus in libro de Temulentia, meracius miſtum eſſe inquit, hæc ex Empedocle apponens; ſtatim mortalia facta ſunt, quæ prius ſciebam immortalia eſſe, miſtáque prius non miſta variantia vias.Cyathum pro vaſe ad bibendum Plato dixit in Phaone, cum ſic ad os illi cyathum mox ſumpſerint. Et in legatis, cyathos quot abſcondiſtis vbique. ὑποσπασ-μέναι.
Archippus in Piſcibus, cyathum emi à Deſio. Huiuſmodi & id Ariſtophanis in Pace cohibuiſſe,nam liuores cyathis circunfracti ad nihilum rediguntur Meminit Xenophon libro primo Diſciplinæ de cyatho: & Cratinus Ariſtophanéſque multis in locis, & Eubulus in Oithanna, Pherecrates in Nugis cyathum argenteum nominauit. Timon Salium ſecundo, haurientes cyathos ita inquiens vocauit, inexplebiléſque haurientes,ab hauriendo nomine. Dicuntur etiam Aryſteres & Ariſtichi. Simonides, dedit nullus neque Aryſterem fæcis. Ariſtophanes in Veſpis, ego enim

B (margin letter beside "rum dici putarunt")

habebam hos Aryſtichos. Phrynichus in Runcatricibus, C calicem Aryſtichum, hinc etiam capis. dixerunt etiã Ephebum vas huiuſmodi, Zenophanes in Naturali, Polybius libro nono Hiſtoriarum fluuium quendam Cyathum vocari ſcribit iuxta Arſinoem Aetoliæ ciuitatem. Meraciore vſus eſt Hyperides ita ſcribens in ſermone contra Demoſthenem, Si quidẽ meracius quis biberet, mœrore afficiebat, huic ſimile eſt & moleſtius. & in Aeſchyli Heliadibus abundantiores latices. Epicharmus in Pyrrha, vilioris precij inquit. Hyperides in Oratione contra Demadem faciliorem dixit ciuitatem. Miſcere vſus eſt Plato in Philebo, Deos orantes ô Protarche miſcemus. Alcæus in ſacris nuptiis, miſcéntque, & euaneſcere faciunt. Hyerides in Deliaco, craterem Græci communiter panionicum miſcent.

## *De pincernis.* CAP. VII.

POtum miniſtrabant nobiliſsimi pueri apud antiquos, ſicut Menelai filius:

*Filius eximij Melenai vina miniſtrat.* D

Ac Euripides poëta cem eſſet puer vinum miniſtrabat, quamobrem Theophraſtus ait in libro Temulentię, intellexi Euripidem etiam poëtam Athenis ſaltatoribus vocatis potum miniſtraſſe, ſaltabant hi circa Apollinis Delij templum * Teraicorúmque veſtes immergebant. Eſt autem hic Apollo, in cuius honorem Thargelia feſta celebrabantur, at ſcriptum quædam de his nunc etiam ſeruatur in laurifero à tribubus. hæc eadem ſcripſit Hieronymus Rhodius Ariſtotelis diſcipulus in libro & ipſe de Temulentia. At ſapiens Sappho fratrẽ Larichum vbique laudat velut Mitylenæis in Prytaneo vinũ miniſtrantẽ. Apud Romanos etiam miniſterio huiuſmodi pueri nobiliſsimi funguntur in publicis populi ſacrificiis: Aeoles omnino imitantes, ſicut iuxta tonos etiam vocis. Erant huiuſmodi antiquorum deliciæ circa magnificentiam, vt non pincernas ſolum, ſed Oenoptas etiam haberent. Sunt autem apud Athenienſes magiſtratus quidam Oenoptæ, vt teſtatur his verbis Eupolis in Ciuitatibus:

*Quos non vel Oenoptas capere vos hactenus*
*Dignum putabatis videmus nunc duces*

*Exer*

A *Exercitus,ô ciuitas ô ciuitas*
*Felicior quantò es ſapias quàm prouidè.*

Obſeruabant in cœnis iſti Oenoptæ an æquè biberent ij, qui conuenerant, erátque frugalis hic magiſtratus, velut Philinus rhetor teſtatur in Crocanidarum iudicio: quódque tres erant Oenoptæ qui lychnos, funaliáq; dabant cœnantibus. nec deſunt qui Oculos hos dixerint. Apud Ephęſios iuuenes vinum miniſtrantes in Neptuni feſto Tauri dicuntur, vt aſſerit Amerias. Helleſpontici pincernam infuſorem nominant, ac carnium diſpenſationem, carnium diuiſionem, vt libro ſexto & vigeſimo Troici ornatus Demetrius ait Scepſius. Sunt quidam qui hermoniā Deis potum miniſtrare opinentur, vt Capito ait verſificator Alexandrinus ex genere, libro rerum Amatoriarum ſecundo. Alcęus autē Mercurium inducit pincernam ipſorum Deorum velut Sappho, quæ ita ſcripſit; Ambroſiæ crater miſtus eſt. Quamuis antiqui ad miniſteria huiuſmodi præcones aduocare conſueuerant, vnde Homerus:

*Fœdera fida Deum præcones ferre per vrbem*
*Cernere erat, binos agnos, iucundáque vina.*
B *Agrorum fructus portarunt vtre caprino.*
*Idæus præco ſimul his cratera nitentem*
*Attulit, ex auro ſplendentia pocula fuluo.*

Et rurſus:

*Sed præcones ſplendidi*
*Fœdera fida Deum tulerant, craterę́que vinum*
*Miſcebant, manibus fuderunt Regibus vndam.*

Clidemus coquos ait præcones nominari, ac quidam Hebem Deis ipſis vinum miniſtrantem formarunt, idcirco fortaſſe quod Sympoſia dicantur locus iuuenum exercendorum. De Clina Ptolemæi Regis cognomento Philadelphi pincerna, mentionem fecit Ptolemęus Ageſarchi filius libro tertio Hiſtoriarum ad Philopatrem: Multáſque ſtatuas erectas fuiſſe narrat in Alexandria in multis partibus ciuitatis, ſolam veſtem habentes rhytúmque tenentes in manibus. Inter hos ſermones Vlpianus poculum euacuans ait, Cum plenam ego hanc totam nominauerim conſanguineis amoris fœdus præbibo, cui bibenti etiam quidam ex præſentibus reliquos iambos appoſuit, bibens amorem reliquum, ſuffocos, ſed abſorbet.

L 5

Vlpianus cum ebibiſſet ait, hæc Clearchus ait in Citharœdo. Ego verò iuxta Amphidis laniſtas hortor. Puer ſummoueat poculis frequentes, & impletum quidem mihi, tibi ego dabo bibere, amygdala ludat apud amygdalam. Hæc Xenochartus in Geminis. C

## *De vini miſtione, potúque Scythico.* CAP. VIII.

CVm quidam plus vini peterent, alij æquo æquum miſceri iuberent, ac dixiſſet quidam dixiſſe in ſecundo Amphitryone Archippum, quis veſtrum ô infelix æquo æquum miſcuit? Catinúmq; in Vaſe vinario, æquum æquo ferentem, ego autem tabeſco: viſum eſt omnibus de miſtionibus dicendum eſſe, quæ erant apud antiquos. Ac quodam dicente quòd Menander dixit in Heroe, Chus vini miſti, hunc ebibe. ſubdidit Democritus, Heſiodus ô ſocij tres aquæ portiones, quartámque vini infundere laudat, propterea & Anaxilas dixit in Nereo, Equidẽ multò eſt ſuauius, non enim vnquam bibi tres aquæ, vnam vini ſolum. Temperantius etiam miſcere iubet Alexis in Tethye;

*Hic ecce vina ſunt, igitur effundam ego* D
*Melius, magis nam præſtat vnam & quatuor.*
*Refers aquoſum ſed bibens hanc quid refer.*
*Agamus & aliquam moram inter pocula.*

Diocles in Apibus, quo pacto miſtum vinum bibere opus eſt? cum quatuor duas. Quæ miſtio cum eſſet præter conſuetudinem, illud fortaſſe, vulgatum prouerbium excitauit, vel quinque bibere, vel tres, aut non quatuor. vel enim duas cum quinque bibere oprtere dicit, vel vnã cum tribus de qua miſtione ſcribit Ion poëta in libro de Chio, quòd inueniens vates Palamedes, vaticinatus eſt nauigationem fore Græcis bibentibus tres ad vnum cyathum. Iſti verò intentè potu vtẽtes duas vini bibebant cum quinque aquæ. Nicochares igitur in Amymone alludens ad nomẽ inquit, lætatur hic duobus & quinque ænomaus: & ego & conuiuæ ſimus. His ſimilia dixit in Lemniis. Amipſias in ſonitum vino facientibus, ego bacchus omnibus vobis ſum quinq; & duo. Eupolis in Capris, ne Bacche gaudeas duobus & quinque. Hermippus in Deis, poſtea vbi bibimus

A vel ſitimus: Optamus ad hoc vinum * non ciuis aut cœni ego fero ludens ſimul. Rurſus factum eſt hoc quinque & duo. At apud Anacreontem vnum eſt vini cum binis aquę, age iam, fer nobis puer poculum vt Amyſtim præbibam, duo quidem aquæ infundens at quinque vini cyathos, vt in conuiciantem debaccher. Atque procedens vinum non miſtum bibere Scythicam potionem vocat; Agitè date non etiam ſic cum ſtrepitu & clamore Scythicam potionem, apud vinum curis angimur, ſed pulchris bibentes in hymnis. Ex Lacedæmoniis, vt Herodotus ait libro ſexto, Cleomenes rex quia cum Scythis verſatus eſſet mero delectabatur, quem etiam ob temulentiam inſaniuiſſe aiunt. Ipſi etiam Lacones vbi meracius bibere volunt, Scythizare ſe velle inquiunt. Chamæleon idcirco Heracleotes ita ſcribit in libro de Temulentia, quando Cleomenem Spartanum referũt Lacones inſaniuiſſe cum inter Scythas verſatus eſſet, meraciúſq; bibere didiſciſſet, ex quo cum meracius bibere volũt, Scythiza, dicũt. Achęus in Aethone Satyrico Satyros grauiter ferentes inducit potum aquoſum ac dicentes:

B *An non Achelous miſtus aderat plurimus?*
*Ceſſare quippe cuius haud fas eſt generi,*
*Certè Scytharum more præſtaret bibere.*

## *De cottabizin conſuetudine.* CAP. IX.

ERant auditorum etiam libationes non valde antiquę, vt teſtatur Theophraſtus in libro de Temulentia. Sed à principio illud erat libare Deis dicatum, vt cottabus erat amantium. Vtebantur ſtudioſè cottabizin, qui ludus erat Siculus. ſicut Anacreon Teius ſiculum cottabum ancylæ accõmodauit. Quare quæ conuiualia carmina dicuntur antiquorum poëtarum, plena ſunt omnia. Dico autem ſicut fecit Pindarus gratias amorum Venereorum, vt cum hœdo ebrius, at bono Agathani cottabum. Mortuis autem amicis id diſpenſabant, quod decidebat ex menſis, quare Euripides dixit de Sthenobœa:

*Quando putare Bellerophontem mortuum*
*Nihil cadens illum latuit de manibus.*
*Sed hoſpitem Corinthium allocutus eſt.*

Non.

Non fiebant ebrij antiqui,ſed & Pittacus nõ fieri ebrium C hortatur Periandrum Corinthium,neque laſciuire, ne noſcaris inquit cuiuſmodi ſis,ſed neque qualem te eſſe ſimules,nam ſpeculum æreum formæ,vinum mentis eſt index. quamobrem ſcitè quidem prouerbiorum inuentores hinc traxerunt,vinum nõ habere gubernacula. Xenophon igitur cum apud Dionyſium Siculum à Gryllo pincerna bibere cogeretur,tyrannum nomine vocans,nunquid inquit ô Dionyſi cum obſonator ingenioſus ſit bonus, nos conuiuas vel nolentes edere cogit?ſed is ornatè nobis cum ſilentio menſam præparat. Sophocles etiam in actu Satyrico. Per vim bibere inquit malum eſt , æquè ac ſi quis per vim ſitim perpetiatur. Vnde dictum eſt:

*Vina ſenem cogunt,minimè ſaltare volentem.*

Nec inſulsè ſanè Sthenelus ait poëta:

*Pocula vel mentem rapiunt prudentibus omnem.*

At Phocyllides:

*Inter Sympoſium calices cum ſæpe feruntur,*
*Dulcia nugantem,vinum potare ſedentem,*
*Eſt opus .*

Quod nunc etiam apud nõnullos Græcorum obſeruatur, D poſtquam deliciari cœperunt,ex bigis in thoros defluxere, quietémque & facilitatem auxiliarias capientes , demiſsè iam & inordinatè temulentia vtuntur , ſuppetente ad voluptates vt arbitror ſupellectile domeſtica.Idcirco & Heſiodus dixit in Diebus,

*Gaudia quanta viris Bacchus dedit,atque laborem.*
*Si quis multa bibit fiunt inſania vina.*
*Illa pedes,mentémque ligant,linguámque,manúſque.*
*Non fractis vinclis,ſomnus demulcet & illum.*

Et Theognis:

*Sic homini venio vinum prædulce bibenti,*
*Nec ſum ieiunum,nec temulentum ego ſum.*
*Sed quicunque modum ſuperauerit,ille nec vltra*
*Conſilij compos , is neque mentis erit.*
*Plurima nugatur ieiunis turpia,& idem*
*Turpe nihil cernit quod temulentus agit.*
*Vt fuerit prudens & blandus,talia noſcens*
*Plus æquo caueas ipſe bibiſſe meri.*
*Surge priuſquam tu iam cœperis ebrius eſſe.*

Nec

A *Nec teneat ventris te grauis imperium.*

Cum ſapiens Anacharſis vitis vim Scytharum regi oſtendiſſet, huius inquit pampini iam eſſent inter Scythas, niſi quotannis Græci abſcidiſſent. Non rectè illi profectò, qui Bacchum fingunt, ſcribúntque, vel etiam agunt ebrium ſuper plauſtro per medium forũ: nam ſpectatoribus quod vel ipſo Deo potentius ſit vinum, demonſtrant; quod nec virum quidem bonum perpeti velle putauerim. Sed ſi eum ita ſe habere faciunt, quia vinum monſtrauerit nobis, manifeſtum eſt quòd vel metentem Cererem facient, vel comedentem. Aeſchylum præterea in hoc aberraſſe affirmauerim, ſiquidem ille primus, non autem Euripides, vt volunt nonnulli, ebriorum aſpectum in tragœdiam induxit: nam Iaſonis ſocios ebrios introducit in Cabiris: ſic quæ ipſe tragicus fecit, hæc ipſa iniunxit iis Heroibus, ſiquidem tragœdiam ebrius conſcripſit. Sophocles idcirco hunc carpens ait, etſi apta facis ô Aeſchyle, non tamen peritus hæc aptè facis, vt Chamæleon teſtis eſt in libro de Aeſchylo. ignorant autem illi, qui primum Epicharmum ebrium
B induxiſſe in ſcenam dicunt, ac poſt hunc Craterem in Vicinis. Alcæus poëta Ariſtophanéſque Comicus ebrij perue nuſta ſcripſerunt. Multi alij ebrij animoſius in bello decertarunt. Apud eos Locros, qui magis vergunt ad Zephyrum, ſi quis merum ſine medici imperio medicamenti gratia biberit, capitis damnatur, quam legem tulit Zaleucus, Apud Maſsilienſes autem lex alia fœminas aquam bibere iubet. In Mileto ad hæc vſque tempora ſcribit Theophraſtus hoc ipſum ex lege obſeruari. Apud Romanos neque domeſticus bibebat vinum, neque fœmina libera, neque ex liberis iuuenes, qui trigeſimum annum nõ attigiſſent. Abſurdus eſt profectò Anacreon, qui totum ſuum poema cum ebrietate immiſcuit: Nam quod deliciis ac voluptatibus deditus eſſet, accuſatur in poematibus, cum non intelligant multi, quod cum ſobrius eſſet ac prudens, ebrius eſſe fingitur nulla impellente neceſsitate. Alij verò vini robur minimè videntes Bacchum inquiunt hominibus inſaniendi autorem extitiſſe, non mediocri conuicio eum inſectantes, vnde dixit Melanippides, omnes aquam antea odio habebant, cum vinum tamen neſcirent. Fortaſſe quidam vaticinabantur hoc, furibundámque fuderũt ſortem.

tem. Ariſtoteles in libro Temulentiæ, ſi vinum inquit mediocriter ſit coctum, ebrios minus facit bibentes, accidit enim vim illius cocti debiliorem eſſe, minúſque obeſſe. C
Citius fiunt ebrij ſeniores ait ob paucitatem debilitatémque naturalis caloris, cum ij qui omnino ſunt iuuenes, citius fiant ebrij ob copiam caloris naturalis, ſic ab eo qui ex vino augetur, facillimè ſuperatur. Ebrij fiunt inter rationis expertia ſues, ſi vuæ fracibus paſcantur, genúſque coruorum & canum ſi vocatam œnutham comederint. Pithecus autem ac elephas ſi vinum biberint: quamobrem coruorum pithecorúmque fiunt venationes, horum quidem vino ebriorum, illorum verò œnutha. At ebrietas frequens voluptatem quandam affert, vt aſſerit Crobylus in Relinquente:

*Priuare ſe vinum modeſtè viuere,*
*Natura magnam præſtitit viris bonum.*

Alexis in apparatu Phrygij:

*Nobis adeſſet ebrietas ſi crapula*
*Prior, merum nullus bibiſſet quàm licet*
*Plus, vltionem nunc videntes illius*
*Prompte venire, nos merum libimus tamen.*

Vini Samagorij vocati, vt autor eſt Ariſtoteles, tres cotylæ immiſtæ, ebrios plures viros quàm quadraginta fecerunt. Hæc cum diceret Democritus bibit inquiens, ſi quis habet quod contra hæc dicat, accedat, audiet enim ex Eueni ſententia: D

*Tibi probantur iſta, verum hæc & mihi.*

Sed quoniam ex antiquorum miſtionibus egreſſus ſum, illuc rurſus ſermonem conuertam, Alcæi poëtæ ſermonem in memoriam reuocans, qui ita alicubi dixit:

*Effunde temperans in vnum nunc duo.*

Exiſtimarunt nonnulli hanc non eſſe vini miſtionē, quam ille dixit, ſed cum eſſet temperans vnum meri cyathum bibiſſe, & rurſus duos. Hæc dicta ſunt à Chamæleonte Pontico, qui minus nouerat quātopere Alcæus vini eſſet ſtudioſus: nam in quouis anni tempore ac ſtatu inuenitur bibere hic poëta. Hyeme quidem in his, Iuppiter pluit, in cœlo magna hyems, conglaciantur aquarum fluenta, Paruifacias hyemem ignem apponens, ſimul largè vinum ſuaue miſceas, ſed circa tempora molle, ac caliginoſum.

æſtate

A æſtate autem dilue pulmonem vino, aſtrum enim oritur, tempúſque graue eſt, omnia ob æſtum ſitiunt. At vere, ver floridum intelligis accedere, ac paulum progreſſus, intus miſceo ſuauiſsimi celerrimè crateram. At in caſibus malis: non opus eſt animum curæ tradere, præcidemus enim nihil ſaturati ô Bacchi. Pharmacum optimum vinum permittentibus ebrios fieri. Et in lætitia: nunc oportet ebrios fieri, ac quædam per vim facere, poſtea quàm Myrſilus mortuus eſt. Ac conſulens in vniuerſum inquit, nullam aliam plantabis priorem arborem vite. quî enim ita vini ſtudioſus ſobrius eſſe poterat, vt vnum aut duos cyathos biberet? ipſum igitur poema his ita capientibus aduerſatur, vt ait Seleucus: aut enim bibamus, quid lychnum extinguimus? digitus dies, eleua catinis magnis, quæ varia: vinum enim Semeles & Iouis filius: Obliuio mortalibus dedit. Infunde miſcens vnum & duo plenis. Ex capitéque poculum alterum, alterum impellat: Vnum cum duobus manifeſtè miſcere inquiens. At meracius Anacreon cum dicit, in puro poculo quinque & tria infundat. Philetærus in Tereo duo aquæ cum tribus meri, ſic igitur hic ſcribit,
B bibiſſe videtur poculum duorum cum tribus meri. Pherecrates in Corianno, duo aquæ cum quatuor vini hoc pacto: depone ô dulce, aquoſum effudit tibi, prorſus quippe aquam: quid feciſti? quomodo ſceleſte infudiſti? duo aquæ ô mater, quid? vini quatuor: ad coruos: ranarum te eſſe pincernam oportet. Ephippus in Circe, Tria cum quatuor vinum biberes ſecurius, multum aquoſum: nõ per Terram, ſed tria cum quatuor. Sic purum mihi refer biberes? quid ais? æquum cum æquo miſtum Timocles ait in puluere, impellam æquum æquo in poculis magnis veritatem dicere. Alexis in Dorcide ſiue demulcente. Potus ego plenos prębibo æquum æquo miſtos. Xenarchus, ſiue Timocles in purpura. Non per Bacchum tu bibis æquum cum æquo. Sophilus in Enchiridio, Continuum merum datum eſt æquum cum æquo rurſus, maiorem popoſci. Alexis in Fœneratore ſiue Mentiente, ne omnino ipſi des aquoſum, intelligis æquum æquo parum rectè: ſuauis eſt potus, cuias Bromius? ſuauitate Thaſius. Par eſt & iuſtum vt externi bibant externum, indigenæ patrium. At in Subditítio, ſine reſpiratione ebibens vt quiſpiam ſuauiſsimè æquum

æquo

æquo miſtum. Menander in Fratribus octo quis effundere C
clamabat & duodecim cyathos, donec concuſsit magnopere certans. Concutere autem dictum eſt de his, qui inter potum ſuccumbunt, quæ tranſlatio à concutientibus fructus ſumpta eſt. Alexis in Amputato, non Sympoſio præfectus erat, ſed carnifex Chæreas cyathos præbibens viginti æquum æquo, rurſus maiorem popoſcit. Diodorus autem Sinopeus in tibicina, vbi cyathos bibat quis ô Crito decẽ, ſi iuxta ſingulos continuò pocula, bibere poſtea cogitationes licebit, hæc tecum conſidera. Non iniucundè verò Lyſander Spartanus, vt in commentariis ait Hegeſander vendentibus cauponibus vinum aquoſum miſtum in exercitu, id vendere iuſsit, vt meracius emerent. Huic ſimillimum eſt & id, quod in Aeſopo dixit Alexis:

*Scitè hoc habet valde profectò & prouidè*
*Quod eſt repertum nuper in Athenis, quid eſt?*
*Vt non merum bibatis in conuiuijs.*
*Nec eſt facile in plauſtris vbi miſtum ferunt*
*Vendúntque quò lucrentur, aſt ementium*
*Sanum ſit vt caput ſtudent ex crapula*
*Hoc eſt, vides Archinus vt potus ſolet* D
*Permulta ſuauiter loqui mediocribus*
*Vel poculis vſus lauacrum eſt alterum,*
*Non potus ex vaſis refrigerantibus*
*Bibiſſe, vel cadis, profectò mors ea eſt.*

## *Quæ Plato dixerit de vino, déque farina in vinum iniecta.* CAP. X.

AD temulentiam vſque bibere nuſquam conuenit inquit Plato libro ſexto de Legibus, præterquam in illius Dei feſtiuitatibus, qui vinum ipſum hominibus tradidit. Neque enim tutum eſt, neque ſi de nuptiis fueris ſolicitus, in quibus ſponſum ac ſponſam maximè mẽtis compotes eſſe oportet, cum vitæ non exiguam ſortiantur mutationem. Huc accedit quòd filiis maximè conducit ex ſemper temperantibus parentibus ortis eſſe: incertum eſt enim quæ nox aut dies ipſos generabit. At in vndecimo ſimul de Legibus, ab ebrietate ipſa vos ô Lacedæmonij prorſus abſtinetis, qua plurimum Lydi vtuntur, Perſæ,

Thrac

A Thraces, Carthaginenſes, Celtæ, Iberi, & alia huiuſmodi genera. Nam Scythæ ac Thraces mero omnino vtentes, mulieréſque, & ipſi omnes, pulchrum felixq́; ſtudium eſſe arbitrantur ſi vinum per veſtes effuderint: Vtuntur & aliis deliciis Perſæ, quas vos prorſus ſpernitis. Ex horum ordine complures præcipuè farinas in vinum iacientes biberunt, vt autor eſt Hegeſander Delphus. Cum Epinicus Mneſiptolemi hiſtorias legerit, in quibus ſcriptum eſt quod Seleucus farina conſperſit, actum Mneſiptolemum compoſuit, eúmq; carpſit, ac vocibus ex illius potu vſus eſt, quem etiam dicentem introducit:

*In farina bibentem æſtate olim*
*Videns Seleucum ſuauiter regem*
*Scripſi, & monſtraui multis, quod*
*Et ſi parua ſit res, ac valde tenuis,*
*Grauem poteſt hanc vis mea facere.*
*Vetus Thaſium, ac ex terra Attica*
*Examen apis tumuli dulce*
*Miſcens in ſcypho aggeris lapidis*
*Cereris cibo omne pontem faciens humidum.*
B *Significaui potum æſtus ſolutionem.*

Scribit idem in Theradibus inſulis flaua ouorum pro farina bibere conſueuiſſe, atq; hanc potionem meliorem fuiſſe quàm cum farina.

## *De Lacedæmoniorum propinationibus, quòd Neſtor vini ſtudioſus erat, Alexander bibax,* CAP. XI.

NEque mos erat propinationes bibere, quæ in Lacedæmoniorum Sympoſiis ferebantur, neque inuitare ſeſe ſic viciſsim, quæ in Elegiis hoc pacto declarauit Critias:

*Hoc ſtudium ſpartæ, mos hic ſeruatur in illa*
*Ipſe ſuum ſiccet vinifer vt calicem,*
*Vel potum donare vocato nomine cuiquam.*
*Inq́; manum dextram vaſa tuliſſe vetant.*
*Porrigere à dextris potum, vel dicere nomen*
*Conuiuæ cui quis præcupiat libere.*
*Hoc potu linguam ſoluunt in turpia verba.*
*Hoc etiam potu corpora debilitant.*

*Inuaditq́; oculos cæca caligine nubes.* C
*Curas lethæo pocula more fugant.*
*Mens fit hebes, ſeruosq́; capit laſciuia multa.*
*Ac impenſa grauis multa demum aggreditur.*
*At Lacedæmonij tantum potare ſolent, vt*
*Non velent mentem pocula, at exhilarent.*
*In blandam ſoluunt linguam, riſumq́; modeſtum,*
*Pocula conducunt talia corporibus,*
*Ac menti, & Veneri capiendis fructibus aptè.*
*Ad ſomnumq́; parant meta laboris vbi eſt.*
*Efficiunt ſanos, quæ iucundiſſima diuum*
*Dona, modeſtos, haud relligione procul,*

Deinde ſubiunxit:

*Pocula plus æquo nam quæ facunda bibuntur,*
*Mox faciunt lætos, tempus in omne nocent.*
*At Lacedæmonios victus menſura gubernat.*
*Nanque palàm comedunt, & moderata bibunt.*
*Obſcurum non eſt poſſe hos perferre labores.*

Philœnus is dicitur, qui ad vinum eſt procliuis, Philopotes qui ad potum, Philocothoniſta, qui ad ebrietatem vſq;. Inter heroes plurimum bibere ſolebat Neſtor trium ętatum, D nam magis quàm alij, ille manifeſtè vinum appetebat, magiſque quàm ipſe Agamemnon, quem Achilles velut bibacem increpat. Neſtor autem vel magno bello ingruente non abſtinet à potu, ex quo inquit Homerus:

*Neſtora non latuit clamor, tamen ille bibebat.*

Cuius etiam ſolius poculum inter heroas interpretatus eſt, ſicut ſcutum Achillis. Nam militabat ille cum poculo, non aliter quàm cum Clypeo ille, cuius ad cœlum vſque gloriam accedere Hector dicebat. Nec aberraret quiſpiam ſi eius poculum Martis phialam vocaret, iuxta Cœneum Antiphanis, in quo ita ſcribitur, Siue Delos phialam Martis telum iuxta Timothæum, politámq; ſagittam. Verumenimuero phialam Neſtor in certamine, quod factum fuit Patrocli gratia, donum capit ab Achille, non quòd vicerit, neque victo rurſus Achilles dedit poculum. Nam bibacibus vincere minimè conuenit, ob id, quòd ſunt pigri, vel quia propter ſitim pugiles maximè vincuntur ob grauitatem dum manus extollunt. Eumelus autem thoracem capit, cum curſus periculoſum certamen ſine labore cucurriſ-

ſet,

A ſet, arma ſcilicet ſecuritatis. Siti verò nihil eſt magis deſiderabile. Argos idcirco ſummè ſitibundum deſyderabile dixit poeta pro tempore, ſitis ſiquidem magnum in omnibus fruitionis deſyderium operatur. Hinc etiam Sophocles:

*Bona afferas preſſo ſiti ſi qualibet,*
*Nihil iuuas: potum niſi ſimul feras.*

Et Archilochus, pugnæ tuæ velut ſitiens facere vt aio. & quidam ex Tragicis, cædem manum tenere ſitientem impero. Anacreon, amica certè es hoſpitibus, ſine me ſitientem bibere. Xenophon libro Diſciplinæ tertio Cyrum ita dicentem inducit, Vobis rem gratam facere ſitio. Plato in Repub. Vbi ciuitas arbitror à populo recta, quæ libertatem ſitiuit, malis vtitur imperantibus forte pincernis, ac vltra quàm conueniat ob vinum fuerit ebria. Bibebat plurimum Proteas etiam Macedo, vt Ephippus teſtatur in libro de Alexandri ac Hephæſtionis ſepulchro; corporéq; fuit robuſtiore, nam bibendo erat aſſuetus. Cum igitur poculum bicongium Alexander aliquando expetiſſet, bibénſque Proteam prouocaſſet, ille accepit, atque cum regem pluribus verbis
B laudaſſet, ita bibit vt ei ab omnibus applauderetur. Poſtea verò exiguo tempore interpoſito idem poculum expetiuit Proteas, rurſuſq; bibit regem prouocans, quod capiens Alexander egregiè quidem bibit, non tamen potuit ferre, ſed poculo ex manibus demiſſo in puluinar decubuit, qua etiã ex re mortuus eſt Dionyſio ei nunciante, vt ait, quare Thebas eius patriam obſedit. Plurimum bibebat Alexander, ita vt ob temulentiam ſæpius quos dies dormiret ac duas noctes, quod ex Ephemeridibus licet cognoſcere ab Eumene Cardiano, Diodotóq; Erythræo compoſitis. Menander in Adulatore, Cotylas decem inquit capiens in Cappadocia, aureum condyſtruthia ter tibi plenum; plus bibiſti quàm rex Alexander. Non multò minus per Palladem Nicobule, vel qui ei commentaria tribuit, inquit, quòd cum Alexander apud Medium Theſſalum cœnaret, adeſſentq; viginti in Sympoſio, omnes prouocauit ab omnibus pariter accipiens, ac ex Sympoſio paulo poſt conſurgens, ceſſauit. Calliſthenes autẽ Sophiſta, velut in memorabilibus teſtatur Lynceus Samius, Ariſtobulúſq;, & Chares in ſuis hiſtoriis, cum ad eum poculum meri acceſsiſſet in Alexandri Sympoſio,

repellebat;at cum ei dixiſſet quidam cur non bibis? non deſidero inquit ô Alexander,vt bibendo Aeſculapium deſiderem. At Darius qui magos de medio tulit, ita inſcriptum habebat in ſepulchro, vinum multum bibere potui, idque perferre. Non licere inquit Cteſias apud Indos regi fieri ebrio, at apud Perſas id vno die regi conceditur, cum Soli ſacrificant, ſic enim de hac re libro ſeptimo Hiſtoriarum ſcribit Duris, in ſolo feſto, quod agunt Perſæ in honorem Solis, Rex fit ebrius, Perſicóque more tripudiat. Ex aliis verò nullus eſt in Aſia qui tripudiet hoc die, ſed omnes ſolent abſtinere: nam ſicut equitare, ita tripudiare Perſæ diſcunt, cum motum huiuſce actionis non parum ad roboris concinnam exercitationem conferre arbitrentur. Vſqueadeo ebrius fiebat Alexander vt,vel in curru aſinorum laſciuiret, vt Caryſtius Pergamenus ait in hiſtoricis cōmentariis:hoc ipſum faciebāt Reges etiam Perſarum. Nunquam ob res huiuſmodi rei Venereæ deſyderio detinebatur, ſcribit enim Ariſtoteles in Problematibus naturalibus,horum hominum ſemen genitale in aquam tranſmutari. Hieronymus in Epiſtolis dixiſſe Theophraſtum ſcribit,quòd non bene diſpoſitus ad rem Veneream erat Alexander: Quare cum Olympias Callixenam formoſiſsimam amicam ad hunc diuertiſſet,cuius rei Philippus etiam erat conſcius,verebantur enim ne euiratus eſſet, illa ſæpius expetiuit vt ſecum Alexander coiret.

## *De bibacitate Philippi regis, variiſq́ bibacibus.*
## CAP. XII.

Erat bibax Philippus etiam ipſe Alexandri pater, vt Theopompus narrat libro vigeſimo ſexto Hiſtoriarū. at in alia hiſtoriæ parte ita ſcribit, Erat Philippus cum natura ipſa furioſus, & in pericula temerarius, tum ob ebrietatem, erat enim bibax, ſæpiúſque temulentus opem ferebat. Libro poſtea quinquageſimo tertio vbi loquitur de rebus geſtis in Cheronea, quodque Athenienſium legatos ad cœnam vocauit hæc ſcripta reliquit; Cum illi receſsiſſent, ſtatim quoſdam ex amicis Philippus accerſiuit, iuſsitq; tibicinas, Ariſtonicúmque Citharœdum, & Dorionem tubicinem,

A cinem, tum quoſdam alios ſolitos ſecum bibere, aduocari: nam ſocios huiuſmodi Philippus ſecum ſemper circunducebat, multáque Sympoſij ac conuentus inſtrumenta comparauerat. cum enim eſſet bibax & moribus intemperans, multos ſemper ſcurras ſe circum habebat, multóſq; muſicos, ac ridicula dicentes. Cum verò totam noctem bibiſſet, plurimúmq; eſſet temulentus, ac pulſaſſet, omnes alios diſcedere iuſsit, iam die aduētante petulantérq; egit in Athenienſium legatos. Scribit Garyſtias in Hiſtoricis commentariis, quod vbi Philippus ebrius fieri decreuiſſet, hoc dicebat, oportet bibere: ſatis eſt enim vt ſobrius ſit Antipater. Cum is talis aliquando luderet, ac quidam nuntiaſſet adeſt Antipater, veritus eum abacum impulit ſub thorum. Bibaces viros ac ebrios connumerat Theopompus, inter quos Dionyſium iuniorem Siciliæ tyrannum, cui etiā oculi erāt hebeti lumine ob vinum. Ariſtoteles in Syracuſiorum Repub. ipſum narrat continuè ebrium fuiſſe, ac aliquando per dies nonaginta, quare obtuſioris luminis oculos habebat. Scribit Theophraſtus ſocios illius, qui tyrannidi adulabantur, ſe nō cernere fingere ſolitos, ac manu duci ab ipſo Dionyſio, neq; epulas appoſitas ſe agnoſcere affirmabant, neq;

B ipſos calices, ex quo Dionyſiocolaces ſunt nominati. Plurimum bibebat Nyſæus etiam Syracuſiorum tyrannus, & Apollocrates: iſti enim vt Theopompus aſſerit libro quadrageſimo Hiſtoriarum, & in reliquis prioris Dionyſij erāt filij. ſic enim ille de Nyſæo ſcribit: Nyſæus, qui poſtea Syracuſiorum fuit tyrannus, velut in morte fuiſſet deprenſus, cognouiſſétq; ſe paucos menſes eſſe victurum, ebrius viuebat, ac ventri indulgens. At hunc in modum ſcribit libro trigeſimo nono. Apollocrates filius Dionyſij tyranni erat intemperans ac bibax, quem ex adulatoribus quidam, vt accidit, à patre ſuo alieniſsimum fecerant. Hipparinum prętereà refert tyrannum Dionyſij filium ob temulentiam iugulatum fuiſſe. De Nyſæo verò hæc etiam ſcribit Nyſæus prioris Dionyſij filius cū factus eſſet rerum Syracuſiorum dominus, quadrigas parauit, veſtémque variam induit, obſoniorum prӕterea voracitatem excitauit, ac ebrietatem, puerorúmque & mulierum iniuriam, cæteráque quæ huic vitæ quam ſuſceperat, cognata eſſe videntur. At libro quadrageſimo quinto hic idem loquens de Timolao Thebano

inquit: Cum multi intemperantes circa victum quotidianũ C
extiterint, ac potus, nullum tamen in Repub. magis vel intemperantem vel guloſum, vel voluptatum ſeruum extitiſſe putauerint, quàm Timolaum, velut paulo ante dicebam. At libro vigeſimo tertio vbi de Charidemo Orito narrat, quem Athenienſes ciuem fecerant, ait; Viuendi rationem quotidianam laſciuam agere videbatur, ac huiuſmodi vt vel ſemper biberet, vel ebrius eſſet, liberáſq; mulieres vitiare conaretur: in tantúmq; intemperantiæ proceſsit, vt vel puerum, qui erat valde formoſus ac elegans ab Olynthiorum ſenatu auſus ſit petere: accidit enim per id tempus vt captiuus eſſet cum Derdo Macedone. Plurimum bibebat etiam Arcadiou. Obſcurum eſt autem, an cum Philippi eſſet inimicus mortuus ſit, velut Epigramma ſignificat, quod Polemon in Epigrammatibus ſecundum ciuitates ſcripſit,

*Arcadionis habet tumulus hic oſſa bibacis:*
*Erectusq; vrbis proximus ille viæ huic.*
*Charmylus & Dorci poſuerunt, mortuus eſt vir*
*Dum magni calicis ebibit iſte merum.*

Teſtatur Epigramma in eodem libro plurimum bibere ſolitum fuiſſe quendam Eriſixenum, D.

Non profundum vini bibulum Eriſixenum, ſecũdò mox merum apertè perdidit habens calix.

Plurimum bibebat & Alcetas Macedo, vt teſtatur Ariſtus Salaminius, Diotimúſq; Athenienſis, qui etiam Infundibulum dictus fuit, propterea quòd infundibulo in ore poſito vinum infuſum, abſque interuallo bibebat: hic Infundibulum appellatus fuit, vt teſtatur Polemon. quòd Cleomenes Lacedæmonius merum bibebat dictum eſt ſuperius, quòd autem ſe ipſum cultro cæcidit ob ebrietatem ſcripſit Herodotus. Bibax erat & Alcæus poeta vt antea dicebamus. Baton Sinopeus, bibacem fuiſſe narrat ac in amores propenſum Ionem, in iis, quæ ſcripſit de ipſo Ione. Atque ipſe ſe Chryſillam Corinthiam amauiſſe ſcribit in Elegiis, quæ filia erat Telei, quam amauiſſe & Olympium Periclem narrat in Heſiodis Teleclides. Xenarchus autem Rhodius Metator ob bibacitatem vocabatur, de quo meminit in Chiliadibus Euphorion poeta. Chares verò Mitylenæus in Hiſtoriis de iis, quæ ſpectant ad Alexandrum, vbi de Calano Indo philoſopho percurrit, quòd cum ſe in pyram accẽſam

A conieciſſet,mortuus eſt,ſcribit; quare eum cum celebraret Alexander, & muſicum certamen & palæſtram in eius memoriam conſtituit.Conſtituit inquit præterea ob Indos vini ſtudioſos bibacitatis, meri certamen, in quo primum præmium erat talentum, ſecundum minæ triginta, tertium verò decem. Ex iis igitur qui vinum biberunt, triginta & quinque continuò ob frigus interierunt, at ſex pauco interuallo interpoſito mortui ſunt in tentoriis. qui plurimum bibit ac vicit, meri quidem quatuor Choas ebibit, ac Promachus nominabatur. Scribit Timæus quòd Dionyſius tyrannus primo Choam bibenti in Choum feſto auream coronam præmium poſuit, quódque primus Xenocrates philoſophus bibit, qui auream coronam accipiens ac ſoluens Mercurio illi appoſuit, qui eſt erectus in aula, cui coronas etiam floreas frequenter apponere conſueuerat, cum veſperi ad eum accederet: quamobrem admiratione dignus fuit. Choum feſtum, quod Athenis celebratur, ſcribit Phanodemus Demophontem Regem ſtatuiſſe, Oreſtem Athenas profectum excipere volentem, cum nollet tamen eum ad ſacra accedere, aut eiuſdem ſacri eſſe ſocium, quia nondum fuerat iudicatus: ſacra concludi iuſsit, ac vini Choam ſingulis apponi, ei inquiens
B qui primus bibiſſet, ſe placentam eſſe daturum. Nunciauit prætereà ne quis coronas poſt potum deponeret, quibus coronabantur in ſacris, quoniam contubernales fuiſſent cum Oreſte. At vt omnes circa Choam deponerent iuſsit, coronáſque ipſas ſacerdoti auferre in eum locum, qui eſt in paludibus, poſtea reliqua in templo ſacrificare, ex quo feſtum Choes dictum fuit. Mos eſt apud Athenienſes, vt per Choum feſtum munera, mercedémque ſophiſtis mittant; qui & ipſi familiares in hoſpitium conuocant,vt Eubulides dialecticus ait in actu laſciuis hoc pacto; Sapientia peſsime Choum indiges mercedem dantium, non ſine cœna in deliciis.] Antigonus in libro de Dionyſio cognomento Heracleote Dionyſium ſcribit cum familiaribus feſtum agere ſolitum per Choum feſtum,qui cum amica quam ſibi elegerant, frui non poſſet ob ſenectutem, ad conuiuas conuerſus dicebat, non poſſum extendere, capiat alter. Erat Dionyſius à iuuentute etiam rei Venereæ valde auidus, vt Nicias Nicaeus ſcribit in Succeſſoribus,

atque ad populares puellas, nulla habita differentia, accedebat. Cum familiaribus quibuſdam cum forte aliquando incederet, vbi fuit apud puellarum locum, in quem priori die profectus nummos debebat, ac tunc forte haberet, omnibus videntibus manu protenſa illos tradidit. Anacharſis Scythacum certamē bibendi ſtatutum fuiſſet apud Periandrum, primus præſentium omnium factus ebrius, præmium expetiuit, velut hic eſſet finis cuiuſdam victoriæ inter potandum, ſicut etiam meta eſt curſus. Lacydes Timónque philoſophi cum vocati eſſent per duos dies ab amico quopiam; velléntque circunferri cum præſentibus, promptius biberunt. Primo igitur die prior abiuit Lacydes, potu ei redundante: quem cum abeuntem vidiſſet Timon, hæc inquit: C

*Gloria parta ingens, occidimus Hectora clarum.*

Die poſtea ſequenti cum Timon bibiſſet, propterea quòd calicem exhaurire non poſſet, quo fuerat inuitatus, illúmq; vidiſſet Lacydes ſe contrahentem, inquit:

*Inualidis nobiſcum ineunt certamina nati.*

Narrat Herodotus libro ſecundo Mycerinum quendam Aegyptium ex ſacerdotibus audiuiſſe, quòd breui eſſet victurus, quare multas fecit lucernas, ac vbi fieret nox bibebat, delicijſque fruebatur, neque diem, neque noctem intermittebat, ac in paludibus nemoribúſq; paſcebatur, vel ſicubi locum, in quo pueri exercerentur audiret, ebrius fiebat. Scribit idem Herodotus Amaſim Aegyptiorum Regem multum bibere ſolitum. Et Hermias Methymnæus libro tertio rerum Sicularum Nicotelem Corinthium bibacem fuiſſe narrat. Phaniáſque Ereſsius in libro Interitus tyrannorum ex vltione inſcripto, Scottam Creontis filium, & antiqui Scottæ nepotem, bibacem vixiſſe ſcribit, ac ex Sympoſiis domum accedere ſolitum quatuor cum geſtantibus, in thronóq; ſedentem. Phylarchus Antigonum Regem aſſerit libro Hiſtoriarum ſexto, vini bibacem fuiſſe, plurimúmq; fuiſſe ebrium, ac dormire conſueuiſſe, rurſúſq; veſperi expergefactum bibere. Ius dicebat rarò omnino ſobrius, at ebrius plurimum, quamobrem duo erant apud ipſum qui Regnum gubernabant, Ariſtus ſcilicet & Themiſon fratres genere Cyprij, qui ambo Antigonum amabant. Antiochus etiam Rex, qui vocatus D

fuit

A fuit illuſtris,erat bibax; qui obſex fuit apud Romanos, vt Ptolemæus Euergetes libro primo & quinto commentariorum narrat, vbi eum dicit ad Indicas comeſſationes ebrietatéſq; conuerſum multa abſumpſiſſe, reliquóſque nummos per diem quidem laſciuiens aliquando effundebat, aliquando verò in viis publicis conſiſtens dicere ſolebat; Cui fortuna dedit accipiat, tum argentum proiiciens abibat. Sæpius coronã ex roſis compactam habens in capite,auróq; intextum indumentum circumibat, lapides habens ſub ala,quibus ſuos ipſum ſequentes percutiebat. Lauabatur in lauacris publicis vnguentis perfuſus,quem cum priuatus quidam vidiſſet,beatus es dixit ô Rex,qui ita magnificè oles. Hic igitur lætatus, ego inquit huius ſatietatem tibi inducam, ac vas plus quàm duas Choas capiens craſsi vnguenti in caput illius effundi iuſsit,ita vt multitudo virorum forenſium in effuſum cõuolueretur, mox cum lubricus factus eſſet locus,ipſe etiam Antiochus cecidit ridens,quod paſsi ſunt eorum complures qui lauabantur. Polybius eum inſanum appellat libro Hiſtoriarum vigeſimo ſexto,non autem illuſtrem,ob res geſtas. non enim ſolum.
B verſabatur cum viris popularibus, ſed cũ peregrinis etiam eò accedentibus,cúmq; abiectiſsimis bibebat. Quod ſi iuniorum ait conuiuium aliquod intelligeret, vbicunque eſſet, cum fictili ac ſymphonia illuc accedebat,ita vt multi ob inexpectatum rei euentum ſurgentes,confugerent. Sępe veſtem Regiam abiiciens, paludamentúmq; accipiens abibat in forum. At libro trigeſimo primo ait idem Polybius eum,omnes Gręcos,& alios qui vellent ad ſpectaculũ conuocaſſe,cum certamina in Antiochia conſtituiſſet,multiſq; ad exercitationem accedentibus omnes aureis vaſis excepit, croceóq; vnguento, & ex cinamomo, tum nardino, amaracinóq;, & liliorum: Cúmq; eos ad conuiuium vocaret aliquando mille triclinia, aliquando verò mille & quingente ſumptuoſiſsimo apparatu replebat: omniſq; miniſterij conatus fiebat per ipſum. Nam in ingreſſu conſiſtens alios introducebat, alios iubebat diſcumbere, ipſéq; miniſtros introducebat qui portabant fercula. Tum locum circumiens alibi aſsidebat, alibi concidebat. Mox fruſtum panis deponens,nunc poculũ, exiliebat, ſurgebat, ſympoſiúmque circuibat, rectus aliquando ab aliis propi-

nationes excipiens: nunc verò vnà cum recitatoribus ludebat, totúſq; velatus inferebatur à mimis, atq; in terram deponebatur, quaſi vnus eſſet ex mimis. Concinnitate deinde euocante, rex exiliebat, tripudiabátq;, & iocabatur cum mimis, ita vt omnes verecundia caperentur. Ad res huiuſmodi miſeros inducit ſtupor is, qui ex ebrietate naſcitur. Bibax erat & nominis eiuſdem Antiochus is, qui contra Arſacem bellum geſsit in Media, vt autor eſt Poſidippus Apameus libro Hiſtoriarum ſextodecimo. Cùm ille igitur eſſet interemptus, Arſacéſq; eum ſepeliret, hæc dixiſſe ſcribit Arſacem, fefellit te Antioche vinum & audacia, ſperaueras enim Arſacis imperium in magnis poculis te eſſe bibiturum. Antiochus Magnus cognomento, quem debellarũt Romani, velut narrat Polybius libro vigeſimo, cum in Chalcidem Eubocæ perueniſſet nuptias contraxit, quamuis ageret annum quinquageſimum, duóq; maximè egregia facinora perpetraſſet, Græcos ſcilicet in libertatem vendicaſſet, vt ipſe nunciauit, bellúmq; contra Romanos abſoluiſſet. eo enim tempore quo bellum gerebat, cum virginem Chalcidicam adamaſſet, eam ſibi nubere ſtuduit, cùm vini eſſet bibax, ebrietatiq; deditus. Erat autem ea filia Cleoptolemi vnius virorum illuſtrium, quæ cæteras omnes pulchritudine antecellebat. Cum nuptias igitur feciſſet in Chalcide, ibi hyemem abſumpſit: nulla rerum inſtantium cura habita. Impoſuit ipſi præterea puellæ nomen Euboæam, qui cum bello eſſet victus cũ noua nupta aufugit in Epheſum. Scribit idem Polybius libro ſecundo Agronem Illyriorum Regem, qui magnopere gloriabatur ſe Aetolos elatos viciſſe, fuiſſe bibacem, ac in ebrietatem conuerſum & in conuiuia, laterũ dolore captum interiſſe. Idem poſtea libro vigeſimo nono Tenthionem aſſerit Illyriorum Regem multa laſciua; dum viueret, ob bibacitatem egiſſe, noctéq; ac die ſemper fuiſſe ebrium, tum Pleuratum fratrem ſuum, qui Menunij filiã in matrimonium erat capturus, occidiſſe, puellámq; accepiſſe, ac ſubditis eodem pacto vſum fuiſſe. Demetrium etiam affirmat libro trigeſimotertio, qui ex Roma obſes aufugit, Syriiſq; imperauit, fuiſſe bibacem, ac plurimam diei partem fuiſſe ebrium. Præterea libro trigeſimoſecundo Orophernem narrat, qui breue temporis ſpatiũ regnauit in Cappadocia, patriáſq;

A patrîſque inſtitutiones neglexit, primum vociferationem Bacchi, ac artificioſam intemperantiã introduxiſſe: quamobrem optimè ſanxit diuiniſsimus Plato libro ſecundo, ne pueri vinum omnino guſtent ad annum vſque decimum octauum, non enim ignem in ignem inferre conuenit. At vinum moderatè bibere vſque ad annum trigeſimum poſtea conuenit, iuuenibúſq; ab ebrietate viníque copia omnino eſt abſtinendum. Eum verò qui iam annum quadrageſimum pertranſiuit, ac in cõuiuiis verſatur aliquando, cum reliquos Deos, tum ipſum Bacchum in ſenium expiationem & diſciplinam vocare oportet, quippe qui auſteritatis ſenectutis auxilium ac medicinam vinum nobis ſit elargitus, ita vt iuuenes nos iterum faciat, malorúmque præbeat obliuionem. Deinde ait, ſermo famáque increbuit quòd Deus hic à Iunone nouerca mẽte ſit alienatus, quamobrem inſaniam vlciſcens, omnémq; furioſam iniicit choream, ac vinum idcirco hominibus etiam donauit. At Phalæcus mulierem quandam Cleo nomine bibacem fuiſſe narrat in Epigrammatibus:

*Auratam veſtem & croceam ſuccincta Lyæo*
B *Iſta dedit patri munera magna Cleo.*
*Sympoſiis quoniam præſtabat: quam bibere æquè*
*Nullus tentauit vincere, vel potuit.*

## *Quòd Italæ Romanæq́; mulieres vino abſtinebant, & de bibacibus.*

## CAP. XIII.

MAnifeſtum eſt autem quòd ſtudioſum vini eſt mulierum genus, nec inſuauiter ſanè Xenarchus in Pentathlo mulierem quãdam maximè horrendum iuſiurandum iurantem inducit hoc pacto, mihi accidat te viuente ô filia libera vinum bibenti emori. At apud Romanos, vt libro ſexto narrat Polybius, vinum bibere mulieribus interdicitur, at id bibunt quod paſſum appellatur. Efficitur autem hoc ex vua paſſa, atque ſimillimum eſt cum bibitur dulci Aegoſtenenſi, aut Cretico vino, quo ad ſitis moleſtiam vtuntur. Fieri autem non poteſt vt mulier lateat quæ vinum biberit, primum enim vini mulier neſcit proprietatẽ: huc accedit quòd ſuos affines oſculari opus eſt, viríque ipſius vſq; ad conſobrinos, quod efficit vbi primũ eos viderit.

viderit. Reliquum eſt vt cum neſciat qua hora his ſit obuia C futura, hoc caueat: nam vel ſi minimum guſtauerit, nulla poſtea careat neceſſe eſt accuſatione. Alcimus Siculus in libro Italico inſcripto omnes ſcribit Italas mulieres idcirco vinum non bibere, quòd cum Hercules ſitiens in domum quandam, quæ erat ſecundum viam apud Crotoniatem, ingreſſus eſſet, accedens bibere popoſcit: acciderat autem vt mulier domini eius domi dolium vini paulò ante clàm aperuerit, quæ tum ad virum dixit eum grauia eſſe factu-rum, ſi peregrini gratia dolium aperuiſſet, iuſsitq; ipſum aquam bibere. cum in foribus ſtaret Hercules, atque hæc audiuiſſet, virum quidem illius magnopere laudauit, quem mox ipſum accedere, doliúmq; intueri iuſsit. Atque is ingreſſus lapideum factum doliũ repperit. Hoc ſignum nunc etiam inter omnes mulieres indigenas ſeruatur, vt turpe putetur vinum bibere ob prædictam cauſam. Quales ſint mulieres ſemper ebriæ apud Græcos, declarat his verbis Antiphanes in Iaculante:

*Propinquus eſt*
*Quis caupo, qui accedens ſtatim*
*Si viderit ſolum ſitientem, miſcet inde pocula,* D
*Non pura, non aquoſa, noui ego bibens.*

Et in Miſtide, (ſunt autem mulieres differentes:)

*Vis & tu amice num bibiſſe? res habet bene,*
*Ergo huc feras, ad vſque tertium ferunt*
*Venerari & Deos.*

Alexis in Saltatrice:

*Si fœminis vinum adſit illis, ſuppetunt*
*Mox cuncta, poſsint quo bibiſſe, per Deos*
*Quantum volemus tantum erit, valdeq; erit*
*Id ſuaue, dentes non habens, vetuſtum erit,*
*Dicens ſenex amplectar hic feliciter.*
*Sphingem vetulam dicas mihi quaſi ænigmata.*

Et reliqua. At in bis lugente, zopyrus & zopyra vinarium vas dicit. Antiphanes in Bacchis:

*Quando nec hoc valde putandum miſerum eſt*
*Duxiſſe nuptam fœminam, præter Scythas.*
*Vbi nec vlla naſcitur vitis.*

Xenarchus in Pentathlo iuſiurandum ego mulieris in vinum ſcribo. Plato narrãs in Phaone, quot mala mulieribus accid

A accidunt propter vinum, ait:

*O fœminæ vobis velut diu foret,*
*Vinum precor vobis ego dementiam,*
*Vobis enim nihil, velut prouerbium,*
*Videtur eſſe mens, at in cauponibus.*
*Phaona primitias rogetis cernere,*
*Oportet hæc feciſſe vos multò prius.*
*Primum quidem mihi nutrienti filios*
*Sacrum facit, placenta, mas, & amylum,*
*Prægnánſque, turdi ſex, decémque, & integri*
*Cum melle miſti. tum lepores ſint duodecim*
*Lunæ, deinde ſumptuoſa & cætera*
*Audito: & Orthannæ tria ſexquiſexta mox*
*Bulborum, & hinc coniſalo, ſodalibus*
*Simul duobus lanx manu myrtorum, & hi*
*Sint vellicati, non amant nam dæmones*
*Lychnorum odores. arcis at quartæ canibus,*
*Venantibusq́;, Dordoni drachma, & ſimul*
*Fures triobolum, Hero celeti pellis hinc*
*Farina ſunt impenſæ enim hæ. ſi quid ferat*
B *Licet ingredi, ſi non ferat fruſtra licet*
*Nobis mouere in vacuo.*

Axionicus in Philine:

*Ne fœminis credas aquam quòd hæ bibant.*

## *De vini ſtudioſis nationibus.*
## CAP. XIIII.

COmmemorantur & nationes quædam, quæ totæ circa ebrietatem verſantur, nam Bæton Alexandri iudex in inſcriptis diuerſoriis itineris Alexandri, ac Amyntas in diuerſoriis, Tapyrorum genus ita vini ſtudioſum eſſe ſcribit, vt nullo alio vtatur vnguento, præter quàm vino. Hæc eadem ſcripſit & Cteſias in libro de Tributis Aſiaticis, qui & iuſtiſsimos eos eſſe inquit. At Harmodius Lampreates de Legitimis apud Phigalenſes. Phigalenſes bibaces eſſe ſcribit, qui vicini ſunt Meſſeniis, atque vagari conſueuiſſe. Phylarchus libro ſexto Byzantios narrat cum ſint vini helluones, ſuos thalamos in cauponas afferre conſueuiſſe, ibique cum vxoribus ac peregrinis habitare ſolitos, nec in ſomnis quidem militarem tubam audire perferentes.

Quare

Quare cum ipſi belligerarentur aliquando, nec bellum pati poſſent, Leonidas dux exercitus cauponarum ſcenas apud mœnia tendi iuſsit, atque vix tandem ordinem relinquentes conſtiterunt, veluti teſtatur Damon in libro de Byzantio. Menander autem in Mineruali, ſiue Tibicina, omnes Mercatores ebrios facit Byzantium: totam bibimus noctem propter te, & valde purum mihi videor: aſſurgo igitur quatuor habens capita. Carpuntur Argiui ac Tirynthij velut vinolenti ab Ephippo in Buſiride, qui ita dicentem Herculem inducit, non noſti me eſſe per Deos Tirynthium Argiuum, qui ebrij ſemper, pugnas quot pugnant fugiunt ſemper. Eubulus Mileſios iniurios eſſe ait ebrios in Conglutinato. At Polemon in libro Epigrammatum ſecundum ciuitates ita loquens de Eleis, hoc appoſuit Epigramma: C

*Ebria ſitq; Elis, mentiturq;, ac domus vna*
*Qualis erit, mox vrbs tota reperta tibi eſt.*

Theopompus libro vigeſimo ſecundo ita ſcribit de Chalcidenſibus, qui ſunt in Thracia, acciderat vt optima quidem ſtudia ſpernentes in potus ignauiam, ac intemperantiam multam omnino cōuerſi ſint. ſunt enim omnes Thraces bibaces, quare & Callimachus: D

*Oderat hic Thraces potantes ore patenti*
*Fuſim, grataq; erant pocula parua ſibi,*

Libro autē quinquageſimo hæc ait de Methymnæis Theopompus; Neceſſaria magnificè comedentes. inter iacendum ac bibendum, nullúmque opus impenſis dignum facientes. Amouit igitur eos Cleomenes tyrannus ab his, qui etiam tres vel quatuor lenas, quæ apertiſsimè lenocinari ſolebant, liberáſque mulieres proſtituere, in ſaccis ligatas iuſsit quibuſdam immergere. Hermippus in libris de ſeptem Sapientibus hoc ipſum feciſſe narrat Periandrum. At ſecundo Philippicarum rerum, Illyrij cœnant ait bibúntque ſedentes, mulieréſque ducunt in conuentus, pulchrúmque arbitrantur eis vt prouocent quęcunque contigerit ex præſentibus, ipſæque viros agunt ex ſympoſiis, ac omnes male viuunt, ventrémque zonis latis cinguntur vbi bibunt, quod quidem primum mediocriter faciunt: cum verò vehementius bibunt, zonam ſemper magis contrahunt. Habent inquit Ariæi proſpelatarum velut Helo-

tum

A tum trecenta millia, ac ſingulis diebus fiunt ebrij, conuentúſque faciunt, intemperantérque ſe habent ad cibum & potum: quamobrem cum Celtæ cum illis pugnarent, eorúmque cognouiſſent intemperantiam, omnibus militibus imperitatum eſt vt cœnam ſumptuoſiſsimam pararent in tentoriis, ac herbam quandam imponerent in cibis veneniferam, quæ ventrem poterat interrumpere ac perpurgare. Cum igitur hoc factum eſſet, alij comprenſi ab iis ſunt interfecti, alij ſe in fluuium ventris impatientes facti, proiecerunt.

## *De ebrietate malorum multorum metropoli.*
## CAPVT XV.

CVm hæc, & alia permulta narraſſet Democritus, ait Pontianus horum omnium grauium vinum eſſe metropolim, per quod ebrietas emanat & inſania, debacchationéſque fiunt ab iis, qui ita immodicè bibunt. Non inſulſè Dionyſius Aereus dictus cognomento calicum remiges appellauit in Elegiis:

*Et ſi vina ferat Dionyſi per mare quidam.*
B *Et remex calicum, & nauta ſympoſij.*

De hoc autem iucundum non periit. Ac Alexis de quodam multum bibente ait in Nouacula; meus quidem fluuius, qualem vos nuper vidiſtis, talis erat Oenopion quis, aut quis Maron, vel Capelus, aut Timocles, nam nihil ſecus fit ebrius: alter verò quid nominem? gleba, aratrum, homo terrigena. Graue profectò eſt viri amici ebrietas, atque in vinum ita lædentes peruenuſtè ait Alexis in Opera, (habet autem actus amicæ nomen) vinum bibis ait multum non miſtum cum ſis plenus, neque vomis? Et in annulo:

*Num maximum ebrietas malorum eſt omnium*
*Mortalibus, quod lædat hos & maximè?*

Tum in Procuratore:

*Multum merum peccare cogit plurimum.* Crobylus in Relinquente,

*Habet voluptatem eſſe prorſus ebrium*
*Quendam, auferat mentem licet viuentibus*
*Natura noſtra quod bonum fert maximum.*

Non oportet igitur ebrios eſſe: nam ciuitas à populo recta inquit Plato libro octauo reipub. quæ libertatem ſitiuit, ſi

malos

malos pincernas, qui imperitent conſecuta fuerit, ac vltra C
quàm conueniat ob vinum contingat ebria,niſi faciles ſint imperantes, multámque concedant libertatem, punit eos velut execrandos,ac paucorum principatum appetentes accuſat:eos autem qui imperantibus parent, conuiciis laceſſit. At libro ſexto legum,ciuitatem ſimilem eſſe inquit crateri miſto,in quo vinum infuſum bulliēs inſanit, at ſi alius Deus ſobrius id caſtigauerit, ſocietatémque ceperit, bonus moderatúſque efficitur potus. Nam inſanire ex ebrietate naſcitur, quare & Antiphanes ait in Arcadia:

*Haud opus eſt vt ſobrius*
*Inſaniat pater, nec opus eſt cum libere,*
*Tunc eſſe conuenit ſapientem,qui putat*
*Se grandius viro quid eſſe,fretus hic*
*Nummo miſello paruo iter mox arripiat.*
*Tunc ille cæteris parem ſe nouerit.*
*Si ſigna vitæ ſpectet is velut medici:*
*Venæ vt ferantur hæ deorſum,ſurſum at hæ.*
*Vita omnium regitur quibus mortalium.*

At in Aeolo, vbi carpit quæcunq; grauia faciunt plus æquo bibentes,hæc ait: D

*Amore captus vnius ſimul ſatæ*
*Macareus:fuit ferens calamitatem interim,*
*Se continens,ſed conſecutus poſtea*
*Vinum ducem quod fert viris audaciam*
*Solum, prioreſq; adiuuat ſententias,*
*Is nocte ſurgens cepit optatum diu.*

Eleganter profectò & Ariſtophanes vinum in his, Veneris lac appellauit:

*Bibentibuſq; dulce vinum lac Veneris.*

Quod multum nonnulli bibentes illegitimæ rei Venereæ deſiderium concipiunt. Hegeſander Delphus quoſdam temulentos ita appellauit; Comeon ac Rhodomon cum cimues eſſent in Rhodo Rempublic. gerentes, erant temulenti, atque Comeon in Rhodophontem aleatorem cauillatus ait, ô ſenex valde te iuuenes vincunt aleatores: cui reſpondens Rhodophon ſtudium mulierum, reliquámque illius intemperantiam illi obiecit, neque ab vlla abſtinuit contumelia. Theopompus libro ſextodecimo Hiſtoriarum hæc ait differens de alio Rhodio, cum Hegeſilochus ob

temul

A temulentiam talóſq; inutilis prorſus eſſet factus,neque dignitatem vllam omnino haberet apud Rhodios, ſed à ſociis omnibúſq; ciuibus ob vitæ intemperantiam accuſaretur,poſtea de paucorum principatu, quem cum amicis conſtituit loquens,hæc ſubdidit:multas nobiles mulieres, eáſque primatum virorum, dedecore affecerunt, ac non paucos & pueros & iuuenes vitiarunt: in tantúmque petulantiæ proceſſerunt,vt vel talis luderent inter ſe de liberis mulieribus,diſſereréntque inter talorum iactum, quam vrbanarum victos ad victorem adducere oporteret ad coeundum,nullam excipientes excuſationem,ſed quo pacto poſſet quis vel perſuadendo,vel vim inferendo, ſic ducere imperantes. Huiuſmodi aleam luſerunt & alij ex Rhodiis; & apertiſsimè id & ſæpius effecit Hegeſilochus ipſe, qui ciuitati præeſſe ſtudebat. Antheas autem Lindius, qui ſe Cleobuli ſapientis cognatum eſſe dicebat, vt teſtatur Philodemus in libro de Sminthiis in Rhodo; cum eſſet ſenex, felíxq; homo, & quod ſpectat ad poëſim, ingenioſus per omnem vitã Dionyſium agebat, Dionyſiacámq; veſtẽ indutus incedebat, multóſq; nutriebat ſocios, ſempérq; per diẽ
B ac noctem Comum educebat, primúſque poëſim inuenit, quæ fit per compoſita nomina, qua poſtea vſus eſt Aſopodorus Phliaſius proſaicè,vti in Iambis. Faciebat hic comœdias, aliáque complura in hoc poëmatum genere, quæ canere auſpicabatur his qui phallum ſecum ferebant.

## *De vini auido, incompoſitè bibente, & libe, aliiſque quibuſdam dictionibus.*

## CAPVT XVI.

HIs auditis ait Vlpianus, at vini auidus ô bone Pontiane apud quem iacet a tunc ait ille, me perdis iuxta bonum Agathonem ſemper interrogatus; túque & nouus modus, quoniam ſermonibus non veteris opportunis. Sed quando nobis opus eſt tibi omnium rationem reddere, Antiphanes ait in Lydo, Colchis vir vini auidus, Tu verò debacchans ac ebrius nondum es ſatur, neque illud memoria repetis,quòd mortuus eſt ob ebrietatem Eumenes Pergamenus Phileteri,qui in Pergamo regnauit,nepos;vt Cteſicles narrat libro tertio temporum, non autem Perſeus,

qui à Romanis fuit interfectus, nulla enim re Philippum patrem imitabatur, cum neque mulierum eſſet ſtudioſus, nec bibax, ſed non ipſe ſolum moderatè inter cœnandum bibebat, verum etiam amici qui erant cum ipſo, vt Polybius ſcribit libro vigeſimoſexto. Tu verò ô Vlpiane incompoſitus bibax es, ſecundum Timonem Phliaſium, ita enim ille multum vinum bibentes libro ſecundo Salium nominauit: C

*Vel grauem percuſſorem acutiorem Lycurgo,*
*Qui Bacchi incompoſitos bibaces amputauit.*
*Abiecitque rhyta, inexplebileſque cyathos,*
*Non bibulus autem.*

Nominauit bibulum ita Alcæus in Ganymede, * quòd ebrietas oculos noſtros aberrare faciat, manifeſtè declarauit Anacharſis, quibus ſignificauit quòd falſæ fiunt ebriis opiniones, nam cum quiſpiam ex conuiuis eius vidiſſet vxorem in Sympoſio inquit, deformem vxorem duxiſti ô Anacharſis, qui ait; ita mihi ſanè videtur, ſed mihi meracius infunde ô puer, vt eam pulchram faciam. His ita dictis poculo prouocans Vlpianus quendam ex ſociis ait, ſed ô amice iuxta Antiphanem, qui ait in Agreſtibus, totum oculos claudens magnum onus ebibit, non quicunque illius habet experimentum. Bibe ô amice nec plenas ſemper trahamus, ipſe ait Antiphanes in Vulnerato. Sed conſideratio quæpiam in medium prorumpat, ac melliflua quæpiam accedat conuerſio: quæ ipſa ſit loquens mutatio de omni opere vno excepto. Deinde mihi vinum adiuuans membra, vt ait Euripides, hoc enim pacto dixit Euripides. Sed quis Philoxenus profectò, nihil ô amice differt, me ſyllabæ vnius cauſa reprehendis, qui ait, bibe apud quem reperitur? tenebris obduceris amiciſsime dixit Vlpianus cum tantum vini hauſeris. Habes apud Cratinum in Vlyſsibus, hoc igitur, hoc bibe capiens iam, & nomen ſtatim percunctare. Antiphanes in Myſtide: D

*Tu verò bibe, in hoc certe tibi parebo,*
*Pellax etenim ô Dei figura*
*Calicis eſt, dignáque gloria*
*Feſti, non recordamur, nuper enim*
*Ex oxybaphis fictilibus bibimus,*
*Huic fili multa bona Dei*

*Opifici*

A *Opifici dent,qui fecit te.*

*Modeſtiæ ac ſecuritatis cauſa.*

Diphilus in Balneo,infunde plenam,mortale obtege,Deo bibe; hæc enim noſtrum Iouis Socialis patet. Amipſias in Phidone:

*Leporem qui turbaſti bibe marinum.*

Menander in Tibicinis, vade ad ſatietatem iam bibiſti ô Soſila,omnibus rurſus nunc bibe,male ſe habet. Dicẽdum eſt bibo ſine y,iota producto,ſic enim ſe habet Homeri dictum,bibimus ex herba. Ariſtophanes in Equitibus, nunquam ex hoc ipſo poculo,& in aliis acerrimum vinum hodie bibat : à bibo fortaſſe dictum, ſed iota aliquando contrahunt, velut Plato in ſacris, nec quiuis huius forte nummos ebibit. In Syrphace, bibite aquam multam. Bibe diſſyllabarum. Menander in Enchiridio,bibere cogam ſacrilegam prius,& hac bibe.Tu quoque igitur amice iuxta Alexidis dictum in Geminis,huic præbibe,vt & ipſe alteri,faciátque quod ab Anacreonte vocatur epiſtius,ait enim verſificator;neque velut vnda marina tumultuare multo cum ſtrepitu fuſim bibens epiſtium,nos autem hoc appellamus anisonem. Tu verò bibens ne timeas, cauebis ſiquidẽ retrorſum cadere, hoc enim pati non poſſunt, qui vinũ curarum fugax bibunt, iuxta Simonidis ſententiam. Sed,vt ait Ariſtoteles in libro de Ebrietate, qui vinũ hordeaceum bibunt in tergum cadunt,quod vinum pinũ vocitant hoc pacto;peculiare, id eſt præterea quòd accidit circa pini vocati ebrietates,ab aliis ſiquidem ebrij in omnes corporis partes concidunt, nam in dextrã ſiniſtrámq; cadunt, pronique & ſupini,ſoli verò ij, qui ex pino ſunt ebrij, retrorſum ſupiníque cadunt.Sunt qui vinum hordeaceum brytum vocare ſoleant, vt Sophocles in Triptolemo, brytum terreſtréque non miſerè afficere. Archilochus brytum velut cano, vel Thrax vir vel Phryx ebibit, pronè laborauerat. Meminit huius potionis Aeſchylus in Lycurgo, & ex his brytũ bibiſti,attenuãs tempore,& percutit grauiter hoc in fortitudine tectũ. Hellanicus in ædificiis ex radicibus etiam fieri brytum aſſerit,hoc pacto;bibunt brytũ ex radicibus, velut Thraces ex hordeis. Hecatæus libro ſecundo expoſitionis de Aegyptiis loquens,quòd panis ſunt voraces,hæc infert, hordea in potũ coniiciunt. Ac in ambitu Europæ, Pæones

πίομεν.

B

brytũ bibere inquit ex hordeo, parabiámq; ex milio & conyza. Vnguntur oliuo inquit poſt lac, atque hæc hoc pacto ſe habent. Noſtris autem temporibus dulce vinum thyrſiferum, legatus eſt iacchus ait Ion Chius in Elegiis: C

*Ipſa eſt enim occaſio variorum reſponſorum,*
*Omniúmque Græcorum conciones, deliciæq; regum,*
*Ex quo pampinea vinea ſubterraneum*
*Ramum extendens viridi timuit vlna.*
*Aeriſque oculos fugerunt prudentes*
*Pueri vocales vbi cadit alius in alium,*
*Priúſque ſilent, ceſſantes à clamore.*
*Nectar mulgetur ſolum felix hominibus*
*Peregrinum gaudenti pharmacum natura aptum.*
*Cuius cauſa chari filij exceptionéſque choríque,*
*Bonorum rex vinum docuit naturam.*
*Cuius cauſa tu pater Bacche, ob coronas certantibus placens*
*Hominibus lætorum ſympoſiorum prytani*
*Salue, déſque æuum bonorum amabilis operum,*
*Bibendi & ludendi, ac iuſta cogitandi.*

Amphis laudans ait in Philadelphis:

*Bibacium vitam multis de cauſis laudo,*
*At magis vitam noſtrum bibendi* D
*Studioſorũ, quàm veſtrũ ſolũ in fronte mentẽ habere ſolitorũ.*
*Nam conſideratio cum ſemper in ordinando*
*Verſetur, quia ſubtiliter ac cautè*
*Omnia inquirit, timuit res*
*Promptè aggredi, hæc verò quia non apertè*
*Quid ab vnaquaque re accidet*
*Ratiocinata eſt, agit quid iuuenile*
*Et calidum.*

## *Aenigmata.* CAP. XVII.

CVm his vt iniungeret futurum eſſet Vlpianus, ait Aemilianus, tempus ô viri amici poſtulare videtur vt de ænigmatibus etiam quidpiam dicamus, vt paululum à poculis abſtineamus, non tamen ſecundum grammaticã tragœdiam inſcriptam Calliæ Athenienſis, ſed nos prius quis ænigmatis terminus ſit inquiramus, quæque Cleobulina Lindia propoſuit in ænigmatibus. ſatis enim de his Diotimus

A timus Olympenus noſter ſocius ſcripſit:ſed & Comici de his mentionem fecerunt, quandámque caſtigationem ſubibant ij, qui non ſoluebant. Tunc ait Larenſius, ænigma ſic Clearchus Solenſis diffiniuit, ænigma eſt quæſtio iocoſa, quæ imperat cogitatione inuenire propoſitam rem honoris gratia, vel dictũ, ſupplicij euitandi cauſa. Idem Clearchus in libro ænigmatum ſeptem ænigmatum ſpecies eſſe affirmat. In litera quidem, vt cum dicemus ab, à, nomen eſſe piſcis aut plantæ. Similiter verò ſi aliquam literam habere vel non habere iuſſerit, velut ea ſunt ænigmata quæ dicuntur aſigma, vnde Pindarus ad ſigma odam fecit quaſi ænigmate quopiam in poemate propoſito. Aenigmata in ſyllaba dicũtur, velut metricum dicemus, quid cuius enim fuerit dux, vt rex. Vel cuius extremum habet nax, vt Callianax. Leo primam habet vt Leonidas, vel rurſus vltimam vt Thraſileo. in nomine dicemus nomina vel ſimplicia diſyllaba vel compoſita, vbi forma quædam tragica oſtenditur: vel humilis rurſus; vel nomina non Deorum vt Cleonymus, vel Deorum vt Dionyſius. Atque hæc vel ex vno deo vel pluribus, vt hermaphroditus, vel à Ioue
B incipiendo vt Diocles, aut à Mercurio vt Hermodorus. Vel ſi in Nicus dixerit. Qui verò mandatum non dicebant, poculum bibere cogebantur. ſic enim Clearchus diffiniuit. Quid autem ſit hoc poculum ô bone Vlpiane perquiris. De ænigmatibus Antiphanes ait in Cnethidibus aut ventroſo:

*Ego quidem prius iubentes dicere*
*Aenigmata in conuiuio rebar palàm*
*Nugari, & haud quicquam, vt iubetur dicere*
*Quis: poſtea quòd quis ferens non & ferat*
*Ridebam, & has nugas putabam inſipidas.*
*Nullam putabam prorſus hunc rem dicere,*
*Sed inſidiarum gratia: nunc & ſcio*
*Verum quòd id fuit; eranum viri decem*
*Portauimus, nulli refertur portio.*
*Ergo patet quod quis ferens non & ferat.*
*Hoc eſt? in hoc ænigma certò reſpicit?*
*Dignum ſed eſt vt conſequatur hoc veniam.*
*At qualia hi nugantur in re qui ſtipem*
*Non depoſuere, quàm profectò maximè.*

*Felix erat Philippus ipſe per Iouem*
*Quibaſdam.* C

At in Aphrodiſo:

*Nunquid*
*Dicturus ollam cum tibi ſum, proferam,*
*Rota laboratum, cauo vas corpore,*
*Terráque factum, matris in tecto alterius*
*Coctum recentis, mortuos quæ habet gregis*
*Lacte educatos, & cute molli ô Hercules*
*Ni dixeris planè necabis. carnium*
*Ollam refers certè.*
*Flauentis apis quæ miſceantur peſcuis,*
*Gutta fluentem, ac inſidentem mox capræ,*
*In pileum latum puellæ virginis*
*Caſtæ Cereris, tenuibus hinc operculis*
*Luxuriantes atque factos pluribus,*
*Vel apertè placentam tibi dicam? placentam volo,*
*Bromiadæ fontis ſudorem, vinum dic concidens.*
*Scaturiginem phæandrum hic reliqui, aquam dicas:*
*Caſiæ haberem aſpectum auram per æthram, myrrham dicas mihi* D
*Longam, nec tale aliud quid, nec rurſus*
*Dicens quod opus hoc eſſe videtur maius, vt aiunt quidam,*
*Ipſum quidem nihil per ſe, ſed conuertere frequenter.*

Alexis in Somno, huiuſmodi proponit ænigmata:

*Mortalis haud, contrà ue, ſed quandam tenens*
*Naturam, vt in virum locetur haud loco:*
*Nec viuat vt Dei. ſed vſque naſcitur.*
*Et ſemper interit. nec vlli cernitur*
*Notiſſimus ſed ſemper eſt is omnibus.*
*Luſiſſe gaudes fœmina hoc ænigmate,*
*Manifeſta certe dico, valde & lucida.*
*Quis ergo puer naturam erit ſortitus hanc?*
*Somnus puella finitor mortalium*
*Laborum.*

Eubulus in Sphingocarione ænigmata quędam huiuſmodi proponit, quæ & ipſe ſoluit.

*Garrulus elinguis, mas fœmina, nomine, & idem,*
*Ventorum quæſtor propriorum, læuis & hirtus.*
*Stulta loquens ſtultis, legémque ex lege reducit.*

*Vnum*

A *Vnum & multa ſimul:nec ſi quis vulneret illum*
*Vulnera perpetitur.*
*Quid hoc?quid eſt?quid me rogas?Calliſtratus.*
*Pedex hic eſt,nugaris ipſe habens ſimul.*
*Elinguis ipſe eſt garrulus,vnum pluribus*
*Nomen ferens non vulneratus vulnera.*
*Tum leuis ac hirſutus,atque flaminum*
*Cuſtos,locuſtæ habens oculos*
*Edentulus pugnator,non natorum genus vndique perdens.*

Ichneumon Aegypti:hic enim crocodilorum oua capiens priuſquam feræ naſcantur, fœtum frangit, poſtea perdit, quare ſubdolus percutit inferius,ac labris mordet.

*Noui ego qui iuuenis grauis eſt,ſeniórque ſine aliis*
*Inde volat leuiter:terrámque abſcondidit ipſam.*
*Eſt pappus hic profectò ſpina qui iuuenis*
*Inſemine conſtitit,quod inde vt iecerit*
*Mox auolat leuis puerorum flatibus.*
*Extat hians infra ſimulacrum,ſurgit & altè,*
*Adq; pedes ex capite perforatum,in acutum concauum*
*Ad homines pariendos ex nate ſingulos:*
B *Quorum alij portionem ſortiti ſunt vita,alij vagantur.*
*Illam quiſque habens,ipſum dicunt cuſtodire.*

Vos autem diiudicare ſanè opus eſt: hanc eſſe ſortem, ne omnia ſumamus ab Eubulo. Antiphanes ſcribit in problemate:

*Piſcibus verriculum vir multis circuniicere*
*Exiſtimans,magno ſumptu vnam traxit percam.*
*Et hanc deceptus aliam mulgis æquè ipſam*
*Duxit,volentem ſequitur per ea melanurum,*
*Mugil,vir,melanurus:neſcio quid dicas.*
*Nihil dicis enim ſed ego apertè dicam.*
*Eſt quidam qui præſentia cum dederit neſcit ſe dediſſe*
*Quibus dedit:nec ipſe habens quibus non egebat.*
*Dans quidam non dedit,nec habens habet*
*Nihil horum noui,igitur hæc*
*Aenigma dicebat,quæcunque ſciuiſti non ſciuiſti nunc,*
*Nec quot dediſti,neque quot pro ipſis habes,*
*Tale hoc erat profectò,& ego quoddam*
*Dicere vobis volo ænigma,refer.*
*Pinna & trigla voces piſciculi habentes*

*Multa loquebantur, de quibus antea cupiebant dicere quid* C
*Non dicebant: nec enim ſciebant, vt ad quem*
*Erat ipſis ſermo, ad ipſas autem multa loquentes,*
*Ipſas ambas Ceres tuebitur.*

Antiphanes in Sappho poëtriam ipſam ænigmata ita proponẽtem inducit, quæ quidã ſoluit hoc pacto, ait hęc enim:

*Fœmina natura eſt ſinibus quæ pignora ſeruat,*
*Quæ ſunt muta, tamen mittunt trans æquora vocem*
*Ventoſa, & vaſtas terras, mortalibus; illa*
*Vult quibus, his audire licétque abſentibus, aures*
*Obtuſas habeant quamuis, audire nec aptas.*

Hoc ſoluens quidam ſubiunxit;

*Eſt ciuitas natura quam tu nunc refers,*
*At rhetores ſunt filij quos hæc alit.*
*Clamare trans fretum audiuntur ſiquidem.*
*Aſiaticíque littoris quæſtus trahunt;*
*Ac Thracij huc: prope adiacet paſcentibus,*
*Iniuriáſque agentibus qui nil videt*
*Populus, vel audit. hoc pater fit quomodo*
*Sit mutus vt rhetor? iter abſurdum magis.*
*Equidem optime ego puto*
*Nouiſſe dictum hoc, ſed dic iam.* D

Sappho poſtea ænigma ſoluentem inducit hoc pacto,

*Epiſtola eſt natura primum fœmina:*
*Sunt filij quos illa geſtat literæ:*
*Mutæq; ſunt, loquuntur aſt abſentibus*
*Quibus cupit propinquus alter accidat*
*Si quis legenti, nil profectò is audiet.*

Diphilus tres Samias puellas inter conuiuium ænigmata proponentes induxit in Theſeo, atque propoſitum fuiſſe à prima perhibet hoc ænigma:

*Quid omnium eſſet duriſsimum, eámque ferrum*
*Dixiſſe narrat.*

Huiſmodiq; rei demonſtrationem attuliſſe, quòd hoc omnia excauant, ac ſcindunt, atque in omnia vtuntur, quod cum approbaſſet, dixiſſe aiunt ſecundam;

*Fabrum ferrarium multò eſſe fortiorem,*
*Quando hoc laborat, robuſtúmque ferrum*
*Flectit, mollit, ac quodcunque opus eſt efficit.*

Tertia Priapum robuſtiſsimum omnium eſſe aſſeruit, atq;

vel

A vel illud argumento eſſe, quod fabrum etiam ferrarium gementem hoc pedicant. Achæus Eretrienſis cum comis ſit Poëta, phraſim aliquando obſcuram reddit in compoſitionem, multáque profert in ænigmatum morem in Iride Satyrica; velut cum ait lithargenteus lecythus ſuſpenſus erat vnguenti. Textam Spartanam ſcriptam vocat Cyrbim, pro Spartana tabula. Quòd autem albo loro circumuoluentes tabulam, ea quæ volebant ſcribebant Lacedæmonij, apertè declarauit Apollonius Rhodius in libro de Archilocho: Steſichorúſque vas lauandis pedibus aptum lithargenteolum vocat. Ion in Phœnice ſiue Cœneo viſcum his verbis quercus ſudorẽ vocauit, quercus quidem ſudor inciſáque oblonga virga, Aegyptia paſcit linea veſtis ferarũ pedica. Scribit Hermippus in diſcipulis Iſocratis Theodoctem Phaſelitem promptiſsimum fuiſſe propoſitis ſibi ænigmatibus inueniendis, aliiſque ipſum aptiſsimè proponere ſolitum eſſe, velut illud de vmbra. naturã enim quandam eſſe dicebat, quæ maxima ſit in generatione & interitu, & minima cum maxime viget: ſic igitur ait:

*Quæ tellus fert natura, quæq; æquora ponti,*
B *Nulli incrementum ſimile eſt, hominíque nec ipſi.*
*Res eſt, nam primum ſoleat quæ maxima naſci.*
*In ſummóque vigore minor, vſque vlla ſeneſcens*
*Cunctarum rurſus rerum ſed maxima creſcit.*

Noctem præterea ac diem dixit per ænigma in Oedipode tragœdia:

*Germanæ geminæ, gignit quarum altera ſemper*
*Alteram, & inde parens fit filia nata viciſſim.*

Huiſmodi eſt & id, quod in rebus Græcis memoriæ prodidit Calliſthenes, nam Chromnum, quæ ciuitas eſt non longè à magna ciuitate conſtituta, obſidentibus Arcadibus, Hippodamus Lacon, qui vnus erat ex obſeſsis, præconem ad ipſos & Lacedæmoniis venientem hortabatur, ipſorum ſtatum per ænigma ſignificans; vt matri nunciaret, quòd muliercula intra decem dierum ſpatium eſſet ſoluenda, quæ ligata erat in Apollinis templo; veluti ſi præterierint non amplius eſſet ſoluenda: his igitur verbis facile indicium ſignifiauit ſui ſtatus. Eſt autem ipſa fames in Apollinis templo, ac iuxta Apollinis ſedem picta, quæ mulieris formam imitatur. Manifeſtè igitur patuit omni-

bus quod decem etiam dierum ſpatium famem obſeſsi to C
lerare poſſent. quam rem cum cognouiſſent Lacones pro viribus exclamauerunt iis, qui erant in Cromno. Sunt & alia complura huiuſmodi ænigmata, velut:

*Virum vidi ignitum æreum viro adhærentem,*

Ita tenaciter vt ſanguinem coniungeret. Significat autem hoc cucurbitulæ adiectionem. His ſimile eſt & illud Panacris, vt teſtatur Clearchus in libro Aenigmatum; quod percutit ligno non ligno conſidentem: auem non auem; vir non vir; lapide non lapide. ex his enim aliud eſt ferula, aliud noctua, hic Eunuchus, ille pumex. Atque Plato libro quinto de Legibus inuentiuncularum philoſophos commemorans, iis ſimiles videri inquit in conuiuiis ambiguo puerorum ænigmati de Eunuchi iactu ac de noctua, quo & à quo ipſum fecerunt ænigma. Huiuſmodi ſunt Pythagoræ etiam ænigmata, velut atteſtatur libro quarto poëtarum Demetrius Byzantius, cor non comedere, pro eo quod eſt, animum ſine mœrore exercere. Ignem enſe non confodere, id eſt virum iratum non irritare; ignis enim iracundia, enſis contentio. Iugum non tranſire, omnem ſcilicet auaritiam immodicam fugere ac odiſſe, & æquum quærere. Populari via non ingredi, id D
eſt vulgi non ſequi ſententiã, vnuſquiſq; enim quidquid ſibi videtur diiudicat temere. rectam lineam ducere, ratione duce vti. Non conſidere ſuper ſemodio, id eſt non curare quę ſunt in diem, ſed ſemper accedentem admittere: terminus enim ac finis vitæ eſt mors, qui non ſine dolore ac cura ſinit accedere. Similia ſunt & ea ænigmata Theodecti, quæ per iocum dixit Dromeas Cous; vt memoriæ prodidit Clearchus: & Ariſtonymus Philocithariſta; ac Cleon Mimaulus cognomento, qui optimus fuit Italorum minorum nulla extrinſecus perſona aſſumpta, per ſe ſufficiens Hiſtrio: erat enim Nymphodoro ſuperior in commemorato mimo. Huius imitator fuit Iſchomachus præco, qui circulares faciebat imitationes. Poſtea verò quàm nominis ſplendorẽ aſſecutus eſt, mimos in miracula trãſiens diiudicabat. Erat autẽ ænigmata huiuſmodi quę faciebant veluti, cum ruſticum quendam crapulatũ maléque habentem percũctaretur medicus, num in vomitũ ediſſet nequaquã ego dixit, at in vẽtrem. Cum mulier quędã vẽtre laboraret

A raret,eámq; interrogaret medicus nũ haberet in ventre,& quo pacto inquit cum iam triduum nõ comederim? & Sofiphanes poëta,in hiſtrionẽ Cephiſoleum dixit obiurgans ipſum ob os latũ,in femur tuũ lapidem conieciſſem,niſi futurus fuiſſem aſtantes irrigare. Antiquiſsimũ eſt ænigma rationem ſequens,maximéq; accommodatum naturæ ænigmatum:velut quid omnes neſciẽtes docemus, & quid eſt nuſquam & vbique?quid eſt idem præterea in cœlo,in terra,& in mari?eſt autẽ hæc nominis ſimilitudo, verſa enim ſerpens,aquila,& canis,in cœlo ſunt,in terra,& in mari. At illud tempus ſignificat,idem eſt enim nuſquam, & apud omnes.quoniam eam naturam obtinuit, vt non ſit in loco. Pręcedens verò eſt animas habere,quod cum nullus noſtrũ ſciat,præſentes docemus. Callias verò Athenienſis, nam & antea de eo quæſiuimus,qui ante paucis temporibus. Strattidem præceſsit,tragœdiam grammaticam dictam ita deſcribens fecit,cuius prologus eſt ex elementis,quem dicere oportet,per omnes ſcripturas diuidendo ex elementis, finémque faciendo ſubuersè, in alpha, vita, gamma, delta, ita,thita,dei enim ſi iota,cappa,lambda, my,ny,xy, ov,pi,
B ro,ſigma,tau,y,phi,chi,& in omega,mulierum autem chorus ex iis,quæ cum duobus factus cum ipſo eſt concinnus, atque ſimul in concinnitate conuenit hoc pacto: βῆτα ἄλφα.βα.βῆτα ε.βε.βῆτα η.βη.βῆτα ἰῶτα.βι.βῆτα ο βο.βῆτα υ.βυ.βῆτα ωβ.ω.rurſúſque in metris ac carminibus æquipollent γάμμα ἄλφα, γάμμα ε.γάμμα η,γάμμα ἰῶτα,γάμμα ο, γάμμα υ,γάμμα ω.& in ſyllabis vnumquodq; metrum ac carmen ſe habet eodem pacto in æquiualentibus, ita vt Euripides non ſolum totam Medeam hinc facere ſit machinatus, verum etiam carnem ipſum manifeſtum eſt quòd tranſtulerit. Sophoclem verò aperuiſſe aiunt,cum auſus eſſet ex illius exemplo,poemáque hoc in metro audiuiſſet, ac feciſſe in Aedipode,ſic ego neque me ipſum,neque te triſtitia afficio ob hæc reprenſus. Omnes idcirco reliqui conuerſiones in tragœdias,velut apparet, ab hoc deſumpſerunt, & poſt chorum rurſus introducit ſermonem ex vocalibus hoc modo, quam iuxta præſcriptiones ſimiliter atque priores dicendo diuidere oportebat,vt ſeruaretur pro viribus eius, qui feciſſet pronunciatio: alpha ſolum ô mulieres, ſiue ſecundò ſolum dicere opus eſt, tertióque ſolum dices,

poſtea

poſtea igitur quarto loco tau ſolum,io ta quintum, vbi ſe- C
xtum ſolum dic ypſilon. Vltimum tibi dicā omega ſeptem vocalium,at ſeptem in metris ſolum. Atque hoc cum dixiſſet,ipſa poſtea bis loquitur. Significauit primus hic & literam per iambos,intemperantius qu idem iuxta ſententiam,at conſideratè hoc modo:

*In vtero fero ô fœminæ, ſed pudore grato*
*In litteris nomen dicam infantis.*
*Recta longa litera eſt,ex hac media*
*Parua aſtans vtrinque ſupina,*
*Poſtea circulus pedes habens breues duos.*

Vnde poſtea vt quiſpiam exiſtimarit Meandrius ſcriptor parum imitationi adhærens interpretatus conſcripſit in commentario dicto inſuauius.at Euripides in Theſeo non ſcriptam locutionem feciſſe videtur,eſt autem paſtor quidam literarum imperitus qui Theſei nomen ita pictum illi ſignificat.

Θ *Cum literarum non peritus ipſe ſim,*
Η *Dicam figuras,ſignáque euidentia.*
Σ *Eſt circulus torno velut factus bene,*
Ε *Signúmque habens in ventre,quod clarè patet.* D
Υ *Binas ſecunda forma lineas tenet:*
Σ *Diſpeſcit has medio incidens mox altera.*
*Cincinnus inde tortus ipſa tertia.*
*Subit figura quarta recta linea,*
*Tres incidentes diuidunt hanc lineæ.*
*Quintam minus promptum ſit ipſam dicere,*
*Sunt differentes lineæ inter ſe duæ,*
*Quæ conueniunt omnes ſimul in vnam baſim.*
*Extrema differt nil figura tertia.*

Hoc ipſum fecit & Agathon tragicus in Telepho, nam hic etiam literarum ignarus picturam nominis Theſei declarat.

*Eſt circulus pictus prior meſomphalus,*
*Duæ iugatæ quem ſequuntur lineæ.*
*Arcus Scytharum vti figura tertia eſt.*
*Obliquus adiacet tridens quarto loco.*
*Iunguntur inde binæ in vna linea.*
*Extrema forma eſt hinc fuit quæ tertia.*

Theodoctes etiam Phaſelites ruſticum quendam inducit
liter

A literarum imperitum Theſei nomen ſignificantem,

*Ocellus eſt figura prima in circulo,* Θ
*Binaq; ſunt hinc lineæ pares ſimul,* Η
*Tranſuerſa quas mox incidens ligat altera.* Σ
*Cincinnus vt contortus eſt hinc tertia.* Ε
*Obliquus apparebat hinc velut tridens.* Υ
*Tum virgulæ naſcuntur ex quinta duæ,* Σ
*Currunt in vnam quæ baſin ambæ ſimul.*
*At ſexta ſicuti prius cincinnus eſt.*

Huic ſimillimum eſt & id,quod Sophocles fecit in Satyri
co Amphiarao literas inducens ſaltantes: Neoptolemúſq;
Darianus in lib. Epigrammatum hoc Epigramma inſcri-
ptum fuiſſe narrat in Chalcedone in Traſymachi Sophiſtę
ſepulchro, nomen th,r,a,s,y,m,a,ch,u,s, Chalcedo patria
eſt,ars eſt ſapientia. At huiuſmodi eſt Caſtorionis Solēſis
poema,vt teſtatur Clearchus,quod in Pana compoſuit. Ex
pedibus ſinguli integris nominibus cōprenſi, omnes ſimi-
liter præcedētes ac ſequētes habēt pedes:velut,te iactibus
niuis ſonoris difficilem inuenémq;,via feras nutriens Pan σὲ τὸν βό-
terra,Arcadum celebrabo ſcriptura hac ſapiente pulchráq; λοις νιφο-
B carmina componens rex difficilia cognitu,nō ſapientibus κτύποις. σὲ
vt audiantur,poëtarum obſeruatos,habens ceream veſtem τὸν βόλοις
ſuauitatem emittens.tum reliqua eodem modo. Vnuſquiſ- δυσχείμ-
que horum pedum quoquo modo ponatur in ordine idem ερον.
habebit metrum.hoc pacto,te iactibus niuis ſonoris, te ia-
ctibus difficilem. Et quod quiſq; pes habet literas decem.
Licet autem non eodem etiam modo facere,ſed altero, ita
aut habeant plures ad vnius vſum,qui ſic dixerint:metrum
dic mihi pedum,capiens mihi metrum pedum,metrū dic.
nolo enim pedum metrum capere,capere metrū enim pe-
dum nolo. ſcis Pindari etiam odam ſine ſigma factam , vt
ipſe ſcribit Clearchus,velut ænigmate quopiam propoſito
in poemate multis horum refellentibus,quia fieri nō poſſe
videbatur vt abſtineret à ſigma , & quia non probaretur
prius , ſerpſit rectè quod noui. Et totam adulteratam vi-
ri. Hæc notaret quiſpiam in abalienantes odam aſigmam
Laſi Hermionis , quæ Centauri inſcribitur,& qui in Ce-
rerem ac Hermionem factus fuit hymnus à Laſo, eſt aſi-
gmus,vt Heraclides ait Ponticus libro tertio Muſices, cu-
jus hoc eſt principium:

Cerer

*Cererem cano puellam, vxorem Clymeni,* C

Licet autem & aliis multis abundare ænigmatibus,

*In aperto nata ſum, patria me ſalſa aqua*

*Continet, mater eſt numeri filia.*

Patet quòd in Delo dicit, quæ mari cõplectitur, mater Latona quæ Cæi eſt filia, ſiquidem Macedones Cæum numerum appellant, Tum de ptiſana, hordei ſine cortice ſuccum cum abſtinere non poſsis, bibe. Nam ptiſanæ nomẽ à purgando ac relaxãdo deductum eſt. De Cochlea hoc in Teucri diffinitionibus ſcribitur, animal ſine pedibus: ac ſpina, ſine oſſe, tergore oſtracum, oculi ſe flectentes, oblongi ac curuantes intro. Antiphanes in ipſius amore,

*Coloſtra lignea carne, ſcis dico caſeum.*

Anaxandrides in Aeſchra, aptè coxit, & continuas corporis partes domat in igne formata terra Timotheus ait, ollam ô viri eſſe inquiens. Timocles in Heroibus,

*Quàm erat concinna*

*Viteq; nutrix, hoſtis & famis, bona*

*Cuſtos amicitiæ medica inclyta famis.*

*Eſt menſa per cœlum parata ſplendidè.*

*Dixiſſe menſam protinus licuit prius.* D

Plato vbi reſponſum datum fuiſſe Cinyra ſcribit de Adonide filio ait in Adonide,

*O Cinyra rex Cypriorum hominum hirſutorum,*

*Puer tibi formoſiſsimus natus eſt, admirabilis tibi*

*Maximè omnium hominũ, duo autẽ dæmones ipſum habent,*

*Hæc quidem impulſa per occultas ſolitudines, hic verò impellens.*

Bacchum inquit ad Venerem: ſiquidem hunc ambo amarunt. atque ſphyngis ænigma huiuſmodi fuiſſe ſcribit in tragœdia reprenſis Aſclepiades:

*Eſt bipes & quadrupes in terra, ſoláque vox huic,*

*Atque tripes, mutat vocem ſolum omnia campis*

*Inter quæ ſerpunt, quæ cælo, & fluctibus errant.*

*Aſt vbi iam pedibus contendit pluribus, illi*

*Deficiunt vires, & lentis robora membris.*

Sunt autem & hæc Simonidicis ænigmaticè dicta, vt teſtatur Heracleotes Chamæleon, in libro de Simonide.

*Piſcis & infelix, & laſciui pater hœdi*

*Firmarunt propius capita: atræ pignera noctis*

Sumen

A *Sumentes ciliis, Dionyſi paſcere ſeruum*
*Nolentes regis ac buphoni.*

Sunt qui inſcriptum fuiſſe referant antiquitus hoc in Chalcide in quodam donario, in quo delphin & hircus ſculpti erant: Quorum gratia hic erat ſermo. Alij in pſalteriinm tenſum dictum eſſe malunt in delphinum ac hircum laboratum. Atque dithyrambum eſſe buphoni Dionyſiiq; ſeruum. Sunt etiam alij qui bouem mactatum Dionyſio ſecuri percuſſum fuiſſe dicant in Iulide ab adoleſcente quodã, atque ſecurim ipſam cum feſtum propinquum eſſet, datam fuiſſe in quandam fabri ferrarij officinam, ac Simonidem cum iuuenis eſſet adhuc, ad fabrum ipſum acceſsiſſe, vt ſecurim acciperet, qui cum artificem dormientem vidiſſet, vtrémque ac cancrum inordinate adiacentem, viciſsímque priora tenẽtem, hoc problema familiaribus propoſuit cum ad eos eſſet profectus. Atque patrem hœdi vtrem eſſe aſſerunt, cancrum piſcem infelicem, noctis filium ſomnũ, ſeruum verò buphoni ac Dionyſij, ſecurim. Fecit & aliud Epigramma Simonides, quod maximum ſcrupulum iniicit iis, qui hiſtoriæ ſunt ignari.

B *Garrula qui nolet certamina ferre cicadæ,*
*Det Panopeiada cœnam mox iuſſus Epeo.*

Fama eſt enim quòd cum verſaretur in Chartheia, choróſque doceret Simonides, chori gymnaſium procul à mari habuerit, apud Apollinis templum in locis ſuperioribus, atque tum alios omnes, tum eos præcipuè, qui erant apud Simonidem ex inferioribus locis, vbi fons ſcatebat aquam petiiſſe. Hic cum aſinus, quem Epeum, vocabant, ei aquam ferret, hoc ipſum fecit vt per fabulam iocaretur: atque fabulam in Apollinis templo poſuiſſe aiunt, in qua Atridis aquam fert Epeus, velut inquit Steſichorus:

*Filia nam Iouis eſt magnos miſerata labores*
*Regibus apportantis aquam ſemper.*

Hæc cum ita ſe habeant, ſtatutum fuiſſe dicunt, vt quicunq; ex diſcipulis ad horam ſtatutam non veniſſet, Chœnicis hordeum aſino dare cogeretur, quod & ab ipſo poeta dicitur, atque hoc eſſe cicadæ certamen non ferre, nolle, ſcilicet canere: Panopeiadem eſſe aſinum: cœnam, hordeum Chœnicis, huiuſmodi eſt & illud Theognidis:

Mort

*Mortua me petit ſub tectum forte marina.* C

*Mortua ſed viuo eſt ore locuta tamen.*

Significat autem teſtam. Eſt huiuſmodi nomina virorum etiam ſimplicibus nominibus ſimilia proferre, vt robur capiens Ariſtonicum in bello. Et illud vulgatum,

*Quinque viri ratibúſque decem cciere ruentes.*

*Pugnarunt ſaxis, nec ſaxum ſumere poſſunt.*

*Vnda tegit mentum, ſitis ingens perdit & illos.*

Subibant autem pœnã quandam hi Athenis, qui propoſitũ Aenigma non poterant ſoluere, ſiquidem phialam miſtam bibere cogebantur, vt Clearchus aſſerit in Termino. Et libro Prouerbiorum primo ita ſcribit, nõ aliena eſt prorſus à philoſophia ænigmatũ explanatio, ſiquidem antiqui ſapientiam per huiuſmodi demonſtrationes enucleabant. nam & inter pocula quæſtiones proponebant, non tamen eadem ratione, qua iuniores nunc ſolent inter ſe: quæ res magis libidinẽ excitet, aut quis piſcis eſt ſuauiſsimus, aut quis maximè viget: vel quis poſt Arcturum, aut Pleiades, vel Canẽ ſit eſui aptus. Quarum quæſtionum oſcula præmium victoribus proponũt, quæ quidẽ omnia eorũ odium in ſe concitant, qui aliquo liberi animi ſenſu præpollent: D mulctam verò iis qui vincuntur eam imponunt vt ſuauius merũ bibant, quàm ſanitatis ratio poſtulet: quę quidem omnia maximè ad eum ſpectant, qui inter Archeſtrati, Philæni diſq; ſcripta diutius ſit verſatus, ac Gaſtrologiæ fuerit ſtudioſus: vel rerum potius ſimiliũ. Primo igitur iambicũ carmen dicenti, cõtrà dicentis alicuius poëtæ in eandem ſententiã carmen profertur: atque ſingulos iambum dicere oportet. Huc accedit quòd ſingulos dicere oportet eo metro, quo conſtitutũ eſt, ac eundem literarum, ſyllabarúmq; ordinẽ ſeruare, Atq; cuiuſpiã, vel nomen Troianorum ducum, vel Græcorum prædictis ſimillimè proferre. Præterea ex data litera nomen cuiuſpiam ciuitatis dicere opus eſt, quæ ſit in Aſia, ſequentem verò quæ ſit in Europa: ac variare ſi quis in Græcia dixerit, vel in barbarorũ regionibus: ita vt non ineptus prorſus ſit hic ludus, ad declarandum quantopere familiares quiſq; habeat diſciplinas. His præmium coronam laudéſque propoſuerunt, quibus maximè oſcula viciſsim excitantur. Hæc ea ſunt quæ dicuntur à Clearcho, quæq; apponere conuenit. Huiuſmodi eſſe pu

to

A to Homericum carmen dicere, quod ab a, incipiat, rurſusq; in eandem literam deſinat.

*Aſtitit, ac illis dixit velocia verba.*
*Aſt agè nunc ſcutica, & tibi nunc capiatur habena.*
*Alatum telum capias, & ſcuta rotunda.*

Et rurſus iambi huiuſmodi:

*Aptè bonus fert ſi qua contingant mala.*
*Aptè bonus fert ſi qua contingant bona.*

Homerica carmina ab e, in e deſinentia:

*Ecce Lycaonium natum fortemq; bonumq;*
*Inuenit.*
*Eſt vrbe in noſtra, quando nec debui & ipſe.*

Huiuſmodi iambi etiam,

*Eſt omnibus deſpecta prorſus Dercyle*
*Pauperies.*
*Eſſe implicitus præſentibus rebus fere.*

Homeri ab a, in a. *ab α εἰς α.*

*Alma locuta oculos diſceſſit cæſia diua.*
*Alma Venus cecidit gremio confuſa Dione.* *ἡ ἀθλίως.*

Iambi

B *Fides amici experta ſit tibi prius.*

Homeri ab i, in i.

*Ilion aufugiunt & vani, & nomine priui.*
*Hippolochus peperit, ſum natus filius illi.*

Ab s, in s,

*Si vel cunctorum Graiorum Agamemnona dicas.*
*Sapiens feret quicquid dedit ſors labilis.*

Ab o, in o,

*Ac velut in cœlum nubes quæ venit Olympo.*
*Mens eſt mihi perita ferre qualibet.* *ὡς*

Opus eſt autem carmina etiam ſine s, proponere:

*Cuncta dediſſe volo quæ ſunt, his addere multa,*
*Inde domi.*

Atque Homerica rurſus carmina, quæ ex prima, ac vltima ſyllaba nomen ſignificent: *αἴας.*

*Aiax ex ſalamine rates bis æquore ſenas*
*Duxit.*
*Phylides gratus ſuperis, quem bellice Phyleus* *Phileus.*
*Tu genuiſti.* *ἰατὴρ Μα*
*Prudentes medici Podalirius, atque Machaon.* *χάων.*

O

Sunt alia Homeri carmina,quæ ex vltima,primáq; ſyllaba C
ξυμ πιεῖ. nomen aliquorum vaſorum ſignificant.

*Caſorum danaum mens eſt in pectore triſtis.*
*Ex fato loquitur quiuis quod crederet alter.*
*Triſtis erat ne quid peius pateretur & inde.*

Alia ſunt carmina quæ edulium quodpiam indicant ex prima,ac vltima ſyllaba.

*Argenteos habens pedes Thetis filia marini ſenis.*
ἀργυν:γέρων *Nec tu hæc ſingula interroges,aut perquiras.*

τος. Verum vbi ſatis iam vagati ſumus, dicendum iam eſſe vi-
Ἄρτος. detur,quam pœnam ij ſubibant,qui præpoſitum ſibi ænig-
Μὴ μετάλ ma non ſoluiſſent:bibere igitur hi cogebantur ſalſuginem
λα. μῆλα. in potu, atq; poculum ſine reſpiratione haurire oportebat, veluti his verbis demonſtrat Antiphanes in Ganymede:

*Hei mihi implicita.*
*Interrogas valde,aſt apertè ego feram:*
*Si raptionem tu pueri noſti prius*
*Quàm miſceatur dicere eſt opus ſtatim.*
*Aenigma num proponis hoc ô vir mihi?*
*Si raptionem noui ego pueri?quid hoc*
*Dictum notat?det quis mihi lorum ſtatim,* D
*An neſcio?ſic punis inde? non ego.*
*Salſuginis potum attuliſſe oportuit.*
*Scis ergo quòd bibiſſe ſit hoc opus tibi?*
*Sed nunquid ipſe quid notet dixi tibi?*
*Minimè, ſed eſt opus manus poſt terga cum*
*Contraxeris,bibiſſe ſpiritibus ſine.*

Cum tot à Dipnoſophiſtis dicta eſſent, de ænigmatibus, nobíſque iam veſper aduentaſſet, quæ in promptu erant prætermittentes, ſermonem de poculis in craſtinum diem prorogauimus: nam orationem ad ingreſſum vſque prorogo, iuxta Philothyten Metagenis, vt in
ἰκαρίδια. nouis, multiplicibúſque patinis conuiuium theatro præbeam,vbi poſteą de poculis orationem habebo.

ATHE

# A ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM LIBER VNDECIMVS,

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

*De poculis antiquis.* CAP. I.

SED agè iam quod ſermonis erit exordium amice Timocrates, iuxta Cephiſodori Comici ſententiam? nam cum nos opportunè ſtudioſéque ob pocula conueniſſemus, omnéſq; ſederent adhuc, priuſquàm quidpiam diceretur, ait Vlpianus,
B ſedent ô viri amici optimates, qui cœnant apud Adraſtum: Polyidúſque dum in via ſacrificat accedentem Peteum moratur, ac inter herbas ſedere faciens, germináque confringens pro menſa, ea quæ mactata fuerant, illi apponit: atque nutrix ſedenti Autolyco, qui ex Ithaca ad diuitem populum venerat. Manifeſtum eſt autem quòd ita edebant illius tempeſtatis homines. Ac de Vlyſſe ſcribit ita Homerus:

*Inuenit puerum, peperit quem filia, paruum.*
*Euryclea illum mox inter genua locauit,*
*Deſtitit vt cœnare.*

Sedere fecit inter genua, non autem apud genua poſuit. Et nos igitur quid cunctamur, ſed iam decumbamus, vt Plutarchus nobis poculorum rationem reddat, omnéſq; prouocet plenis calicibus. Simonidem Amorgium poetam primum pocula nominaſſe in Iambis, hoc pacto repperi, Nunc ex menſa pocula ſumito. Is autem qui Alcmæonidem compoſuit, hæc inquit, in lato ſtramento quodam mortuos humi depoſui, quibus & cibum appoſui, & pocula, coronáſque in capitibus, quæ ab ipſo potu no-

minatæ fuerunt. Sic poculum ipſum ab aquis, vinóq; biben C
do Attici nominarunt. Ariſtophanes in Equitibus:

*Maxillis videntem fatuum, hæmatopotam.*

Ac ibidem:

*Bacu frequenti eſt vſus ipſe poculo.*

Pherecrates in Tyrannide:

*Præſtantior certè vna mille poculis.*

Et Anacreon:

*Vini bibax factus ſum.*

ἰωνοπότης. ὀινοποτά-ζω. Eſt autem verbum ipſum apud poetam, vbi dixit, vinum potans. Sappho etiam libro ſecundo, multa, ac infinita pocula Celæphis. Alcæus; ex poculorum vertigine laborans, aſside. Colitur in Achaia, in Antheorum regione Ceres Poculifera, ſicut teſtatus eſt Autocrates libro Achaicarum Hiſtoriarum ſecundo. Sed prius quàm ad poculorum catalogum perueniamus, operæpretium nos facturos exiſtimo, ſi quare plenum eſſet id poculum, perquiremus: ſic enim dictum eſt, poculorum loculus. Ariſtophanes in Agricolis:

*Loculi velut nam lintheum prætenditur.*

Quod idem inuenitur etiam apud Anaxandridem, in Me- D
ἐκυλικίαν. liloto. Eubulus in Leda, *Velut fœdus daret,*

*Confregit in loculo omnia tunc hic pocula.*

Et in Fidicina; loculos nobis inuenit in Semele, & Baccho.

*Maiæ puer qui ſaxeus ſtat nomine,*

*Fractum in loculo, ſimulq; ſplendidum.*

Cratinus iunior in Chirone, poſt multos annos ex bello domum redeo, affines, & tribules, ac populares:

*Vix repperi, ſcripſi in loculo ſed hic ſtatim,*

*Mihi tribulis eſt adiutor Iuppiter,*

*Tributa ſoluo.*

Eſt autem inquiſitione dignum, an poculis ingentibus antiqui vſi fuerint; nam Dicæarchus Meſſenius, qui fuit diſcipulus Ariſtotelis, in libro de Alcæo, antiquos paruis poculis vſos fuiſſe ſcribit, aquoſúmque bibiſſe. At Chamæleon Heracleota in libro de Ebrietate, ſi vocem memoria teneo, hæc ſcripta reliquit; neque admiratione dignum ſanè eſt, ſi ebrietatem hanc opibus anteponunt ij, qui licentia hac vtuntur; nam cum nullam aliam habeant meliorem voluptatem, quam ſectentur, neque magis lætam, ad vinum ipſum

A ipſum meritò confugiunt: ex quo magna pocula patria potentioribus viris parata fuerunt. Neque tamen hoc poculorum genus antiquum eſt apud Græcos, ſed nuper inuentum eſt; ac à barbaris translatum: qui cum optimis diſciplinis priuati ſint, toti in vinum conuertuntur, epulâſque & ſuperuacaneas, & multas compararunt. Nos autem in illis Græciæ locis neque in picturis, neque in antiquorum ſcriptis poculum magnum inuenimus, præter quàm in Heroicis: quia ſolis Heroibus poculum Rhytum vocatum tradiderunt, quod etiam dubitationem continere nonnullis fortaſſe videbitur, niſi quis ob celerem dæmonum apparitionem, id demonſtratum fuiſſe dicat. Nam Heroes difficiles, ac percuſſores putantur eóſque noctu magis, quàm interdiu. Verumenimuero ipſos ex magnis poculis bibentes faciunt, vt non ex conſuetudine, ſed ex ebrietate ipſa potius huiuſmodi eſſe videantur: neque mihi ſanè inſulsè dixiſſe videntur ij, qui magnum poculum, argenteum puteum appellarunt. Videtur mihi in his verbis ignoraſſe Chamæleon, quòd non eſt paruum id poculum, quod apud Homerum Vlyſſes Cyclopi tradidit; neque enim cum tantus eſſet, ter eo hauſto, ob ebrietatem conſternatus eſſet:
B erant igitur eo etiam tempore magna pocula, niſi quis malit vini potentiam arbitrari, quàm declarauit ipſe Homerus: vel inſuauem potum Cyclopis; qui lac ſemper bibere conſueuerat. Vel certè barbaricum erat id poculum, ſi erat magnum, atque ex Ciconum præda deportatum. Sed quid de Neſtoris poculo dicemus, quod vix iuuenis quiſpiam ferre poſſet; Neſtor autem ſenex nullo labore extollebat? de quo etiam nos quidpiam docebit Plutarchus. Hora eſt igitur vt decumbamus, atq; cum decubuiſſemus, ait Plutarchus, non per Terram tibicen virorum, ſed ſcyphum inquirens, de calice concionem habiturus accedo iuxta Pratinæ poetæ Phliaſij ſententiam, neque vnus ex Cylicranis, quos ſubſannans Comicus Hermippus ita ſcripſit in Iambis, in Splenſplaniciem Cylieranum profectus ſum, atque Heracleam maximè florentem ciuitatem vidi. Sunt autem ij Heracleotæ, vti Nicander inquit Thyatirenus, quibus imperat Oeta, qui etiam eos ex genere cuiuſdam Lydi denominatos eſſe aſſerit, vnius eorum qui militarunt cum Hercule. Mentionem horum fecit

Scythinus etiam Teius his verbis in inſcripta hiſtoria; cum Eurytum, eiúſq; filium Hercules cepiſſet, qui ab Euboicis tributa exigebant, vtrunq; interfecit, prædantéſq; Policranes populatus eſt, ac ibi ciuitatem, quæ appellaretur Trachinia Heraclea, condidit. At Polemon libro primo eorum quæ ſcripſit ad Adæum, & Antigonum ita ſcribit; cum quidam incolæ Heracleæ, quæ apud Oetam, Trachinémq; ſita eſt, cum Hercule ex Lydia veniſſent, Cylicranes, atque Athamanes, à quibus loci dicuntur; illis Heracleotæ nequaquam Rempublicam impertiti ſunt, at alienigenas habitatores latenter acceperunt. Dicuntur verò Cylicranes quia calicem in humeris habent impreſſum. Sed & illud mihi venit in mentem, quòd Hellanicus in Denominationibus quoſdam eſſe ex Libycis Nomadibus ſcribit, qui nihil aliud poſsideant, quàm calicem, cultrum, & hydriam: quòdq; domos habitant ex culmis confectas, eáſq; perexiguas, quantæq; faciant ad arcendas temporum iniurias, quas etiam circunferunt, quocunq; proficiſcãtur. Ille etiam locus, qui inter Illyrios Calices appellatur, pluribus eſt cognitus, vbi Cadmi, Harmoniæq; monimentum cõſpicitur, vti libro vigeſimoſecundo Hiſtoriarum ſcriptum reliquit Phylarchus. Polemon autem Syracuſis ait in libro de Morycho, in inſulæ ſupremis partibus extra muros, apud Olympiæ ſacellum quendam eſſe Cratem, à qua calicem implentes nauigant, donec ſcutum, quod eſt in templo Palladis, non amplius conſpiciatur: atq; hic fictilem calicem in mare demittunt, flores in ipſo ponentes, & fauos, thúſq; non ſectum, compluráq; alia huiuſmodi aromata. Sed & ipſe igitur ſympoſium veſtrum omni ſuauitate plenum video, iuxta Xenophanem Colophonium:

*Iámque ſolum purum eſt, manus hinc, & pocula cunctis.*
*Puraq; quæ cingit nexa corona caput.*
*In phiala vnguentum mox attulit alter odorum,*
*Plenaq; ſtant paſſim pocula lætitiæ.*
*Prompta iacent alij redolentia pocula flores,*
*Quæ nulli ſeſe tradere velle ferat.*
*In medio hec puri diffundunt thuris odorem,*
*Puraq; ſtat pariter, frigida dulcis aqua.*
*Hic fului panes aſtant, venerandaq; menſa*
*Et melle, & pingui eſt caſeo onuſta ſimul.*

*Ipſa*

A *Ipſa decoratur varijs & floribus ara.*
*Atria feſtiuis cantibus alta ſonant.*
*Sunt celebranda viro prudenti numina primum.*
*Syncerisq;,verisq;,quæq; dicere patet.*
*Sacra ferenda ſimul,feciſſetq; iuſta petendum.*
*Huiuſmodi precibus nil erit vtilius.*
*Nec potare merum ad conuicia conuenit,haud te*
*Deducat ſeruus nunc etiam iuuenem.*
*Dignus laude vir eſt,qui cum bibat optima dicit,*
*Firmaq; : virtutem menteq; adhuc retinet.*
*Qui neque Titanum, qui nec fera bella Gigantum,*
*Nec Centaurorum perfida monſtra nouat.*
*Suſcitat aut cædes varias,quibus vtile nil eſt.*
*At prudens mens eſt ipſa Deo ſimilis.*
Suauis etiam Anacreon hæc inquit:
*Nullus amicus erit qui tecum pocula ſiccat,*
*Dum rixas,bella & ſanguinolenta refert.*
*Sed qui Muſarum,Veneris qui munera miſcet:*
*Et qui lætitiæ ſit memor vſque bonæ.*
Ion præterea Chius ita inquit:
B *Defenſor noſtri valeat,qui rexq;, paterq;*
*Impleat,& nobis pocula ſeruus item in*
*Vaſis argenti : diffundat protinus aurum*
*Vina,manus nobis inq; aſarota lauent.*
*Alcmenæ,natoq; ſimul pia ſacra ferentes,*
*Procleo,& Perſidis,ab Ioue principium.*
*Ludamus, potemus,eat & nocte canentum*
*Clamor,quis ſaltet,lætitiam incipiat.*
*Quem thalamo propiora manent conuiuia, potet*
*Cautius hic alijs hunc mediocre decet.*

Fecerunt ij etiam,qui ſeptem ſapientes dicti ſunt,conuiuales congreſſus,vinum ſiquidem ſenectutis mœrorem ſolatur,veluti Theophraſtus ait in libro de Ebrietate : quo fit vt nullus nobis meritò ſuccenſere debeat, qui quidem prudens ſit, quoniam ad has Dionyſicas diſputationes peruenimus,iuxta Alexidis Tarentinos, quandoquidem nullum omnium iniuria afficimus.

*An neſcis quòd*
*Quod vita dicitur,mora eſt id denique?*
*Ac diminutum nomen eſt fati ipſius?*

*Quòd ſi peritè me ferat quis vel malè* C
*Diiudicaſſe, contra ego nil dicerem.*
*Conſiderans ſic ipſe noui, & credidi,*
*Quòd ſtulta prorſus cuncta ſunt mortalia.*
*Quòd hoſpites ſemper ſumus dum viuimus.*
*Vt qui quibuſdam venimus congreſsibus,*
*Ex morte, cæcis tenebris, lucem in hanc*
*Quam cernimus: qui plus bibat, qui rideat,*
*Qui indulgeat Veneri, ſimul quo tempore*
*Congreſsibus præſens ſit, is conuiuium*
*Sortitur, ac domum redit mox lætior.*

Atq; iuxta doctam Sappho, veni Venus, amiciſq; his tuis, & mei conuiuis nectar in calicibus aureis pulchris porrigas.

## *De varijs potionibus & fictilibus.*

## CAP. II.

AD hos dicendum videtur quòd peculiares ſunt modi potionum ciuitatibus, velut his verbis declarauit Critias in Lacedæmonum Republica: nam Chius, ac Thaſius à dextris ex magnis poculis: Atticus à dextris ex paruis, Theſſalus magno poculo prouocat quem libitum ſit. At D Lacedæmonij ex appoſito ſibi poculo bibunt, quibus puer infundit, quantum bibitur. à dextris bibere dixit his verbis Anaxandrides in Agricolis:

*Quo nam modo potare vos ex poculis*
*Estis parati? ferte: quo tibi placet.*
*Num vultis à dextris, pater mox dicere*
*Super bibente, atque hinc Apollo dicere*
*Vt mortuo?*

Deuitanda ſunt autē nobis fictilia, nam ij fictilibus vtuntur apud Perſas, quos rex honore priuauit, vt aſſerit Cteſias. inquit autem Chærilus etiam poëta;

*Diuitias teneo, calicis fruſtum vndique fractum.*
*Naufragium conuiuarum, quæ plurima ventus*
*Ipſe Dionyſi patrauit, regis ob iram.*

Cognoui tamen iucundiſsima eſſe ſæpius fictilia pocula, velut apud nos ea quæ ex Copto aſportantur: coquuntur enim ex terra cum multis aromatibus irrigata. Ariſtoteles in libro de Ebrietate: Ollulæ etiam quæ Rhodiacæ dicuntur, tum ob voluptatem inferuntur in conuiuia, tum quia cum

A cum vinum calefaciant, minus ebrietatem inferri patiuntur. Nam ſi myrrha, maſtiche, réſque huiuſmodi in aquam iniecta coquantur, ac mox vino miſceantur, minus qui bibunt fiunt ebrij. Et alibi hic idem: fiunt ollulæ Rhodiacæ myrrha, lentiſciq; floribus, croco, balſamo, amomo, ac cinnamomo ſimul coctis, ex quibus quæ vino miſta fuerit aqua, ita ſiſtit ebrietatem, vt vel Venerem ſedet ſurgentéſq; etiam ſpiritus digerat. Non conuenit nobis igitur temerè ac inſanè bibere, cum in horum bonorum copiam ac variorum ob artem poculorum reſpicimus.

## *Variæ inſaniæ ſpecies, cur Nymphæ Bacchi nutrices.*

### CAP. III.

INſaniam multis rebus iniungi à compluribus teſtatur Chryſippus in principio tractatus de bonis, ac malis. Dicuntur enim alij ob mulieres inſanientes: alij inſanientes ob cothurnices: eos vero, qui gloriæ ſunt ſtudioſi, ob gloriã γυναικο-μανία.
B inſanientes dicunt quidam, veluti mulierum cupidos: ob ὀρτυγομα-νία.
mulieres inſanientes, auiúmq; ſtudioſos inſanientes ob aues: cum idem ferè hæc ipſa nomina ſignificent, ita vt & cætera ſi hac ipſa ratione vocentur, non fiat prorſus abſurdum, nam obſonij ſtudioſus & vorax, & ſtudioſus vini, eodem pacto. Similiter autem & cæterorum ſingulorum, cum inſanè verè diſpoſiti ſint ad hæc, quicunq; præter rationem cupiunt, longéq; ab ipſa æquitate aberrarunt. Verum nos, ſicuti ſolent Athenienſes, hos mimos, morionéſq;, ac alios artifices audientes, moderate bibamus; Sic autem de his ſcriptum reliquit Philochorus; Athenienſes vbi certamen Dionyſij celebratur, primum quidem prandent, ac bibunt: poſtea accedunt ad ſpectaculum, coronatiq; ſpectant, atq; per totum certaminis ſpatium vinum infunditur, feruntúrq; bellaria, choriſq; ingredientibus potum infundunt, quod rurſus poſtea faciunt, vbi poſtea quàm certarunt, egrediuntur. huius rei teſtẽ habet Pherecratem Comicum, quòd ad ſua vſq; tempora non eſſent fine cibo ſpectatores. Scribit Phanodemus apud Dionyſij templum, quod eſt in Limnis, Athenienſes muſtum ferentes Deo,

miſcere ex vaſculis,ipſos poſtea bibere,vnde Limnæus vo- C
catur Dionyſius,quoniam muſtum aqua miſtum,tum primum bibitum eſt atq; idcirco fontes Nymphæ dicti ſunt, Bacchiq; nutrices,quoniã aqua miſta vinum augeat. Cum igitur miſtionibus delectarentur, tripudiantes,vocantéſq; floridum, Dithyrambum,ac Baccheutam Bromium, cantilenis Dionyſium cecinerunt. Verè autem Bacchi nutrices ſunt Nymphæ, vt ait Theophraſtus in libro de Ebrietate, ſiquidem vites,vbi inciduntur plurimum humorem emit-
αἰθιόπα. tunt ac lachrymantur, ex ſua ipſarum natura. Hinc eſt
αἴθοπα. quòd Euripides vnum equorum, ſolis vrentem florentem Bacchum nominauit, ac autumnalium arborum ordines maturantem; quo fit vt homines vinum ardens vocitent.

*Pocula plena dedit rubicundi,ac dulcis Vlyſſes*
*Vini; menſuras viginti miſcuit idem*
*Lymphæ,tum iucundus odor crateris olebat.*

Timotheus in Cyclopia, vnum quidem poculum nigræ guttæ immortalis infudit, quod ſpuma florebat, ac menſuras viginti infudit: ſimul autem nuper fuſi vini, lachrymis Nympharum miſcuit.

D

## *Qui multa pocula habuerint, de poculis literatis.*

### CAP. IIII.

NOui homines etiam nonnullos ò ſocij, qui non tantum ob multas diuitias lætabantur, quantum quòd plura tum aurea, tum argentea pocula haberent, quorum vnus eſt arcadicus Pytheas & Phigalia,qui etiam cum moreretur,non dubitauit familiaribus ſuis iniungere, vt hæc in ipſius tumulo inſcriberentur;

*Pytheas hoc tumulo tegitur prudenſq; bonuſq;;*
*Pocula cui vino multa fuere viro:*
*Auri,ac argenti,ac electri ſplendida,cunctis*
*Atque magis priſcis qui variauit ea.*

Hæc ita ſcribuntur ab Harmodio Lepreate in libro Legitimorum in Phigalia. Xenophon verò libro octauo Diſciplinæ, vbi de Perſis mentionem facit, ita ſcribit; atque maximè gloriantur ſi plura habeant pocula, neque vllo pudore capiuntur, etiam ſi iniuſtè eos ſibi comparaſſe ea conſtiterit: quoniam multum viget apud eos iniuriæ, ac turpe

A turpe lucri deſiderium. Oedippus præterea filiis poculorum cauſa imprecatur, velut qui Thebaidem fecit ſcriptum reliquit, quoniam pocula ſibi appoſuerant, quæ renuebat; ſic igitur is inquit:

*Ab Ioue mox natus Heros clarus Polynices*
*Oedipodi ſedem pulchram, menſamq; parauit;*
*Quæ fuerat Cadmi prudentis: pocula vino*
*Repleuit dulci ſpumantia. mox vbi patris*
*Cognouit pretioſa ſenex hæc munera, natos*
*Increpat, irarum voluuntur pectore fluctus.*
*Tum manibus iunctis non blanda precatur in illos.*
*Abfuit haud illis precibus crudelis Erinnys,*
*Vt non poßideant tranquillè parte relicta.*
*Sed ſemper lites adſint, certamina pugnæ.*

Cæcilius autem rhetor ex pulchra Acte, Agathoclem inquit Regem in ſua Hiſtoria, multa aurea, argenteáq; pocula habuiſſe, eáq; cum ſuis ſociis oſtenderet, dicere ſolitum, quòd ex eo tēpore quo regnauit, ea ſibi comparaſſet. κεράμω̃-
At Acriſius in Sophoclis Lariſſæis quàm plurima & ipſe σι.
pocula poſsidebat; velut inquit Tragicus;

B *Externa prorſus, magna ponit prælia:*
*Exponit æreos lebetes vt ferant.*
*Chryſocolla concaua, pocula hinc argentea*
*Duo, ſexagintaq;.*

Poſsidonius libro Hiſtoriarum vigeſimoſexto Lyſimachum Babylonium ſcribit cum ad cœnam Himerum vocaſſet vnà cum trecentis, qui idem Himerus non ſolum Babylonis imperauerat verum etiam Seleuceis, poſt ablatas menſas argenteum poculum quatuorum minarum ſingulis trecentorum tradidiſſe: atque cum fœdera percuſſiſſet, omnes poculis prouocaſſe, dediſſéque vt pocula auferrent. At libro decimoſexto de reditibus, vbi Anticlides Athenienſis de Gra loquitur, qui vnà cū aliis Regibus Coloniam miſit in Lesbum, quòd illis reſponſum fuerat ab oraculo, vt nauigantes in Virginis pontum Neptuno deponerent; hæc ita ſcribit: ſunt quidam qui fabulentur de rebus Methymneis, ac de Virgine in mare proiecta: dicunt enim quòd cū ex ducibus quidam eam amaret cui nomen erat Enallo, is natauit vt puellā ipſam ſeruaret, qui tamen ambo cum ab vndis cooperti fuiſſent, nō amplius viſi ſunt.

Poſtea

Poſtea ſequentibus temporibus cum Methymne iterum habitari cœpiſſet, acceſsiſſe aiunt Enallum, modúmque ſuæ occultationis expoſuiſſe, ac virginem apud Nereidas eſſe dixiſſe, ſéque equos Neptuni pauiſſe. mox cum vnda rurſus accedente aliquando nataſſet, ipſum poculum rotundum, paruum, valdéque antiquum, ac auribus valde contuſis habentem, acceſsiſſe aſſerunt, cuius in circulo vndecim aureæ literæ Iouis ſeruatoris, conſpiciebantur. Ita admirabilis erat auri, vt aurum quod erat apud ipſos æs videretur comparatum. huiuſmodi eſt poculum argenteum literatum, quod ego in Capua Campaniæ Palladi depoſitum vidi, quod Homericis carminibus eſt inſignitum, habet enim aurea carmina velut quòd fuerit Neſtoris. Sed & Achæus Tragicus in Omphale Satyros inducit hæc de poculo literato dicentes; C

*Sed iam dei dudum vocauit me ſcyphus,* Δι-
*Tum delta monſtrat literam, ac i. tertiam* ονύ-
*O, n. ſed y, ſequetur inde litera* σο
*Poſt s. ſequentem compleat mox o, locum.*

In his *v*, deeſt elementum, quoniam omnes Achiui o non ſolum in eam vim, in quam nunc, vtebantur: verum etiam vbi diphthongum ſignificarent, per o ſcribere ſolebant. Eodem pacto y, etiam ſcribebant, vbi per ſe ſolum profertur, ac vbi i. coniungitur, atque in præcedentibus Dionyſij Satyri ſyllabam extremam per o, proferentes ſolum, velut in breui ſculptura, ſignificarunt quòd y, intelligere oportet: vt Dionyſij efficiatur. San verò Doricè dictum eſt pro s, Muſici enim s, proferre ſæpius deuitarunt, velut Ariſtoxenus: quoniam aſpera ſit ori eius pronunciatio, tibiiſque minimè congrua. r, verò contra ob facilitatem pronunciationis ſæpius aſſumunt, equóſque s, characterem habentes, Samferos vocant. D

Διονύσου. *Genitiuus.*

Ariſtophanes in Nebulis:

*Non, ipſe, non iumenta, non aut ſamferi.*

Et Pindarus; accepit poſtremo, noui enim ſan adulterinum. Mentionem fecit poculi literati, quòd ita diceretur, Eubulus in Neottide; inuiſum mihi ſanè eſt literatum poculum, quando cum huiuſmodi phialam filius meus haberet, mortuus eſt. atque huic ſimilia multa conficiuntur.

De

A *De Gyala, Dino, depaſtro, Dactylcto, Elephante, Ephebóque.*

## CAPVT V.

PHiletas Megarenſes pocula Gyalas appellare fictilos ſcribit in Inordinatis. At Parthenius libro primo dictionum apud Hiſtoricos quæſitarum, poculi ſpeciem eſſe voluit. Sic etiam Marſyas Apollinis ſacerdos qui ita ſcribit; quando rex ciuitatem ingreditur, quendam Gualam vino plenam habentem, occurrere, hunc verò capientem, libare. Eſt autem Dinus etiam poculi genus, de quo his verbis mentionem fecit Dionyſius Sinopeus in ſeruante, vbi poculorum nomina connumerat:

*Dic quotuplex eſt poculorum fœmina* ἐκπωμάτων
*Genus? dicotyli, tricotyli, ingens dinus &,*
*Capax metretæ, cymbium, ſcyphi, rhyta.*
*Nam nil anus videt, niſi ipſa pocula.*

Scribit Cleantes philoſophus in libro Tranſumptionum, Thericleum calicem ac Diniadem ab artificibus fuiſſe dictos. Seleucus ex Medea Strattidis, genus eſſe poculi Di-
B num deprompſit.

*Scis quid videatur ò Creon caput tuum?*
*Num perforatus Dinus hinc, & inde?*

Archedicus domeſticum quendam ita inducit in errante, de amicarum moribus, dicentem;

*Nicoſtratem paulo ante mane duxeram*
*Aduncum habentem naſum; eaq; cognomine*
*Dicta eſt Scotodina, ceperit Dinum quòd hac*
*Argenteum per tenebras. Dinum ò Dei.*
*Graue eſt.*

Eſt etiam ſaltationis genus, vt teſtatur Apollophanes in Daulide his verbis:

*Dinus grauis quidam; caniſter hic ſimul.*

At Teleſilla Argiua aream Dinum vocauit. Cyrenæi Dinum appellant vas lauandis pedibus aptum, vt in Atticis aſſerit Philetas. Narrat Silenus & Clitarchus in linguis pocula apud Clitorios Depaſtra vocari. Antimachus Colophonius libro Thebaidis quinto ita ſcribit;

*Omnia quæ prudens fieri mandauit Adraſtus.*
*Intus aquas, mel illæſum commiſcuit intus.*

*Argenteo*

*Argenteo cratere manus ſtudioſaq; miſcet.* C
*Regibus & Graijs mox attulit ipſa Depaſtra,*
*In manibus dum veſcuntur, libamina fundit*
*Aureo gutturnio.*

Et rurſus;

*Argenti cratera ferat, ſiue ipſa Depaſtra.*
*Aurea, quæ in domibus noſtris ſunt.*

Ac in iis quæ ſequuntur poſtea inquit;

*Quod foret vtilius flauenti melle repletum.*
*Illæſum Celebæon, & aurea forte Depaſtra.*

Appellatur quoddam poculum Dactylotum apud Ionem in Agamemnone;

*Sed digna curſu perferes & munera,*
*Non igne tactum Dactylotum, præmium*
*Magnum Peliæ, ſed Caſtoris & opus pedum.*

Intelligit autem Epimenes auritum vtrinque poculum, in quod ex vtraque parte digitos diuidere poſsimus. Alij ita dictum arbitrantur, quòd formas habeat in circulum tanquam in digitos diuiſas, vel quia quædam eminentia habeat velut Sidonia pocula, vel planum omnino igne non tactum poſuit, iuxta lebetem Homericum igne intactum, D ac frigidis aquis capiendis idoneum, aut refrigerando potui aptum. Sunt qui cornu intelligant, nam boues, qui naſcuntur apud Moloſsiam, eximiæ magnitudinis cornua habere dicuntur, de quorum præparatione ſcripſit Theopompus, quorum ipſum etiam cornua habuiſſe rationi conſentaneum videtur; apud Moloſsiam Iolcus conſpicitur, vbi ob Peliam certamen poſitum fuit. melius erat inquit Didymus in actus expoſitione dixiſſe, quòd Homerum dicentem non audiuit;

*At quinto phialam quæ nondum nouerat ignem*
*Appoſuit.*

*δάκτυ-λος. digitus.* Viſum eſt poculum fuiſſe, at vas eſt æneum, apertum, figurámque habens lebetis, quod eſt idoneum aquis frigidis capiendis. Dactylotum autem, velut phiala quæ concauitatem intus habeat in circulum tanquã digitos, vt bibentium digitis capi poſsit. Sunt qui cornu intelligant igne non tactam phialam, non enim fit per ignem: ac per metaphoram fortaſſe poculum phiala dici poſſet. Philemon in Atticis nominibus, ſiue in linguis; prꝺpoſita peluis ait Da-

ctylotum

A ctylotum poculum. Atque auritum, in quod digitos extendere liceat vtrinque: alij verò quòd habeat formas digitis ſimillimas in circulum arbitrantur. Appellabatur etiam poculum quoddam Elephas, ſicut Damoxenus in ipſo lugente arbitratus eſt;

*Idoneum niſi tibi elephantem puer*
*Ferat: quid eſt hoc per deos? eſt poculum*
*Magnum, choarum quod trium ſit & capax.*
*Alconis eſt opus mihi quo præbibit*
*In Cypſelis Adæus.*

Mentionem fecit huius poculi Epinicus etiam in reſpondentibus, cuius teſtimonium adducam vbi de rhyto poculo verba faciam. Ephebum poculum Embaſicœtam appellari ſcribit Philemon Athenienſis in libro Atticorum nominum ac linguarũ. At Stephanus comicus in Philolacone;

*Hoc præbibit villam ipſe rex quandam: nouum,*
*Quid hoc? nouum, nupérque factum poculum.*
*At ipſa villa à Thuria non eſt procul.*
*Huc ipſe adiui nuper, & mecum tuli*
*Grandes Ephebos Soſia, ac graues ſimul.*

B

## *De Hedypotide, Herculeo, Hethanio, ſemiſecto, Thericleo poculis.*

### CAPVT VI.

LYnceus Samius Hedypotides ſcribit à Rhodiis confici Thericleorum loco, quæ perficiuntur Athenis: nam cum ea ratione diuitibus Athenienſibus parentur ob pondus, Rhodij contra ob poculorum leuitatem pauperibus etiam ornatum huiuſmodi impertiuntur. Mentionem earum fecit Epigenes etiam in Heroina his verbis; vaſa refrigerando apta, Cyathum, Cymbia, rhyta quatuor, Hedypotides tres, colum argenteum. Semus libro Deliadis quinto Echenicis indigenæ mulieris Hedypotidem poſitam fuiſſe in Delo ſcribit, de qua meminit libro etiã octauo. At iunior Cratinus duodecim inquit Hedypotides ab Archephonte. Piſander libro ſecundo Heracleæ; Poculum id in quo Hercules Oceanum nauigauit, Solis fuiſſe aſſerit, quod Hercules ipſe acceperat ab oceano. Gaudebat aliquãdo Heros maioribus poculis, quare poëtæ hyſtoricíque per iocum

iocum eum in poculo mare nauigaſſe in fabulis dixerunt. C Panyaſis autem libro Heracleæ primo Herculem ait ſolis phialam à Nereo accepiſſe, nauigaſſéq; in Erythiam: quòd autem vnus fuiſſet Hercules ex iis, qui plurimũ bibebant, iam diximus ſuperius. Quòd vero Sol in poculo ad occaſum ferretur, ita declarauit Steſichorus;

*Sol Hyperionides aurata in pocula greſſus,*
*Oceani fluctus penetraret vt inde*
*Atque profunda ſacræ tenebroſæ noctis adiret.*
*Et peteret matrem, tenerámque maritam.*
*Ac dulces natos, adijt mox arbore lauro*
*In nemus vmbroſum Iouis filius pedes.*

*Sic ait Antimachus etiam,*
*Tunc eleganti in poculo*
*Solem miſit valde inclyta Erythia.*
*Aeſchylus in Heliadibus;*

Tunc poculum à Vulcano perfectum in æqui patris occaſu, in quo multum tumidum traiiciens fert iter curſus: neque profugiens in veſperum ſuauis noctis nigros equos habentis. Mimermus in Pumilione, ſolem inquit dormientem in aureo lecto, in hunc vſum ſibi à Vulcano facto, ad D orientem traiicere: per ænigma poculi profunditatem ſignificans, ſic autem ſcribit;

*Longa laborantem Phœbum lux perſpicit, illi*
*Noſcitur & lucis tempore nulla quies.*
*Nec ceſſatur equis, poſt quam Pallantias orta*
*In mare purpureis aſtra fugauit equis.*
*Fluctibus at lectus fert hunc Vulcanius; illum*
*Vulcanus manibus fecerat ipſe ſuis,*
*Ex auro celerem, pelagi per ſumma volantem,*
*Sopitusq; locis fertur ad Heſperidum,*
*Donec ad Aethiopes veniat, firmatur equorum*
*Currus, dum redeat Memnonis inde parens.*
*Tunc alios ſcandit currus Hyperione natus.*

Theolytus ipſum nauigare inquit in lebete libro Horarum ſecundo, cum tamen id prior is dixerit, qui Titanum pugnam conſcripſit. Cum quædam de Oceano prius dixiſſet Pherecydes, hæc ita libro Hiſtoriarum tertio ſubiunxit; Hercules arcũ in eum intendit quaſi iacturus, quod Sol nequaquã facere iuſsit, hic igitur perterritus continuit, qua de cauſa

A de cauſa Sol ei aureum poculum largitus eſt, quod cum equis ferre conſueuerat, quando noctem in Oceano immergeret, quæ ipſum in Auroram vſque continere ſolita eſt. Tum Hercules in eo poculo ad Erythiam profectus eſt: hic cum eſſet in pelago, Oceano in mentem venit eius periculum facere, quare fluctibus poculum agitare cœpit, quamobrem hic ſumpto arcu in Oceanum erat iaculaturus, perterritus Oceanus hunc continere iuſsit. De Hethanio ita ſcriptum reliquit Helanicus in rebus Aegyptiis, viſuntur in Aegyptiorum domibus ærea phiala, cyathúſq; aheneus, & aheneum Hethanium. Eſt Semiſectum etiam poculum quoddam apud Atticos, ex figura ipſa ita nominatum, vt in linguis teſtatur Pamphilus. Thericleum poculum, iuxta latera quidem ipſa ſubſidet; atque aures habet tanquam calix. Alexis Herculem quidem facit nonnunquam ex Thericleo bibentem, vbi ita ſcribit in Heſione; ἀπὸ τ Θηρικ.

*Amicus*

*Is poculum, popoſcit haud factus bene.*
*Tum multa cepit, hauſit: ex prouerbio*
*Vir ſemper vtris eſt, vel arca dexterè.*

B Quòd autem calix eſſet Thericleũ declarauit apertè Theophraſtus in hiſtoriis plantarum, vbi narrat terebinthi naturam, cum ex illa ſcribat Thericlea calices torno confici, à quibus non facile poſtea fictilia dignoſcantur. calicem hunc primus Thericles Corinthius figulus feciſſe dicitur; vnde etiam nomen aſſumpſit, factúſque fuit Ariſtophanis comici temporibus, cuius calicis mentionem fecit in Nemea ita Theopompus;

*Accede fili fide Thericlis, tibi*
*Eſt forma præſtans, nomen aptum ponimus*
*Valde; ſpeculum naturæ vbi plenus daris.*
*Aliud nihil huc: ſed iam profectò odi te anus*
*Inſana. cur anum vocas ſuauiſsima?*
*Quem comiter complectar? amens me modo*
*Nullo, vel hunc ſeruum nouum: ſic eſt bene.*
*Sunt ſemina hæc, ſcintillàque ignem concitans.*
*Te poſco poculo repleto commodè*
*Bibens, vbi tibi libebit, aut mihi*
*Aditus prior.*

Cleanthes in commentario de tranſlatione hæc inquit; in-

uenta ſunt igitur, & quæ his ſimilia, & quæ reliqua ſunt; C velut Thericleum, Dinias, Iphicrates. hæc enim narrant eos qui primi hæc inuenerunt; videtur autem etiam nunc, niſi hoc fecerit, nomen ipſum parum fuiſſe immutatum. Verùm non omnibus incidentibus credendum eſt, veluti paulò antea dicebamus. Sunt alij, qui idcirco Thericleum poculum nominatum fuiſſe contendant, quòd ferarum pelles in eo inſculperentur. Pamphilus autem Alexandrinus propterea quòd cum Bacchus feras venaretur vt eas caperet, hoc poculo libare conſueuerit, ita nominari cenſuit. Meminit de hoc poculo ſic etiam Antiphanes in Similibus; Vt cœnarunt coniungere volo media, & Iouis ſeruatoris venit inſtrumẽtum Thericleum ex delicata Lesbo optima gutta plenum ac ſpumans, ac dextra ſinguli acceperũt.

ἡμίτομος.

Eubulus in Dolone;

*Non ablui vnquam vas ego, nam purius*
*Feci ipſe fictile; Thericles quàm pocula,*
*Cum adhuc forem iuuenis.*

At in Aleatoribus; nuper querneam Thericlidum, expumantem, ampla pocula præbentem, circunſonantem, nigram, circularem, fontes amplos habentem, ſplendentem, contra nitentem, purgatam, hederæ abundantem, domum ſeruatoris Iouis cognominatam. Ararus & Eubulus in Campylione; D

*O terra Thericles is olim figulus*
*Si te parauit, ac profundum repperit*
*Latus, muliebrem nouit ille protinus*
*Morem, exiguis quòd poculis haud gaudeant.*

Alexis in Equite;

*Et Thericleus quis calix coronam habens*
*Circum auream, aſcititiam nec quamlibet.*

Et in Epaco;

*Plenum mero nam Thericleon ebibit*
*Is concauum ſuperfluénſque.*

Timæus libro vigeſimooctauo Hiſtoriarum calicem his verbis Thericleum appellat; Polyxenius quidam ex iis, qui à Taurome nio diſceſſerũt, cum legatione fungeretur, cum alia dona complura à Nicodemo accepit, tum calice Thericleo capto profectus eſt. Adæus verò in iis quæ de affectibus ſcripſit, idem Thericleum eſſe arbitratur, & carcheſiũ.

Quòd

A Quòd autem differat, apertè Callixenus ita demonſtrauit in rebus Alexandrinis,quoſdam Thericleos calices habentes in pompam proceſsiſſe,alios verò carcheſia. Cuiuſmodi autem ſit carcheſium,in ſequentibus declarabitur. Dicitur & crater quidam Thericleus, cuius mentionem fecit in Cygno Alexis;

*Pulchérque crater Thericleus in medio*
*Albi vetuſti nectaris plenus ſtetit*
*Spumans: moratus inde feci ſplendidum*
*Vacuúmque,tutam mox baſim firmaui ego.*
*Hederæ coronauíque ramo fertili.*

Menander autem in fœmineo genere dixit Thericleum in numine afflata:

*Mediam bibit mox Thericleum ebrius.*

Et in Menargeta;Trium cotylarum præbibens Thericleũ. Dioxippus in Auaro;

*Opus mihi eſt magna ſcio quod optimè*
*Nam Thericleo,tum Rhodijs ſuauiſsimè*
*Aſſuetus his quòd ſum bibiſſe poculis.*

B Polemon autem libro primo de arce,quæ extat Athenis,in neutro genere poſuit,cum aurata dixit Thericlea,ſubter lignea appoſuit Neoptolemus. Gelous autem Apollodorus hæc inquit in Philadelphis,ſiue mortẽ ſibi ex inedia conſciſcente;ſtrata poſtea,vaſa argentea,Thericlea ſculpta,cõpluráque alia pocula magnifica.Ariſtophanes in Philonide;

*Equidem mihi nuper herus*
*Ob virtutem Thericleorum rotundum ſcutum*
*Spumans,delicians,æquum æquo miſtum*
*Porrigens dedit,arbitror probitatis gratia.*
*Poſtea liberam dimiſit madefaciens beneuolè.*

Theophilus in Bœotia:

*Calicem cotylarum quatuor mox fictilem*
*Ex Thericleis,vt cupis is immiſcuit,*
*Et bullientem ſpuma:ita vt vel Autocles*
*Sic conſonè nullo labore dextera,*
*Tollentem humerum.*

Et in Prætis:

*Calicémque Thericleon intulit,capit*
*Plures cotylis ſeptem,bonæ ſortis quidem.*

Pamphilus in libro de Nominibus Cyprios ſcribit pocu-

lum Iſthmium appellare ſolitos. C

## *De cado, cadiſco, cantharo, carcheſio, calpio, celebáque poculis.* CAP. VII.

SImmias, cadum Anacreontis poculum appoſuit:

*Sum pranſus abdomen recidens pertenue,*
*Vini bibi cadum.*

Epigenes in paruo monumento hæc inquit; cadi, crateres, pelues, Crunia: licet autem vortices facere. Sed quid ſingula connumerare oportet? vidébis enim regis ipſe filium inquis Pixodorum ſcilicet aduentaſſe. Hedylus in Epigrammatibus; *κρουνᾶα ἀπὸ τοῦ κρουνάτα.*

*Potemus latè, plena inter pocula Bacchi*
*Dulce aliquod carmen inueniemus enim.*
*Inq; cadis miſce, humectes, & dicito lude*
*Hedyle, nec vinci me patiare mero.*

Et alibi:

*Ipſe cados quadringentos ſiccat Paſiſccles,*
*In noctem vt viſa eſt Memnonis alma parens.*
*Rurſus in Auroram cum Phœbus ceſſit in vndas.* D
*Atque vt contingit iam temulentus abit.*
*Sed tamen hunc lætum fecerunt pocula, ludit*
*Nam Siculo multum dulcius ille viro:*
*Fortior eſt quando ſic plurima gratia ſplendet.*
*Me conſultore ſcribe & amice, bibe &c.*

Scribit Clitarchus in Linguis Iones vas fictile cadum appellare conſueuiſſe. Herodotus in tertia Phœnica, non vini cadum inquit. Cadiſcum in prædicto commentario poculi ſpeciem eſſe arbitratus eſt Philemon. Eſt autem vas, velut Anticlides in expoſitione narrat, in quo quæſtorios Ioues collocat, cum ita ſcribat; quæſtorij Iouis inſignia ita opus eſt diſponere, nouum cadiſcum binas aures habentem, operculum quod aures alba lana obturet, ex humeróque dextro, atque ex crocea facie quodcunque inueneris, imponere: Ambroſiámque habet, quæ aqua eſt pura, oleum, omnis generis fructus, quos iniecit. Mentionem fecit Straton etiam Comicus de cadiſco his verbis in Lepnomeda;

*Iſti bibunt ò Mercuri ex Procoida,*

Illi

A *Illi ex cadiſco par pari miſtum bibunt.*

Quòd cantharus autem nauigij ſit nomen, manifeſtum eſt omnibus. Quòd autem poculum quoddam ſic vocetur, teſtatur Amipſias in effundentibus vinum his verbis; auia oxybapha vel cantharos ferebat. Alexis in Cratia; qui ſermo eſt cuiuſdam in caupona bibentis, ἀπονιπτα βίξιοι.

*Quendam video Hermaſcum ex viris præſentibus*
*Qui cantharum vertit, iacentem ſe prope*
*Lectúmque perámque illius.*

Eubulus ſæpius eius mentionem faciens in Pamphilo, hæc inquit;

*Caupona quando contigit quædam noua*
*Contra domum meam, videbam virginis*
*Nutricem ego miſcere, cauponem mihi*
*Iuſsi ex bona Choa oboli ponere inde maximum*
*Tum cantharum.*

Et rurſus, hic cantharus dudum vacuus, vt ſiccatus eſt. & alibi, ſimúlque de medio tulit, cuius autem magnitudinis putatis? Areſias, prægrandem ſiccum ſtatim fecit cantharum. Xenarchus in Priapo;

B *Tu ne puer fundas in argentum mihi*
*Valde profundum, agamus aſt in Cantharum.*
*Infunde puer & per Iouem, & per cantharum.*

Epigenes in Heroina;

*Sed nunc neque fingunt cantharos illos miſer*
*Qui craſsiuſculi, ſed ipſa concaua*
*Profunda cuncti, ſicuti ſi pocula*
*Bibenda ſint, non vina.*

Soſicrates in Philadelphis;

*Vndis repandis lenis arridens freti,*
*Adeſt aura cantharum tanto pede*
*Aptè puellæ Chironis.*

Phrynichus in Petulantibus; Cum fictilia poſtea fingeret domi compoſitè Chæreſtratus, centum ſingulis diebus vini cantharos deplorabat. Nicoſtratus in Calumniatore; nunquid nauis eſt vigintiremis, vel cycnus, vel cantharus? hoc enim ſi audiero quid ipſe circumagam, reliqua omnia nullius ſunt ſolicitudinis: cycnocãtharus fictus formatúſq; ex his vtriſque. Menander in Nauclero;

*Profunda linquens venit Aeges maris*

*Ad nos Theophilus ô Straton. vt ad bonum* C
*Natum ſuum felicem ita, atque ſoſpitem.*
*Hunc aureum ſed ipſe primus cantharum*
*Tibi: ſed hæc cuiuſmodi nauis?*

Et poſt pauca, nauim mihi ſeruatam eſſe dicis, ego verò meam illam nauim, Callicles, vocatum Euphranorem fecit, Thurius gubernat. Polemon in libris de Pictoribus ad Antigonum hæc inquit; Eques quidam in Perithi nuptiis Athenis trullam poculúmque lapideum fecit, labráque auro cooperuit, tentoriáque abiegna vſque ad terram, quæ variis ſtratis exornauit: pocula autem cantharos fictiles, atque eodem pacto lychnum, qui ex laqueare pendebat, flammáſque habebat redundantes. Significauit in Achille Philetærus quòd poculum à cantharo fictili dictum eſt. eſt etiam Peleus figuli nomen; ſicci lychnorum ſartoris canthari pauperis valde, non autem tyranni per Iouem. Declarauit præterea Antiphanes in Bœotia quòd cantharus nomen eſt ornatus cuiuſdam mulieris. Callixenus Rhodius in his, quæ ſcripſit de Alexandria, Carcheſium poculum eſſe oblongum, atque in medio ſenſim compreſſum ſcribit, auréſque habere, quæ ad imum vſque protendantur: eſt autem multum longum poculum Carcheſium, D quod ideo fortaſſe ita appellatum eſt, quia extendatur. Carcheſium antiquiſsimum eſt poculum, ſiquidem Iupiter cum Alcmenam compreſsiſſet dono dedit ei hoc poculum pro mercede, velut libro ſecundo Hiſtoriarum teſtatur Pherecydes, & Herodotus Heracleotes. Aſclepiades autem Myrleanus ex machina quadam nauali appellatum fuiſſe ſcribit, nam pars mali inferius in quam velum incidit, calcaneum vocatur; quæ autem velut media eſt, ceruix; at extremo pars propinqua, Carcheſium. Habet id vtraque parte ſuperius demiſſas antennas, atque illi illud quadratum omnino impoſitum eſt, quod propugnaculum nuncupatur, præter baſim, ac ſublimiora labra, quæ paulò exterius in rectum extenduntur. In propugnaculo verò id, quod vocatur colus, acutum in altitudinémque aſcendens conſpicitur. Mentionem fecit de Carcheſiis Sappho; illi omnes & Carcheſia habebant, & libabant: bonáque precabantur prorſus genero. Sophocles in Tyro; mediam menſam conſtituere, circum cibos autem & Carcheſia, ad

A ſia, ad menſam dracones inquiens acceſsiſſe, Carcheſiáque & epulas petiiſſe. erat enim antiquitus conſuetudo vt miſta pocula in menſis apponerent, quemadmodum inducit Homerus. Eſt autem vocatum Carcheſium quia aſperitates habeat in morem milij, atque dictum eſt per commutationem e, in a, pro Carcheſio, quamobrem ſiti victos Homerus etiam ſiccos appellat. Charon Lampſacenus in terminis, qui ſunt apud Lacedæmonios inquit; nunc etiam oſtendi poculum, quod ab Ioue Alcmenæ traditum fuit, cum viſus eſt Amphitryon. Calpium præterea Erythræum quoddam genus eſt poculi, veluti teſtatur Pamphilus, ego verò eiuſmodi id eſſe exiſtimo, cuiuſmodi eſt etiam Scaphium. De celeba poculo mentionem fecit Anacreon; Sed agè iam nobis ò puer celebam affer, vt amyſtim bibam, vbi decem aquæ, quinque cyathos vini infudero. Eſt autem parum manifeſtum cuiuſmodi id eſſet poculum vel vtrum quoduis poculum celeba appellaretur ab infundendo in ipſum vini libamine, vel à libando, quod de humidis antiquos dixiſſe conſtat, vnde lebes etiam dicitur. Silenus ac Clitarchus ſic appellari poculum apud Aeoles ſcripſerunt. At Pamphilus celebam id poculum eſſe arbitratur, quòd appellatur Thermopotis, Nicander Colophonius voluit in linguis celebam vas eſſe paſtorale, in quo mel ſeruetur. Nam & Antimachus Colophonius inquit libro quinto Thebaidis.

καρχα-λιυς.

B

*Vini ferre Deis nigri præconibus vtrem*
*Plenum, deinde bonum celebeion, hoc erat illi*
*Melle domi plenum flauentis iuſsit.* Et inde;
*Amphithetum celebeum capientes;*
*Flauentis mellis plenum, præſtantius eſſet.*
Et alibi inquit;
*Illæſum celebeon, & aurea pulchra depaſtra,*
*Flauentis mellis plenum præſtantius eſſet.*

Manifeſtum eſt autem quòd celebeum pro vaſe quodam poſuit, cũ præſertim depaſtra pocula prius poſuerit. Theocritus Syracuſius ita ſcripſit in Venefica,

*Purpureo celebam pecudis tu vellere cingas.*
Euphorion:
*Dic celeba lymphas hauſiſti fluminis vnde?*

Anacreon, vinum fundit famula amœnum, quæ celebam

habet trium cyathorum capacem. Celebam de recto poculo dici, ſicut etiam Thericulem, ac pruſiadem, teſtatur Dionyſius Leptus: vbi Theodoridem in Amorem compoſitam cantilenam declarat. C

## *De cornu, ciſſybio, & cotyla ciborio, condye, cononio, cotylo & cotyla.* CAP. VIII.

κέρας. cornu. Antiquos primóſque ex bouinis cornibus bibere ſolitos perhibetur; vnde & cornutus Dionyſius fingitur, & taurus à compluribus poëtis nuncupatur, atque taurina facie conſpicitur in Cyzico. Quòd autem ex cornibus bibere conſueuerint, patet vel ex eo, quòd nunc etiam vbi vinum aquæ miſcetur, miſcere aiunt: váſque in quo vinum miſcetur, Craterem appellant, ab aquam in eo miſcendo, & à cornu, dicitur enim quaſi cerater, quoniam potus in cornu infundatur. Noſtris etiam temporibus cornuum apparatus cernitur, quæ rhyta nonnulli appellant, atque poëtarum complures antiquos inducunt ex cornibus bibentes. Atque Pindarus in Centauris inquiens; hi quidem poſtea quàm feras diuiſerunt, ſuauis vini impetum ſtudioſè, à ſe lac album menſámque manibus pepulerunt, ac ſponte ex argenteis cornibus bibentes errabant. D Xenophon libro Aſcenſus ſeptimo, ita Seuthę Thracis conuiuium deſcribens, narrat; Poſtea quàm Xenophon cum ſociis ſuis ad Seutham acceſsit, ſe primum quidem complexi ſunt; atque iuxta Thracum conſuetudinem cornua vino plena attulerunt. Atque libro ſexto, vbi de Paphlagonibus percurrit, hæc ita ſcripta reliquit, in herbis decumbentes cœnabant, atque bibebant ex poculis corneis. Aeſcylus Perrhæbos inducit in Perrhæbis his verbis pro poculis cornibus vtētes: argenteis cornibus quibus aurea addita ſunt labra. Sophocles in Pandora;

*Pleno meri cornu bibenti ex aureo*
*Plenum ſub vlnis conteret inde mollibus.*

Hermippus in vnguentis; noſti num quid tibi agendum ſit, ne mihi hanc nunc præbeas, at ex cornu ſemel tantum concede vt rurſus bibam. Lycurgus orator Philippum regem ſcribit in Oratione in Demadem cornu præbibere ſolitum his, quos perbenignè excipiebat. Reges

Pæonum

Margin: κεράσαι.

A Pæonum Philippica ſecunda ſcribit Theopompus pocula ex cornibus facere ſolitos, quibus labra vel auro vel argento operiebāt: quippe cum egregię magnitudinis boum cornua apud illos naſcantur, atque ita vt vel tres vel etiam quatuor choas capiāt. Scribit Philoxenus Cytherius in inſcripta cœna; nectareū potum ex aureis aliorum cornuum capitibus, atque paulatim irrigabant. Athenienſes argentea cornua facientes ex iis bibebant: quod etiam reperire licet in rebus publicatis ita deſcriptum. Ex columna quæ eſt in arce ciuitatis, cui circumpoſita ſunt donaria, cornu poculum argenteum atque aſperum: adeſt cernus etiam vas fictile, quod multos habet cotyliſcos in ipſo agglutinatos, in quibus papauera ſunt (vt aiunt) alba, frumenta, hordea, piſa, cicerculæ, milium, lentes. Qui autem illud geſtat, velut caniſtrifer quiſpiam hæc guſtat, velut ſcriptū reliquit Ammonius de Aris & ſacrificiis libro tertio. Eſt ciſſybium etiam poculum quod vnam habet aurem, vt voluit Philemon. At Neoptolemus Parianus libro linguarum tertio hederaceum poculum ſignificari inquit apud Euripidem in Andromeda:

B *Huc turba paſtorum fluit quàm plurima,*
*Hic fert hederaceum ſcyphum lactis, tulit*
*Aſt vitis alter gaudium, laboris &*
*Refrigeratorem.*

Nam ciſſybium in ruſticis congreſsibus dicitur inquit, ſiquidem ibi ligneum poculum magis conuenit. Scribit Clitarchus Aeoles ſcyphum appellare ciſſybium. At Marſyas cypellum, ligneúmque poculum. Eumolpus poculi genus eſſe inquit, ex hederæ ligno à principio fortaſſe factum. Nicander Colophonius ita ſcribit rerum Aetolicarum libro primo; In Iouis Didymæi ſacrificiis libāt in hederę foliis, vnde antiqua etiam pocula ciſſybia dicūtur. Homerus:

*Ciſſybium manibus vini nigrantis habebat.*

Aeſclepiades Myrleanus in libro Neſtoridis nullus ciuis inquit, vel mediocris fortunę ſcypho aut ciſſybio vtebatur, ſed ſubulci, poſtores, & agricolæ: Polyphemus ciſſybio, alteróque Eumęus. Videtur autem aberraſſe Callimachus in nominū vſu, cum dixerit de hoſpite familiari, qui vnà cum illo ad conuiuium acceſſerat ad Polidem Athenienſem:

*Threiciam bibere hic fuſſe non paſſus amyſtim.*

*Grata magis fuerant paruula ciſſybia.*
*Hæc ego dicebam dum circumfertur aliſum,*
*Tertium.* C

Hic enim cum aliſum ciſſybium ipſum dixerit, non ſatis diligenter nominum ipſorum vſum obſeruare mihi videtur: nam rationi conſentaneum eſſe videtur vt ciſſybium à paſtoribus primum ex hederę ligno factum ſit, quamuis nonnulli ſunt, qui etymologiam à fundendo, ſeu capiendo potius deduxerint. Limen hic vtrunque fundet. Serpentis etiam latibulum inde appellatur, quod animal ipſum capiat. Et cethium loculus qui talos capiat. Dionyſius Samius in iis quę de Cyclope ſcripſit Homericum ciſſybium cymbium nominauit, hoc pacto; cum hæc illum ita facientem vidiſſet Vlyſſes cymbium vino plenum dedit illi bibendum. Scribit Hegeſander Delphus quod cum apud Prytanidem Euphorion poëta cœnaret, atque Prytanis illi ciboria quædam, quæ magnificè laborata videbantur, oſtendiſſet: atque Cothon multò prius allatus fuiſſet, vno ciborio capto quaſi temulentus in illud minxit. Contendit autem Didymus ſpeciem eſſe poculi, atq; id fortaſſe, quod ſcyphium appellatur, quia inferius velut Aegyptia pocula in anguſtum contrahatur. Condy autem poculum eſt D Aſiaticum, vt aſſerit Menander in Adulatore, quod cotylarum decem ſit capax. In Cappadocia autem aurea eſt auicula condy. Hipparchus in Seruatis;

*Num mentem adhibes huic militi, cuius neque*
*Noui bene argentum profectò, per Deos.*
*Sed vel tapetem quempiam exoptabilem*
*Perſas habentem, gryphas, atque perditos*
*Perſas, malam in crucem proterue verbero.*
*Tum vas refrigerando idoneum mero*
*Cum cybio atque condye.*

Nicomachus libro primo feſtorum Aegyptiorum ita ſcribit; condy Perſicum eſt, atque principium id habuit quod tradidit Hermippus Aſtrologus, quod mundus ex quo Deorum admirabilia, fructiferáque ex terra fiunt, quare ex hoc libare conſueuerunt. Pancrates libro primo Conchoreidis:

*Nectar & argenti libauit condye at ille,*
*Externámque viam mox adiit pedibus.*

De

A De Cononio, Iſtrus Callimachius libro primo Aegyptiæ vrbis Ptolemaidis ita ſcribit; par Cononiorum calicum, ac par Thericleorum auratorum. Pocula verò, quæ vnam tantum aurem habent cotyli dicuntur, quorum mentionem fecit Alcæus. At Diodorus in libro, quem ad Lycophronem ſcripſit, poculum id narrat apud Sicyonios ſu perfluitare ſolitum,ac labello profundo valde eſſe ſimile, aurémque habere alicubi. Meminit Ion quoque Chius de illo vbi cotylum vino plenum dicit. Hermippus in Deis; cotylum vicinorum prius munitum tulit. Plato etiam in vocato Ioue cotylum inquit affert. Ariſtophanes in Babyloniis Eubulus in Vlyſſe,ſiue oculatis;peritus ſacerdos qui pulcherrimum habebat ornatum in eorum medio vinum ex cotylo libauit. Pamphilus poculi genus eſſe aſſerit, at quod proprium tamen ſit Dionyſij. Polemon in libro de Diuina pelle hæc ſcribit; ſacrificium poſtea peragit,ex thalamóque capit,ac diſtribuit,quicunque cernos ſuperius circumtulerunt, illud autem vas eſt fictile,quod intra ſe cotyliſcos complures agglutinatos habeat. Sunt etiam in ipſis cotyliſcis Stricta olerum germina,papauera alba,frumenta,hordea,piſa,cicerculæ,ciceræ,lentes,fabæ,zeæ,auena ca

B ricarum maſſa,mel,oleum,vinum,lac,velut illota lana. Is autem qui hæc geſtat, tanquam caniſtrifer hæc guſtat. De cotyla meminit Ariſtophanes in Cocalo;aliæ vetulę ſeniores in ſuum corpus nulla ex parte in ornatum vinum Thaſium ex plenis miſtis cotylis effuderunt, vini nigri puri amore coactæ. Silenus & Clitarchus ac Zenodotus:

*Vt ſolet ex cotyla de corpore ſanguis abibat*
*Mortui.* Et inde:
*Plurima ſunt inter cotylam ſupremáque labra.*

Album poculum ita nuncupari autor eſt Simariſtus. Diodorus verò vocatum cotylum;apud nōnullos,cotylam eſſe credidit,quum poëta bucellam dixerit,ac cotylā;quam calicem non eſſe,cum aures nō habeat,patet:at poculi eſſe genus,quod labello profundo ſit ſimile. Eſſe etiā fortaſſe poſſet id, quod apud Aetolos ac nonnullos Ionū cotylus dicitur,qui prędictis eſt ſimilis,vnamq; habet aurem. Mentionē illius fecit Crates in Diſciplina;& Hermippus in Deis. At Athenienſes menſuram cotylam appellāt. Thucydides; Singulis eorū aquæ cotylam,duáſq; cotylas tritici in octo menſes

menſes tradiderunt. Ariſtophanes in Præludio: hic farinæ cum tres ſemodios emiſſet, cotyla deficiente domum petens computat. Apollodorus altum ac profundum poculi genus eſſe credidit: nam omne concauum antiqui cotylam appellarunt inquit, veluti manuum concauitatem, ac ſanguis abunde fluens, qui manibus ambabus capi poſſet. Et ludus quidam vocatur Encotyle, in quo ij qui victi fuerint victorum genua manibus concauis capiunt, ac eos ferunt. C

ἐγκοτύλην.

## *De Hemina, cottabide, cratanio, crunio, cyathide. calice, cylichnide.* CAP. IX.

Diodorus ac Heraclitus heminam vocari cotylam tradideruut in linguis Italicis, veluti aſſerit Pamphilus, qui Epicharmi illud appoſuit: duplum tepidæ aquæ bibere, duas heminas. Sophron: conuerte heminam fili. Pherecrates cotyliſcam in corianno dixit, Cotyliſcã nequaquã. Ariſtophanes in Acharnenſibus: cotyliſcium, quod labrum habet contuſum. Coxendicũ præterea concauitas cotyla dicitur, atq; inde deductum eſt, vt germinationes, quæ in cirrhis ſunt polyopdum, capillamẽta nuncupentur. Cymbala etiã vocauit Aeſchylus cotylas in Hedonis: hic cotylis ære ligatis ſonat. Marſyas autem os ſcribit in coxẽdice aliſum ac calicem vocari, ac ſacer Dionyſij Crater cotyliſcus dicitur, atque quibus myſteriorum periti effundunt, vti Nicander ait Thyatirenus: illud ex Ariſtophanis Nebulis apponẽs: ne corones cotyliſcum. Simmias cotylã aliſum eſſe tradidit. Harmodius Lepreates, vbi ea, quæ legitima ſunt apud Phigaliam, percurrit, ac de cœnis vernaculis narrat, hæc etiam ſubiunxit: cum hæc iuſta perſoluerent, in cottabide fictili parum vnicuique bibere, atque afferens pronunciauit lautam cœnam. Scribit Hegeſander Delphus in ſuis commentariis, quorum principium eſt, in optima Republica cottabus appellatus, in ſympoſium venit eorum prius, qui Siciliam incolunt, vt ait Dicæarchus. Tantum autem ſtudij fuit huiuſce rei, vt vel certamina Cottabia vocata introduxerint in ſympoſia, atque calices poſtea huic rei maximè idonei viſi, formati fuerint, quos deinde cottabides vocarunt. Conficiebantur domus præterea circulares, D

κοτυληδόνες.

ita

A ita vt omnes cottabo in medio poſito, ex æquo ſpatio, locíſque non abſimilibus, ob victoriam decertarent. neque enim in ſcopum ſolum intendere nitebantur, ſed omnia exacto ſtudio cõficere contendebat: oportebat enim cum quis ſe in læuum cubitum firmaſſet, dextera circumagere, ac guttam demittere: ſic enim humor ille, qui ex calice decidebat, appellabatur, ita vt nonnulli magis gloriarentur quia cottabis certando eſſent periti, quàm quòd peritè iacularentur. Poculum craniũ dictum veteres cratanium nonnunquam vocitarunt, quare Polemon, ſiue is quicunq; inſcriptum fecit Helladicum hæc ita ſcribit, vbi de templo agit Metapontinorum in Elide: Metapontinorũ templum, in quo argenteæ phialę centum & triginta duæ cõſpiciuntur, duo argentea gutturnia, acerra argentea, tres inauratæ phialæ. Byzantiorum templum, in quo Triton eſt ex cypariſſo, qui cratanium habet argenteum, cathenam argenteam, carcheſia duo argentea, calix eſt argenteus, gutturnium aureum, duo cornua. At in antiquo Iunonis templo argenteæ phialæ triginta, duo argentea cratania, olla argentea, acerra aurea, aureúſque crater Cyræneorum depoſitum, argenteáque ſartago. Epigenes in monumento, crateres, caddi, pelues, crunia ſunt & Craunianæ. Eſt & Cyathis vas in cotylæ morem formatum. Sophron in Inſcripto Mimo: mulieres, quæ ad Deam vt aiunt, dixerunt, exca uantes deorſum in Cyathi de pharmacorum remediáque terentes. De calice Pherecrates in ſeruo docente: Nunc calicem lauat vt infuſa potum præbeat vtilibus iniectis. Sũt autem hæc fictilia vaſa, quæ à voluendo dicuntur, quia rota circumuoluuntur, vnde loculus etiam, in quo pocula ponuntur theca calicum dicitur, & ſi ſunt aurea. Atque ex calice concionari, cum quis ex calice loquitur. Athenienſes verò pixidem etiam medicinis aptam calicem vocant, quia torno ſit circumuoluta. Fiebant Attici Argiuique calices inſignes, atque de Atticis meminit Pindarus his verbis, ò Thraſybule amantium vehiculum cantum, hoc quinto cœnatum, ſi Dionyſio fructui, conuiuíſque dulce videretur, ac ſtimulus calcibus Athenienſibus. Argiui verò calices differentem habẽt impreſſionem ab Atticis, ſunt enim faſtigiatis labris, vt Simonides ait Amorgius. Eſt autem calix faſtigiato labro qui in acutum dicitur ac cõtrahitur, velut

λάταγα.

B

κυλικηγορεῖν.

velut appellati ambices:nam faſtigiatũ hoc modo ponunt C
φοξὸς. velut in Therſite Homerus:faſtigato erat capite:quaſi acu tè cernens,quia acutus ad lumen cernatur. Fiunt autẽ egregij calices in patria noſtri conuiuæ Athenæi Naucratę,qui phialæ ſpeciem præ ſe ferunt,non torno quidem, at digito formati,quatuórque habent aures,& fundum in latum extẽſum. Sunt autem multi figuli in Naucrate, à quibus propinqua etiam figlinarum porta vocatur Ceramica , vbi ita fictilia tingunt,vt argentea videantur. Laudantur Chij calices,vt in Militibus meminit Hermippus:Chius calix paxillis altè ſuſpenditur. Glaucon in linguis Cyprios inquit calicem vocare cotylam. Hipponax ita in Synonymis ſcribit:aliſum,poculum,cypellũ,diota,ſcyphus,calix, cothon, carcheſium,phiala. Achæus Eretrienſis pro calicibus deducendo his verbis Cylichnidas dixit in Alcmæone: Sed quàm citiſsimè huc afferre ſolum communémque craterem oportet,ac cylichnidas. Alcæus, bibamus, quid expectamus lucernam? digitus dies, demonſtrare eſt opus amplis cylichnis,quę varietate diſtingunt:vinum enim Semeles Iouiſque filius malorum obliuionem hominibus tradidit,imple vnum & plura vaſa. Et in decimo : quæ in Teiam cylichnam volant , tanquam egregij calices in Teo etiam conficerentur. Pherecrates in Corianno: D

*Ex balneo deperditè recedo nunc*
*Habénſque ſiccum guttur,at potum dabo.*
*Viſcoſa ſic mea eſt ſaliua per Deos.*
*Nunc afferam paruam cyliſcam:non mihi*
*Bilis ſtatim mouetur,ex quo pharmacum*
*Ex hac bibi. Sed in meam,quæ maior eſt,*
*Effunde.*

Quòd autem magnis poculis mulieres etiam vterentur, his verbis teſtatur Pherecrates in Tyrannide:

*Poſtea fictilia facientem viris pocula*
*Lata,muros non habentia , ſed ſolum pauimentum.*
*Neque donantem concham ſimilem guſtantibus aptis.*
*Dicunt ipſos profundos calices,velut naues onerarias*
*Vinum vehentes rotundas,tenues,medio ventroſas,*
*Non inconſultò, ſed procul conficiuntur,*
*Vt ſine enumeratione plurimum vinum cupiant.*
*Poſtea vbi vinum ipſos accuſamus ebibere,*

Obiurg

A *Obiurgant, iurántque non bibiſſe, niſi ſolum,*
*Sed potior eſt vnus mille poculis.*

## *De cymbijs, cypellis, cymba, ac cothone poculis.* CAP. X.

CYmbia autem pocula dicuntur, vt ait Simariſtus, quæ concaua ſunt, & exigua. Dorotheus genus poculorum eſſe arbitratur cymbia, quę profunda ſint, ac fundum nō habeant rectum, neq; aures. Ptolemæus Ariſtonici filius gibboſa. Nicander Thyatirenus Theopompum narrat poculum ſine auribus ita in Medo nominaſſe. Philemō in Prodigio, poſtea quàm roſa meri ſuper vos cymbium concuſſit. Dionyſius libro ſexto de Circulo idem ciſſybiū ac cymbium eſſe arbitratur: inquit enim quòd cum meri cymbiū Vlyſſes impleuiſſet, cyclopi porrexit. At ciſſybium quod illi traditur nequaquam exiguum eſt apud Homerum, neque enim cum corpore eſſet maximo, ebrietate tam cito correptus eſſet, cum ter bibiſſet. De cymbio mentionem fecit Demoſthenes in Oratione contra Midiam, cum eum
B rhyta ac cymbia ſequi dicat: ac in oratione contra Euergū ac Mnaſibulum. Scribit autem Didymus Grāmaticus poculum eſſe oblongum & forma anguſtum, nauíque ſimillimum. Anaxandrides in Agricolis,

*Magna forte pocula hauſta, plena meri*
*Cymbia perturbarunt caput vobis, turbarunt quidem.*

Alexis in Equite,

*Et cymbia aderant*
*Perſonas habentia aurea virginem per Iouem.*
*Eram enim ego ò infelix ob mala.*

Eratoſthenes in Epiſtola, quam ſcribit ad Agetorem Laconicum, ita ſcribens, vas eſſe in cyathi modum factum declarat cymbiū, admirantur illi ipſi, cum neque cyathum haberet, ſed ſolam phialam cymbium poſsideret. Atque mihi hoc quidem videtur in hominum vſum fuiſſe aſſumptum, illud verè ob deorum honorem in hominum facultatem veniſſe: nam neque cyatho, neque cotyla tum quiſpiam vtebatur, ſed Deis craterem apponere conſueuerant non argenteam quidem, aut lapillis diſtinctum, ſed ex terra Coliade: atque rurſus effundebat, quoties Deis ex phial

phiala libantes eam impleuiſſent, cymbio nuper miſtum C iungentes, velut in Phiditiis nunc etiam apud nos conſueuerunt. Quòd ſi plus aliquando vellent bibere, cotylos vocatos apponere ſolebant, quæ pocula erant & pulcherrima & commodiſsima: erant & hi cotyli ex figlina eadem. Quando ait Ephippus in Ephebis; non calicem in cœnas affert Cherephon; non cymbiis Euripides decertauit. Non intelligit quidem poetam tragicum, ſed vel bibacem quempiam eiuſdem nominis, vel qui cauſam haberet certè non bonam, vt Antiochus inquit Alexandrinus de poetis in media comœdia obiurgatis: nam cymbia in comeſſationes inducere, atque videri his decertare, in alterutram accuſationem incurrere videtur. Mentionem illius fecit Alexandrides in Nercidibus:

*Illi dato choam, dato illi cymbium*
*Ferens, erit certe hic hodie quis Euripides.*

Et Ephippus in ſimilibus vel Obeliaphoris;

*Actus didiciſſe Tienyſij eſt opus,*
*Ac Demophorontis, edidit quos in cotylam.*
*Dicéſque cœnans hæc ferat ſpectator at*
*Mihi ex adytis, inde oſculabor & fores.* D
*Ac cymbia conuiuans parabo vt Euripides.*

Quòd autem nauigium ſit etiam cymbia, patefecit Sophocles in Andromeda, vbi inquit;

*Cymbius, equiſque nauigas terram tuis.*

Cymba eſt etiam peculum, vt Apollodorus ait in Paphiis. Cypellum dubium eſt an idem ſit, quod & aliſum, ac depas, vel differat ſolo nomine.

*Aureis hos cepere cypellis filij Achiuûm*
*Aliunde alius ſurgentes.*

κυφὸν τ͂ν. Vel differat figura etiam, ac neque ſicuti depas & aliſum amphicypellum, ſic & hoc gibbum tantum, non à conuexitate cypellum dictum eſt, vel quia mulctralibus ſit ſimile, atque magis ad conuexitatem vergat, quàm amphicypella, quaſi vtrinque ab humeris decliui, quoniam eo pacto efficiũtur. inquit enim poeta etiam; aurea docta. Antimachus quinto Thebaidis:

*Sollicitis ducibus præcones omnibus aurea*
*Inde cypella ferunt, ac diuiſere parata.*

Silenus verò cypella ſcyphis ſimilia pocula eſſe arbitratus eſt

A eſt,veluti Nicander etiam Colophonius; cypella Subulcus diſtribuit. Eumolpus poculi genus eſſe credidit, à concauitate dictum. Simariſtus poculum diætam:Cypriòſque diætam,quatuor aurium Cretenſes. Philetas Syracuſios narrat placentarum ac panium reliquias in menſa relictas cypella vocare conſueuiſſe. Cymbam calicis ſpeciem eſſe voluit Philemon in linguis Atticis,at Paphios cymbam vocare ſolitos poculum autor eſt Apollodorus in Etymologiis. Eſt Cothon etiam Laconicum poculum, cuius mētionem fecit Xenophon libro primo Diſciplinæ Cyri. Scribit ita Critias in Lacedæmoniorum Republica; præter hæc exiguos calceos in diætam,veſtéſq; optimas Laconicas geſtare, quæ ſuauiſsimæ ſunt ac vtiliſsimæ. Cothon poculum Laconicum militibus vtiliſsimum, quodq; facillimè in pera portari poſsit: atque huius rei gratia, quod aquam non liquidam bibere aliquãdo neceſſe ſit, primum enim potum non videtur apertè,poſtea huc accedit, quod Cothon cum orificia habeat,quod turbidum eſt in eo relinquitur. His verbis teſtatur Polemon in libro ad Adæum & Antigonum quod Lacedæmonij fictilibus vaſis vterentur; veruntamen quod
B peruetuſtum eſſet hoc genus vitæ inſtituti, quod nunc eſſet apud nonnullos ex Græcis obſeruatur, in Argo quidem in publicis conuiuiis, in Lacedæmone verò in feſtis, ac in virginum nuptiis,victoriiſque ex fictilibus poculis bibere conſueuerunt. in Phiditiis autem aliiſque Sympoſiis ex doliolis fictilibus. Mentionem fecit illius tanquam poculi hoc pacto in Elegiis Archilochus:

*Cum cothone ratis celeris tabulata per alta*
*Ito,ac exhauri pocula plena cadis.*
*Vina mihi rubicunda feras de fæce:nec ipſi*
*Ieiunare iſtis poſſumus excubijs.*

Veluti de calice vocato meminit Ariſtophanes in Equitibus: in hippagines robuſtè inſiluerunt cum alij cothones emiſſent,alij allium ac cæpas. Heniochus in Gorgonibus; aliquis accipiens inſuflat, vt cothonem circularem. igne genitum,breuibus auribus,craſſo ore,gutturis filium faciamus.Theopompus in Militibus:ego cothonis profectò collum facerem retorti atque reflexi. Alexis in Mercenariis, ſiue cothonem quatuor cotylarum capacem mihi concuſſit, rem domibus pretioſiorem. Ab huiuſmodi poculo

Acrato cothones illi vocantur, qui multum merum hau- C
riunt, vt autor eſt Hyperides in Demoſthenem. Ac Callixenus pompam Philadelphi deſcribens libro quarto, vbi complura pocula commemorat, hæc etiam ſcribit: Cothones duarum metretarum duo. De liberali potu, quodq́; vtile ſit per quoddam tempus amplioribus vti poculis, ita ſcriptum reliquit Mnaſitheus medicus Athenienſis in epiſtola de liberiore potu; accidit autem vt ij, qui plurimum meri bibunt in congreſsibus, magnopere animum corpúſque offendant: at per quorundam dierum ſpatium liberioribus vti poculis, mihi quidem videtur & ad purganda corpora conferre, & ad animos relaxandos. Nobis enim ſupernatantes quædam innaſcuntur acrimoniæ ex victu quotidiano in ſympoſiis, quibus maxime propius meatus præbetur ad excernendum, quod fit per vrinam: atque ea purgatio, quæ fit per ampliora, liberioráque pocula maximè conuenit: corpus enim vino lauatur, cum vinum calidũ ſit ac humidum; ac vrina, quæ à nobis excernitur acris, quo fit vt tinctores illa vtentes, veſtes purgamentis lauent. Sunt autem tria, quę obſeruanda accedunt; ne quis malum vinum bibat, cum liberioribus poculis indulget, ne purũ bibat, ne vtatur bel- D
lariis inter pocula. Cũ verò ſatis biberis, ne dormias, priuſquam vel parum vel multũ vomueris. poſtea vbi quod ſufficiat vomueris, aliquantulũ tectus quieſcito. Sin autem non poſsis te quantum ſatis ſit, euacuare, oportebit balneis vti vehementioribus, atq; vt declines in ſcyphũ, calidiorémque aquam. Polemon libro ad Adæum & Antigonum quinto Dionyſius inquit adultus ſuper lapide cõſidet, cuius à læua Satyrus caluus cothonem habet in dextera ſolũ virgatum.

ἐλευθερίζε-σθαι. τραχηλίζεσθαι.

## *De labronia, lacænis, lepaſta, læbaſio, ſpondio ac lesbio.*

## CAP. XI.

EſSt autem labronia genus quoddam poculi Perſici, ita nominati ab amplitudine: ſiquidem latũ eſt magnúmq; factum, aureq; habet magnas. Menander in Piſcatore;

*Diuitis mediocriter ex calicibus aurum.*
*Perſicæ ſtolæ illæ purpureæ toreumata,*
*Intus ſunt viri pocula toreumata.*
*Ac ex ſculptis perſonæ, tragelaphi, labronia.*

In Philadelphis:

Iam

A *Iam libamen, gemmati labronij,*
*Perſæ habentes muſcarium conſtiterunt.*
Hipparchus in Thaide;
*Hæc Hercules certè eſt auis labronius,*
*Agens ducentos aureos & poculum.*
*Amica valde nobilis labronij.*

Diphilus vbi complura & alia poculorum genera in Pithrauſta connumerat, hæc ita inquit:
*Tragelaphus, priſtis, batiaca, labronius,*
*Andrapodium, hac iam vides, minimè.*
*Poculorum nomina per Veſtam.*
*Labronios aureorum pueri viginti.*

Didymus ſimilem eſſe aſſerit labronium bombylio ac batacio. Lacænas calicum genus eſt ita appellatum, vel à fictili, ſicut vaſa Attica, vel à figura, quæ ibi conſpicitur, ſicut Thericleæ dicuntur. Ariſtophanes in Conuiuantibus; Sybaritidúmque conuiuia & Chium ex lacænis calicibus vinum amicè ac ſuauiter. Lepaſtę vltimam ſyllabam nonnulli acuunt, ſicut bona, alij verò penultimam acuunt, vt magna. Nominatum eſt autem hoc poculum ab iis, qui multa B in ebrietatem ac intemperantiam abſumunt, quos etiam helluones vocamus, ſunt autem magni hi calices. Ariſtophanes in Pace; quid inſanis? certè calicem vini lepaſtam, quam licet ebibere, hoc eſt vehementer bibere, quod contrarium eſt bombylio vocato, inquit enim is alicubi;
*Tu ſanguinem meum elubiſti rex here.*

λιπαςὴ. καλὴ. λιπάςη. λαφύκτας λάπ]ειν.

Hoc eſt vehementer bibiſti. At in Gerytade, erat quod ad rē ſpectat, feſtum, puérq; nobis lepaſtā in circulū celeriter circunferebat, atq; in nigrū cælantem effudit. Poculi profunditatē in his comicus patefecit. Antiphanes in Aeſculapio: anum quæ diu eſt infirma brytica, cum radicem quandam exiguā triuiſſet irretiens, alliciénſq; magna ac caua geniali lepaſta, hanc ebibere fecit. Philyllius in Auge: omnia enim aderant adoleſcētulis cum viris bibentibus, vetuliſq; aliis ſimul, quæ magnis vini lepaſtis lætabantur. Theopompus in Pamphila: ſpongia peluis alam extendens, lepaſta ex qua merū bibēs, felicis dæmonis cicada reſonat. Et ī Medo:
*Deliniuit vti Calliſtratus acer Achiuos,*
*Aere dato grato vt petijt conſortia belli.*
*Demulcere tamen non & valuit Rhadamanthum,*

*Lyſandrum cothone prius, dedit huicq; lepaſtam.* C

Scribit Amerias cyathum lepaſtam appellari. Ariſtophanes ac Apollodorus genus eſſe calicis arbitrati ſunt. Pherecrates in Crapatallis, ſpectatorum ſi quis ſitiebat plenam lepaſtam hauriens carybdim referebat. Nicander Colophonius Dolopes ita ſcribit calicem appellare. Lycophron Pherecratis verba apponens libro nono Comœdię, ipſe quoque affirmat lepaſtam genus eſſe calicis. Moſchus in Rhodiacarum dictionum expoſitione fictile vas eſſe tradidit, quod ſimile ſit ptomatidibus vocatis, ſed tamen latius. Artemidorus Ariſtophanius poculum quoddam. Apollophanes in Cretenſibus;

*Suauis meri lepaſtam odorat per diem.*

Theopompus in Pamphila;

*Valde frequenti lepaſta*
*Qua dæmonis felicis ebibens merum,*
*Clamans facit circum oppidum concurrere.*

Nicander Thiatirenus calix inquit Teleclidæ ex Prytaneis maior appoſitus, vinúmque ſuaue ex ſuauem ſomnum præbente lepaſta haurire. Hermippus in Parcis; *Si ego*

*Patiar quid hanc bibens lepaſtam, mox dabo* D
*Omnem meam Baccho Deo pecuniam,*

Eſt etiam læbaſium calicis nomen, velut Clearchus aſſerit, & Nicander Thiatirenus, quo vinum libant in ſacrificiis: at ſpondium, in quo libant vinum; qui etiam libamina ipſa lœbadas vocari ab Antimacho Colophonio inquit. Leſbium quoque ſpeciem eſſe poculi, teſtatur Hedylus in Epigrammatum libro, ita ſcribens;

*Ebiberat miranda viris hæc præmia: vera*
*Profero: ieiuna tres bibit illa choas.*
*Aſtitit huic Paphia vinum per menſa ſed illi*
*Purpureo ex vitro lesbia ſacra iacent.*
*Nam precor incolumen ſerues, vt ab omnibus inde*
*Ipſa voluptatis exuuias referas.*

## *De pelui, Lyciurgibus, mela, metaniptro, Maſto, mathallide, mana.* CAP. XII.

Epigenes in poculorum catalogo ita ſcribit de pelui: crateres, cadi, holcia, crunianæ, pelues. Sed quid opus eſt vt

A eſt vt ſingula commemorem? videbis enim ipſemet. Vocantur & phialæ quæpiam Lyciurgies; à Lycone quodam earum opifice; ſicut Cononij etiam à Conone ipſo. Mentionem fecit Demoſthenes in Oratione de Corona, & de iniuria in Timotheum, de ipſo Lycone, hoc pacto, phialas Lyciurgies duas, in Oratione ad Timotheum; Phormioni vt deponeret & alias duas Lyciurgies phialas dedit vnà cũ nummis. Herodotus libro ſeptimo; duo venabula ſemiperfecta cum parauiſſet, quoniam venabula ſunt luporum venationi peropportuna in Lycia patata. Quod Didymus λυκιεργύ- Grammaticus exponens, à Lycio inquit parata: erat hic au- σας: tem liber ex genere Bœotico, Myroniſque ſtatuarij filius, vt autor eſt Polemon libro primo de Acropoli: ignorauit autem hic Grammaticus quòd à propriis nominibus formationes huiuſmodi apud nullum reperiuntur, quamuis inuehiantur à gentibus ac ciuitatibus. Ariſtophanes in Pace; Nauigium erit in Naxo factus cantharus. Critias in La- μιλησιουργῆ- cedæmoniorum republica: lectum in Mileto factum, ac in γεῖς. Rhenea menſa. Herodotus libro ſeptimo venabula duo in- & ſimi- quit in Lycia facta. Eſt igitur apud Demoſthenem etiam lia.
B ſcribendum Lyciurgies, ita vt poſsideat factas phialas in Lycia. Vocantur etiam melæ pocula nonnulla, quorum hoc pacto mentio fit ab Anaxippo in Puteo:

*Hinc tu melam Syriſce ſumens afferas*
*Mos ad tumulum, ſcis quam fero? ac effundito.*

Calix, qui poſt cœnam datur, cum ſe abluant, metaniptrum appellatur. Antiphanes in Lampade: metaniptrum boni dæmonis comedere. Diphilus in Sapphio;

*Archiloche ſumas hanc metaniptridem ſtatim*
*Plenam, Iouis ſeruantis, atque dæmonis.* Boni

Sunt qui potum intelligant, poſt lotionem, velut Seleucus in Linguis. Callias in Cyclopibus; cape hanc ſanitatis metaniptridem. Philetærus in Aeſculapio; concuſsit magnam metaniptridem plenam par pari cum addiderit: ſenſim ſani tatis nomen adiungens. Philoxenus Dithyramborum poeta in inſcripta cœna, cum lotis manibus poculo quempiam prouocaſſet inquit; tu optimi roris Bacchici plenam metaniptridem ſumito, prius quàm, cum Bromius lætitiam dederit, omnes in oblectationem inducat. Antiphanes in Lampade:

*Conſperſa phyſtis menſa, verum dæmonis* C
*Boni metaniptrum.*

Nicoſtratus in Contradicente;

*Infunde ſanitatis ei metaniptridem.*

Apollodorus Cyrenæus atq; Pamphilus Paphios inquiunt poculum Maſtum vocare ſolitos. At de mathallidibus meminit Blæſus in Saturno: ſeptem mathallides nobis dulciſsimi vini effudit. Scribit autem Pamphilus ſpeciem eſſe poculi, vel menſurã, ſicut cyathum. Diodorus calicem eſſe tradit. Eſt etiam manes poculi ſpecies; Nicon in citharœdo; & valde opportune quiſpiam patrio prębibens, Manem habebat fictilẽ craſſum, cotylarũmq; quinq; capacem, forte accepi. Quos eoſdem iambos appoſuit Didymus & Pamphilus. Dictum eſt autem Manes & id, quod eſt in cottabo, ex quo per iocum guttas dimittunt, quod hoc pacto ferreum caput Sophocles appellauit in Salmoneo;

*Pruritus eſto, & oſculorum dein ſonus,*
*Bene cottabo vtenti eſto niceterium.*
*Scitè iacientibus caputq; ferreum.*

Antiphanes in Veneris generantibus:

*Ego patefaciam tibi, cum cottabum* D
*Dimittis in lancem, quid hoc? vel quale fers?*
*Hoc ſubiacens paruum ſupra, fers quadrulam.*
*Hæc ipſa lanx, victor fit hinc qui vicerit.*
*Qui norit hanc ſolus quis an mox contigit?*
*Illius in Manem ſonus tum concidet.*
*Iniuncta multa cottabo ſunt per Deos.*
*Adeſt Manes quidam velut domeſticus.*

Hermippus in Parcis; Virgam aſpicies inquit cottabicam in paleis conuolutam. Manes verò ſemper guttarum nihil: at lancem miſerum apud horti cardinem videre licet, qui eſt inter ſcopas.

## *De Neſtoride poculo.* CAP. XIII.

DE forma poculi Neſtoris hæc inquit poëta:.

*Poculum erat pulchrum, domo & id potauerat ipſe.*
*Transfixum clauis aureis, ac illius aures*
*Quattuor: hinc geminæ complexæ huic at illas*
*Ex auro circum paſcuntur funda; duo ſunt.*
*Nec facile hoc quiſquam poterat extollere menſa,*

*Cum*

A *Cum plenum foret, at Neſtor nullo ipſe labore*
*Tollebat ſenior.*

Ex his quæritur primum quid illud ſignificet, transfixum clauis aureis; poſtea quid illud, ac illius aures quatuor, alia enim pocula Aſclepiades Myrleanus duas aures habere ſcribit in Neſtoride. ac liuias columbas quo pacto quiſpiam circa ſingulas aures paſci ſupponere poſſet? quo pacto rurſus duo funda illius poculi eſſe dixit? atque illud etiam peculiariter dictum eſt, quòd alij poculum cum labore ferrent, Neſtórq; ſenex ſine labore extollebat. Cum hæc addiderit Myrleanus Aſclepiades, quærit quo pacto clauos transfixos accipere oporteat. Sunt igitur nonnulli, qui exterius in argenteo poculo aureos clauos infixos eſſe dicant ex artis ipſius diligentia per iocum, ſicut etiam in Achillis ſceptro:

*Sic ait iratus, deiecit ſceptraq; terra*
*Transfixa clauis aureis.*

Demonſtratur enim velut clauis infixis, ſicut in claua fieri videmus atq; in enſe Agamemnonis,

*Circa humeros enſem iacit illius vndique claui*
B *Ex auro micuere: tegitq; argentea circum*
*Vagina.*

Apelles verò tornator demonſtrauit nobis inquit in Corinthiacis operibus clauos poni conſueuiſſe. erat autem eminentia quædam perexigua, quę colapteribus erat elata, atq; quaſi capitella quædam clauorum faciebat. Transfixum clauis dictum eſt à poëta, non eò quidem quòd extra affigantur, aut adiungantur claui, ſed idcirco quòd infixis ſunt ſimiles, paulóq; exterius eminent, reliquáq; ſuperficie ſunt ſublimiores. De auribus preterea hoc pacto erit determinandum: quòd duas quidem habet aures, veluti & cætera pocula, aſt alias duas circa medium tumorem ex vtraq; parte, eáſque exiguas, Corinthiaciſq; hydriis ſimillimas. Apelles verò artificiosè admodum quatuor aurium ſitum hac via demonſtrauit; ex vna quaſi radice, quę fundo adhæret, virgæ quædam ſunt ſciſſæ in vtraq; parte iuxta vtranq; aurem, quæ per non multum interuallum inter ſe diſtant. Illæ igitur cum ad labrum vſq; ipſius poculi peruenerint, paulóque ſint ſublimiores, iuxta vaſis ipſius intercapedinem, diuiſionem ſeruant: at iuxta terminum vbi deſinunt,

apud labri firmamentum rurſus coniunguntur, quo pacto C
quatuor aures fieri accidit. Verum non in omnibus poculis
hæc ipſa forma apparatus conſpicitur, ſed in quibuſdam
tantum, ac in iis præcipuè, quæ Seleucides vocantur. Illud
autem quod quæritur de duobus fundis, quomodo dicatur,
funda duo ſunt: Ita quidam ſoluerunt, quædam ſunt pocula,
quę vnum tantum fundū habeant, iuxta ipſam naturam,
quod cum vniuerſo poculo eſt ferruminatum: veluti cymbia
ipſa conſpiciuntur, ac phialæ, & ſi quid eſt phialis perſimile.
Alia duo habent funda, velut onoſcyphia, parui canthari,
Seleucides, Carcheſia, hiſq; ſimilia. alterum enim
fundum eſſe aiunt prę totius vaſis profunditate ferruminatum,
at alterum appoſitum, quod ab acumine incipit, deſinitq;
in latius, ſuper quo poculum ipſum conſtituitur: Neſtoris
igitur poculum huiuſmodi erat inquiunt. Poſſunt
etiam duo funda ſupponi, vnum quidem quod totius poculi
onus ſuſtineat atque quod maiorem habeat circularem
deſcriptionem, conſonámque altitudinis elationem:
at iuxta minorem circulum contentum continuúmq; maiori
circulo, accidit quaſi contrahi in acutum ipſius poculi
fundum naturalem, ita vt duobus fundis poculum fulciatur. D
Dicitur Dionyſius Thrax Neſtoridem in Rhodo feciſſe,
cum argentum illi ſui diſcipuli attuliſſent, quod declarans
Promathidas Heracleota Dionyſij opus ſcyphum
fuiſſe ſcribit, qui aures haberet adiacentes: velut nauigia
quæ duas habent proras. Circa ipſas aures columbas, quaſi
quidam exigui baculi obliqui duo poculo ſubiacebant per
longitudinem. Hæc igitur duo fuuda eſſe dicebant, cuiuſmodi
id eſt poculum. quod in Capua Campaniæ ciuitate
nunc etiam in templo Palladis depoſitum intueri licet,
quod Neſtoris fuiſſe illi inquiunt. Eſt autem argenteum,
carmináq; Homerica habet aureis literis inſculpta. Ego
verò hæc aio de poculo inquit Myrleanus, quod antiqui,
qui primi victum humaniorem hominibus ſtatuerunt,
cum circularem eſſe ornatum arbitrarentur, quod ex ſolis
quidem ac lunæ forma coniectabātur, ſimilimáſq; phantaſias
eas quę eſſent circa perpetuam cœli omnia continentis
conuerſionem, æquum eſſe putarunt, vt in eandem figuræ
ſimilitudinem formarentur: quamobrem & menſas circulares
parabant, & tripodes deis ipſis conſecratos, & placentas,

centas,

A centas circulares, aſtráq; habentes inſperſas, quæ lunas appellabant. Panem quoq; vocarunt, quoniam omnium figurarum circulus eſt perfectiſsimus & abſolutus. Et poculum igitur quod humidum nutrimentum caperet ad mundi ipſius imitationem circularem fecerunt. Illud verò Neſtoris peculiare eſt magis, ſiquidem aſtra habet, quæ poëta clauis comparare voluit, quoniam ſtellę ita ſunt circulares, quemadmodum capitella clauorum, atq; cœlo infiguntur, velut ait Aratus in ipſis ſtellis;

ἄρτος ἀπὸ τοῦ ἀπήρτισθαι.

*Compacta cœlo ſemper, ſimulacraq; noctis.*

Eximiè profectò & illud dixit poëta, quod argẽteo poculo ipſi aureos clauos affixit, naturam ſcilicet cœli aſtrorúmq; patefaciens, quam ex propriæ materiæ colore formauit. cœlum enim argenteo colore declaratur, at ſidera aurea; quia ignita eſſe videntur. Cum ſideribus ornatum eſſe dicat igitur Neſtoris poculum, accedit & ad maximè conſpicuas non errantium ſtellarum, ex quibus homines ea obſeruant, quæ ſpectant ad vitam humanam: dico autem Pleiades. Vbi enim dicit, geminæ complexæ liuiæ at illas ex auro circum paſcuntur, liuiæ non ſunt intelligendæ

B aues, veluti nonnulli arbitrati ſunt, qui decepti columbas eſſe crediderunt. Nam aliud eſſe ſcribit Ariſtoteles liuiam, aliud columbam. At poëta liuias nunc Pleiades nominauit, ad quarum aſpectum & ſerere ſolemus & metere, fructuúmq; generationis principium intuemur & collectionis, vt teſtatur Heſiodus;

πελειάδες ἀντὶ τοῦ πλειάδες λέλεκται. ſignificat autem πελειὰς, liuiam.

*Tempus adeſt meſſis, cum ſunt Atlantides ortæ.*
*Aſt vbi merguntur, iubeo proſcindere campos.*

Aratus;

*Obſcuræ ac paruæ, ſed multi nominis illæ*
*Veſpere vertuntur, ac mane: eſt Iuppiter autor.*
*Aeſtatiſq; hyemiſq; iubet qui tempora capta*
*Significare viris, accedere tempus arandi.*

Pleiades igitur, quę fructuum generationem ſignificarent, ac maturitatem, rationi conſentaneum videtur, vt in ſapientiſsimi Neſtoris poculo poëta inſculpſerit. Eſt autem hoc vas alterius etiam nutrimenti capax, quamobrem Ioui etiam Ambroſiam liuias afferre ait:

*Huc neque proueniunt volucres, timidæ'ue columbæ,*
*Ambroſiam quæ ferre patri ſueuere tonanti.*

Neque enim putandum eſt liuias aues Ambroſiam Ioui afferre conſueuiſſe, quemadmodum complures exiſtimarunt, abſurdum eſt enim; ſed Pleiades. Eſt admodum illud venuſtum, rationiq; conuenit, vt quæ humano generi tempora ſignificent, hæc ipſa Ioui etiam ferant Ambroſiam, quare ab auibus eas ſeparauit, cum dicit; C

*Huc neque præterennt volucres, timidæ'ue columbæ.*

Quòd autem inter celeberrima ... errantia aſtra Pleiades ipſas collocauit, vel ex eo patet, quòd vnà cum aliis ſtellis eas connumerauit;

*Omnia mox intus, quæ exornant ſydera cœlum.*

*Pleiadaſq; , Hyadaſq; , grauiſq; Orionis aſtrum.*

*Ac Vrſam, Plauſtrum quod rurſus nomine dicunt.*

Aberrarunt igitur complures, qui Pleiades aues eſſe dixerunt; primum quidem ab ea poëtica formatione quę iuxta literæ additionem poſita eſt, poſtea quòd timidæ adiectiuum eſſe putarunt liuiarum ſolum, quoniam facile auis ipſa ob imbecillitatem aufugiat: eſt enim timere, vitare.

τρεῖν τὸ εὐλαβεῖσθαι. Eſt autem rationi conſentaneum vt de Pleiadibus etiam adiectiuum dicatur. Dicuntur ſiquidem & ipſæ Orionem aufugere, cum Pleionem illius matrem Orion olim inſequeretur. D Nominis autem ipſius mutatio, iuxta quam Pleiades peliades ac peliæ dicuntur, apud multos poëtas

πελειὰς καὶ πέλεια columba. reperitur. Prima fuit Mœro Byzantia, quæ poëmatum Homeri ſententiam rectè perceperit in inſcripta Mnemoſyne, cum Pleiades Ambroſiam Ioui afferre dixiſſet. At Crates iudiciarius cum ſibi illius ſententiam vendicaſſet, rem veluti ſuam protulit. Simonides Pleiades his verbis Peliades nominauit; quid dem cum te Mercuri certantibus præfecte, Maiæ pulchras habentis comas fili. Atlas eximiam ſeptem filiarum ſpeciem genuit floreas comas habentium, quæ cœleſtes Peliades nominantur. Apertè profectò hic Pleiades Atlantis filias Peliades vocauit, ſicut etiam Pindarus; videtur autem ad extremas Pleiades accedere, non procul ab Orione: eſt enim Orion non longinquus ab ipſa Pleiadum figura: quare & ad has fabula refertur, quòd vnà cum matre Pleione Orionem fugiunt. Extremas autem Pleiades appellat in æquo ſpatio Caude.

οὐρίᾳ ὀρίᾳ. *v.* prætermiſſo, quoniam in Tauri cauda collocantur. Aeſchylus autem apertius declarat, cum ob nominis ſimilitudinem

A dinem ad eas alludat hoc pacto:

*Septem vocatæ ſunt Atlantis filiæ.*
*Magnum patris negotium terra ac polus*
*Fleuere; nocturni ſimul phantaſmatis*
*Habent figuras inuolucres Peliades.*

Inuolucres autem eas appellauit, propter eam nominis ſimilitudinem quam habent cum auibus. Mœro autem ipſa ſcribit hoc modo;

*Iuppiter in Creta nutritur, eúmque deorum*
*Nouerat haud vllus; creſcunt cum corpore membra.*
*Hunc in ſpelunca ſacra pauere columbæ,*
*Fluctibus Oceani Ambroſiámque tulere volantes.*
*Aſt aquila huic nectar, de petra dulce quod hauſit,*
*Maxillis ſublime volans afferre ſolebat.*
*Hanc patri altitonans mox regno victor adempto,*
*Eſſe immortalem voluit, cœlóque locauit.*
*Nec nullo timidas decorauit honore columbas*
*Agreſtes; hyemis, ac æſtus nuncia gens hæc.*

Simias etiam in Gorgo ita ſcripſit;

*Aetheris haud tardæ famulæ aſſiliere columbæ.*

B Lamprocles verò Dithyrambicus author manifeſtè his verbis declarauit eiuſdem eſſe nominis cum columbis; quæ eiuſdem ſunt nominis cum volucribus liuiis, in æthere iacere. Poſidippus in Aſopia;

*Vnguibus haud gelidæ merguntur liuiæ acutis.*

Atque is, qui in Heſiodum relatam compoſuit Aſtronomiam, ipſas ſemper Peliadas nominauit.

*Mortales dixere Peliadas.*

Et rurſus;

*Hyberne merguntur vbi Peliades.* Poſtea
*Vt ſe celauere Peliades.*

Non eſt igitur incredibile prorſus Homerum iuxta poëticam facultatem Pleiadas peliadas nominaſſe. Verum cum demonſtrauerimus quod pleiadas in poculo erant inſculptæ iuxta ſingulas aures, duo ſupponenda ſunt iis, qui vel puellas in auium naturam formatas, vel hominum naturam præ ſe ferentes fuiſſe volunt, ac aſtris diſtinctas. Illud quidem, at illas ex auro circum paſcuntur; non eſt circa vnamquamque audiendum, ſic enim ad octonarium numerum

Οὐκ ὑπὸ πόθμενι, ἀλλὰ ὑπὸ πύθμενι.

numerum accederent: ſed quoniam ſingulæ aures in duas C diuiſæ ſunt ſectiones, harum rurſus coniunctio iuxta comprehenſionem extremam, dici poſſent ſingulæ, quatenus omnes quatuor ſunt aurium ſectiones. Vtraque autem quatenus coniuncta, rurſus in fine eſt ipſarum motionis. Quando igitur inquit;

*Geminæ complexæ liniæ at illas*
*Ex auro circum paſcuntur: funda duo ſunt.*

Iuxta ſectiones ſingulas auium vnam eſſe peliadem intelligemus, quas geminas dixit quatenus adhærent inuicem, coniunctæque conſpiciuntur. Gemini enim ac geminæ id ſignificant, quod ad numeri ſpeciem attinet, duo ſcilicet velut;

*Et geminos tripodes, biſquina aurique talenta.*
*Et gemini ſerui.*

Significatur autem & id, quod eſt coniunctum iuxta numerum, & id quod adhæret, velut in his;

*Gemina hinc arbuſta ſubiuit*
*Creta ſimul vicina; hic ficus, aſt alter oliua.*

Erunt quatuor igitur peliades in auribus. Poſtea cum infert; D

*Geminæ complexæ liniæ at illas*
*Ex auro circum paſcuntur: funda duo ſunt.*

Non eſt intelligendum duo eſſe funda; neque enim per diæreſim legendum eſt, ſicut Dionyſius Thrax legit: ſed per coniunctionem ſubfunda, ſicut intelligimus in peliadibus. Erant igitur quatuor in auribus, duæ autem ſubfundæ, quod eſt ſubfundo, quaſi ſubfundas dixerim, ita vt poculum duabus Pleiadibus fundo ſubiacentibus continetur. Sex autem ſunt omnes Pleiades, quia totidem conſpiciuntur, quamuis dicantur eſſe ſeptem, vt inquit Aratus:

*Dicantur ſeptem quamuis mortalibus eſſe.*
*Sex tamen aſpicies oculis ſupponere noſtris.*
*Nec periſſe tamen credendum eſt ex Ioue ſydus,*
*Ex quo progenitum percepimus eſſe: ſed illud*
*Dicitur inſulſè. ſeptem dicuntur apertè*
*Quamuis ſint oculis noſtris ſex obuia ſigna.*

Aptè igitur inſculpſit in poculo, atque in conſpicuo eius artificio, quod in aſtris etiam videtur, quod idem in Ioue etiam

A etiam ſignificaſſe poëtam crediderunt, cum dicat;

*Hac neque prætereunt volucres, timidæ'ue columbæ,*
*Ambroſiam quæ ferre patri ſueuere tonanti.*
*Aſt aliquam ſemper rapuit leuiſſima petra,*
*Expleat vt numerum hinc aliam mox Iuppiter addit.*

Inquit autem & ob ſaxorum incompoſitorum acumen, & ob eorum læuitatem, vnam ex Pleiadibus ſubtrahi, aſt aliam à Ioue mitti, vt earum ſeruetur numerus, quod poëticè dictum eſt per ænigma; quia cum ſex Pleiades conſpiciantur, numerus tamen ſeruatur. Dicuntur verò ſeptem & numero, & nominibus. Ad eos, qui non aptè dicunt Pleiades in poculo inſculptas eſſe, cum ſiccum nutrimentum ſignificent, dicendum videtur quòd poculum vtriuſq; ſit capax cibi. Cinnus enim in eo conficitur, quæ potio eſt caſeum farinámque habens miſtam. hæc ambo ſiquidem miſta atque ſic hauſta poëta nuncupauit;

*Formoſis Hecameda comis cinnum hiſce parauit.*
*Quæ prius & menſam poſuit præſentibus illis,*
*Formoſam, variam, pedibus nigrantibus: illi*
*Imponitur lanx, & potus obſonia cæpe,*
B *Tum mel flaueſcens, & ſacræ dona farinæ.*
*Poculum adeſt pulchrum ſenior quod geſſerat ipſe.*
*Miſcuit hic mulier formoſa ſimillima diuis*
*Pramneum vinum, caprinus caſeus inde*
*Huic teritur cultro, miſcetur & alba farina.*
*Atque bibiſſe iubet, quod cinnum præbuit illis.*
*Nec facile hoc quiſquam poterat extollere menſa,*
*Cum plenum foret: at Neſtor nullo ipſe labore*
*Tollebat ſenior.*

Non eſt autem intelligendum de ſolo Machaone ac Neſtore, veluti nonnulli arbitrantur, qui dicunt:

*Sed qui vix menſa valuit mouiſſe laborans.*

Qui laborans de Machaone intelligant, poſteaquam vulneratus fuit. Quòd autem Machaon vulneratus non fuerit, declarabitur poſtea. Ignorant iſti quòd quiſquam Homerus de ſolis Machaone non dixit ac Neſtore, quare iſti bibunt, ſed aſſer intelligi conuenit, quod de duobus dicitur; vt in his:

*Alter portetur niger, adſit & altera nigra.*

Qui,

Qui, præterea pro præpoſitiuo accipit ſuppoſitiuum, qui, veluti: C

*Siſyphus hic aderat,qui prudentiſsimus vnus.*

Τὶς, ἵνα γίνηται ἔπος.

Deeſt particula,quidam.nam plenum eſt,vt valeat.

*Vix alius quidam è menſa mouiſſe laborans,*
*Cum plenum foret:at Neſtor nullo ipſe labore*
*Tollebat ſenior.*

Ita vt quiuis hominum poculum vix efferre poſſet de menſa; at Neſtor id facile, ac ſine labore ferre poſſet. poculum enim & quod ad profunditatem ſpectat, & ad pondus, graue erat: quod Neſtor ob longam conſuetudinem cum eſſet bibax, facile geſtabat. Soſibius Lyticus, qui carmina hæc appoſuit;

*Nec facile hoc quiſquam poterat extollere menſa,*
*Cum plenum foret,at Neſtor nullo ipſe labore*
*Tollebat ſenior.*

Nunc iuxta dictionem ſcribit. Eſt autem hoc,quod obiicitur poëtæ, quòd alios cum labore poculum extollere fecit, at ſine labore ſolum Neſtorem; abſurdum ſiquidem videtur, vt Diomede, Aiace, Achillæque præſentibus, Neſtor inducatur magis ſtrenuus, qui eos ætate antecellat. Sed ab D his, qui ita poëtam accuſarunt conuerſione vtentes defendamus; ab hoc enim hexametro:

*Cum plenum foret: ac Neſtor nullo ipſe labore*
*Tollebat ſenior.*

De medio tollunt illud, ſenior, prioris carminis initio adiungimus, ſub quiſpiam alius, atque ſic à principio dicemus;

*Namque alius ſenior quiſquam mouiſſe laborans*
*Vix valuit plenum,Neſtor nullo ipſe labore*
*Tollebat.*

Hæc cum ita ſint diſpoſita, videtur Neſtor inter omnes ſenes ſolus poculum ſine labore extollere. Hæc ea ſunt,quæ admirandus Soſibius Lytius dixit, quem ob vulgatas huiuſmodi, hiſque ſimiles ſolutiones non ineleganter ſubſannauit Ptolemæus Philadelphus. Nam cum regiam diſtributionem ſtipendiariam ſuſcepiſſet, quęſtoréſque aduocaſſet,iuſsit his, vt ſi Soſibius diſtributionẽ corollarium'ue peteret, reſponderent quòd accepiſſet. Neque multò ſanè

poſt

A poſt acceſsit Soſibius, cui petenti ſe dediſſe quæſtores dixerunt, mox conticuerunt, hic verò ad regem acceſsit de quæſtoribus conquerens. Tum illos aduocans Ptolemæus, vna cum libellis accedere iuſsit, in quibus deſcriptiones erant eorum, qui diſtributiones accepiſſent. Cum hos in manus rex accepiſſet, ipſe quoque aſpiciens hunc accepiſſe hoc pacto inquit; erant nomina hæc inſcripta; Σωτῆρ@, Soſigenis, Bionis, Α᾽πόλλων@. quæ cum rex aſpexiſſet, inquit; ô Lytice admirabilis, ſi à Σωτῆρ@, primam ſyllabam So. Soſigenis. Si. Bionis primam, bi. & vltimam Α᾽πόλλων@, capias tuæ ſententiæ te quoque compotem eſſe experiere. Atque non ab aliis, ſed tui ipſius alis, vt admirabilis ait Aeſchylus, caperis: cum nihil ad rem pertinentium ſolutionum maximè ſis curioſus.

## *De holmo, oxybapho, œneſteria, vngue, proaro, pelica.*

## CAPVT XIIII.

B Est verò holmus poculum in corniculi ſpeciem elaboratum. Ita ſcribit Meneſthenes libro quarto Politicorum; albatanam tortilem, holmúmque aureum. Eſt autem holmus poculum in corniculi ſpeciem formatum, cuius altitudo eſt cubitalis ferè. Communis præterea vſus obtinuit, vt oxybaphum vas id vocitetur, quod acetum continere eſt ſolitum. Eſt & poculi nomen, velut Cratinus poſuit in vaſe vinario.

*Quo quis modo ſedauerit noui bene, à*
*Bibacitate; nam choas frangam. ſimul*
*Omnes cados miſcebo ſordibus, viro*
*Quæcunque vaſa ſunt & apta potui.*
*Vinarium nec oxybaphum mox deſeram.*

Quòd autem oxybaphum ſpecies exigui ſit calicis fictilis, apertè his verbis declarauit Antiphanes in Myſtica; eſt anus quædam bibax, quæ magnum laudat poculum, calicem velut breue attenuat. Ad quam cum dixiſſet quidam, hoc ego tibi credam.

*O᾽ quàm Dei figura nos hæc attrahit,*
*Quàm laude digna forma prorſus poculi*

*Feſti diei:nam garum non conſone* C
*Potauimus de fictilibus oxybaphijs.*
*Illi precor permulta fili commoda*
*Præſtent Dei,qui fecit illum gratia*
*Securitatis,ac ſimul Symmetriæ.*

In rebus etiam Babyloniis Ariſtophanis oxybaphum poculum eſſe intelligemus.cum loquitur Dionyſus de Concionatoribus Atticis,quòd duo ab ipſo oxybapha poſtulabant, eum in iudicium vocantes; nihil aliud putandum eſt,quàm quòd pocula poſcerent. Atque oxybaphum quod cottabo decertantibus apponitur, in quod guttas intendunt, nihil aliud eſſe poſſet, quàm latius poculum. Mentionem fecit Eubulus de oxybapho, tanquam poculo in Mylothrida;

*Et bibere ſine menſura.*
*Commune in oxybaphum deinde deierat,*
*Vinum hoc acetum erat profectò verius.*
*Acetum at ipſum vinum erat altero magis.*

De œneſteria ſic inquit Pamphilus; vbi demiſsiorem comam prius ſunt tonſuri, magnum poculum vino implentes, quod œneſteriam vocant, Herculi libantes afferunt,ac omnibus iis, qui conuenerunt, bibendum præbent. Pamphilus ligneum poculum Panathenaicum vnguem eſſe tradit in dictionibus Atticis. Poſsidonius philoſophus libro D Hiſtoriarum trigeſimo ſexto mentionem fecit his verbis quorundam ita vocatorum poculorum; aderant & vnguini ſcyphi, atque horum coniunctiones ad duas vſque cotylas, maximáque Panathenaica, binas choas capientes,tum alij his etiam maiores. Eſt crater ligneus Proarum appellatum, in quo vinum Attici miſcent. Pamphilus in cauis proaris inquit. Pelicam poculum fuiſſe Cratini ſcribit in Thracum commentariis. Crates ita ſcriptum reliquit libro ſecundo Atticæ linguæ; congia, veluti dicebamus, pelicæ nominabantur. Erat autem vaſis ipſius forma antea Panathenaicis ſimillima, quando vocabatur pelica: poſtea cyathi figuram accepit, cuiuſmodi ſunt ea, quæ in feſto apponuntur, quæ etiam olpas vocarunt ad effundendum vinum vtentes: veluti Ion Chius ait in Eurytide; ex diuinis vaſis vinum olpis haurientes, clamatis impudenter. Nunc autem vas illud ſolum quodammodo ſacratum in feſtis apponitur: at illud, quod in vſum transfertur,cyatho maximè

A maximè ſimile eſt, quod Choem vocamus. Olpen verò Corinthios inquit ac Byzantios ſalſamentum vocare ſolitos, ac Cyprios lecythum: Theſſalos gutturnium; Seleucus pelichnam calicem vocari à Bœoticis, Euphronius congium ſcribit in commentariis. Eſt pella etiam vas ſcyphi habens ſpeciem, ſed fundum latius, in quod lac mulgere conſueuerunt. Homerus:

*Muſcæ*
*Candida vt in ſtabulis circum mulctralia muſſant.*

Hoc vas Hipponax pellidem nominauit, ex pellide bibentes, quia calicem non habebant, nam cum puer cecidiſſet, eum fregerat. Exiſtimo manifeſtum eſſe ex his, quod non erat poculum, ſiquidem ob calicis penuriam pellide vtebantur. Et rurſus; ex pella biberunt, ac ipſe aliquando, aliquando verò præbibebat Euretes. Phœnix Colophonius in Iambis dictionem hanc dixit in phialis hoc modo;

*Porrò Thales, qui ciuium vtiliſſimus,*
*Vt ferunt, tunc omnium prorſus virum*
*Et optimus foret, nihilo cepit minus*
*Iſp. llidem auream.*

B Et in alia parte ex pellide inquit cœlo ac terræ mancis digitis alibi libat, tremens velut in Borealibus ſenex edentulus. Clitarchus pelleterem ſcribit in Linguis Theſſalos ac Aeoles mulctrale vocare, ac pellam poculum. Philetas in inordinatis calicem Bœoticos.

## *De pentaploo, petacho, & plemochoa Priſti, Prochyta, & Pruſia.* CAP. XV.

Mentionem fecit pentaplo Philochorus libro ſecundo Atticæ. Ariſtodemus libro tertio de Pindaro certamen fieri ſcribit iuuenum impuberum curſus Athenis in Scirrhis, qui ramum habent vitis fructiferum Stolonem vocatum. Atque à ſacello Dionyſij currunt, ad Mineruæ Scirrhadis vſque ſacellum: qui verò vicerit calicem capit Pentaploam vocatum, vnáque cum ſaltationibus genio indulget. Appellatur pentaploa quatenus habet vinum, mel, caſeum, farinam, & parum olei. Petachnum poculum eſt ex bractea, cuius mentionem fecit Alexis in Dropide; poſitum eſt autem prius teſtimonium. Meminit de illo ita

in actibus Ariſtophanes;omnes intus petachneutæ. Eſt ple- C mochoa vas fictile conuolutum ſenſimque profundum, quod nonnulli cotyliſcum appellant, vt ait Pamphilus. Vtuntur ipſo die vltimo ſacrorum in Eleuſine, quem inde Plemochoam vocant, vt aſſerit idem Pamphilus, in quo duas Plemochoas implentes, alterámque ad orientem, alteram ad occidentem conſtituentes, conuertunt ſe, ſacrámque orationem dicunt. Mentionem fecit illius & is, qui Pinthoum conſcripſit his verbis, ſiue Critias ſit tyrannus, ſiue Euripides: vt in terreſtrem hiatum haſce plemochoas apte effundamus. Quod priſtis ſpecies ſit poculi, dictum eſt prius in oratione de Batiacio. Eſt prochytas etiam genus poculi vt ait Simariſtus libro quarto Synonymorum. Ion Chius in Elegiis:

*Crateram nobis viniferi famuli*
*In prochytis miſcento argenteis.*

Philetas in inordinatis ligneum vaſculum eſſe contendit, ex quo bibant ruſtici. Meminit de illo Alexander etiam in Tigone. Xenophon libro octauo Diſciplinæ calices quoſdam his verbis prochoidas vocat: qui ſermo illius eſt de Perſis; quibus lege cautum erat ne Prochoidas in Sympoſia inferrentur: qua ex re patet quod magnæ erant: id enim D efficiebatur, ne plus quàm opus eſſet, biberent, minúſque turbarentur eorum mentes & corpora. Nunc quidem ne inferantur vſus obtinuit, at tantum bibunt, vt pro eo quod erat inferre, ipſi efferantur, cum non amplius recti egredi valeant. Quod pruſias poculum eſt rectum, dictum eſt ſuperius; quódque nomen obtinuit à Pruſio Bithyniæ rege, qui ob delicias ac mollitiem celeberrimus fuit, vt Nicander narrat Chalcedonius libro quarto de caſibus Pruſij.

## *De rheonto, rhyſide, rhodiade, rhyto.*

## CAPVT XVI.

APpellata ſunt quædam etiam pocula Rheonta, quorum mentionem fecit hoc pacto Aſtydamas in Mercurio:

*Cepit prius duo profecto argentea,*
*Phialáſque quinquaginta, cymbia ac decem.*
*Rheonta biſque ſena, quorum argentea*

Decem

A *Decem fuerunt, at duo ſunt aurea:*
*Vulturibúſque Pegaſus hic alter.*

Rhyſis eſt aurea phiala, vt ait Theodorus. Cratinus in legibus: Rhyſide ſacrificans. De rhodiade Diphilus in Hæreſiticheo ita ſcribit: quem actum Callimachus inſcribit Eunuchum, alterum virum vel ex rhodiacis bibere, vel ex rhytis. Meminit & Dioxippus in auaro, & Ariſtoteles in libro de Ebrietate. Lynceus autem Samius rhytum rhyacui dixit in Epiſtolis. Demoſthenes in Oratione contra Midiam rhyta inquit & cymbia & phialas. Diphilus in Eunucho vel milite, qui actus Hæreſitichei eſt præparatio, complures intueri licet, qui robuſtius ſe ex rhodiacis aut rhytis bibituros polliceantur. Epinicus in Suppoſititiis: ῥυτῶν. ῥυτῶν.

*Maiora ſint ex his tria quæ præſentibus*
*Rhytis bibiſſe oportet hodie ad Clepſydram,*
*Torrentis inſtar augurabor vtraque.*
*Eſt autem elephas. Elephantas attrahit rhytum,*
*Quod congios capit duos, elephas neque*
*Hauriret, ipſe ſæpius ſed ebibi.*
B *Elephante differs tu nihil, ſed alterum*
*Neque congij quod eſt capax.*

De rhyto autem ſcribens ſic ait:

*Hic Bellerophontes certè adeſt ex Pegaſo,*
*Qui flammiuomam fortis chimæram perculit.*
*Cape hoc etiam.*

Dictum eſt autem rhytum cornu prius, atque à Primo Ptolemæo Philadelpho rege in vaſis morem paratum fuiſſe videtur, geſtaménque aliquod fuiſſe Arſinoes imaginum: nam ſiniſtra manu ſimile quodpiam fert opus, plenum omnium maturorum, quibus artifices ipſi declarantur, ita vt hoc, Amaltheæ cornu multò ſit opulentius. Mentionem fecit illius hoc pacto Theocles in Ithyphallis: ſalubria omnes artifices hodie ſacrificauimus, quibuſcum cum biberim hoc cornu, ad ſuauiſsimum regem accedo. Dionyſius Sinopeus quædam pocula in Seruante connumerans, de rhyto etiam mentionem fecit, vt ſuperius diximus. Hedylus in Epigrammatum libro meminit de Cteſibio Rhytorum opifice his verbis:

*Hoc etiam temulente rhytum vidiſſe valebis*

*In Zephyri templo: quid bonum & Arſinoes,* C
*Aegypti ad ſaltatorem veniſſe, qui acutum*
*Buccinat vt riuus lene ſtrepentis aquæ.*
*Signáque bellorum canit, & conuiuia, idémque*
*Inſani Comi dulcia ſigna dedit.*
*Nilus rex Cæus ſacri melos ipſe peritis*
*Repperit id patrium, ex vir bene cautus aquis.*
*Sed vos Cteſibii inuentum dignemini honore*
*Nunc templum iuuenes hoc apud Arſinoes.*

Theophraſtus in libro de Ebrietate rhytum inquit poculum appellatū ſolis Heroibus dari conſueuiſſe. Dorotheus Sidonius rhyta cornibus ſimilia eſſe inquit, atque perforata, ex quibus ſuſurrantibus leniter bibunt inferius, ac nomen ab ipſo fluxu ſortiuntur.

## *De ſannacra, ſeleucide, ſcypho, callio, & ſcytho.*

## CAPVT XVII.

SAnnacra genus eſſe poculi Perſici ita vocati teſtatur Crates libro Atticæ linguæ quinto. Philemō in Vidua cum Batiacorum mentionem feciſſet ad nominis ipſius ridiculi formam alludens ita inquit: ſannacra, hippotragelaphi, D batiacia, ſannacia. Quod Seleucis à Seleuco rege poculum eſt nominatum ſuperius diximus, cum hoc narret Apollodorus Athenienſis. Polemon libro primo eorum, quæ ſcripſit ad Adæum, pocula hæc ſunt inquit, Seleucis, Rhodias, Antigonis. Callium calix eſt exiguus, quo Aeoles libant, vt aſſerit in inordinatis Philetas. Scyphi genitiuum nonnulli per s, proferunt, errantes omnino: nam vbi maſculinum eſt ſcyphus ſine s, proferimus, veluti lychnum, Quando verò neutri eſt generis cum s, declinamus, velut murus muri. Quamuis Attici nominatiuum dicant & maſculinè & fœmininè. Heſiodus in ſecundo Melampodiæ cum p, pronunciauit, Scypphum.

*Nuncius inde Mares celer huic per tecta cucurrit,*
*Atque tulit regi Scypphum, quem impleuerat ipſe.*

Et alibi:

*Tunc arcus manibus diſſoluit vincula vates,*
*Deperiit poſt terga manens Iphiclus at illum,*
*Atque manus ſcyphum tenet hæc, capit altera ſceptrum,*
*Liberat hæc ſeruis referens cuſtodibus illum.*

Eodem

A Eodem pacto Anaximander etiam ita inquiẽs in Heroum oratione; cum prædam in ſocios partiretur Amphitryo, ſcyphúmque haberet, quem ſibi aſſumpſerat. Ac rurſus; Neptunus puellæ ſuæ Teleboæ ſcyphum tradidit, Teleboa Ptereleo quem acceptum impleuit. Eodem modo dixit & Anacreon; ego, cum ſcypphum haberem, eo pleno Erxionem canum habentem verticem prouocaui. Pro eo quod eſt præbibi. Eſt enim propriè præbibere alteri potum ante ſe dare. Atque Vlyſſes apud Homerum:

*Aretæ manibus calicem dedit amphicypellum.*

In Iliade:

*Poculo & inde mero pleno hic excepit Achillem.*

Implentes enim ſe viciſsim prolato nomine prouocabant. Panyaſis libro Heracleæ tertio:

*Aureus huic crater ac magnus munere Bacchi*
*Impletur, multíque ſcyphi mox dulce merum hauſit.*

Euripides maſculinè dixit in Euryſthia; ſcyphúſq; longus. Achæus in Omphale:

*Hic eſt ſcyphus quo me vocaſti cum Deo.*

Simonides auritum ſcyphũ dixit. Ion in Omphale: vinum σκύφει.
B in ſcypho nõ eſt. Nam ſcypho propriè dixit in neutro, cum formarit à ſcyphus nominatiuo. Sic Epicharmus etiam in Cyclope; agè infundas in ſcyphum. Alexis in Leucadia:

*Vini labru ſenioribus magnum ſcyphum.*

Epigenes in Bacchia; ſcyphum capiens lætatus ſum. Phædimus libro primo Heracleæ:

*Ex lignóque ſcyphum vini prædulcis amœni.*

Et Ariſtophanes Byzantius ſcribit:

*Præbuit ipſe ſcyphum plenum potaret vt inde.*

Atque Ariſtarchus:

*Præbuit ipſe ſcyphum plenum potaret vt inde.*

Aſclepiades Myrleanus in libro de Neſtoride ſcribit, quòd nullus vel mediocris in vrbe ſcypho aut ciſſybio vtebatur, niſi ſubulci, paſtores, aut ij omnino qui degunt in agris. Sic & Eumæus; plenum dedit ſcyphum quo biberet vino plenum. Alcman, ſæpius in montium cacuminibus, vbi feſtum Deis celeberrimum placeret, aureum vas habens, ac magnum ſcyphum, cuiuſmodi habere ſolent paſtores, manibúſque leontinum dilatans caſeum, quem magnum, non mollem, ac argenteũ coëgerat.

Aeſchylus in Perrhæbis: C

*Permulta glorioſa vbi ſunt munera?*

*Argenti vbi ſunt aurea & ſcyphomata?*

Steſichorus poculum apud Pholum centaurum ſcyphium appellat, quippe quod ſcyphi ſpeciem præ ſe ferat:inquit enim in Hercule; ſcyphium poculum continens trilagynum bibit,quod Pholus cum miſcuiſſet ei prębuit.In neutro genere Archippus in Amphitryone poſuit. Eſt autem lagynus apud Græcos menſuræ nomen ſicut choa ac cotyla, qui duodecim capit cotylas Atticas, atque in Patris hæc laganum menſura eſſe fertur. Laginum maſculinè dixit in Hecate Nicoſtratus; quanti appenſorum nobis lagynorum? maſculinè dixit & in lecto inſcripto; mo Ieſtus hic lagynus aceti propius. Diphilus in ſeruatis; vacuum habeo lagynum ò vetula, atque plenam peram. Lynceus Samius in Epiſtola ad Diagoram ita ſcribit;quo tempore in Samo eras peregrinus vidi te ſępius cum Diagora ad potum apud me congredi,vbi lagynus viritim ad voluptatem poſitus fuerat, vt ſingulis poculum daretur. Ariſtoteles in Repub. Theſſalorum lagynum fœmininè dici aſſerit apud Theſſalos. Ac Rhodianus verſificator in D Epigrammatibus:

*Dimidium vini,hinc picis Cepitidis,iſta*

*Archine,vera loquor verba,lagynus habet.*

*Subtiliorem hœdi carnem haud noui.qui dedit ipſe*

*Laudandus certè eſt omnibus Hippocrates.*

In neutro genere Diphilus dixit in fratribus:

*O' furum,*

*Subeuntiúmque perdite,id lagynium*

*Habens ſub ala mox adire ad epulas,*

*Hoc vendidiſſe donec vti in erano*

*Iniuria caupo ſit vnus vix reliquus*

*Affectus à vinipula.*

At illud,quod eſt in Gerione,lagenis Steſichori par capacitate,velut trilagynum triúm generum,eſt ambiguum. Petaſum ac hydriam à quibuſdam ita nominari teſtatur Eratoſthenes:atque ſcyphus à ſcaphide fortaſſe dicitur,quæ ligneum vas eſt ſimili ratione rotundum ſero & lacti capiendo accommodatum:ſicut apud Homerum dicitur:

*Omnia vaſa.*

Pocu

A *Poculáque ſcaphídéſque quibus mulgere ſolebat.*

Niſi ſcyphus quaſi Scytha dicatur, quoniam Scythæ plus æquo bibere ſolebant: cum Hieronymus Rhodius in libro de Ebrietate ebrium fieri ſcythizare dixerit, ſiquidē propinquæ ſunt literæ. φ. & ϑ. poſtea fictiles ſcyphi atque argentei ad eorum ſimilitudinem facti fuerunt, inter quos primi habiti ſunt dignitatémque obtinuerunt ij, qui Bœoti, ac Herculei ſunt vocati, quibus primus Hercules vſus eſt in caſtris, atq; idcirco dicti ſunt Herculei à quibuſdam: differunt enim ab aliis, quoniā in eorum auribus vinculum ineſt Herculeum. Mentionem fecit de ſcyphis Bœoticis in his Bacchylides, vbi orationem habet ad Caſtorem & Pollucem, eóſq; in hoſpitium adhortatur; Non adſunt boum corpora, neq; aurum, non tapetes purpurei, ſed animus beneuolus muſáque ſuauis, iucundúmque vinum in ſcyphis Bœoticis. Excellebant etiam Bœoticos Rhodiaci ſcyphi, quos Democrates faciebat. Tertium locum obtinuerunt Syracuſij: Scyphus lyrtus vocatur ab Epirotis vt teſtatur Seleucus: ac Scythus apud Methymnæos, vt autor eſt Parmeno in libro de Lingua. Dicebatur etiam ſcyphus B Lacedæmonius Dercyllidas, vt aſſerit libro decimooctauo Ephorus, ita inquiens; pro Thimbrone Dercyllidam Lacedæmonij in Aſiam miſerunt, cum audiuiſſent, quòd omnia cum dolis ac fraudibus Aſiatici barbari facere conſueuerunt, nam Dercyllidam mittentes minus exiſtimarūt deceptum iri, ſiquidem nihil erat Laconicum, quod eſſet moribus ſimplex, ſed omnia erant dolis feritatéque plena, ex quo ſcythum etiam ipſum Lacedæmonij appellarunt.

σκύφος σκύθος.

## *De Tabata, Tragelapho, triremi, Hyſtiaco phiala, Chryſide, & Argyride.* CAP. XVIII.

DE Tabæta ita meminit libro primo de Ponderibus Aſiæ, vbi ſcribit hoc pacto de melle aerio vocato, vnà cum foliis carpentes in maſſæ Syriacæ morem componunt: atque pilas facientes vbi guſtare libuerit, defringentes ab illis in ligneis poculis quos tabætas appellant, rigant, atq; excellentes bibunt. quod ſimillimum eſt, vel multò etiam ſuauis, ac ſi quis mel biberet miſtum. Appellantur etiam pocula quædam tragelaphi, quorum

ἀερόμελι. manna.

mentionẽ fecit Alexis in Parietes calce illiniente: cymbia, phialæ, tragelaphi, calices. Eubulus in Agglutinato: ſed quinq; adſunt phialę, duóq; tragelaphi. Menander in Piſcatore; tragelaphi inquit labronij. Antiphanes in Chryſide: C

*Diuitias*
*Vt ferunt ſponſo tenenti plurimas.*
*Talenta, præfectos domus, pueros, iuga,*
*Simul camelos, ſtrata, vaſa argentea,*
*Phialas, triremes, tragelaphos, carcheſia,*
*Liburnáque ex auro, ac rates, pariter cados,*
*Liburna uentricoſas ipſe non cados*
*Vocat.*

ἀμφίϑετον Quod autem triremis ſpecies ſit poculi, teſtatus eſt Epinicus in ſuppoſitis, cuius adduximus teſtimonium. Hyſtiacum poculum eſt quoddam. Rhinthori in Hercule; in hyſtiaco purorum remigum purorúmque mẽdicorum farinas obſorbes. Homerus vbi phialam ignis ignaram, ac vtrinque ſtantem nominat, auream etiam poſuit phialam, duplicémque populum, non intelligit poculum; ſed vas quoddam latum, lebetiſque ſpeciem præ ſe ferens, quódque duas fortaſſe habeat aures in vtriſque partibus. D Parthenius autem phialam ſine fundo eſſe credidit vtrinque ſtantẽ, quæ Dionyſio eſſet ſacrata. Apollodorus Athenienſis in libro de dictione Crateris, quæ non poſsit poni aut firmari in fundum, ſed in os, phialam eſſe cenſuit. Sunt qui arbitrentur eodem dici modo, quo etiam amphoram, quod poſsit vtrinque auribus ferri, ſic & auritam vtrinque phialam. At Ariſtarchus quòd ex vtraque parte in fundum conſtitui poſsit, atque in os dici exiſtimauit. Dionyſius verò Thrax circulari figura ac circumcurrenti credidit. Aeſclepiades Myrleanus phiala per literæ immutationem inquit eſt phiala, quaſi quæ bibenti ſufficiat, maior eſt enim poculo. Vtrinque poſita, igníſque expers, ac frigida producta, quæ igni nondum eſt impoſita: veluti lebetem poëta appellat, hunc quidem igni impoſitum, hunc verò ignis expertem.

*Florentem, dignúmque boue, intactúmque lebetem*
*Flammis.*

Vas frigidam aquam fortaſſe capiẽs intelligit, ita vt phia-

la

A la latiori ære o vaſi ſit ſimilis,quę frigidam aquam capiat. Illud verò amphithetũ nunquid duo funda habere ex vtraque ſcilicet parte exiſtimandũ eſt?vel amphi circum ſignificat,quod ipſum eſt eximium, ita vt eximiè factum apud antiquos ponere dicebatur,vnde amphithetum. Poteſt autem quod in fundum ac in os ponatur,intelligi, quæ poſitionis conſuetudo phialarum & Ionica eſt,& peruetus:atque his etiam temporibus phialas in faciem ponere. Maſcaliotæ conſueuerunt:cum dixerit in fugitiuis ſeruis Cratinus,phialas capere has in balneorum teſtudinis formam habẽtes vmbilicum. Eratoſthenes Lycophronem hanc dictionem neſciuiſſe ſcribit libro vndecimo Comœdię. Sunt autem phialarum vmbilici balneorum teſtudinibus perſimiles, quare non inſulse in formam iocantur. Apion ac Herodotus quales phialæ inquiunt, quarum vmbilicus Iſthmo eſt perſimilis. Aſclepiades Myrleanus in iis,quę de Cratino ſcripſit, balneumbilici dicuntur inquit, quoniam earum vmbilici balneorúmque teſtudines ſint ſimiles. Ac cum eadem dixerit Didymus hæc verba appoſuit Lycophronis,quę ita ſe habent ex vmbilicis,qui ſunt in muliebribus cõcauis locis,vnde ſcaphiis hauriunt. Timarchum libro quarto de Eratoſthene Mercurio, iocatũ eſſe quempiam hac dictione aliquis exiſtimare poſſet,quoniam plurima balnea Athenis rotunda,atque in circulum conficiuntur,quæ etiam in medio habent eductionem,in qua æreus vmbilicus conſpicitur. Ion in Omphale:ite exportate virgines cypella & meſomphalos, ſic enim balneumbilicos nuncupauit,quorum mentionem fecit Cratinus has capite phialas balneumbilicas. Theopompus etiã in Curis,phialam capiens plenam aureorum meſomphalum. Teleſtes, ſiue is,qui Perſas in eum relatos fecit,ita ſcribit; omnibus coronas ac vmbilicoſas Chryſides: nam phialas argenteas argyrides vocant Athenienſes, ſicut aureas chryſides. Argyridis peialæ ita mentionem fecit Pherecrates in Perſis; heus tu quo fers argyridem? de Chryſide meminit Cratinus in Legibus Chryſide cum libaſſet ſcripſit;ſerpentibuſque bibendum dedit. Hermippus in Cercopibus;

Idem.

βαλανειομφάλοι.

B

μεσόμφαλοι. vmbilicũ in medio habens.

*Chryſidem vini plenilunio ebibens ſurripuit.*
*Hic idem intercalaris;*
*Ego Ptolemæi regis quatuor,*

*Cryſides meri ſororis capiens*
*Regis has hauriens ebibi:*
*Velut quis æquum æquo miſtum*
*Et concordiæ, quare nunc non laſciuiam,*
*Sine lucerna ad tantum lumen.*

Scribit libro Hiſtoriarum quinto Herodotus lege ſancitum fuiſſe apud Argiuos ac Aeginetas ne Atticum quidpiam inferretur ad ſacrificia, neque fictile, ſed ex patriis ollulis in poſterum omnes ibi biberent. Meleager etiã Cynicus ita ſcribit in ſympoſio; Interea grauem illi propinationem præbuit ollulas duodecim profundas.

## De vaſe refrigerando apto. CAP. XIX.

DE vaſe refrigerando apto ita Plato meminit in conuiuio; ſed affer puer vas illud refrigerando aptum, ac videntem illud plurium quàm octo cotylarum capax, primum ipſum plenum hauſiſſe, Socrati poſtea infundere iuſsiſſe, ac producere, Archebulo præbente puer maximè opportune effundens vas vini refrigerando aptum ſubuertit. Alexis in Habitato; trium cotylarum inquit vas refrigerandi. Dioxippus in Auaro; Thericleos ab Olympionico cepit pertenues duo vaſa refrigerandi. Menander in actu ærea inſcripto; hæc præſens conſuetudo, merum exclamaui magnum vas refrigerado aptum, quis ebibit ipſas infelices perdens? Epigenes mentionem fecit vaſis refrigerando apti in Heroina, vbi multa vaſa connumerat: huc Thericleum rhodiacáque vaſa capiens afferas, ſolus pueros inferre facies refrigerandi vas, cyathum, cymbia. Strattis in Animatis: alius quiſpiam vas refrigerandi, alius æreum cyathum cum abſcondiſſet, quaſi dubius iacet, cotylidem fingit cum ſemodio. Alexis in mundo muliebri, vas exiguum refrigerandi in his nominat: obuius fui peregrino circa Lyſineſonem vir Acthon, puerósque allocutus ſum: duo enim pocula domo exportaueram, quę vt in apertum ponerentur, nitro erant obducta: aderat cyathus etiam argenteus, ac pocula duas drahmas poſcebant: cymbium quatuor: vas exiguum refrigerandi duos obolos Philippide magis tenue. Heracleon Epheſius, quod nos refrigerandi vas vocamus inquit, Pſycteriam nonnulli

A li nominarunt; ac Attici velut nomen externum prorſus adhorrent. Euphorion in Præbente:

*Refrigerans vas cum voces pſycteriam,*
*Betámque olus, lens cum vocetur & tibi*
*Lens, quid facere eſt opus ſcio vir optimè,*
*Auri vel vt ſoluas mihi vocis ſtatim*
*Mutationem Pyrgothemis.*

Antiphanes in Equitibus:

*Quo viuimus? nobis adeſt ephippium*
*Stratum, ſimúlque pulcher eſt hinc pileus*
*Aptum refrigerando vas idoneum.*
*Amalthea cornu magis quid poſtulat?*

At in Carna declaratur apertè quod vino miniſtrantes hoc cyatho vtebantur. Nam cum tripodem cadúmque ac vinum refrigerans vas poſuiſſet, ac hauſiſſet, ipſum in ſequentibus dicentem inducit; vehementior erit potus: dixiſſe quidam fertur, non etiam licet cyathis indulgere, ſed cadum hunc, ac poculum, & alia omnia capiens efferas. Dionyſius Tryphonis in libro Nominum vas refrigerandi inquit antiqui Dinũ appellarũt. Nicander Thiatirenus

B refrigerãtes locos appellari inquit eos qui nemo roſi ſunt, ac opaci, deiſque conſecrati, in quibus refrigerari licet. Aeſchylus in Adoleſcentulis: Lacertas in ſuppoſitis refrigerantibus. Euripides in Phaetonte: refrigerantes arbores gratis vlnis dicetur. Atque is, qui fecit ægimium, ſiue Heſiodus fuit, ſiue Cercops Mileſius, hæc inquit:

*Vas erit hic noſtrum refrigerans dux populorum.*

## *De odo, ouoſchypiis, ouis, poculis.* CAP. XX.

OVum poculum quoddã appellabatur ait Triphontius in nominibus, id quod præbebatur in carminum cãtilena, velut teſtatur in Duplicibus Antiphanes:

*Quid eſt Deis? nihil profectò plus Deis,*
*Ni poculum quis miſceat. teneas: odum cape,*
*Ac poſtea nullum abſoleterum virum*
*Horum facias, Telamonem, ſed neque*
*Paeonem, neque Harmodium.*

De ouoſcyphiorũ poculorum forma ita narrat Myrleanus Aſclepiades ĩ lib. de Neſtoride quod duo habet funda: vnũ quidem

quidem in infima parte,quod ei ferruminatum eſt,alterum C
verò appoſititium,quod ex acuto incipiat, ac deſinat in obtuſum,in quod poculum firmatur. De ouo poculo ita Dinon libro iij.rerũ Perſicarum, eſt autem potibazis ex hordeo panis ac tritico aſſatus,coronáque ex cypariſſo, ac vinum in aureo ouo miſtum,ex quo bibit rex ipſe. Cum tot dixiſſet Plutarchus,atque ei ab omnibus applauſum eſſet, phialam expetiuit,qua Muſis libans,earúmq; matri Mnemoſynæ,omnes poculo,propinationis phialam inquiens, inuitauit, velut ſi quis ex opulenta vinea manu capiens ſpumanti decorauerit.neque iuuenem ſolum generum inuitans,verum etiam omnes eius amicos, puer óque dedit,
πιεῖν ὠδάν vt in circulum circunferret,quod in circulum bibere eſſe dicebat, illud interim adducens ex Perinthia Menandri, neque enim vnum calicem omnino vetula dimiſit, ſed bibit in circulum:ac rurſus ex numine affata:

*Rurſus ſtatim dedit bibiſſe in circulum,*
*Primum meri ipſis poculum.*

Euripides in Creſsis:in cæteris gaudens cum poculum ſer pat in circulum.

D

## *Quatenus bibendum ſit, ac de Platonis Xenophontiſque contentione in conuiuijs ſcribendis.* CAP. XXI.

CVm poculum magis amplum Leonidas Grammaticus popoſciſſet,dixiſsétque effundamus viri amici, Sic enim Herodotum dixiſſe potum in his teſtatur Dyſanias Cyrenæus: poſtea ante cœnam ſacrificantes in crateras, conuiuia ac clamores ſe conuerterunt.Atque is,qui mimos compoſuit, quos ſemper ſe præ manibus habere inquit Duris,ſapiẽtem Platonem affirmat,& in cratere hyemem faciente,biberamus.Sed per Deos ait Pontianus non aptè ex poculis ingentibus bibitis,cum ſuauiſsimum ac elegantiſsimum Xenophõtem præoculis habeatis, qui ita ſcribit in Sympoſio: Socrates dixit rurſus:verũ mihi etiam ô viri bibendum videtur, nam vinum cum animos irrigauerit, dolores quidem omnes ſedauit, velut mandragora homines in ſomnum conuertit, atque velut oleum flammas,ita virorum comitatem excitauit. Videntur autem mihi id etiam

A etiam virorum corpora pati, quod plantæ etiam, quæ in terra natæ fuerint. Illæ ſiquidem vbi cœli frequentibus imbribus irrigatæ ſint, nullo pacto ſeſe erigere poſſunt, neque auris perflantur: verum cum quantum ſufficiat ebiberunt, & rectè & feliciter ſurgunt, & ad fructuum generationem facillime perducuntur. Sic nos etiam ſumus affecti, nam ſi potum frequentiorem hauriamus, ſtatim & mẽs & corpora noſtra ab æquitate declinarunt, ac neque reſpirare, nedum dicere quidpiam poſſumus. Quòd ſi nobis pueri in minora pocula irrorauerint, vt Gorgoneis verbis & ipſe vtar, ſic vino non coacti ebrij fieri, verum leniter commoti in comitatem lætitiámque conuertemur. ſi quis hæc optimi Xenophontis verba paulò altius conſiderauerit, facile cognoſcere poterit quam in illum habuit Zelotypiam ſplendidiſsimus Plato: vel certè à principio viri iſti inter ſe contendebant, cum cognoſceret vterque quam haberet virtutem, ac idcirco quis eorum primum locum obtineret, decertabant. Neque enim ex iis ſolum, quæ de Cyro dixerunt, nobis intueri licet, verum etiam ex ipſis argumentis: ambo ſiquidem conuiuia ſcripſerunt, atque hic
B iniecit tibicinas in ipſa, hic verò introducit. Atque hic vti ſuperius vidimus magnis poculis bibendum eſſe abnuit, hic Socratem vaſe refrigerandi bibentem inducit vſque ad auroram. In libro etiam de anima, vbi diſſerit Plato, ſingula accidentia connumerat, neque exiguam ſanè mentionem Xenophontis facit. Diſſerit præterea de Cyro, quod omnia patria inſtituta edoctus fuit à prima ſtatim adoleſcentia. Hic idem Plato libro tertio de Legibus ſibi ipſi contrarius hæc ita ſcribit, de Cyro vaticinor quòd bonus erit dux, patriæq́; amator, at rectam inſtitutionem neque attigit prorſus, neque rebus ſanè œconomicis mentem adhibuit. Videtur autem à puero militaſſe, cum pueros mulieribus nutriendos præbuerit. Cum rurſus Xenophon in Perſas ad Cyrum cum decem Græcorum millibus traieciſſet, Menoniſque Theſſali proditionem diligenter cognouiſſet, qui autor extiterat, vt à Tiſſaphene ij perderentur, qui venerant cum Clearcho, quibúſque moribus eſſet, quàm moleſtus, quàm intemperans, declarans optimus Plato, cum pene dixerit, non legitima hæc eſt oratio, illius laudes percurrit. Qui alios ſemel vitio dederat,

Homer

Homerúmque eiecerat è Republica, omnémque imitatricem poëticam facultatem, ipſe imitantes dialogos ſcripſit: C quorum tamen rationem non ipſe prior inuenit, at genus hoc orationis ante ipſum inuenerat Alexamenus Teius, velut Nicæus Nicias teſtatur, ac Soterion. Hunc in modum ſcribit Ariſtoteles in libro poëtarum: ne feramus igitur appellatos Sophonis mimos metricas eſſe orationes, aut imitationes: ac neque Alexameni Teij dialogos Socraticos primos ſcriptos. Apertè ſignificauit doctiſsimus Ariſtoteles Alexamenum dialogos ante Platonem repeiiſſe. Carpit Thraſymachum Plato Chalcedonium, ſimilem nomini ſophiſtam eſſe inquiẽs, tum etiam Hippiam, & Gorgiam, & Parmenidem: at in vno dialogo Protagora, complures, qui hæc dixerat in Republ. cum ciuitas in populari ſtatu fuerit, vt arbitror, libertatiſque fuerit ſitibunda, ſi malos pincernas cõſequatur, vinúmque purum à ſe ipſa deſipit, ac fit ebria. Illud præterea fertur quòd cum eiuſdem nominis ſuum dialogum Gorgias legiſſet ad familiares ſuos dixerit, quàm bene Plato maledicere nouit. Hermippus in Gorgia, Gorgiam ſcribit Athenas profectum fuiſſe, poſtea quàm ſuam ipſius imaginem aureã in Delphis depoſuit. Cum igitur eum Plato vidiſſet dixiſſe fertur, bonus ac aureus Gorgias ad nos acceſsit, cui reſpondit Gorgias, ſiquidem bonum hunc iuuenémque Archilochum tulerunt Athenæ. Dicunt alij quod cum Platonis dialogum Gorgias legiſſet, dixit præſentibus quod nihil horũ dixit, ac nec à Platone quidem audiuit: quæ eadem Phædonem aiunt dixiſſe, cùm legiſſet librum de Anima, quare optimè de eo dixit Timon: D

*Sic finxit Plato, cum fingere plurima noſſet.*

ἀπλάτιον ἀπὸ τοῦ πλάτων. Socratem Platonis in colloquium cum Parmenide conuenire, vix Parmenidis ipſius ætas patiebatur, nedum dicere ac audire ſermones huiuſmodi. At id omnium eſt fœdiſsimum vel dictu, nulla neceſsitate coactum dixiſſe, quòd Zeno conciuis ipſius Parmenidis deliciæ eſſe conſueuerat. Fieri præterea non poteſt, vt Phædrus temporibus Socratis fuerit, nedum ab ipſo fuiſſe amatum. Neque ſanè Paralus ac Xãtippus Periclis filij, qui peſte perierant cum Protagora diſſerere potuerunt, cum ſecundò Athenas profectus eſſet, quum prius multò periiſſent.

Poſſent

A Poſſent & alia complura de eo dicendo demonſtrari, quod dialogos finxerit.

## *Quòd Plato in omnes erat implacidus, & quadam contra eius dogmata.* CAP. XXII.

QVòd autem Plato in omnes eſſet implacidus, patet vel ex iis, quæ in Ione ſcribuntur, vbi omnes poëtas conuitiis inſectatur: ac eos poſtea, qui à populo prouehuntur, vt Andrium Phonesthenem, Apollodorum Cyzicenũ, Heraclidem Clazomenium: at in Menone primates Athenienſium, Ariſtidem ſcilicet ac Themiſtoclem Menonem contrà laudat qui Græcos prodiderat. Poſtea in Euthydemo & ipſum, & illius fratrem Dionyſiodorum carpit contentioſos, bonáque tardè diſcere incipientes cum nominârit: vituperat etiam eorum ex Chio patriæ fugam, ob quam in Thuriis habitarunt. At in dialogo de fortitudine Meleſiam Thucidydis eius, qui Pericli in rebus publicis aduerſarius fuit, ac Lyſimachum ex iuſto Ariſtide ortum paterna virtute indignos eſſe dixit. Quæ verò in con-
B uiuio de Alcibiade dixerit, indigna ſunt prorſus vt in lucem proferantur, ſicut quæ in primo etiam dialogo in ipſum: nam ſecundus Xenophontis eſſe à nonnullis exiſtimatur, ſicut Alcyon Leontis Academici, vt teſtatur Nicaeus Nicias. Quæ igitur dicta ſunt in Alcibiadem ſilentio præterire honeſtius eſſe decreui. Quòd autẽ Athenienſem populum vanum iudicem eſſe dixerit, aperte intueri licet. Cum Lacedæmonios laudaret, vnà & omnium Græcorum acerrimos hoſtes Perſas laudauit, Alcibiadíſque fratrem ac Niciam inſanum furioſúmque demonſtrat, filióſque illius inſulſos. Midiam ortygocopum, Athenienſémque populum perſonatum quidem eſſe dicebat, at oportere ipſum ſpoliatum videre: videbitur enim inquit res inſignis admodum circumiecta, forma prorſus ficta. Nec Themiſtoclis quidem accuſationi in Cimone pepercit, neque Alcibiadis aut Myronidis, ſed neque ipſius Cimonis. Criton etiam illius Sophoclis habet incurſionem. Gorgias verò non ſolum ei, à quo inſcribitur, verum etiam Archelao Macedoniæ Regi non pepercit, quem non ſolum turpe genus deducere ſcribit, verum etiam dominum interfeciſſe.

*ὀρτυγοκόπος ludus ĩ quo percutiebatur cothurnix.*

eiſſe. Hic ille eſt Plato, quem Archelai amiciſsimum fuiſſe narrat Speuſippus, ac idcirco Philippo cauſam extitiſſe imperij. Sic igitur ſcribit in Hiſtoricis commentariis Caryſtius Pergamenus: Cum Speuſippus Philippum audiſſet Platonem carpere, ſimile quidpiam, velut ad viros neſcientes in Epiſtola ſcripſit, quod Philippus per Platonem Imperij principium eſt adeptus: Plato enim Euphræum Oritam ad Perdiccam miſit, qui ei perſuaſit regionem quandam Philippo impertire, qui cum ibi copias nutriuiſſet, vbi mortuus eſt Perdiccas, cum ſuis copiis promptis rem eſt adortus: quod quantopere verè dictum ſit, Deus ipſe nouerit. At bonus illius Protagoras præter id quòd multorum poëtarum, ſapientúmque virorum habet concurſum, habet Calliæ etiam vitam publicè reprehenſam, magis quàm Eupolidis adulatorum. In Menexeno verò non Hippias ſolum ſubſannatur, verum etiam Antiphon Rhamnuſius, ac Lamprus muſicus. Sed mihi vel dies ipſe deficeret, ſi omnes eos connumerare velim, qui ab eo ſapiente male audiuerunt. Neque tamen laudandum duco, qui cum multis & ipſe detraxerit, ipſi etiam Platoni non pepercit, ſed cum ipſum per iniuriam Satonem appellauerit, dialogum edidit inſcriptionem huiuſmodi habentem, hæc etiam ſcripta reperiuntur ab Hegeſandro Delpho in commentariis, de Platonis in omnes calumnia: poſt Socratis mortem cum permulti illius familiares in cœtu quodam triſtarentur, Plato præſens poculum cepit, omnéſque illos bono eſſe animo hortatus eſt, quia vires ſibi regendæ ſcholæ ſufficerent ac Apollodorum poculo pronocauit, qui dixit quòd libentius ac ſuauius veneni calicem à Socrate excepiſſet, quàm ab ipſo vini poculũ. Videtur inuidus fuiſſe Plato, ac moribus minimè probus, nam & Ariſtippum carpſit ad Dionyſium proficiſcentem, cum tèr in Siciliam ipſe nauigarit: ſemel quidem riuorum gratia, cum congreſſus cum ſeniore Dionyſio propior fuit periculo: biſque ad Dionyſium Iuniorem. Aeſchino præterea paupere vnum diſcipulum Xenocratem habente, illum attraxit. Phædoni ſerui legem impoſuiſſe deprenſus eſt, ac in omnibus denique Socratis diſcipulos nouercæ animi affectum oſtendit. Quare non inſuauiter cum id cõiectura Socrates cõſequeretur pluribus præſentibus ſe per ſomnũ vidiſſe

A diſſe dixit, quod Plato cornix effectus in caput ipſius inſiluiſſet;caluitiémque eius vellicaret,circunſpiciénſque teneret. Video te ô Plato permulta contra caput meum mentiri. Erat Plato,præter calumniam,glorioſus;quippe qui dixerit, extremum gloriæ ſagum in ipſa morte exuimus, in teſtamentis, in exportatione, & in ſepulchris, vt inquit in Memorabilibus Dioſcorides. Quis autem velle ciuitatem condere,legéſque imponere, non gloriæ cupidi viri eſſe dixerit? quod manifeſtè patet ex iis,quæ dixit in Timæo: idē ego paſſus ſum quod ſpectat ad rempublicam, quod & pictores, qui opera ſua ſe mouere, ac operari videre cupiunt, ſic & ego ciues,quos deſcripſi. De iis,quæ in illius dialogis dicta ſunt, quid dicere quiſpiam poſſet? anima enim quæ immortalis ab eo ficta eſt, quæ per ſolutionem à corpore ſeparetur, primum dicta eſt ab Homero, dixit enim hic quòd anima Patrocli ad inferos iuit:

*Queſta ſuum fatum primæuo flore iuuentæ*
*Robora deſeruit.*

Quòd ſi Platonis orationem eſſe quis dixerit, non noui quam vtilitatem ex ipſa capiamus. Nam ſi quiſpiam con-
B ceſſerit defunctorum animas in aliam naturam pertranſire, ad ſublimiorémque locum puriorémque venire, propterea quòd leuitatem quandam ſortiantur, quid magis hinc nobis accedit? quorum enim nulla eſt commemoratio, neque ſenſus eſſe poſſet,ſi ſimus prorſus, quæ gratia huius immortalitatis eſt habenda? leges etiam,quæ ab eo compoſitæ fuerunt,hiſque prior reſpublica,quid fecerunt prorſus? oportebat ſanè ipſum aliquibus ex Græcis perſuadere, vt his vterentur, ſi modo ſunt vtiles, velut Lycurgus perſuaſit Lacedæmoniis, Solon Athenienſibus, Zaleucus Thuriis. Eſt enim lex,vt inquit Ariſtoteles, determinata ratio iuxta ciuitatis conſenſum,quæ ſingula quo pacto facienda ſint, declarat. At quo pacto non abſurdus exiſtimandus eſt Plato? nam cum tres fuerint Athenienſes legum latores: Dracon, Plato,ac Solon,horum leges ciues obſeruarunt,Platonis verò ſubſannantes deriſerunt, Oratio illa præterea de Republica,& ſi omnium pulcherrima ſit, nobiſque nihil perſuadeat, quid magis? viſus eſt ipſe Plato non exiſtentibus viris leges ſcripſiſſe, ſed hominibus à ſe fictis, ita vt qui his vtantur poſtea perquirere oporteat. Conueniebat ſanè ea

ſcribere quæ dicendo perſuaderet,ac non optandis viris hęc ſcribere: ſed iis,qui hæc ipſa compleсti poſſunt. Verum vt hæc prætermittam,ſi Timęos,Gorgias,aliôſque his ſimiles dialogos quiſpiam percurrat: in quibus de rebus percurrit Mathematicis,naturalibus,aliíſque compluribus,neque idcirco admirandus perſpicietur: ſiquidem hæc ipſa ex aliis etiam percipere licebit, vel melius dicta, vel non deterius certè.Nam & Theopompus Chius in libro contra Platonis conſuetudinem complures illius dialogos inutiles ac mendaces eſſe teſtatur: multos etiam alienos eſſe ex conſuetudine Ariſtippi,nonnullos Antiſthenis,aliôſque Heracleotici Bryſonis,verum ea nos etiam quærimus ex illius orationibus, quæ ſecundum ipſum dicuntur, quod non inuenimus. Sed conuiuia ſermonéſq; de Amore ita parum honeſtos compoſuit: veluti eos prorſus paruifecerit, qui eos erant lecturi. C

## *Platonis diſcipuli tyrannici.* CAP. XXIII.

FVerunt complures ex Platonis diſcipulis etiam tyrannici,atque calumniatores:nam cum in Macedonia verſaretur cum Perdicca Rege Euphratus,non minus quàm ille imperabat,cum malus eſſet,& calumniator, qui ita frigidè Regis amicitiam coordinauit, vt conuiuio adeſſe nulli liceret, niſi Philoſophiam aut Geometriam prius ſciuiſſet. Quamobrem cum imperium cepiſſet Philippus, illum capiens Parmenio in Oreo iugulauit, vt aſſerit in hiſtoriis commentariis Caryſtius. Callippus etiam Athenienſes Platonis & ipſe diſcipulus Dionis & condiſcipulus & ſocius, cum Syracuſas cum ipſo profectus eſſet, Dionémq; vidiſſet monarchiam ſibi parauiſſe illo interfecto, cum ipſe tyrannus eſſe conaretur iugulatus eſt. Euagon Lampſacenus,vt Euryphylus aſſerit, ac Diceocles Cnidius libro Conſuetudinum vigeſimo primo:ac Demochares orator in libro de Sophocle erga Philonem,cum patriæ argentum fœneratus eſſet, arcémque in arrhabonem accepiſſet, ſpoliator ac tyrannus eſſe nitebatur,donec in eum irruentes Lampſaceni, nummóſque reddentes,eum eiecerunt.Timæus Cyzicenus, velut ipſe Demochares eſt teſtis, cum nummos ac frumentum ciuibus dediſſet, ac idcirco vir bonus eſſe putaretur à D

Cyzice

A Cyzicenis, ac cum perexiguum temporis ſpatium ſe continuiſſet Rempublicam per Aridæum adortus eſt. Poſtea captus, iudicatus, ac dedecus conſecutus in ciuitate quidem permanſit & conſenuit, at inglorius ſine honoréque vixit. Sunt huiuſmodi nunc etiam nonnulli ex Academicis, qui irreligioſè viuunt ac minus honeſtè: nam vel præter pietatem, vel præter naturam cum nummos ſint adepti, nunc ob fallacias omnibus ſunt conſpicui, velut Chæron etiam Pelleneus, qui non Platone ſolùm magiſtro vſus fuit, verum etiam Xenocrate. Hic etiam cum aſper patriæ tyrannus eſſe cœpiſſet, non ſolum optimos quóſq; ciues ex patria profugauit, ſed etiam dominorum prædiis ſeruis conceſsis, mulieres poſtea illorum in matrimonium præbuit: quam vtilitatem ex optima illa Platonis Republica cepit, ac ex illegitimis legibus. Ephippus idcirco comicus Platonẽ ipſum in Naufrago carpit, & ex illius familiaribus nonnullos, quos ob pecuniam multa mala facientes demonſtrat. Quodq; prodigè abſumere ſolebant, quod denique intemperantium & pulchritudinem plurimo ſtudio adipiſci ſectabantur. Sic autem ſcribit:

B *Poſtea conſiſtens promptus iuuenis*
*Ex academia quidam ſub Platone: &*
*Bryſon audax labris capiens pecuniam,*
*Percuſſus neceſsitate capiente onera arte*
*Simul verſans quis abſurda non valens dicere.*
*Bene quidem nouacula raſos habens capillos,*
*Beneq; demittens barbæ longitudinem,*
*Bene in calceo multis poſitis, ſub nouacula*
*Tibiæ habens veſtem æquis reuolutionibus.*
*Tumore veſtis bene armatus.*
*Figuram dignam imponens baculo*
*Alienam, non propriam vt mihi videtur.*
*Dixit viri Athenienſium agri.*

Ad hæc vſque nobis progreſſa ſit noſtra oratio amiciſsime Timocrates. At dicamus in poſterum de iis, qui celebres fuerunt ob delicias.

# ATHENAEI C
# DIPNOSOPHISTARVM
## LIBER DVODECIMVS,
### *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

*Voluptatis obiurgatio.* CAP. I.

VIDERIS *eſſe vir Cyrenæus mihi,*
*Iuxta Tyndareum Alexidis amice Timocrates.*
*Nam ſi quis ad cœnam virum vocauerit,*
*Adſunt alij decemq; & octo mox viri.* D
*Currus decem, tum quinque bigæ non decem:*
*Victum quibus neceſſe ſit profundere.*
*At quempiam haud vocaſſe ſit præſtantius.*

Ita mihi etiam vtilius tacuiſſe fuerat, neque tot antea dictis aliquid adiungere. Sed quoniam diligenter ſermonem à nobis de celeberrimis ob delicias perquiris, atque de horum voluptate, fruitio primum quidem eſt cum deſiderio, poſtea cum voluptate. Sophocles poëta, cum vnus ex iis eſſet, qui ſe deliciis dederant, ne ſenectutem accuſaret, ſuam ipſius debilitatem intemperantiam retulit, quod ad rei Venereæ fruitiones ſpectat, à qua velut à quodam domino ſe libẽter liberatum eſſe dicebat. Ego verò Paridis iudicium, quod antiquitus factum eſt, voluptatis virtutiſque comparationem eſſe contenderim. Cum Venus igitur potior iudicata fuiſſet, id eſt voluptas, omnia confuſa perturbatáque ſunt. Mihi præterea videtur elegans Xenophon hinc fabulam eam ſumpſiſſe, quæ ad Herculem virtutémque ſpectat, iuxta Empedoclem;

Non

A *Non Deus armorum Mars illis,nullaq́; bella*
*Neptunus,Saturnus erat,non Iuppiter aut rex.*
*Sola fuit Regina Venus Cytheræa virorum,*
*Quam ſacris ſignis iuſtè placare ſolebant,*
*Necnon ſuffitu, pictisq́; animalibus ijdem,*
*Thuris odoriferi ſuffitu,ac munere myrrhæ,*
*Ad terram mellis libamina proijcientes.*

Menander in Citharista mentionem faciens de quodam muſicam exercente, hæc inquit; muſicæ amicum eſſe eum valde,ac in delicias ſemper percepta docere. Sunt quidam, qui naturalem eſſe voluptatem contendant,propterea quòd animalia omnia illa adducantur: cum timor,animi imbecillitas, aliique animorum affectus non in omnibus æquè animalibus reperiantur,quæ à ratione vtentibus reprobantur. Nam voluptates immoderatè ſectari,dolores perquirere exiſtimandum eſt: quamobrem cum vellet Homerus voluptatem nobis execrandam facere, Deos vel maximos inquit nulla ex parte ipſorum vi fuiſſe adiutos, ſed maximè læſos,cum illius impetu traherentur.Quæcunque enim de rebus Troianis Iuppiter pernoctans cogitauerat, hæc per diem voluptate captus ſubuertebat. Tum fortiſsimus
B Mars à debiliſsimo Vulcano ligatus fuit, qui cum illegitimis amoribus detineretur, calumniam ac pudorem ex illis reportauit.Inquit enim ad Deos, qui vt eum vinctum viderent,conuenerant:

*Si quod agis virtute caret celerem capiet te*
*Vel tardus:tardo Mars ſum comprenſus vt ipſe*
*Vulcano, ſuperum cum velociſsimus eſſem.*
*Irretit volucres ſic claudus is artibus iſtis.*

Neque vllus ſanè ſuauem Ariſtidis vitam eſſe dixerit, ſed ipſam Smindridæ Sybaritæ ac Sardanapali: nam Theophraſtus; iuxta communem hominum ſententiam inquit in libro de Voluptate, non eodem modo ſplendidus erat, neque velut illi deliciis operam dedit. Sed neque Ageſilai Regis Macedoniæ; ſed ſi magis hanc ſine dolore conſequatur, ita vt quod ad famam ſpectat, eſſet occultus. Neque Semideorum profectò eorum, qui iuerunt ad Troiam; ſed multò magis præſentium, atque id meritò. Nam & inordinatus hic erat, & velut inuentu difficilis, ac neque fiebat conſuetudo, neque artium ſtudium exquiſitarum.

Hic verò omnibus detentus erat, facilitate, fruitione, C aliiſque vitæ inſtitutionibus. Voluptas omnium eſt ſuperbiſsima, vt ait Plato in Philebo. Verum ſic ratio poſtulat, vt in voluptatibus, quæ ſpectant ad rem Veneream, quæ omnium maximæ eſſe videntur, vel peieratio veniam apud Deos conſequatur, velut voluptates puerorum, qui nondum compotes ſunt rationis. At libro Reipublicæ octauo idem Plato vulgatum illud Epicureorum primus declarauit, quòd ex voluptatibus aliæ naturales quidem ſunt, at non neceſſariæ; aliæ neque naturales, neque neceſſariæ; ita ſcribens, nunquid igitur ſanitatis benéque habendi gratia comedere cibum ac obſonia neceſſe eſt? vt puto. At cibi nunquid iuxta vtranque rationem neceſſarij ſunt, qui vtiles ſint, ac poſsint viuos pacare? certe. At quæ eſt obſonij ratio, num quis vtilitatem ad bene habendum ſpectare dixerit? profectò, quid igitur, quæ vltra hos, alióſque cibos, aut huiuſmodi ſimilium appetentia? at quæ reprimitur à puero, & ex multis ob diſciplinam ſecedit, corporíque ac animo, quòd ad prudentiam ſpectat, temperantiámque nocet, num rectè poterit non neceſſaria dici? rectiſsimè quidem. D

## *Voluptatis laus, Hercules voluptati deditus.*

## CAP. II.

ITa ſcriptum reliquit in libro de Voluptate Heraclides Ponticus; Tyranni atque Reges cum omnium bonorum ſint domini, omniáque ſint experti, voluptatem omnibus præferunt, cum magnificam faciat virorum naturam ipſa voluptas. Omnes idcirco ij, qui voluptatem deliciáſq; amplectuntur, magnanimi ſplendidiſsimiq; fiũt, velut Perſæ, Medi. illi enim maximè omnium hominũ voluptatem deliciáſq; amplexantur, cum omnium barbarorũ maximè ſint magnanimi, ac robuſtiſsimi. Voluptate deliciiſq; capi liberorum eſt, ſiquidẽ animus his remittitur atq; augetur: laborare verò miſerorum eſt ac ſeruorum, quoniam animus eorum contrahitur, atque natura. Maxima fuit Athenienſium ciuitas cum deliciis oblectaretur, viróſq; magnifi

cent

A centiſsimos educauit; nam & purpureis induebantur veſtibus, & ſagulis variegatis, corymbóſq; dimittebant capillorum, & aureas cicadas circa frontem accommodabant, comámque ferebant, & pueri ſellas, ne in quouis loco conſiderent, illis afferebant. Iſti tamen illi erant, qui pugnam in Marathone vicerunt, ſolique totius Aſiæ copias profligarunt, captiuáſque duxerunt. Illi præterea qui prudentiſsimi ſunt exiſtimati inquit, quiq; plurimum nominis in Philoſophia ſunt conſecuti, maximum bonum voluptatem eſſe ſunt arbitrati. Ita etiam ſcripſit Simonides; quæ mortalium hominum vita eſſet optanda, aut quæ tyrannis, ſi ſuauiſsima voluptate ſit priuata? ſine qua nec Deorum quidem vita eſſet iucunda, vel expetenda. Vbi Pindarus Hieronem Syracuſiorum regem admonet, ne ſummoueas oble&ationem inquit dum viuis, nam tibi homini vita iucunda maximè conuenit. Homerus etiam iucunditatem ac lætari ſuauiſsimum finem eſſe dixit, vbi conuiuæ cantores audiunt, ac menſæ dapibus oneratæ ſunt appoſitæ. Deos quoque facile viuentes nuncupauit, faciléq; ſine labore ſignificat, quaſi omnium malorum maximum eſſe ſenſerit miſeriam laborémque, quæ ſpectant ad victum. Idcirco Megaclides poëtas illos increpat, qui Homerum ac Heſiodum ſecuti ſunt, qui dixerunt de Hercule quòd regebat exercitus, vrbéſque expugnauit, cum hominibus tamen cum plurima voluptate viuebat. Complures vxores duxit, ex multiſque virginibus ex occulto coïtu filios ſuſcepit. Atque contra res huiuſmodi non admittentes, dicere poſſet quiſpiam, quo pacto heus vos ſtudium id illi conceditis, quod ſpectat ad epulas? vel vnde ad homines ſerpſit nihil ex calice libando apto relictum eſſe, niſi quæ ad voluptatem ſpectant is probaſſet? vel cur calida lauacra, quæ ex terra ſcatent omnes Herculi ſacrata eſſe dixerunt? aut quamobrem mollia ſtrata Herculis lectos appellitare conſueuerunt, ſi ſuauiter viuentes ille contemnebat? Hunc ait iuniores poëtæ in prædonis ſpeciem formarunt, qui ſolus vagaretur, clauam habens, leoniſque pellem, ac arcum, quæ omnia à Steſichoro ſuauiſsimo prius ficta fuerunt. Xanthus autem poëta qui Steſichoro multò fuit antiquior, velut Steſichorus ipſe teſtatur, vt autor eſt Megaclides, non eam

ſto'am illi at Homericam iniunxit. Complura Xanthi dicta ab ipſo Steſichoro immutata fuerunt, velut etiam vocata Oreſtia. Antiſthenes cum bonum quidpiam voluptatem eſſe dicat, cuius non pœniteat addidit. At Vlyſſes, qui eſt apud Homerum, dux extitiſſe videtur Epicuro vulgatiſsimæ voluptatis, cum inquiat: C

*Certè ego non dicam quicquam iucundius eſſe,*
*Quàm cum lætitia capimur, pulſóq; dolore*
*Conuiuæ accipiunt iucunda per atria cantum;*
*Ordineq; aſsidunt, epulis onerantur opimis*
*Menſæ, tum pincerna merum ex crateribus haurit:*
*Pocula mox implet tribuens præſentibus illa.*
*Dulcius hoc eſſe haud quicquam ſic mente voluto.*

At Megaclides Vlyſſem inquit temporibus inſeruire ſolitum, vt eiuſdem ingenij Phæacibus eſſe videretur, cum maximè ad complectendas eorum delicias Alcinoo promptus videri ſtuderet;

*Sunt citharæ, atque chori, ſunt & conuiuia grata;*
*Alternæ veſtes, lecti tepidumq; lauacrum.*

Sola enim hac ratione ſe conſecuturum ea, quæ volebat, exiſtimauit. Huiuſmodi eſt is etiam, qui Amphilochum puerum admonet; ô fili marinæ feræ ſaxatiliſq; cutis mentem quam maximè comparans, in omnibus verſare ciuitatibus. Præſentia vel lubens laudato, ac aliàs alia cogites. Sic ait etiam in Iphigenia Sophocles: D

*Viris referto polypi corpus, qui vbi*
*Saxis adhæret fit ſimilis ſententia*
*Ex propria.*

Et Theognis;

*Polypodis mores imitabere multiplicis.*

Sunt qui ſententiæ huius & Homerum fuiſſe dicant, quòd eum ſtudioſæ vitæ præpoſuerit dicentem ſæpius:

*Concilio ſuperi venerunt, ſedibus aureis*
*Conſedere, quibus Hebe veneranda miniſtrat*
*Effundens nectar, qui ſe excepere viciſsim*
*Aureis poculis.*

Ac Menelaus etiam inquit apud illum: *Nos*
*Diuidit haud aliud delectatos & amantes.*

Et

*Sedimus & carnes multas, & dulcia vina*

*Sumentes.*

A *Sumentes.*
Quamobrem Vlyſſes etiam delicias,ac immodicam laſciuiam vitæ ſcopum poſuit apud Alcinoum.

## *De Perſarum delicijs.*

## CAP. III.

Celeberrimi omnium virorum ob ſuas delicias Perſæ primi fuerunt, quoniam in Suſis reges hyemabant, æſtatémque degebant in Ecbatanis. Suſa ob loci ipſius amœnitatem vocata fuiſſe ſcriptum reliquit Ariſtobulus, ac etiam Chares. Eſt autem Suſum Græca voce lilium. Verſantur per Autumnum in Perſepoli, ac reliquam totius anni partem in Babylonia. Parthorum verò reges in Rhagis vere commorantur, hyemant in Babylonia, . *. reliquam anni partem. Neque inſignia ſanè, quæ Perſarum Reges capiti impoſuerunt deliciis carere conſueuerunt; ſiquidem ex myrrha, vocatóque Labyzo conficiebantur, vt aſſerit Dinon. Eſt autem labyzus odorifer, multóque myrrha precioſior. Cum verò Rex inquit de curru deſcenderet: neque deſiliebat, quamuis exigua eſſet
B altitudo à terra, neque hominum manibus fulciebatur, ſed aurea ſedes illi ſemper apponebatur, in quam deſcendens,exibat: atque regis ſedem ferens ad hunc vſum ſemper aſſequebatur. Ipſum mulieres trecentæ inſuper obſeruant, vt teſtatur Heraclides Cumæus libro primo rerum Perſicarum, quæ die quidem dormiunt, vt poſtea pernoctent, atque per noctem canunt lychnis accenſis, & citharam pulſant. Vtitur illis rex ſæpius prope aulam maliferorum (erant autem hi ſatellites, genere quidem Perſæ omnes, qui aurea mala in haſtis geſtabant, mille numero: qui etiam optimi ex decem millibus Perſarum Aſianatorum vocatorum eligebantur,) ac pedes per horum aulam incedebat Sardiacis tenuibus tapetibus ſuppoſitis, ſuper quibus nulli præterquam Regi incedere licebat. Vbi verò ad extremam aulam perueniret, aſcendebat in currum, aut equum, nam pedes nunquam extra regiam conſpectus eſt. Quòd ſi ad portam exiret, aderant cum illo etiam pellices, thronúſque in quo ius dicere conſueuerat, erat aureus; circa quem quatuor aureæ columnæ lapillis diſtinctæ mirum in modum circumponebantur,

inter quas purpurea veſtis variegata extendebatur. Clearchus ſolenſis libro quarto vitarum cum de Medorum deliciis prius dixiſſet, & quòd propter has complures ex finitimis Eunuchos facerent. infert poſtea à Medis maliferorum vſum ad Perſas emanaſſe, non ſolum ad iniuriarum præſidium, verum etiam ob delicias ſatellitum: in quantum ignauiæ venerunt monumentum. Poſſent enim, vt rationi conſentaneum eſt, præter opportunitatem, ac inſanæ hæ deliciæ vel viros lanceis armatos ſenes omnino efficere. Tum progreſſus inquit; iis igitur, qui ſuaue aliquod ei edulium præbuerint, rei conceſſæ præmium præbens, non aliis honoribus hoc condiens apponit, ſed multò magis ipſe ſapiens fruitur. Eſt autem illud vt arbitror id, quod Iouis & regis ſimul cerebrum appellatur. Chares Mitylenæus libro Hiſtoriarum de Alexandro quinto, eò vſque deliciarum peruenerunt inquit Perſarum reges, vt ſupra caput regij lecti domicilium quinqueclinium haberent, in quo quinque millia auri talentorum ſemper iacerent, quod regium puluinar vocabatur. Ad pedes autem domicilium alterum habebant triclinium, vbi tria millia argenti talentorum poſita fuerant, atque regium ſubſellium dicebatur. Aderat in ipſo cubiculo vitis aurea ſupra lectum lapillis precioſis ornata, quam ſcribit Amyntas in ponderibus racemos ex precioſiſsimis calculis compoſitos habuiſſe: atque non longe ab iſta craterem aureum opus Theodori Samij poſitum fuiſſe. Agathocles libro de Cyzico tertio aquam auream vocatam eſſe ſcribit in Perſis, atq; fontes eſſe ſeptuaginta, ex qua nulli bibere licet, præter quàm ſoli regi, atq; ſeniori illius ex filiis: ex aliis verò ſi quis hanc aquam biberit, capitis mulctatur. Xenophon libro diſciplinæ octauo vtebantur eo etiam tempore inquit Perſarum diſciplina, Medorúmque ſtola & ſplendore: nunc verò contemnunt Perſarum conſtantiam, ac Medorum amplexantur mollitudinem. Sed eorum delicias patefacere conſtitui, non enim illis ſufficit in primis lectos molliter ſubſtrauiſſe, verum etiam lectorum pedes ſuper tapetibus collocarunt, ne pauimenrum contra nitatur, ſed tapetes cedant. Neque certè quidpiam eorum capiunt, quæ in menſam cocta prius fuerant, ſed noua ſemper inuenire ſtudent, quod etiam in obſoniis obſer

A obſeruant, nam vtrorumque horum artifices habent, qui noua faciunt. Hyemis quidem tempore non caput ſolum corpúſque & pedes illis texiſſe ſufficit, verum etiam Chirothecas habent ac digitalia circa ſummum manuum. Per æſtatem verò neque arborum aut ſaxorum illis vmbræ ſufficiunt, ſed homines in his alia vmbracula machinantes aſtiterunt. Sic & in aliis de his inquit; nunc verò plura habent ſtrata in equis, quàm in lectis; non enim tantum ſtudium adhibere ſolent vt rectè equitent, quàm vt molliter ſedeant. Ianitores præterea, panis artifices, & obſonij, pincernas, apponentes, ac auferentes, cubicularios, excitantes, ornantéſque habent, qui ipſos vngunt, fricant, aliáque diſponunt.

## *De Lydorum delicijs.*

## CAP. IIII.

IN tantam deliciarum voluptatem peruenerunt Lydi, vt mulieres primi Eunuchas fecerint, vt Xanthus Lydus B narrat, ſiue is, qui in eum relatas hiſtorias conſcripſit. Dionyſius autem Scytobrachion, velut ait Artemon Caſandreus in libro de libris congregationis, cum illud interim ignoraret, quòd Ephorus Hiſtoricus mentionem fecit illius, velut qui fuerit antiquior, Herodotóque argumenta ſuppeditarit. Hic inquam Xanthus libro ſecundo rerum Lydarum primum ſcribit Lydorum regem Andramytem mulieres Eunuchas effeciſſe, iiſque loco virorum Eunuchorum vſum fuiſſe. Clearchus libro ſecundo Vitarum, Lydi (inquit) viridaria ob delicias parantes, eáque hortos efficientes in vmbra nutriebantur; nam maximè ad delicias ſpectare putabant, ſi radij ſolis eos prorſus non attingerent; atque eò tandem iniuriæ deuenerunt, vt alienis mulieribus ac virginibus in locum idcirco impurum vocatum eductis vim inferrent, ac animos denique iam effœminati, in muliebrem vitam ſuam priſtinam permutarint: inde effectum eſt vt eorum viuendi ratio fœminam tyrannum denique meruerit; vnam earum quæ iniuriam paſſæ fuerant Omphalem, quæ prima meritam in Lydos caſtigationem excitauit.

Nam

Nam regi à muliere eos, qui iniuria afficiuntur, ſignum C
eſt violentiæ. Cum & ipſa igitur eſſet intemperans, ſibiq; prius illatas iniurias vindicaret, ſeruis, qui erant in ciuitate dominorum virgines tradidit, in quo loco ab illis iniuriam paſſa fuerat. Cum in hunc locum dominas vi coegiſſet vnà cum ſeruis clauſit, ex quo rei aſperitatem lenientes Lydi, locum ipſum mulierum certamen, ſuaue Certamen appellant. Neque verò Lydorum ſolum mulieres dimiſſæ ſunt, iis quicunq; contigerint, ſed Locrorum etiam Epizephyriorum, atq; eorum qui circa Cyprum incolunt, & omnium deniq;, qui ſuas puellas ſcortis dicarunt, antiquæ cuiuſpiam iniuriæ (vt vera loquar) monumentum, caſtigatióque facinus eſſe videtur: in quam Lydorum vnus vir nobilis irruit, cum Mydæ propinquum imperium grauiter ferret, ac Midas ob imbecillitatem ac delicias iaceret in purpura, vnáq; cum mulieribus inter telas texendi artem exerceret. Omphale omnes eos qui cum ea iacuerant obtruncauit eóſque puniuit: hunc quidem auribus mutilatum ob linguæ intemperantiam extrahens, qui ob ſcientiæ inopiam animalis omnium inſulſi appellationem eſt conſecutus. Primi verò Lydi cary- D
cam inuenerunt, de cuius præparatione dixerunt ij, qui condiendi artis præcepta tradiderunt: & Glaucus Locrus, & Mithæcus, & Dionyſius, duóque Heraclidæ Syracuſij, & Agis, & Epænetus, & Dionyſius, & Hegeſippus, & Eraſiſtratus, Euthydemus, Criton; his accedit Stephanus, Archytas, Aceſtius, Aeſias, Diocles, Phileſtion. Tot enim condiendi rationem ſcripſiſſe inuenimus. Candaulum præterea dixerunt Lydi quendam non vnum, ſed tres, ita ad voluptates ſe totos conuerterant. Fieri ipſum inquit Hegeſippus Tarentinus ex carne lixa, trito caſeo, atq; caſeo Phrygio, anetho & pingui iure. Mentionem fecit illius Alexis in Pernoctante ſiue Laniſtis eſt autem coquus, qui loquitur;

*Hac prater & candaulon apponam tibi*
*Mox quempiam, candaulon haud vnquam edi ego:*
*Nec audij dici prius per numina.*
*Mirabile inuentum meum eſt, ſi multum ego*
*Ponam tibi certè digitos momorderis*
*Iucundius ipſi: vellera mox agemus heus*

*Vir*

A *Vir alba fac vbi cernis.*
*A communibus ſalſamenta piſcibus, carniũ ſartaginũ ſtatim*
*Bis coctum appones ouum conciſum,*
*Frumentum, melque oxybaphum, ex ſartagine caſeum.*
*Coloſtra viridia Cythnia mox diſſecans.*
*Racemulum quem vel choreum in poculo.*
*Tum dulce, talis aſſolet pars vndique*
*Deludi, at inde fit caput cœnæ tamen.*
*Solùm vir eludas, ſed hinc diſcedito:*
*Chorea, candaulos, ferens ſartagines,*
*Omnem voluptatem.*

Meminit de candaulo hoc pacto Philemon in Accedente:
*Qui ſunt in vrbe ſunt mihi teſtes, quòd ſolus*
*Phyſcam facio, candaulum, oua, thrium in anguſto.*
*Quis horum lapſus factus eſt? quis vel error?*

Nicoſtratus in Coquo; qui nigrum ius facere neſciebat, at thrium & candaulum. Menander in Trophonio; Ionicus diues fundamentum candaulum faciens, excitantes epulas. Cum ad bellum etiam exeunt Lydi cum tibiis ac Syringibus in acie inſtruuntur, at aſſerit Herodotus; ſicut in B hoſtes impetum faciunt Lacedæmonij cum tibiis; ac cum lyra Cretenſes. Heraclides Cumæus, qui res Perſicas conſcripſit, in inſcriptis Præparantibus, vbi inquit quòd in thuris feraci regione rex ſuis legibus viuit, neque vlliis imperio paret, hæc narrat; hic deliciis ac inertia maximè abundat, ſempérque in balneis verſatur, vitam degens in ſumptu atque deliciis; ac neque quidpiam agit, neque cum multis verſatur, ſed iudices conſtituit, quòd ſi quis minus iuſtè diiudicaſſe putetur, feneſtra quædam eſt in altiſsimo regiæ loco, quæ ferrea cathena ligatur: qui igitur iniuſtè ſe iudicatum eſſe exiſtimauerit, cathenam apprendit, feneſtrámque attrahit, quod vbi rex ſenſerit, eos ad ſe vocat, atque ipſe diiudicat. Quare ſi videantur iudices minus iuſtè iudicaſſe moriuntur; ſi iuſtè, is moritur, qui feneſtram mouerat, ſumptum, qui ſingulis diebus in regem, & in mulieres circa illum, & in eius amicos fiebat, quindecim Babylonia talenta eſſe ſcribit.

Tyrrh

*Tyrrhenorum delicia, ac Siculorum.* C

## CAPVT V.

ABſurdè parúmque honeſtæ ſunt Tyrrhenorum deliciæ, vt inquit libro primo Timæus, cum ſeruæ nudæ ipſis miniſtrent hominibus. Theopompus Hiſtoriarum libro quadrageſimo tertio legem apud Tyrrhenos eſſe ſcribit, qua mulieres communes eſſe iubentur: quæ corpora maximè curant, atque ſæpius cum viris exercentur, aliquando etiam inter ſeſe: non enim turpe illis exiſtimatur ſi nudæ fuerint conſpectæ. Cœnare ipſas ait non cum ſuis quidem viris, at apud præſentes, quicunque contigerint, atque quos voluerint poculis prouocare licet. Bibunt hæ permultum, ſuntque aſpectu formoſæ. Nutriunt Tyrrheni filios, quicunque nati fuerint, cuius viri ſint minimè ſcientes, qui iiſdem legibus nutriuntur, quibus vtuntur nutrientes, conuiuia ſæpius facientes, ac cum omnibus mulieribus coeuntes. Neque enim turpe quidpiam apud Tyrrhenos non modo agere, ſed nec pati quidem videri cenſetur: eſt enim illis hoc in more poſitum, D vbi turpe puidpiam ſunt patraturi, quòd dicunt cum coit paterfamilias, atque quis eum quærit, hoc aut illud patitur, rémque ipſam turpi nomine appellant. Vbi coëunt cum amicis, ita faciunt; primum vbi ceſſauerunt potantes, atque dormituri ſunt, miniſtri lychnis accenſis amicas ad illos introducunt aliquando, aliquando verò pueros valde formoſos, aut mulieres. Cum poſtea ab iis ceſſarunt, vigentes adoleſcentes his adducuntur, qui cum illis ipſis congrediuntur. Coeunt autem ac congrediuntur ſe inuicem aliquando intuentes, at ſæpius circa thorum operimenta iacientes, quæ virgulis ſunt intexta, ſuperiúſque veſtes extenduntur. Congrediuntur multum cum mulieribus, at multò magis gaudent pueris ac adoleſcentibus: naſcuntur enim apud illos aſpectu pulcherrimi, quippe qui delicatè nutriuntur, corporáque habent læuia. Omnes illi barbari, qui ad occidentem vergunt, vnguento perfunduntur, corporáque raduntur: atque apud Tyrrhenos officinæ complures & artifices huiuſce rei reperiuntur,

A riuntur, velut ſunt apud nos tonſores, ad quos cum acceſſerint ſe ipſos ad omnia tradunt, neque videntium aut accedentium aſpectum vllo pacto formidantes. Vtuntur hac lege complures ex Græcis, & ex iis, qui Italiam incolunt, quàm à Samnitibus Meſapiiſque didicerunt. Pinſunt, pugnis certant, loróque cædunt ad tibiam Tyrrheni ob delicias, vt narrat Alcimus. Celebres fuerunt etiam Siculorum menſæ ob delicias, qui etiam mare ſibi vicinum dulce eſſe aſſerunt, cùm dapibus gaudeant, quæ fiunt ex eo, vt teſtatur Clearchus libro Vitarum quinto.

## *Sybaritarum deliciæ & crctoniatarum.*

## CAPVT VI.

Sed de Sybaritis quid opus eſt vt pluribus dicam? apud quos balneatores introducti fuerunt, effuſoréſque edocti ne citius dimitterent, & ne nimium feſtinantes, eos qui lauarentur, comburerent. Primi etiam Sybaritæ artes, quæ ſtrepitum facerent, extra ciuitatem eiecerunt; B veluti fabrorum ærariorum & lignariorum, horúmque ſimilium; ita vt vndique imperturbati ſomni efficerentur: neque ſanè gallum in ciuitate nutrire licebat. Narrat de iis Timæus, quòd vir quidam Sybarita cum in agrum veniſſet, hominéſque paſtinantes vidiſſet, ipſe loqui cœpit, ad quem dixiſſe aiunt quẽdam ex præſentibus quòd ipſum loquentem audiens laboraſſet ex latere. At in Crotone cuidam athletæ calcem effodienti ex Sybaritis aſtantes quidam dixerunt, num cum tantam habeant ciuitatem, domeſticos non habeant qui eis palæſtram effodiant. Alius Sybarita cum in Lacedæmonem acceſsiſſet, ac in Phiditium fuiſſet vocatus, ſuper lignis ſedens, vnáque cum illis cœnans, primum ſe, Lacedæmoniorum cum audiſſet ſtrenuitatem, admiratum eſſe dicebat, nunc verò cum vidiſſet, nihil ab aliis hominibus eos differre cognouiſſe: nam vel timidiſsimus mori potius eligeret, quàm vitã perpeti huiuſmodi. Eſt etiam apud eos conſuetudo, vt pueri ad impuberem vſque ætatem purpuram, capillorúmq; nodos auro reuinctos geſtent. Apud hos homunculi quidam parui

ac

ac Scoppæi, vt inquit Timon, ob delicias reperiuntur, qui C
Stilpones ac Melitæi catuli dicuntur, qui illos ſequuntur in gymnaſia. Ad quos hiſq; ſimiles Mauruſiorum rex Maſanaſſes dixiſſe fertur, vt teſtatur Ptolemæus libro octauo commentariorum, quærentibus ſimias coemere apud vos ô viri mulieres pueros non pariunt. Nam Maſanaſſes pueris delectabatur, filiorúmque pueros apud ſe nutriebat. Complures erant filiarum etiam filij, quos omnes ad triennium vſque ille educabat, quo ſpatio peracto ad parentes eos remittebat, alióſque denuo capiebat. Hæc ipſa teſtatur Eubulus Comicus in Gratiis hoc pacto;

*Nam quæſo quantò dignius nutririer*
*Virum penes virum, facultas ſi ſit huic?*
*Graues, moleſtas, quàm proteruas anſeres?*
*Vel perfidum malum pithecum paſcere?*

Athenodorus etiam in libro de ſtudio ac diſciplina, Archytam Tarentinum ſcribit virum cum vrbanum, tum etiam philoſophum, multos habentem ſeruos, his gaudere ſolitum, quod ſpectat ad victum, in ſympoſia dimiſsis. Verum melitæis catulis lætantur Sybaritæ, hominibúſq; non hominibus. Geſtabant veſtes inſuper Sybaritæ, quæ ex Mileſiis lanis erant confectæ, ex quibus ciuitatibus etiam amicitiæ contrahebantur, vt aſſerit Timæus. Amabant Tyrrhenos ex Italia, extra Italiam Iones, quia vtebantur deliciis. Cum plures quinque millibus eſſent Sybaritarum equites, crocotas induti ſupra thoraces procedebãt in pompam, iunioréſque ipſorum per æſtatem in antra Nympharum Luſiadum ſecedentes omnibus cum deliciis degunt. Qui inter eos ſunt opulentiores vbi rus adeunt, vnius diei iter, per triduum perficiunt, quamuis vehiculis vehuntur. Adeſſe eorum præterea conſueuerunt nonnullis viæ, quæ in agros ducerent, coopertæ, vt plurimis cellæ adſunt vinariæ mari propinquæ, in quas per canales vina ex agris demittuntur atque hoc quidem venditur, illud in ciuitatem nauigiis importatur. Faciunt complura frequentiáque conuiuia publica, eóſque aureis coronis decorare ſolent, qui ſplendidiſsimè pararunt, quos etiam per præcones in publicis ſacrificiis celebrant, ac in certaminibus: non illorum quidem exponunt beneuolentiam, ſed ſum- D

A ptum in cœnas factum; in quibus coquos etiam bene condita parantes coronare conſueuerunt. Inuentæ ſunt apud Sybaritas caldariæ cellæ, in quibus ſedentes calefiebāt, primique inuenerunt matulas, quas in ſympoſia intulerunt. Tum peregrinos derident, qui ex patria diſceſſerunt, ipſiq; magnopere gloriantur cum ſuper fluuiorum pōtibus conſenuerint. Videtur illis hoc maximum felicitatis argumentum extitiſſe, quòd cum regio portu careat, maréque propius accedat, omnes ferè fructus à ciuibus abſumātur: nam & ciuitatis locus, & oraculi reſponſum omnes ad delicias ſolutéque ſine menſura viuendum inuitarunt. ciuitas enim eorum in loco concauo ſita æſtatis tempore mane quidem ac veſperi frigus habet egregium, per medium autē diem calorem habet intolerabilem, ita vt eorum plurimi ſanitatis gratia fluuios diducere machinati ſint, ita vt affluant, ac neque orientem neque occidentem ſolem in Sybari videre oportet, niſi ſi quis ante fati tempus emori cupiat. Miſerunt quandoque viros, qui reſponſum à Deo peterent, inter quos erat & Iſamyris, qui cum interrogaſſent quouſque forent felices, reſpondit oraculum;

B *Semper eris felix venerans gens numina diuûm,*
*Donec plus ſuperis fueris venerata virum quem;*
*Intima ſeditio, tunc & tibi prælia ſurgent.*

Cum hæc audiuiſſent Deum ipſis dixiſſe exiſtimarūt, quòd nunquam ceſſabunt eorum deliciæ, non enim ſe hominem magis, quàm Deum veneraturos vnquam arbitrabantur. At mutatio illis forte accidit, poſtea quàm familiarem quendam quidam cæcidiſſet, eúmque ad ſacra confugientem rurſus verberaſſet. cum ad patris demum illius confugiſſet monumentum, dimiſit, cum pudore correptus eſſet. Abſumpti fuerunt ſuo in ipſos deliciarum ſtudio: atque ciuitas ipſa cum aliis omnibus de deliciis decertauit. Poſt nō multum temporis cum multa ipſis ſigna apparuiſſent ac euerſio, de qua nō neceſſe habeo dicere, perditi ſunt. In tantum deliciarum ſtudium deuenerant, vt equos etiam ad tibiam in ſympoſiis tripudiare aſſuefecerint: quod cum Crotoniatæ cognouiſſent, vbi cum his pugnarunt, ſaltandi cantionem illis pararunt, vt aſſerit Ariſtoteles in eorum Republica: aderant enim illis tibicines in acie militari, quorum cum tibiarum ſonum equi audiuiſſent, non exi-

lierunt ſolum, verum etiam ſeſſores habentes ad Crotoniatas transfugerunt. Hæc eadem ſcripſit Charon Lampſacenus libro ſecundo Terminorum, ita ſcribens: Biſaltæ militarunt in Cardiam & vicerunt, Biſaltarũ dux erat Onaris, qui cum puer eſſet, emptus fuit in Cardia: atque cum Cardiano cuidam ſeruiuiſſet, erat autem Cardianis reſponſum oraculi, quòd in eos Biſaltæ conſurgerent, de quo in tonſtrina ſæpius ſedentes diſſerebant. Hic igitur ex Cardia aufugiens in patriam ſuam Biſaltas in Cardianos concitauit, atque dux à Biſaltis declaratus fuit: omnes nanque Cardiani equos in ſympoſiis ad tibias tripudiare docuerant, atque pedibus poſtremis ſtantes, prioribus ſonos cognoſcentes tripudiabant. Cum hæc igitur ſciſſet Onaris tibicinam habuit ex Cardia, quæ ad Biſaltas profecta multos tibicines inſtruxit, quibuſcum & ipſa in Cardiam militauit. Vbi verò pugna fuiſſet incœpta tibias inflare, modulóſque emittere iuſsit, quoſcunque equi Cardianorum cognouiſſent. Eos vbi equi audiuiſſent ſuper poſtremis pedibus ſe firmarunt, atque in tripudium ſunt conuerſi, Cardianorum autem vis omnis in equitatu poſita erat, atque idcirco victi ſuperatique fuerunt. Cum quidam ex Sybaritis Crotonem nauigare vellet ex Sybari propriam nauim ſibi comparauit, in qua neque aſpergeretur, neque ingrederetur alius quiſpiam, ac in quam equum aſſumere poſſet. Hæc cum ita conuenirent equum ingredi fecit, iuſsítq; vt equo ſubſterneretur, poſtea rogauit quendam ex comitibus vt cum eo nauigaret, cum ſe traiicienti imperaſſe diceret vt nauigaret prope terram. Hic autem reſpõdit quod vix eum audiuiſſet ſi pedes apud mare eſſet iturus, ne dum ſi prope terram nauigaret. Phylarchus libro Hiſtoriarum vigeſimoquinto vbi legem apud Syracuſios fuiſſe ſcribit, qua cautum erat, ne mulieres auro ornarentur, neque floridas veſtes geſtarent, ac neque purpureos habentes contextus, niſi ſi qua ſe publicam amicam eſſe fateretur: atque aliam fuiſſe legem ne quis vir ſe auro ornaret, ſuperuacaneíſque veſtibus vteretur differentibus, niſi ſe mœchum eſſe fateretur, aut cinœdum. Prohibebantur liberæ mulieres noctu incedere, vbi Sol occidiſſet, niſi adulterium eſſent commiſſuræ: prohibebantur per diem etiam ſine inſtitutoribus exire, ac vna ſerua ſaltem aſſequeretur.

In deli

A In delicias inquit ſoluti Sybaritæ legem ſanxerunt,vt mulieres ad feſta vocarentur,atque eas quæ vocarentur ad ſacrificia, oportebat per annum priorem apparatum comparare, quò dignum tempore veſtium, aliúſq; mundi muliebris facientes in conuentus adducerentur. Si quis obſoniorum artifex aut coquus edulium aliquod dignum inueniſſet ac magnificum, nulli alij per annum id facere licebat, quo ille qui primus reperiſſet, per id tempus quæſtus haberet, atque alios laborantes ipſos his omnibus excelleret. Eodem pacto qui anguillas vendebant tributum non perſoluebant, neque ij, qui eas venabantur. Tum eos qui purpura marina tingebant, quíque inferebant, immunes fecerunt. Veruntamen in iniurias demum conuerſi, cum triginta legati veniſſent Crotoniatarum, eos omnes interfecerunt, atque ante mœnia inſepultos proiecerunt, vt à feris vorarentur. Hoc illis omnium malorum principium extitit, quod etiam oraculum prius ſignificauerat: nam viſi ſunt omnes eorum potentes paucis diebus interpoſitis idem portentum eadem nocte vidiſſe. Viderunt enim Iunonem in medium forum accedentem,
B cholerámque vomentem, in cuius etiam ſacello ſanguinis fons erupit, neque tamen eorum ceſſauit arrogantia, donec omnes à Crotoniatis deleti fuerunt. Scribit Heraclides Ponticus in libro de Iuſtitia, cum Telyis tyrannidem ſoluiſſent Sybaritæ,eos,qui rerum fuerant participes, ante aras obuiantes ceciderunt, ac obtruncarūt,inter quas cædes Iunonis ſtatua conuerſa eſt, ſolúmque ſanguinis fontem emiſſet: ita vt omnem propinquum locum feneſtris æreis obturauerint, cum firmare cuperent ſanguinis fluxionem. Idcirco omnes aufugerunt, mortuíque ſunt, qui Olympiorum certamina de medio tollere conabātur: nam quo tempore agi conſueuerunt, victoriam obſeruantes athletas ad ſeſe aggrediebantur aduocare. Crotoniatæ poſteaquam Sybaritas deleuerunt,vt autor eſt Timæus,ad delicias ſe contulerunt, ita vt eorum princeps purpurea veſte indutus per ciuitatem incederet, aureáque corona coronatus, & crepidis albis. Sunt qui hoc non ob delicias quidem factum fuiſſe aſſerant, ſed ob medicum Damocedem, qui erat Crotoniates, qui Polycratis Samyorum tyranni fuit familiaris: atque poſt illius mortem captiuus à

Perſis factus, ad regem adductus fuit, cum Polycrates ab Oræta eſſet interfectus. Cum igitur Damocedes Atoſſam Darij regis vxorem ſanauiſſet, Cyrúq; filiam, quæ eſt mamma laborabat, ab hac in munus popoſcit vt mitteretur in Græciam, cum eſſet abiturus. Hic in Crotonem forte delatus fuit, atque ibi commorari decreuit. Cum apprenſus fuiſſet à quodam Perſa, qui eum regis ſeruum eſſe dicebat, eam dimiſerunt Crotoniatæ, ac Perſæ ſtolam exuentes, ſeruientis in Prytaneo miniſtri ſtolam induerunt, ex quo Perſicam ſtolā indutus quoque ſeptimo die circuiuit aras vnà cum Prytani: ac neque deliciarum, neque iniuriæ gratia, neque minarum in Perſas cauſa hoc faciunt. Scribit Timæus quòd Olympicum conuentum Crotoniatæ poſtea conati ſunt eodem tempore diſſoluere, cum certamen opulentum argenti conſtituiſſent. Alij hoc voluiſſe Sybaritas malunt, C

## *Tarentinorum, Iapygum, ac Maſſilienſium delicia.* CAP. VII.

CLearchus libro vitarum quarto Tarētinos ſcribit cum multum roboris, copiarúmque poſsiderent, in tantum deliciarum deueniſſe, vt totam cutem læuem facerent, nuditatiſque huius reliquiis ſacrificarent. geſtabant omnes inquit texturam pellucidam veſtium, quibus nunc muliebris vita gloriatur. Poſtea cum in iniurias ob delicias compellerentur vnam Iapygum ciuitatem Carbinam extorrem fecerunt, ex qua pueros, virgines mulieréſque vigentes congregantes, in ſacra Carbinatarum ſepta ponentes, nuda omnibus corpora per diem conſpicienda præbebāt: atque quicunque volebat, velut in infelicem gregem inſiliret, pro deſideriis potiebatur omnium forma congregatorum, omnibus ſpectantibus Deis, ac iis præcipuè, quos illi minimè rebantur. Ita verò rem eam numen grauiter tulit, vt omnes eos Tarentinos, qui erant in Carbina illegitimáque perpetrarant, fulmine percuſſerit, atque ad hæc vſque tempora conſuetudo permanſit in Tarento, vt quot ex ceperunt eorum qui in Iapygiam mittebantur, tot columnas ſingulæ familiæ ante fores conſtituerint, in quibus neque mortuos lugent quo tempore perierunt, neque legiti- D

mas

A mas exequias perſoluunt, ſed Ioui Catæbatæ ſacrificant. Iapygum genus rurſus cum eſſet Cretenſe, ex iis, qui cum Glauco quæritante diſceſſerunt, ac migrarunt. Qui hos ſecuti ſunt vitæ ornatus Cretẽſium obliti in hoc iniuriarum ob delicias peruenerunt, vt cum primi faciem perfricuiſſent, antiáſque & additicias comas, ſtoláſque floridas geſtarent, operari, vel laborare turpe eſſe arbitrarentur, multíque eorum ornatiores ſuas haberent domos, quàm Deorum immortalium templa. Duces pręterea Iapygum Deos iniuria afficere conſueuerant, quorum etiam imagines diripiebant è templis, cum dicerent potentioribus eos cædere oportere: quamobrem de cœlo percuſsi ære ac igni hãc famam præbuerunt. Manifeſta enim erant procul & conſpicua tela, quæ de cœlo mittebantur, atque omnes qui ab iis ſunt, ad hodiernum vſque diem ad cutem detonſi, ſtolámque lugubrem geſtantes viuunt, omnibus qui vnquam fuerunt viris bonis rariores. Iberi etiam ſtolas tragicas variáſque induti, ſaguliſque ac poderibus vtuntur, quibus tamen non impediuntur, quominus ad rerum bellicarum negotium ſint prompti. At effœminati ſunt Maſsilienſes

B cum eundem geſtent veſtium ornatum, quem Iberi, minus ſunt decori ob animorum mollitiem cum muliebria ob delicias patiantur: vnde tractum eſt prouerbium: nauigares in Maſsiliam.

*καταιβάται.* *fulmina iaculãti.*

## *De Siritarum, Mileſiorum, Scytharúmque delicijs.* CAP. VIII.

ILli etiam, qui iuxtà Sirim incolunt, quẽ locum illi prius occupauerant, qui venerant ex Troia, ac poſtea Lacedæmonij, vt inquit Timæus, ac Ariſtoteles, non minus quàm Sybaritæ in delicias irruperunt. Erat enim apud eos proprium vt ſagula geſtarent florida, quæ ſumptuoſis mitris cingere conſueuerant, ac idcirco Mithrochitones à finitimis vocabantur: quando Homerus diſcinctos vocat Amitrochitones. Archilochus poëta etiam Siritarum regionem admiratus eſt mirum in modum ob illius fertilitatẽ: nam de Thaſo velut inferiore inquit:

*Nullus locus formoſus, aut optabilis,*
*Amabiliſve, vt apud fluenta Sirijs.*

Dicitur autem Siris, vt aſſerit Timæus ac Euripides in Li-

gata ſiue Melanippe;à muliere quadam Siride, at, vt placuit Archiloco,à flumine. Non exigua fuit hominum multitudo totius huius climatis in delicias, felicitatémque propenſa,quare tota ferè magna Græcia fuit appellata habitatio ea, quæ ad Italiam vergit. Mileſij cum non forent deliciarum ſerui Scythas quidem vincebant, vt autor eſt Ephorus, ciuitatéſque in Helleſponto condiderunt: Euxinúmque mare ſplendidiſsimis ciuitatibus locupletarunt, omnéſque in Miletum concurrebant. Verum vbi voluptate deliciiſque correpti ſunt, euanuit ciuitatis robur inquit Ariſtoteles:atque inter eos natum eſt prouerbium: C

*Fortes diu fuere iam Mileſij.*

Heraclides Ponticus ſcribit libro ſecundo de Iuſtitia,quòd Mileſiorum ciuitati ob delicias infortunia complura acciderunt,ciuiléſque inimicitię,qui æquitatem non amantes, hoſtes vel radicitus deleuerunt.cum enim ſeditionem molirentur ii,qui opes poſsidebant:ac populares,quos illi appellabant Gergithas:primum cum viciſſet populus, diuitéſque extra ciuitatem eieciſſet, fugitiuorúmque filios in areas coegiſſet,boues congregantes ſimul immutarunt ac peſſundederunt, atq; illegitima nefaudáque morte interfecerunt. Cum diuites rurſus poſtea viciſſent, omnes eos, quorum fuerunt domini vnà cum filiis combuſſerunt,quibus ardentibus & alia monſtra complura apparuiſſe inquiunt,& ſacram oleam ſponte ſua exarſiſſe: quamobrem Deus illos oraculi reſponſo diutius fruſtrauit,interrogantibúſque cur fruſtrarentur,reſpondit: D

*Gergithæ imbelles mihi ſunt & funera curæ*
*Parentum & cædes,ac ſemper planta vireſcens.*

Clearchus autem libro quarto Mileſios ſcribit Colophoniorum delicias imitatos ſe ditioribus tradidiſſe, ac poſtea reprenſos ſibi ipſos dixiſſe:domi Mileſia ſunt & patria, ac non in medio. Poſtea hæc de Scythis narrauit Clearchus; ſolum Scytharum genus communibus legibus primum vſum fuit,ac rurſus omnium hominum ob iniuriam miſerrimi fuerunt: deliciis enim ſe dicauerant, ita vt nulli prorſus alij ex hominibus,cum eos diuitiarum,facultatum,omniúmque rerum impenſa adoriretur:Hoc manifeſtum eſt vel ex his veſtibus ducum, quæ nunc etiam relictæ conſpiciuntur, atque ex viuendi ratione. Nam cum maxi

A maximè deliciis eſſent dediti, atq; omnium hominum primi in delicias irruiſſent, eò vſque iniuriæ peruenerunt, vt homines omnes, ad quos peruenirēt, naribus mutilarent, à quibus oriundi ſecedentes ad hęc vſq; tempora rei ipſius nomen tenuerunt. Eorum verò mulieres, fœminarū Thracum eorum, qui ad Occidentem Septentrionémque incolunt, ac finitimi ſunt, corpora fibulis diſtinguebant ac variabant, picturámque imprimebant, quamobrem Thracum mulieres iniuria affectæ multis annis poſtea propriam iniuriam abolentes reliquā corporis partem pictura variegarunt, ita vt iniuriæ pudoríſque impreſsi nota, in varietatem conuerſa ornamenti nomine, priorem vituperationem ignominiámque aboleret. Ita verò omnibus ſuperbè præfuerunt, vt nulli ſine lachrymis ſeruitutis onus factum ſit, ac poſteris ſit nunciatum cuiuſmodi foret Scytharum ſententia. Poſtea ob calamitatum, quæ eos inuaſerunt, multitudinem, vbi ob dolorem vitæ ſimul felicitatem ac comas per totam nationem diſcerpſerunt, externi ob iniuriam totondiſſe abſcythizare appellarunt. Vbi omnes Ionas cauillatur Callias, ſiue Diocles in Cyclopibus, B hæc ita ſcribit: quid enim vel delicata, pulchráſque menſas habens Ionia, dic quid agit?

## *Abydenorum, Epheſiorum, Samiorúmque deliciæ.* CAP. IX.

ABydeni etiam cum Mileſiorum colonia ſint, quod ſpectat ad viuendi rationem, infracti ſunt, atque demiſsi, veluti in Militibus teſtatur Hermippus:

*Exercitum maritimum lætor faciens,*
*Habere ad aſpectum videtur optimè.*
*Coma ſuperbus, tum rigore brachij.*
*Nouiſti Abydi qui viri ſint iam diu.*

Ariſtophanes complures Ionas carpens in Galeata ita ſcribit:

*Quot poſtea inſignes erant viri exteri*
*Sunt inſecuti, tunc rogarunt proximi,*
*Vt venderes puerum Chium, qui erat tibi.*
*In Clazomenas aſt alter, alter at magis*
*Vt in Epheſum, ſed illi in Abydum, nanque ea*

*In via erant cuncta.* C

Scribit de Abydenis Antiphon in libro Contumeliç in Alcibiadem hoc pacto; poſtea quàm tutelæ tuæ dimiſſus es à tutoribus, tuáſque pecunias ab illis accepiſti, diſceſsi, in Abydúmque nauigaui, nulla tui priuata cura habita, neque vllius neceſsitudinis gratia, ſed ob animi tui intemperantiam ac iniuriam, cum mores operibus ſimillimos didicerim ex mulieribus, quæ ſunt in Abydo, vt per reliquum ætatis tuæ ſpatium iis vti poſſes. Mortui ſui Magnetes ij, qui apud Mæandrum incolunt, quia plurimum erant demiſsi, vt in elegiis Callinus teſtatur, & Archilochus: nam captiui facti ſunt ab Epheſiis. De Epheſiis ſcribit Democritus Epheſius libro primo de Templo in Epheſo, vbi de eorum deliciis narrat, atque quas veſtes infectas geſtarent, quibus hæc etiam ſubiunxit: at Ionum purpurea, violacea, croceáque veſtimenta vorticibus intextis conſpiciuntur: capita verò æquis ſpatiis animalibus ſunt diſtincta. Sarapides luteæ, purpureæ, candidæ: at purpureæ & calaſires Corinthio confectę opificio. Sunt autem ex his aliæ purpureæ, aliæ violaceæ, illæ hyacinthinæ, quibus flammatas, cæruleáſque quiſpiam addere poſſet. Sunt autem Perſicæ Calaſires, quæ omnium ſunt pulcherrimę. Videre quiſpiam Actæas etiam vocatas poſſet, inquit: quę omnium veſtium Perſicarum ſunt magnificentiſsimæ. Eſt autem hæc veſtis valde fortis leuitatiſque gratia parata: nam aureis quibuſdam maculis perexiguis, milióque ſimilibus eſt intexta, quod milium totum purpureis fluxibus in interiori parte coniunctionem ſortitur in medio: Vtuntur his veſtibus (vt inquit) Epheſij etiam, vbi in delicias ſe conuertunt. De Samiorum deliciis vbi mentionem facit Duris, poëmata appoſuit Aſij, vbi narrat quod circa brachia ornatum muliebrem geſtare conſueuerant, atque cum Iunoniũ celebrarẽt, comas pexas habentes, atque in tergum reiectas, incedebant. Hoc ita legitimum apud illos fuiſſe, teſtatur hoc prouerbium: ad Iunonium feſtum accedere implicatum. Sunt autem hæc Aſij poëtæ carmina: D

*Sic illi pexi Iunonis templa petebant*
*In lucum, ornati perpulchris veſtibus: atque*
*Tellurem niueis texerunt veſtibus omnes.*
*Aurea Cæſariem contortam vincula nectunt.*

Orna

A *Ornatus muliebris adeſt his brachia circum.*
*Cicundans ſcutum bellicoſum.*

Heraclites Ponticus Samios ſcribit in libro de Voluptate,quemadmodum Sybariſtas ciuitatem ſuam perdidiſſe, cum ob nimias delicias ſe vicißim paruifacerent.

## *De Colophoniorum, Ionum, Byzantiorum, Theſſalorum, Aetolorum, Syracuſiorúmque deliciis.* CAP. X.

Colophonij etiam cum prius in ratione viuēdi eſſent ſeueri,vbi ad delicias ſe conuerterunt, amicitiámque ac ſocietatem fecerunt cum Lydis,capillis aureo ornamento ornati incedebant,vt ait Xenophanes;

*Ex Lydis vt cepit eos dementia,donec*
*Inconcuſſa illis dura tyrannis erat,*
*Cærulea petiere forum geſtamine veſtis*
*Cultis:mille aderat paucior haud numerus*
*Cæſarie ornatu gaudentes inde decoro.*
*Gaudentes vncti ſuauis odore comæ.*

B Ita verò in abſurdam voluptatem ſoluti ſunt, vt eorum nonnulli neque orientem, neque occidentem ſolem vnquam conſpexerint: legémque tulerint, quæ ad noſtra vſque tempora perdurauit, vt cantatriculæ, ac tibicinæ,omniáque huiuſmodi quæ audiuntur à matutino tempore in meridiem mercedem caperent, ac ad lucernarum tempus ceſſarent, ex quo reliquam noctis partem circa ebrietatem verſabantur. Theopompus libro Hiſtoriarum quintodecimo mille viros ſcribit ex ipſis ſtolas purpureas geſtantes per ciuitatem incedere conſueuiſſe, cum id veſtimenti genus & apud Reges rariſsimum eſſet, & magnificum: nam purpurea æqui ponderis argento eodem emebatur pretio. Cum ob hanc vitæ rationem in tyrannide ſeditionibúſq; conſtitiſſent, cum patria ipſa perierunt. Hæc eadem de illis ſcripta reliquit Diogenes Babylonius libro primo legum. De omnium Ionum deliciis ſummatim Antiphanes hoc pacto dixit in Dodone, vnde eſt incola?num quis Ionum delicatè veſtiens, mollis, voluptati deditus,turba concitatur? Theophraſtus in libro de Voluptate, Ionum ob voluptatum exuperātiam inquit au-

reum prouerbium permâſiſſe. Nonnullós ex acolis etiam C
delicatos factos fuiſſe ſcribit Theopompus libro octauo Philippicorum. De Byzantiorum Chalcedoniorum deliciis hæc ipſa ſcribuntur à Theopompo; conſueuerant Byzantij, quia populi authoritate permultum iam tempus res gubernabantur, ciuitatem in emporio habentes, quòd populus omnis & in foro, & in portu verſabatur: intemperantes eſſe, rei Venereæ indulgere, ac bibere in cauponis. At Chalcedonij priuſquam cum illis rempublicam capeſſerent, omnes in ſtudiis, melioríque vita verſabantur. Verum vbi Byzantiorum populi gubernationẽ guſtarunt in deliciis corrupti ſunt, atque ex temperantiſsimis, quod ad victum quotidianũ ſpectat, maximéq; mediocritate vtentibus, facti ſunt bibaces atque profuſi. Libro præterea primo ac vigeſimo Philippicorum Ombricorum genus narrat, qui prope Adriam incolũt, ſenſim eſſe molles ac ſimillimam Lydis vitæ rationem elegiſſe, feracémque habere regionẽ. Ex quo facile fit ad felicitatem accedere. De Theſſalorũ deliciis ſcribens libro quarto narrat, quòd eum ſaltatricibus viuunt, ac in Orcheſtris; alij in taxillis ac potu, rebúſque huiuſmodi intemperantiæ diem abſumunt, magnoperéque ſunt ſtudioſi vt potius menſæ variis multiplicibúſq; obſoniis ſint refertæ, quàm vt vitã ſuam ipſorũ ornatè degãt. Sumptuoſiſsimi ſunt omnium hominũ Pharſalij, vt ait, ac pigerrimi. Dicuntur Theſſali etiam, vt Critias eſt autor omnium Græcorum eſſe ſumptuoſiſsimi, & quod ſpectat ad victum, & ad veſtitum. Quod extitit etiam cauſa vt Perſæ in Græciam venirent, cum eorum deliciis magnificentiæque inuideret. De Aetolis ſcribit Polybius libro decimo tertio Hiſtoriarum, quod ob aſsidua bella, victúſque magnificentiã ære alieno oppreſsi ſunt. Agatharchides libro Hiſtoriarum duodecimo, Aetoli inquit tantò promptiores ſunt ad mortem, quantò ſpendidus magnificentiúſque cæteris viuere ſtudent. Celeberrimi ſunt ob delicias Siculi ac Syracuſij, velut Ariſtophanes ait in Conuiuantibus: verum non hæc didiciſtis me mittente, ſed bibere potius, maléque in Syracuſiorum menſam canere, Sybariticáque conuiuia, & Chij veſtem. Plato in Epſtolis, cum hanc haberem ſentẽtiam ſcribit, In Italiam, Siciliámque me contuli, cum primum applicuiſſem, hæus tu, vita D
mihi

A mihi nullo pacto placere potuit, bis ſingulis diebus ſaturari, neque vnquam dormire, niſi per noctem: & reliqua ſtudia, quæ hanc vitam ſequi conſueuerunt. Ex his enim moribus nullus omnino eorum, qui ſunt ſub cœlo prudẽs fieri poſſet, qui à puero his operam dediſſet, neque per Deos vt continens ſit optare curaréve poterit. At in tertio Reipubl, ita ſcribit: Syracuſiam menſam amice, Siculámque ferculorum varietatem non laudas, vt mihi quidem videris, amicámque puellam Corinthiam vituperas iis hominibus, qui vt bene habeat corpus ſunt ſtudioſi, tum Atticas cupedias & apparẽtes earum voluptates. Poſsidonius libro Hiſtoriarum ſextodecimo de Ciuitatibus Syriæ, narrans quo pacto deliciis vterentur, hæc ſubiungit: Cum homines qui in ciuitatibus ſunt conuentus plurimos ob regionis fertilitatem, ex neceſſariorum laboribus faciant, in quibus aſsidue conuiuantur: gymnaſiis veluti balneis vtentes, oleóque pretioſo & vnguentis peruncti. At in Grammaticis, (ita enim communes cœnas vocarunt) veluti in domiciliis degentes, bonámque diei partem inter pocula dapéſque ventri indulgentes abſumunt, ita vt multum etiam co-
B medant cantilenis oblectati ad validæ ſonoræ teſtudinis ſtrepitum, ita vt vniuerſę ſonis huiuſmodi aliquando perſonent.

## *Arycandeorum, zacynthiorum, Campanorum, Cumæorum delicia.* CAP. XI.

Arycandei Lyciæ cum Limyrenſibus ſunt finitimi, ære alieno grauati ob intemperantiam ac nimium ſumptum, tum ob eorum inertiam & voluptatem, cum non poſſent fœnus perſoluere, in Mithridatis ſpem ſe contulerunt, ſperantes ſe præmium debitorum abſolutionem inde conſecuturos. At libro trigeſimoprimo Zacynthios ſcribit bellorum eſſe ignaros, propterea quod in magna rerum copia ac in diuitiis deliciarum ſtudio tenebantur. Polybius libro ſeptimo Capuæ viros, quæ eſt in Campania, ob terræ vbertatem magnas diuitias indutos ſcribit, in voluptatem ita, multúmque ſumptum prorupiſſe, vt vel Crotonis Sybariſque ciuium famam traditam longe ſuperauerint. Hi igitur cum præſentem rerum felicitatem

perfer

perferre non poſſent, Annibalem ad ſe conuocarunt, quare C
in eos Romanus Senatus grauiter animaduertit. Petilini verò fidem Romanis inconcuſſam ſeruantes, eò vſque ab Annibale obſeſsi tolerarunt, vt omnes pelles comederint, quæ reperiebantur in ciuitate: omnéſque arborum cortices, atque omnes ſimplices ramos abſumpſerint: atque cum menſes vndecim obſeſsionem paſsi eſſent, nullúſque ſuppetias ex Romanorum decreto contuliſſet, ſe demum dediderunt. Curetes autem ſcribit Phylarchus libro Hiſtoriarum vndecimo ſcripſiſſe Aeſchylum ita fuiſſe dictos ex eorum deliciis:

*Cincinnus eſt comæ, velut eſt & virgini.*
*Curetes inde populus ipſe dicitur.*

Agathon ſcribit in Thyeſte, Pronactis filiam in matrimonium petentes, cum reliquis omnibus ornatos acceſsiſſe, tum caput comptum habentes, verum vbi nuptias nō ſunt conſecuti, tonſi ſumus deliciarum teſtes inquit, vel deſideratam certè ſupellectilem menti iucundæ. Glorioſum hinc ſanè nomen habemus Curetes à cædendis capillis. Cumæi etiam, qui ſunt in Italia, vt aſſerit Hyperochus, vel is, qui res Cumaicas in eum relatas compoſuit, aurum multum D
geſtare conſueuerant, floridiſque veſtibus vtebantur, vnáque cum mulieribus in agros vehiculis vecti incedunt. De nationum igitur ac ciuitatum deliciis hæc habui dicere, at de hominibus hæc ea ſunt quæ audiui.

## *De Ninya Sardanapalique deliciis.*

### CAP. XII.

OMnes eos Reges, qui in Aſia regnarunt, deliciarum ſtudioſos fuiſſe ſcribit Cteſias libro rerum Perſicarum tertio, at Ninyam præcipuè Nini & Semiramis filium: hic enim cum interius maneret, deliciiſque oblectaretur, à nullo prorſus videbatur, præterquam à ſuis Eunuchis & à ſuis mulieribus. Huiuſmodi fuit etiam Sardanapalus, quem nonnulli Anacyndaraxis filium fuiſſe putarunt, alij Anabaxari eſſe contendunt. Cum Abraces vnus ex ſuis ducibus, qui genere erat Medus, per vnum ex Eunuchis Paramezum impetraſſet, vt Sardanapalum videret: atque vix id effectum eſſet illo volente, ingreſſus eſt

Medus.

A Medus. Tum verò illum fucatum, moréque muliebri ornatum vidit, vnáq; cum pellicibus purpuram tondentem, ac pedibus exporrectis cum illis ſedentem, veſtémque habentem muliebrem, & mentum habere abraſum, ac læue: erat enim lacte candidior, oculóſque habebat pictos. Hic vbi Abracem vidit, album oculis ſuperinduxit. Narrant complures, inter quos eſt Duris, ab hoc, cum rem eam grauiter tuliſſet, quòd rex huiuſmodi imperaret, percuſſum periiſſe. At Cteſias ipſum bellum intuliſſe aſſerit, multiſq; coactis copiis eum inuaſiſſe, ac ſolutũ mortuum eſſe, cum ſe ipſum combuſsiſſet in regia domo, pyrámque quadringentorum pedum in altitudinem cõſtruxiſſet, ſupra quàm centum & quinquaginta aureos thoros poſuerat, totidémque menſas aureas. Fecerat in ipſa pyra domicilium Hecatompedum ex lignis, vbi thoros ſubſtrauit. ibiq; ipſe cum ſua muliere decubuit, aliæq; pellices in aliis thoris. tres enim filios ac duas filias quas habebat, cum rex vidiſſet laborare ad Ninum miſit Regem, cum illis tria millia auri talenta dediſſet. Domicilij tectum ex craſsis magníſque trabibus compoſuit, ac ligna multa magnáque in circulum poſuit, ne pateret vſquam aditus. Intus auri mille myriades poſuit, argenti verò decem millia myriadum talentorum, tum veſtes, purpuram, ac multiplices ſtolas: deinde pyram intexere iuſsit, quæ dies quindecim arſit. Illi verò fumum cernentes admirabantur, cúmq; ſacrificia peragere exiſtimabant, quæ ſoli norant Eunuchi. Cum igitur abſur dè voluptatibus deditus eſſet Sardanapalus, quantum tamẽ licuit viriliter mortuus eſt: Clearchus vbi de Rege Perſarum narrat, quòd ſuaue aliquod edulium ei præbentibus præmia propoſuerat mente captus, hoc eſſe arbitror inquit quod dici ſolet, Iouis & Regis cerebrum. Hinc fortiſsimus omnium Sardanapalus cum fruitiones per totum æuum complexus eſſet, ac mortuus, cuiuſmodi riſu res omnes hominum dignæ ſint demonſtrauit digitis in eius monumento poſitis, quòd neque digitorum quidem ſonitu dignæ ſunt, quem formauit duos digitos bis coniunctos fingens: in choro ſunt reliquorum ſtudia, Videtur autem Sardanapalus non fuiſſe ignauus, ſiquidem in eius ſepulchro inſcriptum eſt, Sardanapalus Anacyndaraxis filius Anchialam Tarſúmq; vno die extruxit, nunc verò mortuus eſt. Amyn-

*Μυρίας numerus decẽ millia ſignificans.*

B

tas

tas libro de Ponderibus tertio aggerem altum eſſe ſcribit C in Nino,quem Cyrus cum ciuitatē obſideret detraxit, atq; apud ciuitatem cumulauit:hunc igitur aggerem fuiſſe Sardanapali inquit,qui in Nino regnauit;cuius in lapidea columna Chaldaicis literis inſcriptum eſt,quod cum Chœrilus feciſſet,tranſtulit.Ita verò ſe habet:ego imperaui, atq; donec ſolis lumen videbam,bibi,edi, Veneri indulſi, cum tėmpus,quod viuūt homines breue eſſe cognoſcerem, idq; multas habere fortunæ vices ac dolores: atque alij eorum bonorum quæ reliqui, fruitiones percipient, quare nullum ego diem præterij cum hæc facerem. Clitarchus libro quarto eorum, quæ ſcripſit ad Alexandrum Sardanapalum ſcribit ſenectute confectum interiiſſe poſt Syrorum imperij euerſionem. Ariſtobulus in Anchiala, quam Sardanapalus edificauerat inquit, cum Alexander in Perſas proficiſceretur,caſtrametatus eſt, neque longe ſanè à Sardanapali monumento: ſuper quo lapidea erat imago,quæ dextræ manus digitos contulerat, veluti ſomnum emiſſuros: inſcriptum eſt autem in ipſo Aſſyriis literis: Sardanapalus Anacyndaraxis filius Anchialam Tarſúmque condidit vno die, ede, bibe,lude:cætera enim neque ſonitu D iſto quidem digna vt dicantur,apparent.Neque ſolus Sardanapalus ſanè deliciarum illiciis detinebatur,verū etiam Androcotus Phrygius, qui veſtem geſtabat floridam mulieréque elegantius ornabatur:vt autor eſt Mnaſeas libro Europæ tertio.

## *De Sagaris, Annari, Stratoniſque delicijs.*
## CAP. XIII.

Clitarchus libro quinto Vitarum Sagarim Mariandynum ſcribit ad ſenectutem vſque ob delicias nutricis vberibus fuiſſe educatū,ne cibū mandendo defatigaretur:nunquam etiā manus inferius vmbilico tulit. Quare Xenocratem Chalcidoniū cauillatur Ariſtoteles quòd manus pudendis non admouit cum meieret,inquiens:

*Caſtæ manus ſunt,mens habet piacula.*

Annarum ſcribit Cteſias inter Regis primates,qui præfuerat Babyloniæ muliebrem veſtem ac ornatum induere ſolitum. Atque illi,cum eſſet ſeruus Regius,acceſſerunt

A in cœnam centum & quinquaginta ſaltatriculę, mulieréſq; canentes: quæ illo cœnante ſaltabant ac canebant. Phœnix poëta Colophonius, vbi libro primo Iamborum de Nino loquitur, hæc ita ſcribit:

*Vir quidam erat Ninus velut ferunt cuncti*
*Aſſyrius, auri pondus ingens fuit cui.*
*Cui plura harenis Caſpijs erant certè,*
*Nec aſtra vidit, haud ſedebat is ſedens,*
*Apud magos non excitauit is ſacrum*
*Ignem, velut lex præcipit, ſed attingens*
*Virgis Dei, haud faciens ſacrum, nec is iudex.*
*Non nouit is numerare, parua nec nouit.*
*Sed optimus bibendo is eſt, edendóque.*
*Miſcere vinum, præcipitat is cætera mox cuncta.*
*Vt mortuus vir eſt reliquit his cunctis:*
*Vbi Ninus nunc eſt? vide ſepulchrúmque.*
*Audito ſiue Aſſyrius es, vel es Medus*
*Certe: Coraxus aut, vel ex ſuperis ſtagnis*
*Indus comatus, non enim: ſed ego dicam.*
*Ego Ninus iam ſpiritus fui dudum:*
B *At non nihil nunc rurſus, ipſe ſum terra.*
*Quæ edi teneo, ceciníque, amaui. opes omnes*
*Hoſtes ferunt qui conueniunt meas: hœdum*
*Crudum velut Bacche. Sed ad inferos ipſe*
*Feror, nec aurum, non equum ferens mecum,*
*Argenteum haud currum trahens properans cedo.*
*Mitram ferens ſed ipſe ſum cinis multus.*

Theopompus libro Hiſtoriarum Philippicarum quintodecimo Stratonem ſcribit Sidonium Regem omnes homines voluptatis deliciarúmque ſtudio ſuperaſſe. Nam qualia fingit Homerus Phæaces in feſtis ac potu feciſſe, cum Citharœdos audirent ac poëmata canentes, talia faciebat Straton per multum temporis ſpatium. Atque tantò magis illis ad voluptates concitatus erat, quantò Phæaces, vt aſſerit Homerus, cum familiaribus mulieribus filiiſque potare conſueuerant; Straton verò conuentus cum tibicinis, ſaltatricibus ac cithariſtis faciebat, multáſq; amicas ex Peloponeſo acceſſebat: compluréſque cantatrices ex Ionia, atque ex vniuerſa Græcia amicas puellas, quarum alias quidē ſaltātibus, alias canentibus amicis pręmiū certaminis

taminis proponere ſolebat, quibuſcum etiam coire ſæpius C delectabatur: cum vitæ huiuſmodi inſtitutionem complecteretur: ipſa natura ſeruus erat voluptatum, quod etiam magis faciebat ob Nicoclis æmulationem.

## *De Nicoclis contentione & Stratonis.*

### CAP. XIIII.

MAxima cum ambitione contendebant Nicocles & Straton, ac ſtudebat vterque vt ſuauiorem pigriorémque vitam ageret, qui etiam eò vſque certaminis peruenerunt, vt nos audiuimus, vt domorum apparatum ex accedentibus intelligentes, ſacrificiorúmque magnificentiam apud alterum, viciſsim ſe his ſuperare contenderint. Dabant operam vt felices beatíque eſſe viderentur, non tamen ſub vitæ finem feliciter egerunt, quippe qui ambo cęde violenta interfecti fuerunt. Anaximenes in libro, qui Regum mutationes inſcribitur, cum de Stratone eadem ſcripſiſſet, eundem narrat cum Nicocle eo, qui in Cypri Salamine regnauit decertaſſe, cum intemperantiæ deliciarúmq; maximè eſſet ſtudioſus: atque ambos violenta morte cecidiſſe. At Theopompus libro Philippicarum rerũ primo, vbi de Philippo narrat, inquit: & triduo ad Onocarſim, qui locus eſt Thraciæ delatus: lucum habens valde apparatum eleganter, atque diætæ maximè idoneũ, cum aliis anni partibus, tum magis ad deuitandum calorem. erat enim & à Cotye melior aliis iudicatus, qui omnium Regum qui vnquam regnarunt in Thracia, voluptatibus ac deliciis maximè fuit deditus, regionémq; circumiens vbi locos arboribus denſis ac irriguos fontibus comperiſſet, ibi conuiuij locum eſſe ſtatuebat. Tum ad ſingula loca accedens vbicunq; eſſe contingeret, ſacrificia Deis offerebat, cum primatibúſq; felicibus felix exiſtẽs verſabatur, donec Palladem conuiciis laceſſere, piaculúmque in eam committere auſus eſt. Poſtea narrat Hiſtoricus quòd Cotys cœnam parauit, veluti ſibi Pallas nupſiſſet, thalamúmque parauit, ac ebrius Deam expectabat. Verum cum non amplius mentis compos eſſet, quendam ex ſatellitibus miſit, qui videret an Dea veniſſet in thalamũ. Cũ reuerſus is eſſet, nullúmq; eſſe in thalamo retuliſſet, hunc ſagitta rex percutiẽs D

interf

A interfecit, aliúmque rurſus eodem modo : donec tertius re cognita acceſsit ac dixit Deam ipſum iam dudum in thalamo expectaſſe. Hic idem rex cum ſuæ mulieris aliquando eſſet Zelotypus, ſui ipſius manibus mulierem à pudendis incipiens, diſſecuit. Libro autem decimo tertio Philippicarum narrans de Chabria Athenienſi inquit; cum in vrbe viuere non poſſet tum ob intemperantiam, tum propter ſumptum in eius victum, tum etiam ob Athenienſes: omnibus enim ſunt moleſti, quapropter eorum potentes extra ciuitatem viuere elegerant: Iphicrates in Thracia, Conon in Cypro, Timotheus in Lesbo, Chares in Sigeo, ac ipſe Chabrias in Aegypto.

## *De Charete, Piſiſtratidis, ac Piſiſtrato.*
## CAP. XV.

DE Charete etiã ſcribit idem Theopompus libro quadrageſimo quinto; cum ſegnis eſſet Chares ac tardus atq; ad delicias viueret, qui cum militares tibicinas circum ducebat, ſaltatricéſque, & amicas pedeſtres, pecuniáſque in
B ſtipendia militaria paratas in res huiuſmodi abſumebat, ac ſuas ipſius pecunias Athenis reliquit tum dicentibus, tum iis, qui ſcriberent ſuffragia: ac ex priuatis iis, qui iudicio circumuenti eſſent. Quas res Athenienſis populus nequaquam grauiter tulit, verum ob res huiuſmodi magis eum dilexit cæteris ciuibus, atque id quidem meritò. Nam & ipſi rationem hanc viuendi obſeruabant, vt iuniores in tibicinarum gymnaſiis & apud amicas ſæpius verſarentur. Paulò verò ſeniores inter aleas ac res huiuſmodi laſciuię exercebantur. Ciuitas plura in communia conuiuia, carniúmque diſtributionem abſumere conſueuit, quàm in ciuitatis ipſius adminiſtrationem. At in inſcripto commentario Theopompus de nummis ex Delphis ſublatis, Chareti inquit Athenienſi ſexaginta talenta per Lyſandrum, quibus populo Athenienſi conuiuium in foro præbuit, cum ob victoriam ſacrificaſſet eius pugnæ, quæ fuit cum externis Philippi, quibus Adæus Gallus cognomento præerat: de quo Heraclides comœdiarum poëta meminit hoc pacto;

*Gallum Philippi cepit is ſcitè minus*
*Cucurrentem hora: ſed errantem: male*

V

*Quem perdidit, nec vlla criſta illi fuit.* C
*Vnoq; cæſo pluribus conuiuium*
*Parauit Athenienſibus, velut fuit*
*Chares generoſus.*

Hæc eadem ſcripta reliquit etiam Duris. Narrat Idomeneus Piſiſtratides Hippiam & Hipparchum conuiuia comeſſationéſque inueniſſe, quapropter equorum, aliorúmq; multorum apud illos magna erat copia, ex quo graue fuit illorum imperium. Pater etiam eorum Piſiſtratus voluptates mediocriter complectebatur, quare neque in villis, neque certè in hortis cuſtodes conſtituebat, vt narrat Theopompus libro vigeſimo primo: ſed volentes ingredi frui concedebat, atque quæcunque vellent capere: quod & Cimon poſtea fecit, cum illum imitaretur. De hoc etiam narrans libro Philippicarum decimo ait Theopompus: nullum fructuum cuſtodem in agris aut in hortis conſtituit Cimon Athenienſis, vt quicunque vellent ex ciuibus fructus carpere poſſent, ac ſi quid in locis illis placuiſſet acciperent. Domum poſtea omnibus communem præbuit, ſémperque magnificam cœnam apparabat multis hominibus, vt ex Athenienſibus qui eſſent pauperes, ac eò acceſsiſſent, ingrederentur ac cœnarent. His etiam ſatisfaciebat qui ſingulis diebus ab eo aliquid popoſciſſent, atq; illum referunt duos aut tres adoleſcentulos nummos habentes ſecum agere ſolitum, quibus imperatum erat vt iis darent, qui ab eo popoſciſſent. Narrant ipſum in exequias etiam inferre ſolitum quod & perſæpe faciebat. Vbi aliquem ciuem malè indutum vidiſſet, eum cuipiam adoleſcentum, qui eum ſequebantur, induere imperabat: ex his omnibus maximè laudabatur, omniúmq; ciuium facile erat primus. Piſiſtratus verò multis in rebus grauis fuit, vbi Dionyſij perſonam, quæ eſt Athenis, illius imaginem eſſe inquiunt. D

## *De Periclis voluptate, Themiſtoclis intemperantia, Artemonis delicijs.* CAP. XVI.

HEraclides Ponticus Periclem Olympium ſcribit in libro de Voluptate, vbi mulierem domo expulit, vitámque cum voluptate elegit, habitaſſe cum Aſpaſia amica

Meg

A Megarenſi, bonámque diuitiarum ſuarum partem in eam abſumpſiſſe. At Themiſtocles nondum ebriis Athenienſibus, neq; vtentibus amicis, quadrigas amicarum cum apertè iunxiſſet per plenum Ceramicum matutinus currum impulit. At ambiguè ipſum dictum eſt ab Idomeneo num quatuor amicas velut equos iunxiſſet, vel ipſas in currum aſcendere fecerit. Poſis libro tertio rerum Magnetum Periclem ſcribit cum in Magneſia coroniferum principium ſumpſiſſet, ſacrificaſſe Palladi. feſtúmque Panathenæa nominaſſe, atque cum Choopotæ Dionyſio ſacra initiatus eſſet, feſtum Choum ibi demonſtraſſe. Clearchus libro primo de Phigalia Themiſtoclem inquit triclinium in Magneſia extruxiſſe pulcherrimum, qui ſe contentum eſſe dicebat, ſi hoc impleuiſſet amicis. Chamæleon Ponticus cum in libro de Anacreonte hoc præpoſuiſſet, fulua in Eurypila Artemon Verſatilis; appellationem conſecutum inquit inde Artemonem, quòd cum delicatè viueret in thoro circunferebatur, atque ex paupertate Anacreon narrat his verbis eum in delicias conuerſum; cum prius berberium operimenta haberet conſtricta, lignéóſque aſtragalos circa aures, tenue μιλευπι- εφέετπ.

B circa latera bouis nuper ditatum velamen mali ſcuti, cum piſtoribúſque & ganeonibus malus Artemon verſaretur, ac victum pertenuem inueniret: multum in haſta ceruicem poſuerit, multum in rota, multúmque in coriaceo tergore comam ſcutica reuinctus, mentúmque vellicatus. Nunc verò in vehiculo vehitur, aureáſque veſtes induit Cyces filius, vmbraculúmque geſtabat, veluti fœminæ conſueuerunt. Satyrus, vbi de pulchro Alcibiade narrat, fama eſt inquit quòd cum eſſet in Ionia magis delicatus erat Ionibus. At Thebis cum corpus curaret ac exerceretur magis omnibus Thebanis Bœotius apparuit. In Theſſalia equorum ſtudioſis aurigarúmque Alenadarum ſtudioſior viſus eſt. Velut in Sparta cum temperantiam diligentiámque aliorum imitaretur Lacones ipſos ſuperauit, ac Thraces merum bibendo vicit. Cum mulieris ipſius periculum faceret, velut alius eſſet, mille daricos nummos illi miſit. Atque cum pulcherrimus eſſet aſpectu, comam per pluiimam partem ętatis nutriuit, calceóſq; varios geſtabat, qui ab ipſo poſtea Alcibiades dicti ſunt. Vbi verò ludos ederet cum pompa purpuream veſtem

geſtabat, ac ingrediens in theatrum non hominibus ſolum omnibus, verum etiã mulieribus erat admirationi: quamobrem Socraticus Antiſthenes, velut ipſe Alcibiadem viderit, fortem, virilémque ipſum, indocilem ac audacem, & ex ætate formoſum fuiſſe affirmat. Vbi verò peregrinaretur quatuor ex ſociis ciuitatibus tanquam ſeruis vtebatur. Scenam Perſicam illi fecerant Epheſij, equis eius pabulum præbebant Cei, ſacra miniſtrabant in ſacrificia & carnium diuiſiones Cyziceni, vinum Lesbij ſuppeditabant, cæteráq; omnia, quæ ſpectant ad victum quotidianum. Cum ex Olympia Athenas acceſsiſſet, duos lances, Aglaophontis picturam depoſuit; quorum alter Olympiadem ac Pythiadem ipſum coronantem habebat, in altero ſedens Nemea conſpiciebatur, inter cuius genua erat Alcibiades, qui facie mulierum formoſior videbatur. Cum exercitus etiam dux eſſet, vt pulcher eſſe ſtuduit: nam & ſcutum habebat ex auro eboréq; confectum, in quo erat inſigne, Amor, qui fulmen flexerat. Cum ad Anytum qui eius Amator erat, & diues, aliquando ad comeſſationem acceſsiſſet, vnà ex ſociis vno Thraſyllo accedente (erat enim hic pauper) prouocans dimidio poculorum Thraſyllum, qui in poculorum theca poſiti erant, iuſsit ſeruos ad Thraſyllum auferre: poſtea cum hic Anytum complexus eſſet, diſceſsit. Cum dixiſſent quidam quòd Alcibiades illum amentem feciſſet, Anytus liberaliter admodum ac venuſtè, non per Iouem inquit, ſed bonum: nam cum omnia capere poſſet, dimidium reliquit. Lyſias autem orator de illius narrans deliciis inquit: cum vnà in Helleſpontum Axiochus & Alcibiades nauigaſſent, in Abydo duo exiſtentes vxores duxerunt Medontiadem Abydenam, & Xynocepem. Poſtea cum filia illis eſſet nata, quam non poſſe ſe diſcernere dicebant vtrius eſſet, vbi viro matura fuit, cum hac etiam dormierunt; quam ſi haberet vteretúrque Alcibiades Axiochi filiam eſſe dicebat: ſi Axiochus, Alcibiadis. Carpitur ab Eupolide etiam his verbis in adulatoribus, velut in mulieres intemperans; D

*Alcibiades ex mulieribus exeat.*
*Quid nugaris? non domum accedens tuam exercebis vxorem?*

Et

A Et Pherecrates inquit;

*Exiſtit haud vir Alcibiades, vt patet,*
*Nunc omnium vir fœminarum at denique eſt.*

Agides Regis vxorem Timæam corrupit in Sparta, cum ibi eſſet: ac à quibuſdam reprehenſus non intemperantiæ laſciuiæque cauſa ſe coiiſſe dicebat; ſed vt qui ex ipſo eſſet natus Spartæ imperaret, atque ne Reges ab Hercule amplius dicerentur ſed ab Alcibiade. Cum exercitui præeſſet Timandram Laidis Corinthiæ matrem ſecum ducebat, ac Theodoten amicam Atticam. Poſt exilium cum Athenienſes Helleſponti dominos conſtituiſſet, pluréſque Peloponnenſes quinque millibus cepiſſet, eos Athenas miſit. Poſt res geſtas huiuſmodi, cum in patriam reuerteretur Atticas triremes oleaginis ramis, teniis, & coronis coronauit: tum captiuas naues coniungens extremis amputatis partibus, ad ducentas vectandis equis fabrefactas ſpoliis plenas, armíſque Laconicis ducens, adnauigauit. Triremis, in qua ipſe nauigabat, ad Clauſtra vſque Pirei purpureis velis accurrit. Aſt vbi fuit intus, remigéſque remos ceperunt, Chryſogonus Pythicam ſtolam indutus
B nualem rhythmum cecinit. Callippides autem tragicus ſcenæ ſtolam indutus ſignificauit, quamobrem peruenuſtè dixit quidam; neque duos Lyſandros Sparta tulit, neque duos Alcibiades ferrent Athenæ. Imitabatur Alcibiades riſum Pauſaniæ: atque cum verſaretur cum Pharnabazo Perſicam ſtolam induebat, Perſicámque vocem diſcebat, velut etiam Themiſtocles. Duris Hiſtoriarum libro vigeſimo ſecundo Pauſanias inquit rex Spartanorum patria veſte dimiſſa Perſicam ſtolam induit. Ac Dionyſius Siciliæ tyrannus Xyſtidem aureámque coronam Tragicam in fibula tranſmutauit. Alexander is, qui Aſiæ fuit dominus, Perſicis ſtolis vtebatur. At omnes Demetrius ſuperauit: nam ex multo ſumptu calceatum, quem habebat, ſibi comparauit, erat enim opificij ferè forma ſuprema ac pulcherrima calcei: pileum capiebat ex precioſiſsima purpura, in quo multam auri intexuerant varietatem & ante & retro artifices remittentes. Chlamydes illius nigrum coloris ſplendorem habebant, ad cœlum vbique aureas habens ſtellas, duodecim que animalia intexebatur. Corona auro intexta, vel

*καταβλήματα, aulea quæ in ſcena pictũ fabularum argumentum oſtendebant.*

cauſiam purpuream complectebatur in tergo extrema referentem aulea texturarum. Cum Demetrij Athenis agerentur, ſcriptum fuit in proſcenio, in habitata vectus. C Nymphis Heracleota libro de patria ſexto, Pauſanias inquit, qui circa Platæas Mardonium ſuperauit, cum Spartes leges præteriiſſet, ac in ſuperbiam eſſet elatus apud Byxantiúmque verſaretur, crateri æreo, qui Deis depoſitus eſt iis, qui in ore ſunt erecti, quem nunc etiam eſſe contingit; auſus eſt hoc Epigramma inſcribere, tanquam ipſe depoſuiſſet: cum ſui ipſius ob ſuperbiam ac delicias eſſet oblitus:

*Neptuno Regi virtutis munera donat,*
*Maxima cui paret Græcia, Pauſanias;*
*Euxino in ponto: Lacedæmonius genuit quem*
*Clembrotus, antiquo ex Herculeo genere.*

Deliciis deditus fuit Pharax etiam Lacedæmonius, vt libro quadrageſimo narrat Theopompus, qui voluptatibus ita intemperanter delectabatur ac luxu, vt ob huiuſmodi cauſam Siculus eſſe exiſtimaretur multò magis, quàm ob patriam Spartanus.

D

## *De Archidami, Iſanthis, Philadelphi, Calliaq́ intemperantia.*

### CAP. XVII.

Archidamus Lacon ſcribit libro quinquageſimoſecundo patriam, viuendi rationem deſeruit, peregrinóque ritu conuiuabatur, quare cum vitam domeſticam perferre non poſſet, ob intemperantiam ſtudebat vt foris ſemper verſaretur. Cum Tarentini igitur legationes de ſocietate facienda miſiſſent, ſedulò dedit operam, vt cum illis auxiliarius mitteretur. Atque cum ibi eſſet in bello mortuus, nec ſepulturam quidem eſt conſecutus, quamuis Tarentini multos nummos hoſtibus pollicerentur pro corporis illius redemptione. Phylarchus libro Hiſtoriarum decimo Iſanthem Regem fuiſſe ſcribit Thracum eorum, qui Crobyzi ſunt nuncupati, atque omnes ſuæ tempeſtatis homines deliciarum ſtudio ſuperaſſe. Erat autem & diues & formoſus. At libro vigeſimoſecundo idem Ptolemæum ſcribit, qui ſecundus regnauit in Aegypto, cum

A cum omnium potentum grauiſsimus eſſet, ac diſciplinæ, ſi quiſpiam alius diligentiſsimè nauaſſet operam, ita deceptum, mente alienatum, & corruptum fuiſſe ab importunis deliciis, vt ſe ſemper victurum crediderit, ac dixerit ſe ſolum immortalitatis rationem inueniſſe. Cum dies igitur nonnullos podagra infeſtaretur, ac poſtea conualuiſſet vidiſſetq; per quoſdam claros Aegyptios prandium apud fluuium parantes, atq; vilia comedentes, fuſimq; in arena proiectos, dixit; heu me infelicem, qui neque vnus ex iis eſſe poſſum. De Callia vno illius adulatore prius diſſeruimus: verum quando nuper de eo narrat Heraclides Ponticus in libro de Voluptate, ſuperiorem orationem reſumentes dicamus. Cum primum Perſæ in Eubœam militarunt, tunc, vt fama eſt, Diomneſtus vir Eretrieus nummorum ducis exercitus erat dominus: accidit enim vt in illius agro maneret, ac nummos in quodam domus thalamo haberet. Cum omnes fuiſſent mortui, neſciebatur Diomneſtus habere pecuniam. Aſt vbi rurſus rex Perſarum exercitum in Eritream miſit, atque ciues omnes migrare iuſsit, omnes meritò qui nummos complures haberent, clam exportarunt. Qui igitur relicti fuerant familiæ Diomneſti, ad Hipponicum Calliæ Ammonem cognomento, nummos clam ſubtraxerunt Athenas. Cum omnes Eretrienſes ob Perſas ſolum poſtea vertiſſent, iſti nummos qui erant complures habuerunt, ita vt Hipponicus ab eo Hipponico oriundus apud quem nummi depoſiti fuerant, locum in arce ab Athenienſibus expetiuerit, vbi nummis domum extrueret. ac vbi habitaret, cum non eſſe tutum diceret, tot nummos eſſe in domo priuata: ac Athenienſes eum conceſſerunt. Poſtea ab amicis admonitum rei peractæ pœnituit. Cum pecuniæ huius Callias factus eſſet dominus, voluptariéque viueret, qui adulatores, aut quæ amicarum multitudo ad hunc non confluebat? aut quos ſumptus ille non paruifaciebat? veruntamen eò vſque miſeriarum vitæ voluptas eum compulit atque perduxit, vt apud vetulam quandam barbaram viuere cogeretur, victúſque quotidiani inopia laborans diem ſuum obierit. Niciæ autem Pergaſei vel Iſchomachi diuitias nonnulli abſumpſerāt: at ne Autocleas aut Epicleas; qui cum vnà viuere decreuiſſent, omnibúſque rebus voluptatem

præponerent, qui cum omnia liguriſſent, cicutam bibentes C vnà vitam etiam abſumpſerunt.

## *De Alexandri Magni deliciis.*

## CAP. VIII.

NArrat Ephippus Olynthius in libro de Alexandri Hephæſtioniſq; interitu de Alexandri deliciis; quòd aureus thronus illi in paradiſo poſitus erat, thorique argenteos pedes habentes, in quibus ſedens, vnà cum amicis iura dicebat. Scribit Nicobule quòd omnes pugiles vt inter cœnandum Regem delectarent, ſtudebant: quódque in vltima cœna Alexander ipſe cum epiſodium aliquod commemoraſſet ex Andromeda Euripidis concertabat, merúmque bibens promptè prouocabat alios, ac bibere cogebat. Aſſerit Ephippus Alexandrum ſacras etiam veſtes in cœnis geſtare ſolitum, aliquando purpuream quidem Hammonis circunciſas veſtes cornuáque velut Deus, aliquando verò Palladis quam in curru geſtabat, ac ſæpius ſupra humeros Perſicam ſtolam ſubtexens, & arcum, & haſtam. Aliquando Mercurij etiam reliqua ferè, tum chlamydem purpuream, ſagúmque ſemialbum ſingulis D diebus, cauſiámque regium diademа habentem. At in conuentu calceos & petaſum in capite, caduceúmque in manibus: ſæpius clauam etiam leoninámque pellem, veluti Hercules. Quid ſanè admirabile eſt ſi noſtris temporibus Commodus Imperator Herculeam clauam in vehiculis adiacentem habeat, pelliſque leonina ei ſubſternatur, ac Hercules dici cupiat, cum Alexander Ariſtotelis diſcipulus ſe tot Deis comparauit, & Palladi præcipuè? conſpergebat precioſo vnguento, vinóque odorifero pauimentum Alexander; myrrháque & aliis ſuffimentis ſibi ſuffumigari videbat; tum comprobatio & ſilentium omnes præſentes præ timore continebat: erat enim homicida & intolerabilis, quoniam melancholicus eſſe videbatur. Cum Dionyſio ſacrificium in Ecbatanis offerret, omniáque abundè in conuiuio parata eſſent, Satrabates Satrapa omnes milites ad conuiuium excepit. Cum multi ad ſpectaculum congregati eſſent, ait Ephippus præconia facta ſunt elata, ac Perſico faſtu multo inſolentiora cum alij proclamarent Alexandrúmque coronarent, vnus quidem

*ἐπιϛόδιον. argumentum præter rem riſus gratia.*

A dam ex cuſtodibus ſequentibus excellens omnem adulationem Alexandro communicaturus, præconem dicere iuſsit, quòd Gorgus armorum cuſtos tribus millibus aureis Alexandrum coronat Hammonis filium: tum quòd Athenas obſidebat cum armaturarum decem millibus, totidémque catapultarum & ſagittarum quæ in bello ſufficerent. Chares libro decimo Hiſtoriarum Alexandri, cum Darium cepiſſet, inquit, nuptias ſuas celebrauit, & amicorum aliorum, atque nonaginta & duos thalamos in eodem loco conſtituit. Habebat autem domus centum thalamos, in quibus ſingulis lectus erat, nuptiali ſtola viginti argentearum minarum ornatus, at ipſius thorus pedes habebat argenteos. Accepit in conuiuium & priuatos peregrinos omnes, quos vnà cum reliquis pedeſtribus, equeſtribúſque copiis, ac maritimis, legationibus, ac in aulam aduentantes in faciem ac è regione ſui, aliorúmq; ſponſorum collocauit. Ornata erat domus veſtibus ſumptuoſis ac velaminibus magnificè & ſplendidiſsimè: atque ſub his purpureis ac puniceis auro intextis. Vt verò ſcena firmaretur atque conſiſteret, columnæ viginti cubitorum
B auratæ atque gemmatæ, circúmque argento obductæ conſtituebantur, circumponebantur in ambitu aulæa magnifica belluata ac auro conſerta, quæ columnas habebant aureas & argenteas. Erat aulæ ipſius ambitus quatuor ſtadiorum. fiebant cœnæ ad tubam tunc quidam ob nuptias, at aliàs ſemper cum contingeret vt ſacrificaret; ita vt totus ſciret exercitus. Intra quinque dierum ſpatium nuptiæ peractæ fuerunt, compluréſque ſeruierunt tum Barbari, tum Græci, tum etiam ex iis, qui ex India venerant. Præſtigiatores aderant peritiſsimi & elegantes; Scymnus Tarentinus, Philiſtides Syracuſius, Heraclitus Mitylenæus; poſt quos recitator Alexis Tarentinus recitauit. Acceſſerunt & Pſilocithariſtæ Cratinus Methymnæus, Athenodorus Teius, citharámque pulſarunt Heraclitus Tarentinus, & Ariſtocrates Thebanus. Cantores acceſſerunt Dionyſius Heracleotes, Hyperbolúſque Cyzicenus: tibicines illi venerunt, qui Pythia prius cecinerunt. Ac cum choris poſtea; Timotheus, Phrynichus, Scaphiſias, Diophantus, tum Chalcidicus etiam Euius. Poſt-

modo ij, qui Dionyſiocolaces dicebantur, Alexandroco- C
laces vocati ſunt ob exceſſum munerum, quare gauiſus
eſt Alexander. Hiſtriones tragœdiarum fuerunt Theſſa-
lus, Athenodorus, & Ariſtocritus: comœdiarum verò
Lycon, Phormio, Ariſton. Aderat Phaſimelus etiam ſal-
tator. At coroniæ inquit, quæ miſſæ ſunt à legatis, & à
reliquis, quindecim millium erant talentorum. Poly-
cletus Lariſſæus libro Hiſtoriarum octauo Alexandrum
ſcribit in aureo lecto dormire ſolitum, in exercitum ti-
bicinas ac tibicines ſecum ducere, & ad auroram bibere
coſueuiſſe. Clearchus in Vitarum libro, de Dario loquens
ab Alexandro occiſo, hæc inquit; cum rex Perſarum præ-
mia iis proponere conſueuiſſet, qui voluptates ei inue-
niſſent, regnum omnibus ſuauibus deterius eſſe demon-
ſtrauit: qui ſe ipſum non cognouit prius ſe debellaſſe,
quàm alij ſceptrum capientes Reges fuerint declarati.
Phylarchus libro Hiſtoriarum vigeſimotertio, & Aga-
tharchides Cnidius libro Aſiæ decimo, amicos etiam
Alexandri mirum in modum deliciis fuiſſe delectatos te-
ſtatur: quorum cum vnus eſſet Agnon aureos clauos in
calceis & crepidis geſtabat. Clitus cognomento Albus D
cum ius dicturus eſſet, veſtibus purpureis indutus ambu-
labat, ac cum viris, quicunque obuij fuiſſent, diſſerebat.
Perdiccam atque Craterum exercitationum ſtudioſos
diphtheræ ſtadij magnitudine ſequebantur, quibus lo-
cum complectentes in caſtrametationibus exercebantur:
ſubſequebantur & multa iumenta, quæ ad palæſtræ vſum
puluerem conferebant. Menelaum verò & Leonnatum
venatores tentoria ſtadiorum quinque ſequi ſolebant,
quibus feras circundantes venabantur. Aureas autem pla-
tanos, ac auream vitem, racemos ex ſmaragdis haben-
tem, carbonibúſque Indis, ac aliis magnificentiſsimis
lapillis in quos eximij fiebant ſumptus, ſub quibus Per-
ſarum Reges ſæpius ſedentes iura dicere conſueuerant:
multò minora videri inquit Phylarchus, quàm impenſa,
quæ vbique ſingulis diebus fiebat ab Alexandro. Erat
enim illius tentorium centum lectorum capax, quod octo
aureis columnis fulciebatur. Lacunaria verò ſuperius ex-
tenſa aurea varietatibus magnificis diſtincta ſuperiorem
locum

A locum cooperiebant. Quingenti Perſæ maliferi primi circa illam ſcenam interius aſsiſtebant veſtibus purpureis ac luteis induti: poſt quos arciferi mille numero; alij flammeis induti, alij hyſgini herbæ colore: atque eorum complures cærulea habebant veſtimenta. Ante os Macedones quingenti argenteos clypeos habentes collocabantur. At in medio ſcenæ aureus currus poſitus fuerat, in quo ſedens Alexander ius dicere conſueuerat, corporis cuſtodiis eum vndique obſeruantibus. Extra circulum ſcenæ elephantorum agmen paratum conſtiterat, milléque Macedones Macedonicas ſtolas habentes; tum Perſarum decem millia, ac multitudo quæ purpuram habebat ad quingentos accedebat, quibus iniunxerat Alexander vt hanc ſtolam ferrent. Cum tot eſſent numero ſerui & amici, nullus ad Alexandrum audebat accedere, tanta erat illius exiſtimatio ac dignitas. Scripſit aliquando ciuitatibus iis, quæ ſunt Ionia, prioribúſque Chiis vt purpuram ipſi mitterent, quoniam omnes amicos purpureas veſtes geſtare volebat. Cum legiſſent Chij epiſtolam, Theocritus ſapiens præſens ſed dictum illud
B Homeri legiſſe inquit.

*Purpurea hunc mors cepit, & hunc crudelia fata.*

## *Antiochi hoſpitia ſplendida, Samiorum Laura.*

## CAP. XIX.

POſsidonius libro Hiſtoriarum vigeſimo octauo Antiochum ſcribit Regem cognomento Grypum appellatum, acceptiones ſplendidas paraſſe, cum conuentus fierent in Daphnes honorem. In quibus integrorum e iuliorum fiebant diſtributiones, poſtea viuentium etiam, anſerum ſcilicet, leporum, & dorcadum. Concedebantur & aureæ coronæ cœnantibus, argenteorúmque vaſorum, ſeruorum, equorum, camelorum, non exigua multitudo. Oportebat omnes camelum aſcendere ac bibere, camelúmque accipere, quæque ad camelum ſpectarent vnà cum aſtante puero. At libro decimoquarto de Antiocho eiuſdem nominis qui in Mediam copias eduxit in Arſacem narrans, inquit; quòd acceptiones populares

*γρυπός, naſum habens aduncum.*

lares faciebat, in quibus præter eſorum abſumptorúmque C copiam, ſinguli conuiuæ integras carnes marinorum, terreſtrium., & volucrum, quæ non cæſæ fuerant paratæ abſtulerunt, ita vt vel plauſtrum poſſent onerare. Poſt res huiuſmodi mellitæ placentæ, coronæque ex myrrha, & thure, aureiſque liniamētis ad longitudinem hominis conſtrictis. Clitus autem Ariſtotelicus in iis quæ ſcripſit de Mileto, aſſerit Polycratem Samium tyrannū omnia quæ erant alibi ob delicias congregaſſe; canes ex Epiro, ex Scyro capras, oues ex Mileto, ſues ex Sicilia. Alexis libro tertio de Terminis Samiorum, multis ex ciuitatibus Polycratem Samum ornaſſe inquit; cum Moloſſas canes ac Lacænas induxerit; capras ex Scyro ac Naxo; ex Attica & Mileto oues. Artifices etiam præmiis ingentibus accerſebat inquit, at prius quàm eſſet tyrannus lectos magnificos comparauerat, poculáque vel nuptias vel maiora aliqua conuiuia facientibus, vt vterentur, accommodabat. Ex his omnibus admiratione dignus eſt tyrannus, quippe qui nullibi ſcribitur vel mulieres, vel pueros accerſiſſe, cum mirum in modum marium congreſſu lætaretur; ita vt vel Anacreontis riualis eſſet, cum amaſium ob iracundiam totondiſſet. D Primus Polycrates cum naues feciſſet, Samias ex patria appellauit. Narrat Clearchus quòd Polycrates Abraſami tyrannus ob vitæ intemperantiam mortuus eſt, cum Lydorum mollitiem imitaretur, ex quo in ciuitate in Sardium dulci cubito vocato apud Samios Lauram conſtituit, atque Lydorum floribus Samiorum dictos flores omnes repleuit. Horum autem Samiorum Laura anguſtus erat vicus mulierum artificum; atque omnibus epulis ad fruitionem intemperantiámque ſpectantibus vniuerſam Græciam impleuit. Sunt autem Samiorum flores mulierum virorúmq; varia pulchritudo; totiúſque ciuitatis in feſtis & potu exiſtentis. Atque hæc Clearchus. Noui autem & ipſe apud meos Alexandrinos Lauram quandam nuncupatam ad hęc vſque tempora felicium vicum; in quo venduntur omnia quæ ſpectant ad delicias. Scribit Ariſtoteles in deliciarum admirabilibus Alciſthenem Sybaritam huiuſmodi magnificentiæ veſtem ob delicias comparaſſe, vt in Lacinio in Iunonis congreſsibus poneretur, ad quos Itali omnes conueniebant: atque omnibus oſtenſis ſola illa admiratione di-

gna

A gna iudicabatur: quam cum haberet ſenior Dionyſius pro centum & viginti talentis Carthaginienſibus tradidit. Teſtatur hoc ipſum Polemon in libro de Peplis in Carthagine inſcripto. Herodotus libro ſexto de Smyndiride Sybarita eiúſque deliciis diſſeruit, quòd ad ſponſalia filiæ Cliſthenis Sicyonij tyranni Agarites enauigaſſet, inquit: Smindyrides Sybarites Hippocrateius ex Italia, qui vnus vir ad plurimum acceſsit voluptatem: ſequebantur eum mille coqui & aucupes. Scribit de illo Timæus etiam libro ſeptimo; De iunioris Dionyſij Siciliæ tyranni deliciis. vbi ſcribit in vitis Satyrus Peripateticus domos ait triginta thoros habentes apud eum impleri conuiuis conſueuiſſe. Ita etiam ſcribit Clearchus libro quarto Vitarum; Dionyſius autem Dionyſij filius totius Siciliæ deuaſtator cum ad Locrorum vrbem accederet, quæ illi erat metropolis,(Doris enim quæ mater illius fuerat, genere fuit Locra) quæ maxima foret in ciuitate domus, hanc ſerpillis roſiſque ſternebat: atque viciſsim Locrorum virgines accerſebat, nudúſque cum nudis nulla pudoris ratione habita ſuper ſtratis conuoluebatur. At non multo poſt iniuria affecta, B illius vxorem ac filios capientes captiuos in via conſtituentes, in eos atrociter egerunt. Atque vbi iniuriæ pleni eſſent, acubus ſub manuum vnguibus pungentes ipſos interfecerunt, mortuorúmque oſſa in mortariis contuderunt, atque carnes reliquas cum diſtribuiſſent, diris imprecationibus eorum caput omnes obligauerunt, qui ex iis non guſtaſſent: ex quo ad nefarias imprecationes eorum carnes compulerunt, vt nutrimentum epulantium ederetur, reliquas verò demerſerunt. Ipſe verò Dionyſius matris Deorum tympana geſtans, ac ſtipem cogens, miſerrimè demum vitam permutauit. Cauendum eſt igitur vt deliciis inſeruiamus, cum vitas euertant, ac iniuria omnium rerum maximè calamitoſa.

## *Gelonis lauacra, Demetriique Phalerei voluptas.*

## CAPVT XX.

SCribit Diodorus Siculus in libro de Bibliotheca, Agrigentinos locum natanti aptum Geloni magnificè præ-

paraſſe, cuius ambitus ſeptem ſtadia continebat, profunditas verò erat cubitorum viginti; in quem cum fluuij, fontanæq; aquæ inducerentur, aderat etiam piſcina, quæ multos piſces ad delicias fruitionémq; Geloni præbebat. Tum etiam cygnorum multitudo aduolabat, ita vt iucundiſsimum foret ſpectaculum. At poſtea deuaſtata ſunt omnia, cum fuerint obruta. Duris libro decimo de Agathocle, Lucum quendam apud Hipponij ciuitatem oſtendi inquit egregiæ pulchritudinis, aquíſque irriguum, in quo locum quendam eſſe aſſerit, Amaltheæ cornu vocatum, quem Gelon parauit. At Silenus Calatianus libro rerum Sicularum tertio hortum eſſe ſcribit apud Syracuſas magnificè fabrefactum, qui vocatur Fabula, vbi rex Gieron iura dicere conſueuerat. At vniuerſa Siciliæ Panormitis hortus appellatur, quoniam domeſticis arboribus tota eſt conſita; vt C

*Πανορμῖτις. ſtatio & portus.*

aſſerit Callias libro octauo Hiſtoriarum de Agathocle. Poſidonius autem libro octauo de Demophilo Siculo diſſerens, ob quem ſeruile bellum concitatum fuit, quia deliciarum erat ſtudioſus, hæc etiam addidit; deliciarum perfidiæ'que erat ſeruus, nam & quatuor rotarum plauſtra per regionem circumducebat, ſeruóſq; formoſos, & equos, multitudinémque diſſolutam ac intemperantem adulatorum & militarium puerorum. Poſtea verò cum tota familia quauis iniuria affectus à domeſticis vitam contumelioſè finiuit. Demetrius Phalereus cum mille & ducenta talenta quotannis haberet, velut Duris teſtatur libro Hiſtoriarum ſextodecimo, ex his perpauca in milites, ciuitatíſque adminiſtrationem abſumebat, reliqua verò ob innatam ſibi intemperantiam in conuiuia, quæ ſingulis diebus ſplendida faciebat, & in conuiuarum multitudinem diſsipabat: at Macedones ſumptum, qui fiebat in cœnas magnificentia ſuperabat: elegantia Cyprios ac Phœnices; vnguentorúmque guttæ in terram decidebant. Complura florida pauimenta in virorum locis ab artificibus variegata conſpiciebantur. Aderant & taciti ad mulieres congreſſus, & nocturni adoleſcentum amores; atque Demetrius, qui aliis leges imponebat, vitæ'que rationem coordinabat, vitam ipſe ſibi maximè illegitimam conſtituit. Curam gerebat aſpectus, capillóſque capitis fuluos faciebat, pæderotéque faciem vngebatur, aliiſq; vnctionibus vtebatur, quoniam D

A niam ſtudioſus erat vt aſpectu iucundus obuiis ac ſuauis eſſe videretur. At in pompa Dionyſiorum,quam fecit cum princeps eſſet factus poëma in eum compoſitum Chorus decantauit. * euacuatus Soleis:in quibus ſolis faciem præ ſe ferens dictus eſt:egregiè nobilis blandæ parcæ,diuinis honoribus te princeps condecorat.Caryſtius Pergamenus libro Memorabilium tertio, Demetrius Phalereus inquit, cum frater Himeræus ab Antipatro fuiſſet occiſus, vnà cum Nicanore verſabantur, cum cauſam haberet, velut ſacrificaret fratris apparitiones. Cum Caſandri foret amicus magnopere pollebat, atque prandium illius erat à principio Oxybapha, quæ multas habebant oliuas, caſeúmq; inſularum:vbi factus eſt diues, Moſchionem emit, qui omnium Coquorum cœnáſque parantium ſuæ tempeſtatis erat præſtantiſsimus. Tot erant ea, quæ quotidie parabantur, vt cum Moſchioni reliquias largiretur,Moſchio duobus annis tres vicos coemerit. Pueros liberos iniuria afficiebat, nobiliorúmque mulieres. Zelotypia proſequebantur omnes pueri catamitum illius Theognim: atque tanti erat ad Demetrium accedere, vt vel ipſo poſt pran-
B dium ambulante ad locum apud tripodes diebus ſequentibus pulcherrimi pueri acceſſerint.

## *Luculli deliciæ & Parrhaſij pictoris.*

## CAPVT XXI.

NIcolaus Peripateticus libro Hiſtoriarum decimo & vigeſimo Lucullum narrat cum Romam reuerſus eſſet, ac triumphaſſet, bellíque contra Mithridatem rationem reddidiſſet, in diætam priſtina temperantia multò magnificentiorem fuiſſe conuerſum: primúmque ad omnia deliciarum gratia Romanis ducem extitiſſe, cum duorum Regum Tigranis ac Mithridatis opulentiam accepiſſet. Celeberrimus erat ob delicias ac mollitiem Sittius apud Romanos, vt aſſerit Rutilius; nam de Apicio prius verba fecimus. Omnes ferè Hiſtorici vno ore fatentur Lyſandrum & Pauſaniam ob delicias fuiſſe celeberrimos; quare Agis etiam dixit de Lyſandro, quòd Sparta ſecundum hunc ferret Pauſaniam. Theopompus libro decimo rerum Græcarum his contraria dixit de Lyſandro,

Lyſandro, quòd vir erat laborioſus,quique priuatos homines ac Reges demulcere poſſet, temperans, omnibúſque voluptatibus ſuperior. Cum igitur Græciæ totius ferè factus eſſet dominus, in nulla ciuitate vel in voluptates Venereas eum irruiſſe, vel minus opportunè ebrietatibus aut compotationibus vſum fuiſſe, reperiemus. Sic igitur deliciæ magnificentiæq́ue ſtudium apud antiquos vigebat, vt vel Parrhaſius pictor purpuream veſtem geſtare conſueuerit, & coronam habuerit auream in capite; velut Clearchus narrat in Vitis. Hic enim cum ob picturæ concinnitatem ineptè deliciis oblectaretur verbo quidem virtutem ſibi vendicabat, atque in operibus à ſe perfectis hæc inſcribebat; C

*Hæc pinxit mollis, virtutis cultor & idem,*
*Clara Parrhaſius ex Epheſo patria.*
*Nec patris ignarus præſtantis, qui edit Achiuis*
*Legitimum, ipſe artis præmia prima fero.*

Gloriatus eſt citra inuidiam in his, cum audientibus incredibilia dixiſſet.

*Iam dico, profectò*
*Huius adeſt artis meta reperta mihi.* D
*Hoc noſtræ valuere manus; præſtantia fingunt.*
*Inculpata tamen nulla reperta viris.*

Cum in Samo aliquando cum Aiace inferiore decertaſſet, ac victus fuiſſet, condolentibus vnà amicis inquit, quòd ipſe parum curaret, at cum Aiace condoleſcerent, qui iterum vincendus ſit. Geſtabat purpuream veſtem ob delicias, atque in capite ſtrophium habebat in capite album, bacilloque ſe firmabat aureas lineas habente circumuolutas, ac aureis vittis crepidas ſtringebat. Ea verò quæ ſpectant ad artem non inſuauiter faciebat, ſed facillimè ita vt caneret aliquando dum pingeret: vt Theophraſtus aſſerit in libro de felicitate. Mentiebatur etiam, vbi in Lindo Herculem pingeret, quoniam Deus illi in ſomnis apparuiſſet; atque idcirco eius quàm maximè fieri poſſet, aſpectum pictura imitaretur: quare effectum eſt vt in tabula ſcripſerit;

*Talis adeſt ſpecie, qualem per ſomnia vidit,*
*Parrhaſius pictor, culta figura Dei.*

Ariſt

A *Ariſtippi deliciæ.* CAP. XXII.

PHiloſophorum etiam ſectæ vniuerſæ de deliciarum electione altercabantur: atque Cyrenaica vocata, quæ principium cepit ab Ariſtippo Socratico, qui voluptatem complexus hanc ſummum bonum eſſe dicebat, in eáque felicitatem exiſtere, ſolámque illam firmam eſſe, veluti perditiſsimæ prorſus gulæ homo; qui neque præteritarum fruitionum rationem habebat, neque ſpem futurarum, ſed in præſenti ſolo bonum eſſe iudicabat: nam fruitionem habuiſſe, aut eſſe habiturum, nihil ad ſe ſpectare dicebat, quoniam hoc haud eſſet amplius, illud verò nondum eſſet, ac eſſet incertum, ſicuti deliciis capti afficiuntur, qui in præſenti gaudere opus eſſe inquiunt, Vita quoque illius, quam in omnibus deliciis vnguentorúmque magnificentia & veſtium & mulierum agebat, huic aſſentiebatur dogmati: nam Laidem amicam palam habebat, Dionyſiíque magnificentia delectabatur, quamuis iniuriam ſæpius accepiſſet. Idcirco Hegeſander ait, quòd cum turpem conuentum apud eum aliquando reperiſſet, pertulit. Cum interroB gaſſet Dionyſius quid videtur diſcubitus ad heſternum? ſimillimus inquit. Nam infamis eſt hodie cum me ſit priuatus, at heri omnium propter nos erat honorificentiſsimus; ipſe verò hodie honorificus factus eſt ob noſtram præſentiam, at heri me non præſente fuit inglorius. Ac in aliis ait Hegeſander; Ariſtippus conſperſus à ſeruis Dionyſij, cum carperetur ab Antiphonte propterea quòd toleraret ſi piſcaret inquit, nunquid relicto opere aufugiendũ eſſet? Morabatur Ariſtippus in Aegina plurimum deliciis indulgẽs: quare Xenophon ait in Memorabilibus quòd eum Socrates ſæpius admonebat, atque cum virtutis voluptatiſque Ethiopœiam compoſuiſſet, eam introduxit. Dicere ſolebat Ariſtippus de Laide, quòd eam habebat, at non habebatur: ac apud Dionyſium diſſentiebat à nonnullis de trium mulierum electione. Vnguentis luebatur ac dicebat quòd vel in Bacchanalibus, quæ temperans eſt, non deprauabitur. Alexis eum carpens in Galatea, ſeruum quendam inducit hæc de diſcipulo quodam dicentem:

*Herus meus verſatus in ſermonibus,*
*Adortus eſt olim philoſophari, fere*

X

*Cum adhuc adoleſcens vir Cyrenæus fuit* C
*Hic,vt ferunt peritus Ariſtippus.magis*
*Vel omnibus peritior multò,& prior:*
*Intemperantia & priores qui ſuperet*
*Omnes Sophiſtas.huic talentum dans fuit*
*Herus meus diſcipulus at artem neque*
*Percepit,at percepit is gulam tamen.*

Scribit hæc Antiphanes etiam in Antæo, de philoſophorum deliciis:

*Amice,noſti quis ſenex ſit hic?refer.*
*Eſt Grauis aſpectus vt videtur,candidum*
*Amiculum:nigrúmque geſtat is ſagum.*
*Canicies mollis,bacillus conſonus.*
*Menſáque firma:quid referre pluribus*
*Ipſam eſt opus?videre nam videor mihi*
*Academiam.*

## *Polyarchus de voluptate differens.*
## CAP. XXIII.

ARiſtoxenus muſicus in Archytæ vita,iunioris Dionyſij legationes ad Tarentinorum ciuitatem mittit, inter quos eſſe contigit Polyarchum Voluptarium dictum cognomento:virum qui voluptatum corporis maximè fuerat ſtudioſus, idque non opere ſolùm, verum etiam verbis & ſermone:qui cum Archytæ eſſet familiaris, nec à philoſophicis ſpeculationibus prorſus alienus, in luco illi obuius fuit, atque vnà cum Archytæ amicis ambulauit ſermones audiens.Cum conſideratio dubitatióque incidiſſet de concupiſcentia, ac de voluptatibus omnino corporis,inquit Polyarchus: mihi ſæpius conſideranti viſum eſt ò viri has virtutum omnium eſſe apparatum, neque longe ſanè à natura ſeiunctas: ſiquidem natura cum ſuam ipſius vocem emittit, voluptates ſequi nos imperat: quod prudentis eſſe viri dicebat. Reluctari verò, aut in ſeruitutem voluptatum redigi, neque prudentis eſt, neque feliciter agentis, neque admittentis cognoſcere quæ humanæ mortaliſque vitæ ſit conditio. Illud eſt autem maximum argumentum quòd omnes homines,vbi ſatis idoneam licentię occaſionē aſſecuti fuerunt, ad corporis voluptates protinus D

A feruntur, atque licentię ſummum bonum hoc eſſe arbitrantur: cætera verò veluti parergor quoddam vt ita dicam putare conſueuerunt. Licet in medium proferre Perſarum Reges, atque ſi quis tyrannidis dominus memoria dignus ſuperioribus temporibus fuiſſe reperiatur. Atque in primis Lydorum, Medorum, ſuperioréſq;, & Syrorum: quibus nullum fuit voluptatis genus non ſumma diligentia quæſitũ. Verumenimuero præmia iis etiam proponebantur apud Perſas, qui nouam aliquam & incognitam voluptatem reperiſſent: atque id quidem meritò. Cito enim mortalium naturæ diuturnarum voluptatum ſatietas inducitur: vel ſi fuerint maximo ſtudio comparatæ. Quamobrem cum plurimum poſsit rerum nouitas ad efficiendũ vt voluptas maior appareat, non eſt paruifaciendum, ſed plurimum ſtudij ei adhibendum. His de cauſis complures edulium ſpecies, multæ bellariorum, ſuffimentorúmque ac vnguentorum inuentæ fuerunt, multa veſtium genera, Stratorúmq; & poculorum, ac aliorum vaſorum. Hæc omnia voluptatem aliquam contulerunt, vbi mortalium natura ſubiecta materia admiratione dignorum comperta fuiſſet: quæ B mihi paſſa fuiſſe videtur cum aurum, argentum, compluráq; alia rara, quæque aſpectu bona videantur, & alia, quæ iuxta componentes artes fiunt perpulchra, inuenta fuerũt. Cum interea dixiſſet, quæ ad famulatum Perſarum Regis ſpectant, quales & quot habeat ſeruos, atque de vſu illius rerum Venerearum, de odore circa illius cutem, de faciei cultu, ac conſuetudine, de ſpectaculis & acroamatibus illius, ſe felicisſimum omnium viuentium iudicare inquit Regem Perſarum. Sunt enim & multæ, eæque perfectiſsimæ illi paratæ voluptates. Secundo loco inquit Regem noſtrum quiſpiam collocare merito poſſet, quamuis multo ſpatio relinquatur. illi enim Aſia vniuerſa impenſas ſuppeditat, at Dionyſij Cenſus exiguum quidpiam omnino videri poſſet, ſi cum illo conferatur. Quod igitur vita huiuſmodi, vel cuius gratia pugnetur, digna ſit, ex iis quæ acciderunt fiet manifeſtum. Medi poſt maxima pericula imperium Syriis eripuerunt, non alia quidem de cauſa, quàm vt Syrorum facultatibus potirentur. Medis autem Perſæ ob hanc ipſam cauſam, quæ eſt voluptatum ad corpus ſpectantium fruitio. Cum legumlatores hominum genus æquum

eſſe vellent, neque ciuem quempiam deliciis detineri, ſurſum ad virtutum ſpeciem eos ſe erigere fecerunt, legéſque ſcripſerunt de contractibus, ac de aliis, quæcunque ciuili vitæ communique eſſe neceſſaria videbantur, vt de veſtibus, reliquáque viuendi ratione, vt eſſet æqualis. Cum decertarent legumlatores cum genere auaritiæ, primum iuſtitiæ laus aucta eſt, atque poëta quidam dixit: Aurea Iuſtitiæ facies. Et rurſus; Aureus eſt oculus iuſtitiæ. inter Deos etiam relatum eſt ipſum iuſtitiæ nomen, ita vt apud nonnullos aras ſacrificiáq; illi ſtatuerint. Poſt hanc temperantiam fortitudinémque introduxerunt, auiditatémque appellarunt in fruitionibus exceſſum. Ita vt is qui legibus pareat, multorúmq; famæ inſeruiat, mediocritate vtatur corporis voluptatum. Scribit Duris libro Hiſtoriarum vigeſimotertio antiquum fuiſſe apud potentes vinum concupiſcere, quare & Homerus Achillem inducit conuitiis inceſſentem ac dicentem: vino grauis, canis habens oculos. Atq; Regis mortem ſignificans inquit: ſic circa craterem menſáſque oneratas iacebamus, cum illius mortem oſtenderet circa ipſas vini voluptates ebrietatéſque accidiſſe.

C

## *Speuſippi, Epicureorúmque voluptates.* D

## CAP. XXIIII.

VOluptatum ſtudioſus fuit Speuſippus etiam Platonis affinis, qui eius Scholæ ſucceſſit: quamobrem Dionyſius Siciliæ tyrannus in epiſtola, quam ad eum ſcribit, contra illius voluptatem diſſerens, auaritiam etiam illi obiicit, Laſtheniæq; Arcadicæ amores, quæ Platonem audiuerat. Neque Ariſtippus ſolus, atque ii, qui ab illo initium ſumpſerunt, voluptatem amplexabantur, verum etiam Epicurus, eiúſq; ſequaces: atque ea ſolum commemorabo, quæ dixit in libro de Fine: ne omnes impetus, percuſſionéſque, quas ſæpius inducit Epicurus, & titillationes & ſtimulos, dicam, inquit igitur, bonum ego profecto dignoſcere non poſſem, ſi ad labra ſpectantes voluptates auferrem, ſi rei Venereæ oblectationem adimerem, ſi acroamatum dulcedinem propulſarem, ſi quæ fit per formæ aſpectum iucunditatem eriperem. Metrodorus etiam ſcribit in Epiſtolis: ò naturæ explorator Timocrates, ſermo, qui ad ventrem ſpectat,

A ctat, ex naturáq; procedat, omne ſtudium conſequitur. Atq; inquit Epicurus: initium radixque eſt omnium bonorum ventris voluptas, atque omnia quæ prudentiſsimè excogitantur, ad hunc referuntur. Rurſus de fine inquit, Colendum eſt honeſtum, colendæ virtutes, colenda omnia huiuſmodi, ſi voluptatem tamē nobis comparauerint: ſin minus, relinquenda ſunt prorſus: in his virtutem voluptatis ſeruam manifeſtè facit, famulæque habentem conditionē. Ac in aliis ait: honeſtum inſpuo, idque admirantes, vbi nullam comparet voluptatem. Optimè igitur fecerunt Romani in omnibus boni, qui Lucio Poſthumio conſule Alcium & Philiſcum extra ciuitatem eiecerunt propter voluptates, quas introducebant. Eodem pacto Meſſenij etiam ſuffragiis decreuerunt, vt Epicurei extra ciuitatem eiicerentur. Antiochus autem Rex Philoſophos omnes extra ſuum regnum reiecit: qui etiam hæc ſcripſit: Antiochus rex Phania. Scripſeramus vobis & antea ne Philoſophus quiſpiam eſſet in ciuitate, neque in regione, at audiuimus eſſe complures, iuuenéſque deprauari, quoniam nihil vos eorum feciſtis, quæ ſcripſeram. Cum tu igitur epiſtolam acceperis
B iubeto edictum fieri per præconem, vt omnes Philoſophi diſcedant iam ex his locis. Ex iuuenibus quicunque ad hos accedere comperti fuerint, ſuſpendantur, eorúmque patres maximis pœnis afficiantur. Nec aliter fiat.

## *Sophocles voluptatis introductor.*
## CAP. XXV.

PRimus ante Epicurum voluptatis introductor extitit Sophocles poëta, qui ita ſcripſerat in Antigone:

*Voluptates enim*
*Vbi viri ſpernunt, puto non viuere:*
*Sed eſſe animatum corpus, atque mortuum.*
*Fit diues vt vult is domi quàm maximè*
*Viuit tyranni more: quòd ſi ceſſerit*
*Gaudere, fumi vmbra nec ipſe cætera*
*Coëmerim mox ad voluptatem viris.*

Lycon etiam cum diſciplinæ gratiâ à principio Athenas contendiſſet, vt ait Antigonus Caryſtius, diligenter de potu collatiuo, atque quantum mercedis ſingulæ proſtitutæ

poſcerent, declarauit. At poſtea ante deambulandi locum C
conſiſtens amicis cœnam exhibuit multa vſus oſtentatio-
ne & magnificentia: nam ſine acroamatibus, vaſis argẽteis,
ſtratis, reliquus apparatus, cœneq; curioſitas ſuperuacanea,
menſarúmq; & coquorum tanta erat multitudo ac turba,
vt complures vererentur, ac volentes ad conſuetudinẽ acce-
dere impedirentur: deuitaréntque velut in oppidum quod-
piam malum, ſumptúmque & famulatuum plenum indu-
cerentur. Oportuit ſanè principium in loco deambulandi
πρίασθαι conſtitutum ſeruaſſe, quod erat vt cum elegantia ac ornatu
nouem oboli impenderentur, neq; eos ſolum qui portionẽ
contuliſſent excipere licebat, ſed quoſcunq; Lycon aduocaſ
ſet. Seniores præterea viros, qui in ſcholam ſedulò obuiam
progrederentur accerſire ſolebat, ita vt neq; in odores qui-
dem vnguentorum & coronas ſtatuta pecunia ſufficeret. ſa
cra faciebat, Muſarúmq; factus eſt procurator: quæ omnia
& à ratione & à philoſophia prorſus aliena viſa ſunt, ma-
gíſque deliciis moleſtiæque conuenire. Nam ſi qui admit-
tebantur, in hæc abſumere non poterant, atque idcirco ex
exiguo ſumptu rem inceperũt, abſurdus omnino eſt ſum-
ptus. Non enim vt in vnum confluentes menſa ad matuti- D
num vſque crepuſculum appoſita fruerentur, neque temu-
lentiæ gratia conuentus huiuſmodi faciebant Platonici,
Speuſippique diſcipuli: ſed vt Deum venerari viderentur,
vnáque de rebus naturę animi relaxandi gratia & eloquen
tiæ diſceptarent: quæ omnia ſecunda apud illos poſtea ve-
ſtibus prædictæque magnificentiæ fuerunt. Non enim re-
liquos excipio. At Lycon in loco ciuitatis celeberrimo ob
arrogantiam, in Cononis ædibus domum viginti thoros
habentem parauit, quæ ipſi ad excipiendos amicos eſſet
prompta. Erat Lycon pilæ peritus, & dexter. Clearchus So
lenſis ita de Anaxarcho ſcribit libro quinto Vitarum: vo-
catis felicibus Anaxarcho ob ignorantiam facultatem ſup
peditantibus incidentis licentiæ: Puella, quæ ad puberem
ætatẽ accedebat, quæq; aſpectu pulcherrima iudicaretur nu
da potũ miniſtrabat, quæ aliorũ ſic ipſa vtentium intempe
rantiam verè facile excitaret. At panis artifex chirothecas
habens, camúmq; circa os, ne aut ſudor decideret, aut in fa-
rinam ſubactã inſpiraret, farina ſubigebat. Quamobrem
huic philoſopho rectè quiſpiam dicere poſſet verba Ana-
xilæ

A xilæ in diuitem faciente; luteis vnguentis pinguem cutem faciens, veſtes trahens, calceos ſtringens, bulbos edens, caſeum vorans, oua ſorbens, præcones habens, Chium bibens atq; cum his cõſutis coriis literas bonas geſtans Epheſias.

## *De temperatè viuentibus, & de Dionyſio Heracleæ tyranno pingui.* CAP. LXVI.

QVantò his melior Gorgias fuit Leontinus? de quo ſcriptum reliquit idem Clearchus libro Vitarum octauo, quod quia temperatè vixiſſet, octoginta ferè annos mentis compos vixit. Hic, vbi eum quidam interrogaſſet, qua viuendi ratione vſus tantum tempus ita concinnè ac cum ſenſu optimè viueret, nihil vnquam inquit voluptatis gratia faciens. Demetrius Byzantius in libro Poematum, cum interrogatus fuiſſet inquit Gorgias Leontinus, quænam cauſa ei extiterit, vt plures centum annis vixiſſet, nihil vnquam alterius gratia feciſſe inquit. Cum Ochus per multum tempus regnaſſet, reliquúmque ſumptũ circa vitam frugi feciſſet, cum moriturus eſſet, eũ qui erat ſenior reliquis filiis interrogauit, quid faciẽs re-
B gnum tot annos cuſtodiſſet, vt ipſe etiam eius inſtituta imitaretur, iuſta inquit erga Deos omnéſque homines faciens. Caryſtius Pergamenus in Hiſtoricis commentariis, Cephiſodorus Thebanus inquit Polydorum Teium medicum vnà cum Antipatro comedere ſolitum, non villoſum tapetem circulatũmque habentem frugalem, cuiuſmodi ſtragula ſunt variè contexta, ſuper quo diſcumbebat, cadóſque habebat æreos, & perpauca pocula, cum paucis eſſet contentus, & à deliciis prorſus alienus. Tithonum etiam ab aurora dormientem ad ſolis occaſum vſque, vix veſperi cupiditas excitabat, vnde cum aurora dormire dictus eſt, propterea quòd voluptatibus in ſenectute implicitus, cum iis frui non poſſet verè ſuſpendebatur. Ex his Melanthius etiam ſuum collum protendens fruitionibus ſuffocabatur, cum gulofior eſſet Melanthio illo Vlyſſis. Fuerunt complures & alij, qui toto corpore ob importunas voluptates ſint contorti, alij craſsitudinem eximiam ſunt conſecuti, alij verò ſenſum etiam amiſerunt ob multas delicias. Nymphis idcirco Heracleotes libro Heracleæ

ſecundo Dioniſius inquit filius Clearchi eius, qui primus in Heraclea regnauit; qui etiam patriæ fuit tyrannus; ob multas delicias quotidianámque voracitatē, clam iuſto corpulentior euaſit, ita, vt ob craſsitudinem reſpirandi difficultate, ſuffocationéque premeretur: quamobrem ſtatuerunt medici vt acus pertenues ac longæ valde pararentur; quibus latera ventrémque pungerent, vbi in profundiorem ſomnum incidiſſet. Donec igitur per ſolum pingue adigerentur, nihil ſentiebat: aſt vbi ad puriorem locum acus tangens accederet, tum expergiſcebatur. Reſponſa dabat ius poſcentibus arcam corporis proponens ita vt reliquę corporis partes abſconderentur, ſolámque faciem exerens cum obuiantibus ac poſtulantibus diſſerebat. Mentionem fecit illius Menander etiam in Piſcatoribus cum minime ſit maledicus, orationem de quodam fugiente ex Heraclea conſtituens; craſſus ſus iacebat in os. Et rurſus; deliciis deditus eſt, ita vt non diutius his oblectaretur. Et poſtea: C

*Peculiare cupere ſola mihi mors hæc videtur.*
*Bona mors eſt habentem multa omenta iacere craſſum,*
*Vix loquentem, ſpiritum've habentem ſuperius.*
*Edentem, dicentémque ſio putris ob voluptatem.* D

Mortuus eſt cum annos quinquaginta & quinque vixiſſet, quorum triginta & tres imperauit, omnibus regibus qui eum anteceſſerunt & facilitate & humanitate prçſtantior.

## *De Ptolemæi Euergetæ, Alexandríque eius filii craſſitudine.* CAP. XXVII.

ERat huiuſmodi Ptolemæus etiam, qui ſeptimus regnauit in Aegypto, qui ſe Euergetem dici iuſsit, ac Cacergetes ab Alexandrinis dicebatur. Poſsidonius igitur Stoicus vnà cum Scipione cognomento Aphricano in Alexandriam profectus eſt, quem cum vidiſſet, ſcribit libro Hiſtoriarum ſeptimo hoc pacto; corpus ob delicias craſsitudine corruptum fuerat, & à ventris magnitudine, quem circundare difficile erat omnino. Ob quæ veſtem talarem manicas ad palmas vſque habentem induerat, neque vnquam pedeſtris incedebat, niſi propter Scipionem. Quòd igitur hic rex à voluptate non eſſet alienus de

κακεργέ-της. *mali factor.*

A ſe ipſo teſtatur libro Commentariorum octauo, vbi narrat quo pacto ſacerdos fuerit Apollinis in Cyrene, atque cœnam parauerit ſacerdotibus, qui ante ipſum fuerūt, hoc modo; Artemiſia magnum eſt feſtum in Cyrene, in quo Apollinis ſacerdos qui eſt annuus, omnibus qui ante ipſum ſacerdotes fuerūt cœnam præbet: ac ſingulis apponit catinum, quod eſt vas fictile artabas capiens viginti, in quo poſita ſunt complura ſylueſtria elaborata, multique cibi, & domeſticarum auium, & marinorum piſcium, tum multa externi ſalſamenti genera. Sæpius verò præbent nonnulli citharam propinquam. Nos verò res huiuſmodi abſtulimus, cum phialas totas ex argento parauerimus, ſingulaſque earum pretium habentes, eius impenſæ quam prædixeramus: equum apparatum cum equiſone, phaleriſque auratis, dedimus, ac ſingulos adhortati ſumus vt ſuper ſuo ſedentes, domum abirent. Craſſus euaſit filius eius etiam Alexander, qui matrem ſuam vnà imperantem interfecit. De hoc ſcriptū reliquit Poſsidonius libro quinquageſimo ſeptimo Hiſtoriarum his verbis; Aegypti rex odio habitus à populis, ac eorum qui cum illo verſaban- *ἀρτάγη. menſuræ genus.*

B tur, adulationibus captus multis in deliciis viuebat; ac neque ambulare poterat, niſi duobus fulcitus incederet. At in ſaltationibus in ſympoſiis ab altioribus lectis pedibus nudis deſiliebat, eaſque magis intenſè ferebat, quàm ij qui eas exercuerant. Agatharchides libro rerum Europicarum ſextodecimo Magam ſcribit Cyrenes Regem per annos quinquaginta bellum non ſenſiſſe, ac deliciis deditum obeſum eſſe factum, ac ita præter æquum iuxta extremum ætatis, vt ob corporis ignauiam ipſa craſsitudine ſit ſuffocatus, tum propter nutrimenti copiam.

## *Lacedæmoniorum diæta, Nauclidæ ac Pythonis craſsitudo.* CAP. XXVIII.

NArrat idem Agatharchides libro vigeſimo ſeptimo non mediocris infamię putatum fuiſſe apud Lacedęmonios, ſi quis formam viro minus conuenientem habere fuiſſet conſpectus; aut corporis tumor immodicus eſſe videretur. Nam decimo quoque die iuuenes nudi Ephoris aſsiſtebant, ac ſingulis diebus quæ ad iuniorum veſtitum

ſpectant & ad ſtrata Ephori videbant, vt rectè ſe haberent: C erant enim obſonij artifices carnem ſolum parantes, ac nihil aliud præterea, apud Lacedæmonios. Libro etiam vigeſimo ſeptimo ait Agatharchides, quod Nauclidem Polybiadæ corpore prorſus obeſo, atque craſſo ob delicias, cum in medium conuentus duxiſſent, Lacedæmonij multáſque palam Lyſander obiurgationes in eum dixiſſet, quod deliciis eſſet deditus, parum defuit quin extra ciuitatem eiecerint: atque ſe id facturos minati ſunt, niſi vitam aptius duxiſſet, cum diceret Lyſander, quòd Ageſilaus etiam, cum pugnans cum barbaris apud Helleſpontum commoraretur. Aſiaticos videns ſtolis magnificè indutos, at corpora prorſus eſſe inutilia, omnes captiuos nudos ad præconē duci iuſsit, atque eorum veſtes ſeorſum vendi: quo cognoſcerent facilius ſocij quod cōtra magna præmia, at viros inutiles certamen ſibi eſſet futurum; atque idcirco promptius hoſtium acies aggrederentur. Python præterea Byzantius orator valde craſſo erat corpore, vt teſtatur Leo eius conciuis. Acorta inter Byzantios aliquando ſeditione, ciues ad pacem adhortans dixiſſe fertur; videtis ò ciues cuiuſmodi meum ſit corpus, ſed mulierem habeo multo me craſsiorem: quando igitur ſumus D concordes, quiuis grabatus nos excipit; aſt vbi diſsidemus, nec tota quidem domus.

*De tenuibus viris.* CAP. XXIX

QVantò igitur melius eſt optime Timocrates pauperem eſſe ac graciliorem inter eos, quos connumerat Hermippus in Cercopibus, quàm valde diuites ſimiles eſſe ceto Tanagreæ veluti viri prædicti fuerunt. Inquit igitur Hermippus ad Dionyſium verba faciens; nunc pauperes iam tibi boues mutilos ſacrificāt Leotiephide ac Thumanthide graciliores. Hos graciles commemorat Ariſtophanes in Gerytade; quos legatos etiam ſcribit ad poëtas, qui ſunt in inferno, mitti: ſic igitur inquit:

*Quis ad tenebrarum ianuas, aut mortuos*
*Adire perferat? legamus artibus*
*Ex ſingulis vnum: coacta concio*
*Cum ſit, nec his dicamus inferos petant*
*Qui, vel libenter immorantur, ſunt viri*

Qui

A *Quidam profectò nos apud qui ad inferos*
*Eant, velut ad Thraces, ita eſt nam per Iouem.*
*Iam cuncta habes, qui ſunt? prior Sannyrion*
*Eſt ex tragœdis, ac tragicis eſt ex choris*
*Melatus, eſt ex circulis Cineſias.*

Et poſtea inquit;

*Quam valde in tenui ſpe mortui eſtis, num*
*Hos ex multis veniet vt capiat*
*Fluenti fluuius, abibit.*
*Circa Sannyrionis coriaceum ſupplementum.*

De Meleto ita ſcribit ipſe Sannyrion ad riſus; Meletũ ex Lenæo mortuum. Erat ſanè longiſsimus tenuiſimúſq; Cineſias, in quem Stratis totum actum compoſuit. Ipſum Phthiotã Achilẽ vocat, propterea quòd ſemper in ſuo poëmate Phthiota dicat, per iocum igitur ad illius imitationem Phthiota inquit Aechilles. Alij verò, velut Ariſtophanes Philyrinum Cineſiam ipſum dixerunt, quia cum tiliæ ligni aſſerem cepiſſet, ſe circundare conſueuerat, ne ob longitudinem ac tenuitatẽ flecteretur. Quòd autem inualidus eſſet Cineſias, ac grauis in aliis, teſtatur Lyſias orator in
B oratione de Phanię nefariis inſcripta, cum eum dicat falſo accuſandi abſolutum, atq; ex hoc diuitem factũ eſſe. quòd autẽ poëta ſit, ac non alius, apertè ſignificatur quia reprenſus eſt ob impietatem erga Deos, atque quòd huiuſmodi, qualis eſt, in ipſa oratione demonſtratur. ſic enim inquit orator, Admiror ſanè niſi grauiter feratis quòd Cineſias legibus eſt adiutor, quem vos omnes omnibus hominibus magis impium ac iniquum eſſe ſcitis. Nonne hic eſt qui peccata ea in Deos amiſit, quæ reliquis vel dictu nefaria eſſe exiſtimantur? cœmœdias editas auditis ſingulis an- νουμηνια-
nis, at nõnunquam cum hoc conuiuabãtur Apollophanes, σάς.
& Myſtalides, & Lyſitheus aliquẽ diem religioſum conſti- κακοδαι-
tuentes: qui nomen ſibi ipſis infeliciter agentibus pro inſa- μονιστὰς.
nientibus impoſuerant: cõueniens quidẽ nomen ſuæ ipſorum fortunæ, at non quia ita facerent, id poni exiſtimarunt; ſed quaſi Deos, legéſq; veſtras deridentes. Eorum autem quiſque, velut viris huiuſmodi conuenit, mortuus eſt. Hunc autẽ ita dij immortales diſpoſuerunt ab omnibus cognitum, vt inimici eum viuere potius, quàm mori velint, quò cæteris ſit exemplo, vt intelligant quòd ij, qui

Deos

Deos iniuria afficiunt, non in filios animaduerſionem, at C in ſeipſos compararunt: cum ipſis & maiores, & grauiores tum calamitates tum morbos adeſſe conſpiciunt: mori ſiquidem, legitiméque laborare omnibus hominibus commune eſt, at ita affectum tantum temporis ſpatium perduraſſe: ſingulis diebus morientem vitam finire non poſſe, his ſolis hominibus conuenit, qui peccata eiuſmodi, cuiuſmodi ipſe, perpetrarunt. Hæc ea ſunt, quæ ab oratore de Cineſia dicta fuerunt. Magis erat tenuis Philetas Cous poëta, qui ob corporis tenuitatem pilas plumbeas ſub pedibus habere conſueuerat, ne vento ſubuerteretur. Polemo curioſus in libro Admirabilium Archeſtratum vatem ab hoſtibus captum ſcribit, ſub iugúmque miſſum, ita fuiſſe gracilem vt ad oboli pondus accederet. Narrat hic idem quòd Panaretus etiam, cum rem non habuiſſet vnquam cum medicis, ſed Arceſilaum philoſophum audiret, vnáque cum Ptolemæo Euergeta verſaretur, duodecímque talenta in annum caperet: valde erat tenuis, ac ſine morbo perdurauit. Hipponactem poëtam non ſolum paruo corpore fuiſſe ſcribit Metrodorus Sceplius libro ſecundo de Aliptica, verum etiam tenui: at ita validum, vt ad cætera vacuam lecythum per maximum ſpatium coniiceret: D cum leuiora corpora non violentam habeant lationem, quia aërem diſrumpere nequeunt. Tenuis erat Philippides etiam, contra quem oratio extat Hyperidæ oratoris quæ vnum ex Rempublicam adminiſtrantibus fuiſſe narrat. Erat autem ob tenuitatem frugi corpore, vt ait Hyperides. Alexis etiam in Theſprotis:

*O' Mercuri nunti Deum, & Philippides*
*Defenſor, ocellus noctis atræ veſtis &.*

Antiphon etiam in Platone: *graciliorem*
*Faciam tribus diebus hunc Philippide.*
*Paucis diebus tu facis ſic mortuos?*

Menander in Iracundia:

*Pulchrum fames noſtrum hunc profectò mordicans*
*Faciet magis gracilem Philippide, ſtatim*
*Et mortuum.*

Quòd autem Pemphilippari, pro eo quod eſt extenuari, in mandragora refrigerata dixit Alexis hoc pacto: Male habes ſtruthis breuis per Iouem ſi Pemphilippari: ne tu nuper

A per mihi dicas. Quantum mei infelicis periit doloris. Multò ſanè melius eſt vnum ex his eſſe aſpectu, quàm vt Antiphanes ait in Aeolo;

*Hunc ob merum, propter tumorem corporis,*
*Vtram vocant omnes coloni eius loci.*

Scribit Heraclides Ponticus in libro de voluptate Diniam vnguentorum venditorem in amorem ob delicias incidiſſe, multóſque nummos abſumpſiſſe: qui vbi voluptatibus fuit abſolutus, ſibi pudenda perturbatus amputauit: quarum rerum omnium cauſa extiterunt immoderatæ deliciæ.

## *Quòd pedes vnguento vngebantur ob delicias.*

CAP. XXX.

FVit & conſuetudo quædam Athenis, vt qui deliciis dediti eſſent, pedes etiam vnguentis perungerent, vt aſſerit Cephiſodorus in Trophonio,

*Vt corpus vngam emo mihi vnguentum: placet*
*Nam plurimum irinum, roſeúmve Xanthna.*
B *Emam ſeorſum mox pedibus & baccharim.*

Eubulus in Sphingo caryone, in thalamo molliter iacentem. At in circulo, ipſi veſtes virginales, delicatas, molles habenti, pedem meum vnguentis amaracinis mihi perungent. At in Procride inquit, Quis quo pacto Procridis capem curare oporteat? velut de homine canis verba fecerit.

*Num molliter vos ferte ſternitis cani?*
*Num vellere ex Mileſio ſubſternitis?*
*Num Xyſtidem veſtem, ſupérque imponitis:*
*Apollo, chondrum nunquid huic infunditis?*
*Lacte Hercules & anſeris? ſimul pedes*
*Perungitis vnguento illius Megallio?*

Antiphanes quendam facit in Alceſtide pedes oleo vnxiſſe, at in Mithragyrta puellam ait:

*Vnguenta cepiſſe à Deis, poſt & pedes*
*Iuſsiſſe primum vnxiſſe, genua poſtea.*
*Sic aptius pedes puella attigit,*
*Fricuítque, & aſsiluit.*

Et in Zacyntho,

*Amator haud ſum fœminarum rectè ego.*

Omnes

*Omnes amicas ſuauiter ſed inde habeo.* C
*Hoc & prius quod tu facis pati, pedes*
*Manibus fricari mollibus, pulcherrimis,*
*Quî non venuſtum, ac excitans eſt Venerem?*
*Lauatur vere, ſed quid ex auro coniuncta peluis? vnguento:*
*Aegyptio pedes prius, mox & manus.*
*Phœniceo mammas, ſimúlque ambas genas.*
*Siſymbrio mox alterum vngit brachium.*
*Amaracino comam, ciliúmque protinus.*
*Serpyllino tergum genúque perlinit.*

Anaxandrides in Proteſilao, vnguento quod datum fuerat heri à magnifico Parone in Aegypti Melanopo Calliſtrati pedes vngit. Themiſtoclis tempore vitam in Prytaneo delicatam fuiſſe tradidit Teleclides. Cratinus in Chironibus antiquorum delicias patefaciens, inquit: Siſymbrium tenerum, roſam, lilium, apud quos erant, cum malum in manibus haberem & baculum coëmi.

## *Cur flores in manibus geſtare delectamur.*

### CAP. XXXI.

Clearchus Solenſis cur inquit in amatoriis flores, malas réſque huiuſmodi in manibus geſtare ſolemus? D nunquid propterea quòd per horum deſiderium natura cupientes pulchritudinem ſignificat? idcirco aſpectus ferè exemplum pulchra in manibus homines & habent, & ipſis lætantur. Vel duabus de cauſis hæc circunferunt, nam & felicitatis initium, & argumentum voluntatis per hæc huiuſmodi illis fiunt: petentibus quidem ſalutandi, ac dantibus aſtipulandi. Nam fructuum florúmve formoſorum petitio, accipientes ad corporis ipſius pulchritudinem retribuendum adhortatur, vel horum pulchritudinem, conſolationem, animique confirmationem amatorum habent, quibus gaudeant. fit enim ob rei huiuſmodi præſentiam leuius deſiderium, niſi forte ornamenti ſui ipſorum gratia, veluti aliquid eorum quæ faciunt ad ornatum, hæc habeant, & illis lætentur. Non enim eorum ſolùm, qui pulchris floribus ſint ornati forma vniuerſa decoratur, ſed eorum etiam qui habēt in manibus. At idcirco fortaſſe, quòd pulchritudinis ſunt cupidi: ſignificat enim amare pulchra,

ac

A ac erga formoſa amicè ſe habere. Eſt enim fructuum pulchritudo, cuius non minus in fructibus, quàm in floribus formam intuemur. Vel omnes amantes velut ob affectus ſint in deliciis ac formoſi fiant, rebus pulchris gloriari conſueuerunt: eſt enim iis à natura inditum, vt qui ſe formoſos elegantéſque eſſe arbitrantur, flores legant: ex quo puellæ quæ ſunt apud Proſerpinam flores colligere dicuntur. Sappho etiam puellam valde teneram videre inquit flores prementem.

## *De Venere Callipyga.* CAP. XXXII.

ITa magnopere dediti fuerunt voluptatibus eius tempeſtatis viri, vt ex huiuſmodi cauſa Veneris Callipygæ ſtatuam erexerint, duas elegantes formoſáſq; filias viro cuidam ruſtico eſſe contigit, quæ contendentes inter ſe in viam publicam acceſſerunt, vt quæ pulchriores nates haberet, diiudicarentur. Accedenti verò adoleſcenti qui patrem habebat ſenem, ſeipſas oſtenderunt, qui eas admiratus ſeniorem iudicauit: in cuius amorem cum incidiſſet, B venit in ciuitatem ac fit ægrotus: tum fratri ſuo qui erat grandiori ætate, rem totam declarauit. Hic etiam in agros accedens puelláſque intuens, in alterius amorem incidit. Hos cum pater nuptias honorificentiores hortaretur expetere, neque tamen quidpiam perſuadere poſſet, filias ex agro patre earum non inuito duxit, filiiſque in matrimonium dedit. Illæ igitur a ciuibus Callipygę poſtea ſunt vocatæ, velut teſtatur Cercidas Megalopolitanus in ſuis iambis hoc pacto, erat Callipygarum par in Syracuſis. Illæ cum amplas diuitias eſſent conſecutæ, Veneris ſacellum erexerunt, quam appellarunt Deam Callipygam: vt narrat Archelaus etiam in Iambis.

καλλίπυγος, pulchras habēt nates.

## *Quòd deliciæ ſunt aliquando in inſania.*

## CAP. XXXIII.

HEraclides Ponticus ita ſcribens in libro de Voluptate, ſuauiſsimas delicias fuiſſe non inſuauiter inquit, Axoneus Thraſilaus Pythodori filius huiuſmodi in ſa

nia aliquando affectus fuit, vt omnia nauigia quæ in Pyræum ingrederentur ſua eſſe exiſtimaret, eáque in ſuis libris deſcriberet, emitteret, gubernaret, aduenietia cum gaudio exciperet tanto, quanto quiſpiam excipere poſſet, qui omnium earum reru eſſet dominus. De iis quæ periiſſent minimè erat ſolicitus, at ſeruatis & gaudebat, & multa cum voluptate vitam degebat. Vbi verò Crito frater eius ex Sicilia veniſſet, ipſum cepit, ac medico tradidit, atque ab inſania liberatus fuit. At verò commemorabat ſe nunquam viuedo ita lætatum eſſe: nullum ſiquidem mœrorem ei cognouiſſe contigit: at voluptatum copiam multò fuiſſe ſuperiorem. C

A

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM LIBER DECIMVSTERTIVS.

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *De multitudine vxorum apud antiquos.*

### CAP. I.

B

CVM quandam ex ſuis comœdiis Antiphanes comicus amice Timocrates Alexandro Regi legeret, isq́; videretur comœdiam planè non percipere; oportet inquit ô rex ſæpius ex ſymbolis cœnaſſe eum qui hæc ſit percepturus, ac ſæpius ab amica plagas & accepiſſe & dediſſe, vt Lycophron Chalcidicus in comœdia teſtatur. Nos de amatoriis orationem hic ſumus habituri. Factæ fuerunt orationes de vxoribus ſæpius, & amicis, viris peritis hiſtoriam exponentes, ex Muſis Erato vocantes; quæ nobis in memoriam amatorium illum catalogum reuocarunt, ita vt principium inde ſumamus:

*Aſt agè nunc Erato nobis aſiſte, feraſq́;.*

Cuiuſmodi ſermones de amore ipſo, rebúſque amatoris habiti fuerunt. Nam cum vxores optimus qui nos in conuiuium excepit vir, laudaret, Hermippum inquit narrare in legumlatoribus, quòd obſcurum eſt domicilium in Lacedæmone: in quo puellæ omnes concludebantur, vnà adoleſcentibus etiam vxorem non habentibus incluſis: atque quam quiſque cepiſſet, hanc ſine dote abducebat: idcirco in Lyſandrum animaduerterunt quia cum primam reliquiſſet, alteram formoſiorem abducere volebat. Clearchus Solenſis ſcribit in libro Prouerbiorum, quòd eos, qui non

haberent vxores in Lacedæmone, mulieres per quoddam C feſtum circa aram trahentes alapis cædebant, vt contumeliam huiuſce rei fugientes, liberorum amore caperentur, atque apta ætate vxores acciperent. Primus Cercops Athenis vnam vni coniunxit in matrimonium, cum turpes prius fierent conuentus, minúſque honeſtæ communes nuptiæ: quamobrem viſus eſt nonnullis ancipitis naturæ fuiſſe creditus, cum priores ob multitudinem patrem dignoſcere non poſſent. Ex his carperet fortaſſe quiſpiam eos, qui duas vxores Socrati aſſcribunt, Xantippem ſcilicet & Myrto Ariſtidis filiam; at non quidem Iuſti, quia id temporum differentia non patitur: ſed illius, qui ab illo fuit tertius. Sunt Calliſthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus Peripateticus, Ariſtoxenus, quibus opinionem dedit Ariſtoteles, cum hæc ita ſcripſerit in libro de Cognatione (niſi forte peculiare aliquod decretum tum ob hominum paucitatem fuerit factum) quod liceret volenti duas habere mulieres, ex quo cum Socratis ſæpius mentionem feciſſent comici poëtæ, id conticuerant. Aſſcripſit decretum quoddam de mulieribus Hieronymus Rhodius, quod cum libri ſim compos, ad te mittam. Contra eos, qui de Socratis mulieribus D dixerunt, ſcripſit Panætius Rhodius. At apud Perſas Regina multarum pellicum copiam perpetitur, quia rex velut Dominus imperat vxori, atque idcirco etiam, vt teſtis eſt Dinon in rebus Perſicis, quia pellices ſeruiunt Reginæ: eámque adorant. Priamus etiam multis vtitur mulieribus, neque tamen grauiter fert id Hecuba. Inquit enim Priamus:

*Ter ſeni ex vtero nati mihi, tresq; fuere.*
*Hos alios peperere domi mihi ſed mulieres.*

At Phœnicis mater Amyntoris pellicem apud Græcos non tolerat. Et Medea quamuis conſuetudinem barbaricam eſſe non ignoraret, non tulit tamen nuptias Glauces, quòd ad meliores mores, Græcámque conſuetudinem eſſet educata. Clytemneſtra pręterea dolore ingenti affecta interfecit Caſandram vnà cum ipſo Agamemnone, quam Creon in Græciam duxerat ex Barbaricarum nuptiarum conſuetudine. Admirari ſe inquit Ariſtoteles cur Homerus nunquam Menelaum fecit in Iliade cum muliere dormientem, cum cæteris omnibus pellicem fœminam præbuerit. Nam ſenes
dorm

A dormiunt apud ipſum cum mulieribus Neſtor & Phœnix. non enim corporibus ſolutis erant hi ob iuuentutis ætatem, vel ob vinum, aut rei Venereæ ſtudium, vel quia ob edacitatem cibos digerere non poſſent; quare merito per ſenectutem conualeſcebant. Videtur igitur Spartanus ob Helenam verecundari quæ erat eius vxor, ob quam etiam copias contraxerat; quare alterius coniunctione deuitat.

## *Heroes qui multas mulieres habuerunt.*

## CAPVT II.

CArpitur autem à Therſite Agamemnon velut multarum mulierum ſtudioſus;

*Aere tibi plena tentoria, plurima in illis*
*Eſt mulier formoſa: tibi quę cuncta Pelaſgi*
*Nos dedimus primo.*

Sed rationi nequaquam conſentaneum eſt inquit Ariſtoteles in vſum mulierum multitudinem acceſsiſſe, ſed in præmium: quando neque multum vini in ebrietatem compa-
B rabatur. Hercules verò, qui multas mulieres habere viſus eſt, vt mulierum ſtudioſus, eas ſeparatim habere ſolebat, velut cum militaret, ac ſecundum locorum differentias: ex quibus filiorum etiam multitudo illi nata eſt. Nam quinquaginta puellas Theſtij in ſeptem diebus vitiauit, vt aſſerit Herodorus. Mulierum ſtudioſus fuit & Aegeus: nam primam Opletis filiam in matrimonium cepit: poſt quam vnam filiarum Chalcodontis; quas ambas cum amicis dediſſet, cum multis ſine matrimonio coniungebatur. Pithei poſtea Aethram cepit, poſt hanc Medeam. Theſeus verò cum rapuiſſet Helenam, deinde Ariadnam ſurripuit: quare Iſter rerum Atticarum libro decimo quarto vbi mulieres Theſei connumerat, alias earum inquit ex amore illi adhæſiſſe, alias ex furto, alias ex legitimis nuptiis: ex rapina quidem Helenam, Ariadnam, Hippolytam, Cercyonis, Sinidiſque filias: legitimè verò Aiacis matrem Melibœam vxorem duxiſſe. Scribit etiam Heſiodus Hippam & Aeglam, ob quam iuſiurandum, quod Ariadnæ iurauerat, non ſeruauit, vt teſtatur Cercops. Pherecydes Pherebœam etiam aſſcribit. Ante Helenam Anaxo rapuit ex Troia:

poſt Hippolytam habuit Phædram. Philippus Macedo in bellum quidem mulieres non ducebat, velut Darius, qui ab Alexandro fuit debellatus, qui trecentas ac quinquaginta pellices in omnia bella circunducere conſueuerat; veluti teſtatur Dicæarchus libro tertio Vitarum Græciæ. At Philippus ſemper dum militaret vxorem ducebat; in annis igitur viginti & duobus, quibus regnauit cum vxorem habuiſſet Audatam Illyricam, ex ea Cynam filiam accepit. Duxit & Philam Derdę Machatæq; ſororem in matrimonium. Cum verò Theſſalorum etiam genus ſibi conciliare cuperet, filios accepit ex duabus Theſſalis mulieribus, quarum altera erat Niceſipolis Pheræa, quæ Theſſalonicam illi peperit: altera Philinna Lariſſæa, ex qua filium habuit Aridæum. Adeptus eſt Moloſſorum etiam Imperium cum Olympiadem in matrimonium cepiſſet, ex qua Alexandrum habuit & Cleopatram. Cum Thracem etiam cepiſſet, Thracum Rex Cithelas ad eum venit, qui Medam filiam ſecum duxit & dona complura. Cum etiam hãc vxorem duxiſſet, adduxit ad Olympiadem. Supra verò omnes Cleopatram duxit Hippoſtrati quidem ſororem, quam amauerat, at Attali neptem; quam etiam ad Olympiadem deduxit, ac per totum vitæ ſuæ ſpatium ſecum habuit. Ex iſtis igitur nuptiis certè inquit Attalus, legitimi, ac non etiam nothi Reges naſcentur: quam rem cum audiuiſſet Alexander, Attalum calice, quẽ in manibus habebat, percuſſit: ac ille poſtea ipſum poculo; atque poſt res huiuſmodi Olympias profugit in Moloſſos, Alexander ad Illyrios. Cleopatra filiam Philippo peperit, quæ Europa fuit vocata. Mulierum ſtudioſus fuit Euripides etiam poëta; quare ita in Hiſtoricis commentariis ſcribit Hieronymus, cum dixiſſet quidam Sophocli quòd Euripides mulieres odiſſet, in tragœdiis inquit Sophocles: quando mulieres vxores noſtræ in lecto non ſunt huiuſmodi cuiuſmodi eſſe inquit eas Eubulus in coronas vendentibus:

*Non per Iouem, non ſunt circumlitæ fuco.*
*Neque vt vos Sycamino genas perunctæ.*
*Quòd ſi exeatis æſtate, ex oculis alues*
*Duc fluunt aquæ atræ, ac ex genis*
*Sudor in collo m ſuleum minio ſimilem facit.*
*At in frontem capilli lati*

Simil

A *Similes ſunt canis plenis fuco.*

## *In amicas & vxores obiurgatio.* CAP. III.

SCribit Anaxilas in Iuuenca;

*Quiſquis virum amicam amauit vnquam*
*Non genus quis poſſet iniquiſſimum dicere.*
*Quid enim draceua moroſa vel chimæra flammiuoma?*
*Aut Charybdis, aut triceps Scylla pontica canis?*
*Sphinx? hydra? leæna? vipera? volucre harpyiarum genus?*
*Ad ſummum venire execrandi generis*
*Non licet: ipſæ nam omnia mala excellunt.*
*Licet conſiderare à principio primum ornatum,*
*Quæ velut Chimæra igne deuaſtat barbaros.*
*Vnus ſolus eques aliquis ipſius vitam abſumpſit:*
*Omnia enim vaſa gerens abiuit ex domo.*
*Ad ſinopem euntes, non' ne hydram petunt nunc?*
*Vetus quidem ipſa eſt, aſtitit at Gnathæna propius*
*Plurimum huic, duplex fit hinc malum.*
*At Nanno qui nunc differre à Scylla videtur?*
*Non duos cum ſuffocarit amicos, tertium venatur*
B *Etiam capere? ſed cecidit nauicula ex abiegno remos*
*Ac Phryne num Charibdim porro facit,*
*Cum nauicularium deglutiuerit cum ipſa naui?*
*Theano num Siren eſt euulſa?*
*Aſpectus & vox mulieris, at crura ſunt merulæ.*
*Sphingem Thebanam omnes licet lenas vocare,*
*Quæ capiunt ſine fraude nihil; at ænigmatibus quibuſdam*
*Quòd amant, diligunt, & admittunt libenter.*
*Poſtea dicit puella bipes, quadrupes mihi ſit ſcamnum threnitis*
*Poſtea tripes quis, poſtea puella bipes. poſtea cum nouit*
*Hæc abiuit ſtatim velut neque videre*
*Viſus illam ſeruatur inuitus ſolus:*
*Amantes expectantes ſtatim ſunt in ſublime elati.*
*Feruntur'q; alii ad cælum. Vt breuiter colligam nihil*
*Eſt amica, quotquot ſunt feræ, pernicioſius:*

Cum memoraſſet huiuſmodi complura Larenſius, Leonidas vxoris nomen carpens ea excipiens carmina ex Alexidis vatibus inquit;

*O infelices, qui amiſiſtis*
*Et delicias vitæ, & ſimul licentiam:*

*Nam fœminis ſerui ſumus, pro liberis.*
*Mulctam impoſitam num ſponte poſthac perferimus*
*Sæuam? muliebris plenam & iracundiæ?*
*Namque eſt virorum mel ad illam prorſus. hi*
*Iniuria affecti dedere mox veniam:*
*Iniuriam vel inferentes hæ increpant.*
*Quæ non neceſſe ſit faciunt, ac negligunt*
*Curanda: peierant. nihil demum malum*
*Putant. mala ſe pati ferunt & vndique.*

Scribit Xenarchus in Somno:

*Nunquid cicadæ ſunt beatæ; fœminis*
*Vox nulla cum donata ſit, nullus ſonus?*

Philetærus in Corinthiaſta;

*Quam mollem habet aſpectum, ac liquantem Iuppiter.*
*Num mos amicæ vbique adeſt prorſus ſacer?*
*Non coniugis vllius loci ſed Græciæ.*

Amphis in Athamante;

*Vxore amica num magis amans fœmina eſt?*
*Multò profectò, & id decet multo magis.*
*Hæc legibus confiſa negligit domi;*
*Quòd eſt parandus moribus vir hec ſibi*
*Cognouit, quo quærendus alter eſt ſibi.*

*τέττιξ masculini generis apud Græcos, quare beati dicendum fuit, ſi id latina dictio paſſa eſſet.*

Eubulus in Chryſilla;

*Perdatur ille peſſimè qui fœminam*
*Duxit ſecundus, nam nihil primo imprecor.*
*Ignarus vt puto mali primus fuit.*
*Audiuerat quod ſit malum iſte fœmina.*

Tum progreſſus inquit;

*O Iuppiter prudens, ego dicam male*
*Nunc fœminis? ô per Iouem perdar prius.*
*Eſt omnium res optima ipſa fœmina,*
*Medea quamuis ſit mala: Penelopen feres*
*Quid eſſe magnum. mox Clytemneſtræ malæ*
*Opponitur Alceſtis. feras ſi rurſus hinc*
*Phædram malam fuiſſe; ſed & hæc per Iouem*
*Fuit bona. hei miſero mihi citiſſimè*
*Iam deficiunt bonæ: malarum nomina*
*Permulta reſtant, quæ volebam dicere.*

Ariſtophon in Colonide;

*Qui duxit vxorem ſecundus, hic male*

*Perdatur*

A *Perdatur, vllum non malum prior intulit*
*Mortalibus. non norat hic quantum malum*
*Sit vxor. at ſecundus inde cognitum*
*Malum ſubiuit ſponte, ſeq; obiecit huic.*

Antiphanes in patris amatore:

*Huic capta coniux? viuum ego reliqueram*
*Hunc ambulantem.*

Menander in ſacra ferentibus, vel tibicina;

*Non duces vxorem ſi mentem habes; hanc linquens vitam.*
*Duxi ipſe, idcirco tibi non ducere ſuadeo.*
*Decreta res eſt; iacta eſt alea.*
*Perge ſeruaberis nunc, verum*
*In pelagus te ipſum iacis certe negotiorum:*
*Non Libycum, non Aegæum, vbi ex triginta non pereunt*
*Tria nauigia. ducens vxorem nullus ſeruatur prorſus.*

In Incenſa;

*Perdatur ille perniтioſus qui prior*
*Accepit vxorem, ſecundus, tertius,*
*Tum quartus, hinc & poſterior.*

Carcinus verò tragicus in Semele inquit, cuius principium eſt; ô noctes;

*O Iuppiter quid fœminam eſt opus malum*
*Dixiſſe? nominaſſe fœminam eſt ſatis.*

Non ſentiunt autem ij, qui fœminas præter ætatis conſiderationem ducunt, quòd in prius cognitum malum ſe iniiciunt, quamuis eos admoneat poëta Megarenſis;

*Vtilis haud iunior ſeniori nupta marito.*
*Nulla gubernaculo paret vt ipſa ratis.*
*Ancora nulla tenet, franguntur & omnia vincla.*
*Sæpe alium portum noctibus illa petit.*

Theophilus etiam in Neoptolemo;

*Non apta nupta ſit iunior viro ſeni,*
*Velut acatium non paret illa vel parum*
*Vni gubernaculo; rudentes frangit, ac*
*Portum alterum cepiſſe noctu cernitur.*

## *Bella ob mulieres orta.*

### CAP. IIII.

NEminem eſſe veſtrum viri amici iudico, quem prætereat maxima quæq; bella ob mulieres eſſe exorta;

nam Troianum ob Helenam; peſtem ob Chryſeidem, Achillis iracundiam Briſeidis gratia ac ſacrum vocatum ob aliam vxorem. Duris libro ſecundo Hiſtoriarum Theano inquit Thebanam genere, quæ à Phoceo quodam rapta fuit. Hoc etiam cum per decem annorum ſpatium perdurauiſſet, decimo anno Philippo auxiliante conſecutum eſt finem; tunc enim Phocidem Thebani ceperunt. Bellum etiam Criſæum vocatum, vt in libro de Sacro bello teſtatur Calliſthenes: quod contra Phocenſes geſſerunt Cirrhæi, ad decennium perdurauit, cum Megiſtonem Pelagontis Phocenſis filiam Cirrhæi rapuiſſent, Argiuorúmq; filias ex Pythici ſacello redeuntes, atque Cirrha decimo anno capta fuit. Deuaſtatæ fuerunt, ac ſubuerſæ familiæ ob mulieres; Philippi patris Alexandri ob nuptias Cleopatræ; Herculis ob Ioles filiæ Euryti nuptias: Theſei domus ob Phædram Minois filiam, ob Glaucen Creontis; Agamemnonis ob Caſandram. Cambyſæ etiam exercitus in Aegyptum ob mulierem contendit, vt autor eſt Cteſias. Nam cum Aegyptias mulieres differre ab aliis in congreſsibus Cambyſes audiuiſſet, ad Amaſim Aegyptiorum Regem miſit, qui vnam filiam eius in matrimonium ſibi dari peterent; at his ex ſuis quidem non dedit; quia eam ſuſpicabatur vxoris honorem non eſſe conſecuturam, ſed pellicis, Nitetim Apriæ filiam miſit. Exciderat autem Aprias ex Aegyptiorum Imperio, quia victus fuerat in pugna contra Cyrenæas, atq; ab Amaſide fuerat occiſus. Cum gauiſus eſſet Cambyſes ob Nitetim acceptam, omniáq; ex illius ſermonibus geſta percepiſſet, valde grauiter commotus eſt. Cum ea igitur Cambyſem rogaret vt pœnas ſumeret de Aprię morte, effecit ac perſuaſit vt Aegyptiis bellum inferret. Dinon in rebus Perſicis, & Lynceas Naucratita libro tertio rerum Aegyptiarum Nitetim ab Amaſide ſcribunt Cyro miſſam fuiſſe, ex qua natus ſit Cambyſes, qui cum pro matre vindictam ſumere ſtuderet, copias coactas eduxit in Aegyptum. Scribit Duris Samius duarum mulierum primum fuiſſe certamen Olympiadis ſcilicet ac Eurydices, in quod bellum hæc quidem magis Bacchico more acceſsit cum tympanis, Eurydice vero Macedonico more armata, quæ bellicis exercitationibus ſtuduerat apud Illyricam Cynanem.

De

A

## De amore. CAP. V.

POſt ſermones huiuſmodi præſentibus philoſophis viſum eſt aliquid etiam de Amore eſſe dicendum, ac de illius bonitate; compluréſque philoſophici ſermones dicti fuerunt. Inter quos mentionem fecerant quidam cantilenarum Euripidis Scenici philoſophi; inter quas & hæc reperiebantur: diſciplina virtutis ac ſapientię plurima adeſt, & nobiſcum verſatur Amor: hic omnium deorum iucundiſsimus eſt mortalibus: nam cum oblectationem habeat ſuauem, nos trahit in ſpem. Non perfectis huius laboribus cum aliis verſarer; ac ſeorſum agreſtibus moribus habitarem. Iuniores palam hortor ne amare vitent, ſed amore recte vtantur cum acceſſerit. Atq; alius quiſpiam ait apud Pindarum: licet amare, ac pro tempore amori obtemperare. Aſt alter hæc Euripidis in medium attulit:

*Amor virorum rex, Amor rex & Deûm,*
*Vel non doceto quæ bona*
*Amantibus, quorum es peritus artifex.*
*Vel opem feras, vnà & labores perfice.*
B *Si feceris ſic, & deis colendus eris.*
*At non faciens, idcirco amare quòd doces,*
*Priuaberis, quibus colunt te honoribus.*

Scribit Pontianus Zenonem Citieum Amorem amicitiæ, libertatis, concordiæq; Deum exiſtimaſſe; alteriúſq; nullius: quare in Republica Deum eſſe Amorem inquit adiuuantem ad ciuitatis conſeruationem. Præterea antiquiores eo philoſophi Deum eſſe quendam grauem, & ab omni turpitudine ſeiunctum arbitrabantur. Quod vel ex eo patet, quod eius ſtatuam erexerunt vnà cum Mercurio ac Hercule, hoc quidem ſermonibus, illo verò robori præfecto: qui ſi ſint coniuncti amicitia & concordia naſcuntur, per quas optima rerum libertas iis augetur, qui has obierint. Vſqueadeo cauerunt Athenienſes eum ab aliqua congregatione ſeparare, vt vel academia apertè Palladi conſecrata, ibidem Amoris ſtatuam erexerint, eique ſacrificarint. Theſpeſij Erotidia celebrant, veluti etiam Athenienſes Panathenæa; Elei Olympia: Haliáque Rhodij. Atque in omnibus publicis fœderibus Amor quàm plurimum veneratur. Lacedæmonij Amori ſacrifi-

ἔρως amor. ἐρωτίδια illius ſacra. ἅλια ſacra marina.

cant ante prælium, vt in inſtructarum acierum amicitia omnis & ſalus & victoria poſita ſit. Cretes verò cum acies inſtruuntur ciues ornantes pulcherrimos, per hos Amori ſacrificant, vt narrat Soſicrates. Apud Thebanos Sacræ inſidiæ vocatæ, quæ ex amantibus & amatis notam contraxerunt, Dei grauitatem indicant, cum glorioſam mortem turpi ac minus honeſtæ vitæ præpoſuiſſent. At Samij, vt in rebus Colophoniis teſtatur Erxias, cum Amori gymnaſium dicaſſent, Liberalia feſtum id appellarunt, quod ab illis agebatur: ob quem Deum Athenienſes libertatem ſunt conſecuti. At cum excidiſſent Piſiſtratidæ accuſationibus calumniiſque proſecuti ſunt in hunc Deum actiones. Cum hæc ita dicta fuiſſent commemorauit Plutarchus ea quæ in Phædro Alexidis dicuntur hoc pacto: C

*Mihi profectò ex Piræo propter mala,*
*Ob & dubium, venit philoſophari & in*
*Mentem. videntur haud Amorem noſcere,*
*Parumq; pictores peritè fingere,*
*Eius Dei qui imaginem pingunt. neque*
*Mas eſt Deus, nec rurſus eſt is fœmina.* D.
*Nec eſt Deus; nec homo; nec eſt demens, neque*
*Prudens: ſed obſcurè relatus prorſus is.*
*Vna figura plurimas cum proferat,*
*Audacia eſt illi virilis: eſt timor*
*Muliebris: ac ſtultum facit dementia:*
*Prudentis eſt ratio, fera acrimonia:*
*Laborq; adamantis: ambitio ſed dæmonis.*
*Atque hæc ego per Palladem, per & Deos*
*Ignoro quid ſint, aſt habet veruntamen*
*Quiddam ſimillimum ac propinquum nominis,*

Eubulus ſiue Arrhos in Campylione:

*Quis omnium primus virorum pinxit? aut*
*Alatum Amorem finxit in cera prior?*
*Hirundines ſolum ſciebat pingere:*
*Mores nec ille norat, aut mentem Dei.*
*Nec eſt enim leuis, nec eſt is qui celer*
*Morbum ferentis auolet præcordijs:*
*Grauiſq; valde: qui fit vt alæ ſint ei?*
*Res hæc erant nugæ, ferat vel ſi quis hoc.*

Alexis in Amputato:

*Fertur ſermo*
*Apud ſophiſtas non volat quòd ipſe Deus*
*Amor, ſed amantes. aſt aliter cauſam ille habet:*
*Quam neſciens pictor figurauit ſtatim*
*Alas habentem, quò volare poſſit is.*

Theophraſtus in Amatorio libro Chæremonem tragicum ſcribit dicere ſolitum velut vinum vtentes temperare, ſic & Amorem: qui quidem mediocris eſt iucundus, at intenſior atque perturbans, difficillimus. Quamobrem hic poëta eius vires ſeorſum connumerans inquit: duos arcus ſolet intendere Gratiarum, hunc quidem in felici fortuna, illum autem in vitæ perturbatione. Hic idem poëta ita ſcribit de ipſis amoribus in vulnerato inſcripto;

*Quis non Amantes viuere ſolos annuat?*
*Nam bellicoſos eſt opus eſſe maximè,*
*Quorum ſit aptum corpus & laboribus.*
*Obtemperare qui voluntati ſciant*
*Agantq́; ſint & impudentes diuites,*
*Prompti, miſelli quòd videntur pauperes.*

B Theophilus in fiſtularum ſtudioſo, amantes mentem non habere ſcribit:

*Quis eſt profectò moribus deperditus,*
*Vitæ voluptates ferat ſi quis procul?*
*Nobis nihil præter mori relinquitur,*
*Amo quoque ipſe per Deos tibicinas.*
*Adeſt mihi prorſus puella mens, neque*
*Magnam ſed hanc videre, pulchram, callidam,*
*Iucundius videre quàm ſpectaculum.*
*Nobis habent quod attribuant, idque vndique.*

Ariſtophon in Pythagoriſta:

*Reiectus eſt nunquid Deorum calculis*
*Ex concilio rectè duodecim, quòd omnia*
*Turbabat Amor? nam ſeditiones intulit,*
*Vbi eſſet vnà cum foret valde inſolens,*
*Ac arrogans, alas ceciderunt Dei*
*Volare rurſusne valeret ad polum.*
*Ad nos deorſum propulere mox profugum.*
*Alas habebat, quas dedere: poſſet vt*
*Ex hoſtibus geſtare victor exuuias.*

Amare inquit hoc pacto Amphis in Dithyrambo: C

*Quid hæc refers? nunquid putas me adducere,*
*Quòd eſt amator qui venuſtis moribus*
*Amici amicus eſt, nihilique fecerit*
*Formam: inſipiens vere eſt, nec ipſe credidi.*
*Non eſt inops vir diuiti qui præbeat*
*Moleſtiam perſæpe nil cepiſſe vult.*

Alexis in Helena;

*Quiſquis vigentis corporis eſt, ætatis &*
*Amator; at non nouit inde cætera*
*Quæ mox ſequentur tempora, hic amicus eſt*
*Soli voluptati, ac amicos negligit.*
*Iniuriam confert palam mortalis hic*
*Ipſum in Deum, cum cæteris ille omnibus*
*Effingat infidum, ac Amorem perfidum.*

Cum hæc Alexidis carmina commemoraſſet Myrtilus, atque in eos, qui porticus dogmata accepiſſet, aſpiciens inquit hæc ex Iambis iuueneſcere facietis Mercurij depromens. audite ò porticus mercatores nugarum, ſermonum Hiſtriones, qui ſoli omnia, quæ ſunt in tabulis prius quàm ſapienti cõcedere, vos ipſi abſorbetis, poſteà abſumitis contraria iis facientes, quos deploratis, prædicones cum ſitis; atque hoc ſolum ducis veſtri Zenonis Phœnicis ſapientiæ imitamini: qui nunquam muliere vſus eſt, ſed ſemper pueris, vt in eius vita ſcriptum reliquit Antigonus Caryſtius. Dicit enim quòd opus eſt animum non autem corpora amare, quos ad annos octo & viginti amatos retinere oportere dicitis. At non male mihi ſanè dixiſſe videtur Ariſton Ceus Peripateticus libro ſimilium Amatoriorum ſecundo, ad Atticum quendam magnum pro ætate pulchrum oſtendentem, cui nomen erat Dorus, mihi in te conferendus videtur inquit Vlyſsis Doloniſque congreſſus. D

*Quippe tuus animus poſcebat grandia dona.*

Scribit in commentariis Hegeſander Delphus omnes condimenta amare ſolitos, non autem carnes aut piſces, quæ ſi abſint, nullus deinde vel carnibus vel piſcibus ſuauiter veſcitur, neque cruda ac inſuauia expetit. Nam & pueros antiquitus amabant, vt aſſerit Ariſtophon, vnde pueros amatos amaſios appellari contigit. At verum id eſſe inquit: quod à Lycophronide dictum eſt, vt aſſerit Clearchus libro

παιδικά.

Amat

A Amatoriorum primo, neque maris pueri, neque aurum geſtantium virginum, neque mulierum quidem magnum ſinum habentium, bonum eſſe faciem, ſed ornamentum potius, cui florem inducit verecundia.

## *Quòd in oculis præcipuè ſit Amoris ſedes.*

## CAPVT VI.

IN nullam aliam partem amãtes inſpicere, quàm in oculos amatorum, in quibus ſolet habitare verecundia, author eſt Ariſtoteles. Sophocles Hippodamiam alicubi de Pelopis pulchritudine diſſerentem inducit, ac dicentem:

*Talem in aſpectu obſcurè venatricem*
*Amoris coruſcationem quandam oculorum habet.*
*Poſtea ſaltat ipſe, incenditque mei*
*Aequa menſura oculum velut fabro iuxta*
*Amuſſim eunte dirigitur canon.*

Cum dicat Licymnius Chius Somnum Eudymionẽ amaſſe, cuius neq; dormientis oculos tegere ſuſtinuerit, ſed apertis
B ciliis amatum ſopiuerit, quo aſpiciendi voluptate ſemper frueretur, hæc inquit; Somnum verò gaudens oculorum ſplendore puerum oculis apertis ſopiuerat. Ac Sappho etiam ad eum qui maximè formam admiraretur, bonúmq; quidpiam eſſe exiſtimaſſet, inquit; conſiſte parumper amice, gratiámque in oculis conſidera. At Anacreon quid inquit? ò puer virginem intuitus te peto, tu verò non audis, neque noſti quod animi mei habenas tibi commiſi. At celeberrimus Pindarus Theoxeni inquit ſplendentes oculorum radios vides, qui non concitatur deſiderio, quoniam ex adamante aut ferro eſt & nigram animam habet fabrefactam. At Philoxeni Cytherij Cyclops, qui Galateæ amore captus eſt, illius pulchritudinem laudans, cum ſe obcæcatum iri diuinaret, omnia potius, quàm oculos ipſius laudans, commemorauit: cum dicat; o pulchram faciem, aureóſque cincinos, iucundámque vocem Galatæa amorum decus. Quæ quidem laus eſt cæca, nulláque ex parte Ibycio illi ſimilis; Euryale Charitum germen, pulchram comam habentium cura; te Venus quidem, ſuauéſque habens oculos ſuadela in floribus roſeis nutriuerunt. Scribit Phrynichus

chus Amoris ſplendorem in purpureis Troili genis eluceſcere. Vos autem amaſios mentum raſum habentes circunducitis: cum mentum radere Alexandri temporibus ſit inuentum, vt aſſerit libro quarto de Voluptate & bono Chryſippus. Non parum quidem opportunè, vt mihi perſuadeo, dictionem recenſebo: nam & viri ſum ſtudioſus ob diſciplinam multiplicem, & ob morum facilitatem. Hic igitur barbam radi inquit philoſophus Alexandri temporibus fuiſſe repertum, cum non raderentur prius. Nam & Timotheus tibicen cum magnam haberet barbam, tibias inflabat, & Athenis non valde antiquum eſſe inquiunt, qui primus fuit tonſus, qui tonſoris denominationem obtinuit: quare alicubi dixit Alexis; C

*Si quem reciſa forte barba videris,*
*Tonſa'ue, facturum quid horum dicito;*
*Mihi videtur militare velle, vel*
*Feciſſe barbæ cuncta quæ contraria.*
*Ingens'ue contigiſſe prorſus huic malum,*
*Quid per Deos villi moleſtiæ afferunt,*
*Ob quos viri videmur eſſe ſinguli?*
*His quid putas feciſſe ni contrarium?* D

Cum quendam mentum ita habere vidiſſet Diogenes, dixit; nunquid naturam accuſas, quia te virum, non autem mulierem fecerit? cum alium quendam vidiſſet eodem pacto ſe habentem, ac odoribus perfuſum, veſtibúſque, quæ res huiuſmodi ſequuntur indutum, ſe prius quæſiuiſſe dixit quid foret immane ſcortum, at nunc demum reperiſſe. Cum lex eſſet in Rhodo ne quis raderetur, nullus eſt repertus qui eam eſſet capturus, quoniam omnes radebantur. Cum multa conſtituta fuiſſet Byzantij tonſoribus, qui nouaculam habere comperirentur, omnes nihilominus ea vtebantur; quæ omnia ab admirabili Chryſippo literarum monumentis tradita ſunt.

ἱππίοπορ-νος.

## *De Stoicorum Hypocreſi, & de pulchritudine.*

## CAPVT VII.

AT ſapiens ille Zeno, vt aſſerit Antigonus Caryſtius cum (vt par eſt) de vita, ſimulatáque induſtria noſtra vaticinaretur, dixit, quod qui ſermones illius negligenter audiuiſſent,

A audiuiſſent, neq; intellexiſſent, futurum eſt vt ſqualidi ſint ac illiberales, velut ij, qui Ariſtippi dogmata complecterentur, temerarij ac intemperantes. Atque veſtrum complures ſunt huiuſmodi perturbati ac temulenti, neque id moribus ſolum verum etiam habitu. Nam cum parſimoniam frugalitatémque induere ſtudeatis, in auaritiæ foribus ac veſtibulo ſqualidè viuentes inuenimini, lacernáſque perexiguas induentes, tum dolorum aures ſonis implentes, cinœdos vocatis eos, qui vel vnguentum attigerunt, vel paulò mollioribus fuerint induti veſtibus. Non oportet igitur viros ita veſtitos argentum admirari, amaſióſque raſam barbam natéſque habentes circunducere, qui eos in Lyceo ſequuntur, cum ſophiſtis tenuibus per Iouem, ac ieiunis, & coriaceis, vt ait Antiphanes. ipſam verò pulchritudinem laudo, nam & inter honeſtos viros pulcherrimi eliguntur, primáſque obtinent: & in Elide fit de pulchritudine iudicium, atque primo Dei arma geſtare imperitant, ſecundo bouẽ ducere iniungunt, tertius verò libamina imponit. Scribit Heraclides Lembus quòd magna admiratione dignus putatur in Sparta vir pulcherrimus pulcherrimáque mulier, cũ Sparte mulieres ferat pulcherrimas.

B Quamobrem de Archidamo Rege narrant, quòd cum mulier illi pulchra viſa eſſet, alteráque diues ac deformis, ad diuitem animum cõuertit, quare Ephori eum mulctarunt, quoniam pro regibus regulos eis gignere elegiſſet. Euripides verò prima quidem pulchritudo dixit digna Imperio. Illi etiam qui ad concoctionem accedunt apud Homerum pulchritudinem admirantes ita inquiunt de Helena;

*Indignum nihil eſt Troas, fortes & Achiuos,*
*Tempore tam longo perpeſſos eſſe labores,*
*Ob talem vxorem; cui præſtantiſſima forma*
*Nil mortale refert, ſuperíſque ſimillima diuis.*

Obſtupeſcit & ipſe Priamus ob mulieris formam, quamuis in grauibus verſetur periculis. Admiratur etiam ob formam Agamemnonem cum inquiat:

*His oculis viſus nunquam formoſior vllus,*
*Aut venerandus item; regíque ſimillimus ille eſt.*

Fuerunt complures, qui viros pulcherrimos in reges acceperunt, veluti his etiam temporibus ij Aethiopes, qui Immortales appellantur, vt affirmat Bion in rebus Aethiopicis.

picis.forma velut apparet regis eſt peculiare quoddam: ac C Deæ de forma inter ſe contenderunt, ob formam etiam Dij Ganymedem Iouis pincernam corripuerunt:

*Cauſa ſuæ formæ, vt vnà cum immortalibus eſſet.*

Ac Deæ quos rapuerunt, non'ne pulcherrimos? quibuſcum & verſantur? Aurora cum Cephalo, Clito, & Tithono. Ceres cum Iaſione, Venus cum Anchiſe, & Adonide. Ob formam Deorum omnium maximus aureus per tegulas deſcendit, fitque taurus, ac ſæpius aquila plumis induitur, velut in Aegina. Socrates philoſophus, qui omnia ſpernere conſueuerat, non'ne Alcibiadis pulchritudine ſuperatur? velut grauiſsimus Ariſtoteles Phaſelitæ diſcipuli. Nos verò non'ne non animatorum etiam quæ pulcherrima ſunt præponimus, eáque laudamus Spartanorum more, qui virgines peregrinis denudare conſueuerant? At in Chio inſula in gymnaſia curſúſque accedere ſuauiſsimum eſt, iuuenéſque luctantes cum puellis intueri. Tum ait Cynulcus; & audes hæc tu dicere cum non habeas digitos roſeos iuxta Cratinum, ſed cum alterum crus habeas Bolitinum illius poëtæ, qui eiuſdem eſt nominis, memoriam tenens, qui ſemper in cauponis & diuerſoriis viuit: quanquam ſcripſit D Iſocrates orator in Areopagitica oratione; in Caupona vel bibere, vel edere nullus audebat vel domeſticus familiaris: nam dabant operam vt graues eſſe viderentur, non autem ſcurræ. Hyperides in libro contra Patroclum, ſi modo legitima eſt eius oratio, Areopagitas narrat cum quidam pranſus eſſet in caupona, prohibuiſſe illum in Areopagum accedere.

Βολίτινος, ſtercoreus.

## *De ſcriptoribus rei amatoriæ, quæ amicæ fuerint celebres.*

### CAP. VIII.

TV verò ô Sophiſta, vnà non amicos at amicas tecum ducens in cauponis verſaris, eáſque lenocinantes non paucas circa te habes. Semper circunfers libellos huiuſmodi te cum Ariſtophanis, Apollodori, Ammonij, Antiphanis, Gorgiæ prætcrea Athenienſis, qui omnes cõmentaria de Amicis, quæ erant Athenis, ediderunt. ô pulchræ tuæ diſciplinæ author Theomander, Cyrenæus quem nulla ex parte tu imitaris, quẽ in libro de Felicitate ſcribit Theophraſtus

A phraſtus circumire ſolitum, ſeque felicitatem doctorum profiteri. Nulla igitur ex parte differs ô amoris magiſter, ab Eleo Amaſide, quem in amoribus grauem fuiſſe ſcribit Theophraſtus in libro Amatorio. Neque aberraret ſanè ſi quis te lenocinia ſcribentem appellarit, velut Ariſtidem, Pauſaniam, & Nicophanem pictores, De his veluti qui hæc bene pingerent, mentionem fecit Polemon in libro de tabellis in Sicyone depoſitis. O viri amici huius multiplicis diſciplinæ illius Grammatici, qui non modo non occultatur, verumetiam ſemper ea dicit apertè ex Eubuli Cercopibus;

*Veni Corinthum, ſuauiter nanque hic moror*
*Edens olus deperditus, ſic ocimum*
*Veſtémque ibidem perdidi nugans male.*

Cum peritus Corinthiorum Sophiſta narrarit diſcipulis ocimum amicæ eſſe nomen. Et alios complures actus inſcriptiones ab amicis habuerunt ô viri impudentes, vt Thalatta Dioclis, Corianno Pherecratis, Eunici ſiue Philyllij Antea, Thais & Phannium Menandri, Opora Alexidis, Eubuli Clepſydra: ſic enim amica ipſa dicebatur, quoniam ad B Clepſydram, vſque dum euacuaretur, coire ſolebat: velut teſtatur Aſclepiades Arij filius in commentario de Demetrio Phalereo, cum nomen illius proprium Methicam eſſe dixerit. Eſt autem amicæ nomen vt aſſerit in Agreſti Antiphanes, nutrienti calamitas.

*Lætatur ingens cum domi ſit huic malum.*

Quapropter ob eum conquerens quidam à Timocle inducitur in Neæra:

*Sed infelix ego*
*Phrynem qui amaui quando primum capparim*
*Legebat haud habebat hæc quæ nunc habet.*
*Permulta ego abſumens diebus ſingulis*
*Claudebat extra ianuam.*

Et in eo actu, qui Doreus Tautoclides inſcribitur, inquit ipſe Timocles;

*Cina miſellum dormiunt*
*Vetuſta amica Nannium, Plangon, Lyca,*
*Gnathæna, Phryne, Pythionica, Myrrhina,*
*Chryſis, conallis, Ieroclea, Lopadium.* λοπάδιον. cellula.

Harum mulierum mentionem fecit Amphis etiam in no-

uacula, vbi inquit: C

*Mihi videtur eſſe cæcus Plutus, vt*
*Non ingreditur ad hanc, ſed ad vel Nannium,*
*Vel ad Sinopem, vel Lycam, vel cæteras*
*Tales amicas, quæ viris ſunt retia.*
*Ingreſſus haud exire vult inde amplius.*

## *De amicarum aſtutia.* CAP. IX.

Alexis in Aequilibri actu inſcripto, amicarum apparatum, earúmque artificioſas commendi rationes exponit hoc pacto:

*Primum quidem ad lucrum, & ad ſpoliandum*
*Propinquos, reliqua omnia putantur ſuperuacanea.*
*Omnibus inſidias moliuntur: aſt vbi factæ ſunt diuites*
*Demum, alias amicas nouas in arte capiunt,*
*Quas ſtatim effingunt ita vt neque mores,*
*Neque affectum ſimilem poſtea ſeruent.*
*Si quam paruam eſſe contigerit. ſuber in ſacculis*
*Aſſuitur, ſi longa fuerit, ſoleam pertenuem geſtat,* D
*Caput autem in humerum declinans incedit*
*Quod ei longitudinis nonnihil adimit, non habet quædam nates?*
*Induit conſuta vt omnes ô pulchras nates*
*Videntes clament. ventrem non habet* *
*Pectorale mox addunt, habent rectè comici vt dicant.*
*Talia ſunt igitur ventris ipſarum medicamenta,*
*Veluti ſi remis his vlterius niterentur ſe trudere.*
*Cilia habet fidua quæpiam, pingunt fuligine.*
*Accidit vt ſit nigra, obducet ceruſam.*
*Albam cutem quæpiam habet valde, pæderote fricatur.*
*Pulchrum habet corporis quidpiam, hoc nudum oſtendit.*
*Formoſos habet dentes, neceſſe ſit ridere,*
*Vt videant præſentes os quàm ornatum habeat.*
*Niſi gaudeat ridere, abſumens diem*
*Intus, velut in culinis quæ ſunt vbique,*
*Vbi vendunt caprarum capita, lignum*
*Myrti habent tenue rectum in labris.*
*Ita vt tempore os extendant ſiue velint, ſiue non.*
*Videbis his quòd gemmis exornantur artibus.*

*Quam*

A Quamobrem tibi conſulo Theſſale variatos currus habens, vt quæ tibi domi ſunt complectare, neque filiorum pecuniam in res minus idoneas abſumas. Vere enim optimè claudus, crepidas facientis ſubigis vxorem, qui te non multum temperantem facit, neque docet pelles inſpicere. At non noſti parcas nummorum allectrices iuxta Eubuli pernoctantem?

*Scorta Veneris exercitata*
*Deinde nuda, ac ordinata commodè.*
*Stantes tenuibus pallijs, & qualibus*
*Solet Padus rigare latus flumine*
*Hortos puellis. perfrui tutò licet*
*Paruo voluptate hic ecempta nummulo.*

Actus etiam Eubuli non autem Philippidis inquit in Nannio:

*Clam quiſquis vxorem capit, & abſconditè,*
*Qui non vir eſt viuentium miſerrimus?*
*Quando licet ad ſolem videre propalam,*
*Deinde nudas ordinatas commode*
*Stantes, tenuibus pallijs, & qualibus*
B *Solet Padus rigare latus flumine*
*Hortos puellis. perfrui tutò licet*
*Paruo voluptate hic coempta nummulo.*
*Turpiſſimos at non amores omnium*
*Iniuriæ quas inſequi mox gratia,*
*At non amoris conuenit.*

Infelicis Græciæ cauſa cõqueror, quæ Cydiam nauarchum emiſit. Increpat in Pentathlo Xenarchus etiam his qui viuunt. Eodem pacto, qui precioſarum amicarum ſunt ſtudioſi liberarúmque mulierum ita inquiens:

*A iuuenibus in vrbe*
*Indigna, nec ferenda fiunt per Deos.*
*Quando lupanari eſt videre in quolibet*
*Vbi puellæ ſunt decentes plurimæ,*
*Ibi quæ apricantur, indutas pectora*
*Deinde nudas ordinatas commodè.*
*Quarum licet legiſſe quam quis maluit:*
*Tenuem'ue, craſſam, ſeu rotundam, ſeu magis*
*Sit grata longa, ſqualida ſeu gaudeas*
*Maturiore, ſeu vetuſta, ſeu magis*

*Gaudes puella, vel mediocri. non opus* G
*Eſt clam ſubire ſcalam vt expetiueris.*
*Subire tectum per foramen haud opus.*
*Nec cum paleis ſit vt ferare intro hic opus.*
*Ipſæ coegerunt, trahunt. hæ ſupplices*
*Senes rogarunt pluribus & illecebris*
*Patercule. at iuuenibus ò dicunt here.*
*Tutò licet quas ſingulis frugaliter*
*Habere per totum diem quouis modo.*
*Quas nec licet videre, nec videntibus*
*Palam videre, ſemper at trementibus,*
*Pauentibus, in manúq; animam geſtantibus.*
*Qui nam valent veneranda mater Cypria*
*Hi more ſerpentum coire, cum ſubit?*

Narrat Philemon in Delphis quòd primus Solon ob iuniorum ætatem ſtatuit mulierculas in domiciliis emptas; velut aſſerit Nicander Colophonius libro rerum Colophoniarum tertio: vbi dicit eum publicæ Veneris templum primum erexiſſe, in quibus domiciliis proſtitutæ lucrum faciebant. Sic autem inquit Philemon:

*Solon in omnes reppeŕiſti tu viros,* D
*Nam te ferunt vidiſſe primum hoc commodum*
*O Iuppiter rem, quæ ſalus eſt maxima.*
*Mihi quod eſt dixiſſe certè aptum Solon,*
*Vrbem iunioribus videnti plenam, vbi*
*Neceſſe naturæ peragi ſit munera,*
*Peccare rebus, in quibus non conuenit.*
*Tu fœminas emptas locis in pluribus*
*Viris locauiſti paratas omnibus,*
*Stetere nudæ, ne capiare vide omnia,*
*Non es tui compos bene. Iámque habens habes*
*Aperta qui ſit ianua.*
*Vnus obolus, iámque inſilias, vllus nec eſt*
*Accïſmus, aut nugæ, vel ipſa ſubtrahit*
*Se: ſed ſtatim quo vis, & ipſa vult modo.*
*Mox exeunti aliena luctibus refert.*

Aſpaſia etiam Socratica inter pulchrarum mulierum cœtum incedebat, atque ab illius amicis repleta eſt vniuerſa Græcia; velut elegantiſsimus Ariſtophanes bellum Peloponneſiacum narrās ſignificauit, quòd ob Aſpaſiæ amorem

A Pericles & raptas etiam ab illis ſeruas à Megarenſibus excitauit decretum illud graue contra Megarenſes; Lenam verò Simæthàm mittentes Megaram, iuuenes abſconderunt vinoſæ. Megarenſes poſtea dolore affecti contra duas Aſpaſiæ lenas abſconderunt. Ac inde principium belli erupit omnibus Græcis ex tribus meretricibus. Te igitur hortor vt à precioſis huiuſmodi meretricibus abſtineas ò grãmatice, quare alias tuba vtentes tibi intueri licet, tibicinas omnes ex Apollinis lege.

## *De Laide iam ſeneſcente.* CAP. X.

EPicrates ſcribit in Antilaide, in quo actu hæc de celeberrima Laide narrat:

*Eſt ipſa Lais deſes, & valde bibax.*
*Eduſſe ſpectat, ac bibiſſe per diem*
*Totum. mihi videtur id perpeſſa, quod*
*Solent aquilæ: nanque hæ iuuenes cum ſunt, oues,*
*Leporéſque carpunt arduis ex montibus,*
*Tulere ſublimes pedum quas robore.*
B *Vbi ſenecta mox grauis compreſſerit,*
*Iuuenes volantes quæritant actæ fame:*
*Putatur id portentum & eſſe: nunquid eſt*
*Putanda prodigium meritò nunc Lais &?*
*Quæ cum iuuenis, & pullus afforet: fuit*
*Stateribus petita pluribus virum.*
*Cito videres Pharnabazum & illius.*
*At longitudo propter annos venit, vt*
*Concinnitatem quæ reſoluit corporis,*
*Ipſam videre, ac inſpuere eſt facillimum.*
*Accedit & quouis, capit ſtateráque*
*Vel & triobolum iam pota, nec ſenem,*
*Neque iuuenem contemnit. eſt ita facilis*
*Amice vt argentum è manu nunc accipiat,*

Mentionem fecit Laidis Anaxandrides etiam in ſenum inſania, vbi & alias amicas vnà connumerat hoc pacto:

*Noſti in Corintho Laidem? quî non enim*
*Cum ſit diurna? quædam amica fuit ſimul*
*Antea, quæ noſtræ fuere deliciæ.*
*Nam per Iouem florebat illo tempore*

*Lagiſca, Theolytaque quàm pulcherrima* C
*Facie, ſimul formoſa viſa plurimum,*
*Erat ocimum ſed prorſus illa ſplendidum.*

Hæc habeo de quibus te admoneam amice Myrtile iuxta venatricem Philetæri:

*Senex quieſce moribus cum ſis, neque*
*Noſti quòd haud eſt ſuaue cum viuas mori,*
*Velut ferunt vinum mori Phormeſium.*

Vel nunquid ſuauiſsimum id eſt tibi, quod ait Timocles in Marathoniis?

*Deum quod eſt inter Coriſca cum, ſimul*
*Scortóque vili cum iacere noctibus.*
*Papæ, color valde toroſum, ſpiritus,*
*O' Dæmones, non eſſe promptáque omnia,*
*Opus eſſe mox timere cædier alapis,*
*Cepiſſe plagas tuas tenella adeſt manu*
*Iucunda res per maximum Iouem.*

Cum & alia complura dicturus eſſet Cynulcus, atque cum alapis Magnus eſſet cæſurus in honorem Myrtili, præueniens Myrtilus, Syro enim aduerſabatur, inquit non ſpes ita laborauit, vt inimicorum ſuppetias poſtulem ait D Callimachus. Non enim defendere nos ipſos poſſumus ò Cynulce, quàm ſiniſter es & agreſtis. Cum etiam turpium verborum ſiniſtram linguam habeas in ore, iuxta Ephippi Philyram. Videris enim mihi vnus eorum eſſe, quos Muſæ ſiniſtras literas docuerunt: vt ait quidam ex parodis. Ego profectò viri conuiuæ non iuxta Auras Metagenis, aut Ariſtagoræ Mamacuthum amicas ſaltatrices vobis expoſui.

*Formoſas primum, nunc vobis dicere non eſt*
*Florentes ſaltatrices, quæ genua recidunt*
*Mercedi, ac rapiunt enera portantibus illam.*

Sed amicarum verarum rationem habeo, earum ſcilicet, quæ ſynceram miniméq; fucatam amicitiam ſeruare poſſunt; quas Cynulcus non audet reprehendere, ſolæque inter mulieres amicitiæ nomine ſunt appellandæ. Vel ex Venere, quæ apud Athenienſes amica nuncupatur, de qua ſcribit Apollodorus Athenienſis hoc pacto in libro Deorum; amicam Venerem, quæ amicos & amicas in vnum cogit: hoc eſt domeſticas. Nam & liberæ mulieres & virgi

A virgines his etiam temporibus familiares & domeſticas amicas appellant: velut Sappho; nunc verò rectè iucunda meis amicis concinam. Ac etiam: Latona & Niobe valde gratæ erant amicæ. Appellant amicas & merentes fœminas ac quæſtum facere in coitu mereri: non ad proprietatem quidem amplius iam reſpicientes, ſed ad honeſtum dictionis vſum: ſicut in depoſito ab amicis Menander inquit amicos dimittens: opus feciſtis non amicorum, cum hæ ſint literæ. Quam vocent non valde apertum facit. Hæc de amicis ſcribit Euſchemus in Mercatore:

*Si poſtea noſtrum quis ingreſſus fuit*
*Moleſtus huic adulatur ac non comprimens*
*Os, oſculatur: hoſtiū vt quis afforet.*
*Hinc paſſeres inflans velut, quos illa con*
*Solatur, his omnem fugat moleſtiam.*
*Lætóſque reddidit benignos & ſtatim.*

Eubulus amicā vrbanam induens in Campylione inquit:

*Quàm canabat vrbanè*
*Ac non aliæ ſicut porros edentes.*
*Placentam ſubegerunt malæ, & carnes*
B *Momordi turpiter: ſed ſingulorum parum*
*Guſtaui veluti virgo Mileſia.*

Antiphanes in Hydra:

*Hic quem fero*
*Sibi propinquam vidit vt quandam, fuit*
*Amicæ Amore captus ille protinus*
*Vrbanæ: at inculti patris, tutoris &*
*Mores habebat aureos virtutibus*
*Idoneos, veréque amicæ cætera*
*Vel nomen ipſum fefellerunt moribus,*
*Cum ſit bonum verè,*

Anaxilas in Iuuenca: quòd ſi qua rogantibus mediocriter ſeruiat gratis:

*Sortitur amicæ nomen ex amicitia,*
*At non vt ipſe nunc refers ſcorti mali.*
*Amicæ amore captus es: dicas modo*
*Num viſa ſimplex? per Iouem eſt vrbana mihi.*

At adoleſcentulus philoſophus noſter huiuſmodi eſt, cuiuſmodi Alexis inducit in ſomno, ſiue Antiphanes: *φιλοπορνικῶς* (?)

*Ob hæc vbique veſcitur porris, neque*

*Hic leno nobiſcum: quod idcirco accidit*
*Ne triſtitiam nobis ferat amantem amans.* C

Optimè de his ſimilibus ſcripſit Ephippus in Sapho: quando enim iuuenis exiſtens ad alienum obſonum accedens didicerit, ſine ſymbolóque manum iniecerit epulis, reddere ipſum exiſtimes noctis rationem. Hæc ipſa dixit Aeſchines etiam orator, in libro contra Timarchum. Hæc Philetærus etiam ſcripſit in venatrice de amicis:

*Non eſt amica vbique ſacrum friuolè,*
*Vxoris ad nuſquam per ipſam Græciam.*

Noui & feſtum quoddam quod agitur in Magneſia, Amicalia: non ob amicas quidem, at ob aliam cauſam: cuius ita ſcribens mentionem fecit Hegeſander in commentariis; Amicarum feſtum Magnetes agunt. Iaſonem primum narrant Aeſonis filium cum Argonautas congregaſſet, Ioui Amico ſacrificaſſe, feſtúmque ipſum appellaſſe Amicalia. Celebrant Amicalia etiam Macedonum Reges.

## *De Venere Meretrice, & amicis Corinthiis.*
## CAP. XI.

Veneris Meretricis ſacellũ eſt apud Abydenos, vt aſſerit Pamphilus. Nam cum ciuitas à ſeruis teneretur, D cuſtodes, qui in ea erant, ſcribit Cleantes in fabuloſis ſacrificaſſe, ac ebrios multas amicas accepiſſe, quarum vna fuit, quæ cum eos dormiẽtes vidiſſet claues ſurripiens, murúmque ſaliens Abydenis rẽ ſignificauit. Illi igitur armati ſtatim acceſſerunt, cuſtodes interemerunt, mœnibúſq; captis libertatiſq; domini facti, gratias meretrici reddere decreuerũt; ac idcirco erexerunt ſacellum Veneris Meretricis. Alexis verò Samius libro ſecũdo Samiorum terminorum, Venerem eam quæ eſt in Samo, quam alij dicunt in Calamis, alij in Eliaticis, amicas erexiſſe inquit eas, quæ Periclem ſecutæ ſunt, cùm Samum obſideret, ac ſatis pro tẽpore effeciſſent. Eualthes autẽ in rebus Epheſiis ſacella ſcribit Amicæ Veneri in Epheſo fuiſſe erecta. Clearchus libro primo rerum Amatoriarum Gyges Lydorum rex inquit non ob viuam ſolum amicam celebris fuit, cum ſeipſum ac ipſius totũ imperium in illius manum tradidiſſet, verum etiam ea mortua omnes Lydos congregans tumulum illum in Lydia accumulauit, qui nunc etiam amicæ

A cæ cumulus nũcupatur in altitudinem eleuatus: Ita vt cum ipſe regionem circuiret, quę eſt intra Templum, vndecunque verteretur tumulum aſpiceret, atq; omnibus Lydiam habitãtibus eſſet conſpicuus. Demoſthenes Orator in oratione contra Neæram, ſi eius eſt legitima, quã dixit Apollodorus, amicas voluptatis gratia inquit habemus, at pellices ob diurnum pellicatum; vxorem verò vt legitimos nobis filios faciat, fidámque cuſtodiam domi teneamus. Tibi autem commemorabo Cynulce ſermonem quẽdam Ioni eum extendens, vt ait Aeſchylus, de amicis; à pulchra Corintho exordio ſumpto, quandoquidem eius loci ſapientiam mihi obiicis. Lege ſancitum eſt antiquitus apud Corinthios, ſicuti in libro de Pindaro ſcriptum reliquit Chamelæon Heracleotes, vt quando ciuitas magnis de rebus Veneri ſupplicat, quàm plurimę amicę ad ſupplicationem capiantur, déæque poſtea ipſius nuncupentur: quæ ſacrificiis deinde interſunt. Tunc etiam amicę pro Græcorum omniũ ſalute ſupplicarunt in Veneris templum accedentes, cum Perſa exercitum in Græciam traiecit, vt narrat Theopompus, & Timæus libro ſeptimo. Quare Simonides B etiam, cum tabellam amicæ Corinthiæ Deæ depoſuiſſent, quę nunc etiam ſeruatur: ac ſingulas amicas priuatim ſcripſiſſet, quæ tunc ſupplicauerant, & poſtea fuiſſent præſentes: hoc Epigramma appoſuit.

*Hæ ſtatuere ſuper Graiorum orare ſalute*
*Felicem Venerem, & pro laribus patriæ.*
*Non etenim arciferis voluit Venus aurea Perſis*
*Arcem Graiorum prodere, quam populent.*

Priuati etiam Deæ vota perſoluunt, ac rebus peractis, pro quibus orarunt, ei amicas adducturos ſe pollicentur. Cum lex igitur, quæ ſpectat ad Deam ſit huiuſmodi, Corinthius Xenophon ad certamen exiens in Olympia, ipſe quoque amicas Deæ adducturum promiſit, ſi victor euaſiſſet: ac Pindarus primum in illum encomium conſcripſit, cuius principium eſt; ter Olympia vincentem laudans domum. Poſtea verò & carmina inter ſacrificantia decantata, in quibus ſtatim initium ad amicas factum eſt, quæ accedente ſacrificantéque Xenophonte vnà Veneri ſacrificarunt: quare inquit, ò Cypri regina tuum agẽ in lucum lætarum puellarum gregem centum Xenophon cum per-

fectis votis adduxit lætatus. Sic autem cœpit hoc ſacrificium; multos habentes amicos iuuenes ancillæ impetrant in diuite Corintho, ac thuris flauas lachrymas habentes in manibus pro nobis ſæpius matrem rogarunt, ad celeſtem Venerem cogitatione volantes, vobis deſuper prohibitiones præbuit ô puellæ lectis amabilibus molliores vt fructuum carperetis: vnà optimum eſt neceſsitas. Poſtea ſic inquit incipiens; ſed admiror quid me dixerunt ſimul domini, huiuſmodi ſuauitatis inueniſſe principium carminis vxorem in communibus mulieribus. Manifeſdum eſt enim quòd ad amicas loquitur dubitabat, ſiquidē res qualis Corinthiis videretur. Cū ipſe ſibi ipſi, vt apparet, crediditſet, ſtatim ſubiunxit; docuimus aurum cithara experimento. Scribit Alexis in Amante quòd res venereas amicæ quæ ibi ſunt, proprio peculiaríque modo peragunt. C

*Res venereas conceſsit amicis ciuitas,*
*Diuerſa quarum liberis eſt fœminis*
*Ratio. diebus hiſce vt hæ laſciuiant,*
*Mos eſt amicæ, quod iubentur legibus*
*Nobiſcum.*

At imago depoſita eſt in Lacædemone Cottinæ amicæ celebris, vt ait Polemon Hiſtoricus de depoſitis in Lacedæmone; quæ bouem æneam depoſuerat: ſic autem ſcribit; Amicæ Cottinæ imago, ob cuius apparitionem, domicilium quoddam nunc etiam colli maximè propinquum, nuncupatur: vbi Dionyſii templum conſpicitur, quæ compluribus eorum qui ſunt in ciuitate, eſt cognita, eſt autem illius depoſitum, ſupra æreum quendam bouem Chalciæcæ Mineruæ prædicta imago. D

## *De iis qui non viſas amauerunt mulieres.*
## CAP. XII.

AT pulcher Alcibiades, de quo dictum eſt à quodam comico;

*Alcibiadem pulchrum Deíque terráque,*
*Quem vel Lacedæmon eſſe mœchum optauerit.*

Cum ab Aegide fœmina amaretur, in amicarum fores laſciuiebat. Poſtea Atticis, Lacænísque relictis à Medontide Abydena quod audiuerat amatus, hâc dilexit, ac in Helleſpon

A ſpontum cum Axiocho, qui eius pulchritudinis erat amator nauigauit, vt Lyſias orator atteſtatur in oratione contra illum: quam illi fecit communem, ac alias duas amicas Alcibiades ſecum ſemper ducebat Damaſandram iunioris Laidis matrem, ac Theodotam; à qua etiam ſeruatus fuit cum in Meliſſa Phrygiæ ciuitate moreretur, quia inſidias illi Pharnabazus tetẽderat. Vidimus nos etiã Alcibiadis ſepulchrũ in Meliſſa, cum ex Synadis in Metropolim proficiſceremur, vbi quotannis bos immolatur, cum id optimus prorſus Imperator Adrianus imperaſſet, qui Alcibiadis imaginem etiam ſuper ſepulchro erexit ex Pario lapide. Neque admirari ſanè oportet ſi ex auditu ſolo amati fuerunt nonnulli à quibuſdam, quando Chares Mitylenæus libro Hiſtoriarum decimo de Alexandro, quoſdam per ſomnum vidiſſe, inquit, quos nunquam antea viderant, ac poſtea amaſſe: Sic autem ſcribit; Zariadres Hyſtaſpæ frater erat iunior, at vterique formoſi, de quibus indigenæ narrant, quòd ex Venere nati ſunt & ex Adonide. Hyſtaſpes Mediæ inferioriq; regioni imperauit; at Zariadres ſuperioribus locis hoſtiis Caſpiis ad Tanaim vſq; fluuium
B Marathorum qui vltra Tanaim incolunt rex erat Homartes, qui filiam habebat nomine Odatim; de qua ſcriptum in Hiſtoriis reperitur, quòd cum per ſomnum Zariadrem vidiſſet, eum amauit, ac idem illi accidit pariter vt eam diligeret. Se igitur viciſsim amabant ac cupiebant ob phantaſiam per ſomnum inceptam. Erat Odatis omnium mulierum quæ forent in Aſia formoſiſsima, & Zariadres ipſe erat formoſus. Cum igitur ad Homartem miſiſſet Zariadres, mulierémque in vxorem popoſciſſet, non aſſenſit Homartes, quia filios mares non habebat, quia eam cuipiam ſuorum familiarium, qui foret apud ipſum deſponſare decreuerat. Poſtea nõ multo tempore interpoſito omnes regni ſui potentes, amicos, & affines ad ſe conuocauit, quòd nuptias filiæ erat celebraturus, neque tamen cui eam eſſet daturus, patefaciebat. Cum vigeret igitur potus, pater Odatim filiã in ſympoſium conuocauit, ac audiẽtibus conuiuis dixit; nunc tuas nuptias celebramus ò filia: Cum igitur circunſpexeris, omnéſque animaduerteris, auream phialam capiens eam impleto, atque cuius vis eſſe vxor ei porrigito, huius enim vxor vocaberis. Cum omnes ea circũſpexiſ-

ſet

ſet, illud flens faciebat Zariadrémque videre cupiebat: ad C eum enim miſerat qui nuntiaret quod nuptiæ erant facienda. Cum hic apud Tanaim eſſet in caſtris clam neſciente exercitu cum ſolo venit auriga, noctúque profectus per ciuitatem in curru peruenit, cum ad octingenta ſtadia cucurriſſet. Cum verò pago in quo nuptiæ celebrabantur eſſet propinquus, currum vnà cum auriga in loco quodam relinquens, ſtolam Scythicam indutus inceſsit, ac in aulam profectus, Odatimque ſtantem ante calicum loculum, lugentem, phialámque tardè miſcentem intuitus ad eam propius accedens inquit, adſum tibi ò Odatis ipſe zariadres, vt tu optaſti. Cum hæc virum externum formoſúmque animaduerteret, eique perſimilem qui viſus fuerat in ſomnis, maximopere lætata ei phialam ipſi porrexit, qui eam rapiens deduxit in currum, Odatímque habens aufugit. Serui verò & ancillæ quæ amorem cognouerant conticuerunt, ac patre eam vocare iubente, ſe neſcire poſſe aiebant, quò iuerit. Commemoratur hic amor ab iis barbaris, qui Aſiam incolunt, & profectò dignus eſt quem imitentur. Hanc fabulam in ſacris locis & regiis pingere conſueuerunt, & in priuatis domibus: compluréſque potentum D Odatim nomen ſuis filiis imponunt.

## *Maſsilienſium nuptiæ, variorúmque regum amicæ.* CAP. XIII.

HAec eadem ſcribit Ariſtoteles in Maſsilienſium Republica hoc pacto, Phocæi in Ionia nundinis vſi Maſsiliam condiderunt. Euxenus Phocenſis hoſpes erat Nano Regi, (hoc enim illi nomen fuit.) Hic Nanus cum forte filiæ nuptias faceret, Euxenum, qui eo fortè acceſſerat, ad conuiuium conuocauit. Nuptiæ verò hoc pacto fiebant: Oportebat puellam poſt cœnam ingredi, phialam miſcere, ac cuicunque ex præſentibus procis mallet porrigere. Cui ea porrexiſſet, is erat ſponſus. Puella verò ingreſſa ſiue fortuna, ſiue alia de cauſa Euxeno porrexit: appellabatur autem puella Petta: Hoc cum accidiſſet, paterque dignum putaret, velut ex Deo eſſet donatiò, vt ipſam haberet, Euxenus mulierem accepit, vnà habitabat, mutatóque nomine eam Ariſtoxenam appellauit. Eſt genus quoddam homin

A hominum in Maſsilia, quod ad hæc vſque tempora vocatum eſt Protiadæ:nam Protis filius Euxeni fuit & Ariſtoxenæ. Themiſtocles, vt Idomeneus eſt teſtis:nónne cum amicarum currum iunxiſſet foro pleno per ciuitatem iuit? erant autem ipſæ Lamia,Scione,Satyra, Nannium. Nónne ipſe etiam Themiſtocles ex amica ortus fuerat, cui nomen Abrotono? vt in commentario de viris illuſtribus narrat Amphicrates,

*Abrotonum Threiſſa genus mulier, peperiſſe*
*Quam Græcis magnum eſt fama Themiſtoclea.*

Neanthes Cyzicenus Græcarum Hiſtoriarum libro tertio & quarto ipſum filium Euterpes fuiſſe ſcribit. Cyrus autem qui in fratrem militauit nónne ſapientiſsimam,formoſiſsimámque Phocaidem amicam habuit,quæ cum illo militaret?quam Milto prius vocatam fuiſſe aſſerit Zenophanes,poſtea Aſpaſiam?Sequebatur eum pellex etiam Mileſia.At Alexander Magnus nónne Thaidem habebat Atticam amicam ſecum?de qua ſcribit Clitarchus quòd cauſa extiterit vt imperatoriæ ædes in Perſepoli comburerentur,Hæc ipſa Thais poſt Alexandri mortem Ptolomæo ei

B nupſit,qui primus regnauit in Aegypto: filiúmque Leontiſcum illi peperit & Lagum,filiam verò Irenem,quam Solon Rex Cypri dixit vxorem. Secundus Aegypti rex cognomento Philadelphus, vt libro commentariorum tertio narrat Ptolemæus Euergetes, multas habuit amicas, Didymi vnam ex indigenis mulieribus aſpectu pulcherrimam & Bliſtichem:Agathocleam prætereа & Stratonicam,cuius monumentū extat in mari: Eleuſinam, & Myrtium,aliáſq; complures,cum maxime in res venereas eſſet pronus.Polybius libro Hiſtoriarum quarto decimo Clino inquit,quæ illi potum miniſtrabat, multas imagines in Alexandria erectas eſſe ſola tunica amictas, rhytúmque in manibus tenentes,Ac formoſiſsimæ domus nomine Myrti appellantur & Pothinæ,& Mneſides, erat autem Mneſis tibicina,& Pothina:at Myrtium vna ex declaratis communibúſque Dictariadibus.At nónne Agathoclea Ptolomæo Philopatri Regi denominabatur?quæ vniuerſum regnum ſubuertit. Eumachus Neapolitanus libro ſecundo Hiſtoriarum de Annibale Hieronymum, ſcribit qui Syracuſis regnauit mulierem Pitho nomine ex iis, quæ erat domi

peifect

perfectæ duxiſſe, Reginámque declaraſſe. Timotheus, qui dux fuit Athenienſium, amicæ filius fuit manifeſtè genere Threiſſæ: at grauibus moribus mulieris. Nam cum huiuſmodi fœminæ incontinentes ſe conuerterint, his quæ continentiam profeſſæ fuerunt multò ſunt meliores. Cum caperetur Timotheus aliquando quòd ex matre huiuſmodi eſſet, illi gratias habeo inquit, quia ob illam filius ſum Cononis. Ac Philetærum etiam, qui Pergamo nouæq; huic regioni Bocæ vocatæ imperauit, filium fuiſſe amicæ tibicinæ genere Paphlagoniæ ſcribit in Hiſtoricis commentariis Caryſtius, Ariſtophon Orator, qui legem Euclide regnante promulgauit, qui non natus fuerit ex vrbana nothus eſto. & ipſe ex Choride amica natus eſſe arguitur à Calliade comico, velut ipſe ſcriptum reliquit commentariorum libro tertio. Demetrius verò Poliorcetes, nónne miro quodam amore Lamiam tibicinam proſequebatur? ex qua Philam habuit filiam. Lamiam Cleanoris Athenienſis filiam fuiſſe ſcribit Polemon, in libro de Varia porticu in Sicyone, ac expoſitam porticum Sicyonis extruxiſſe. Amauit Demetrius Leænam etiã amicam Atticam, aliáſque complures. Sic autem ſcribit Machon Comicus in vſibus inſcriptis: excellit Leænæ forma bene agẽtis apud Demetrium, ac feliciter. Scribit Lamiam etiam ſuauiter regem geſtaſſe, valdeq; laudatã fuiſſe, quæ reſpondit: ad hæc & Leænam ſi vis ſubige. Erat autem Lamia & prompta ad reſpondendum & Attica, velut dicemus poſtea de Gnathæna. Sic rurſus ſcribit Machon de Lamia: cum vnguentorum multiplicium genera inter potandum rex Demetrius Lamiæ oſtendiſſet, erat autem Lamia tibicina: valde ſuauiter certè ſe habere inquit, Demetriúmque ſtimulis pungi. Cum omnia improbaret, atque cum rege delicias faceret, nardum cuidã inferre ſignificauit: pudendáque manu fricans, digitíſque contingens, hoc inquit ò Lamia odorato: cognoſces enim quantum ab aliis differat. Illa verò ridens, ſed hoc inquit infelix omnium maximè putre mihi exiſtimandum videtur: reſpõdit ei Demetrius, ſed hoc eſt per Iouem ò Lamia ex regia glande. Ptolemæus Ageſarchi filius in Hiſtoriis de Philopatre, vbi à regibus amatas commemorat, Philippi Macedonis adulti amicam fuiſſe Philinnã ſaltatricẽ ſcribit, ex qua Aridæum habuit

A habuit,qui regnauit poſt Alexandrum. Demetrij Poliorcetæ poſt prædictas amicam narrat fuiſſe Maniam, Antigoníque Damo, ex qua Alcyoneum habuit. Iunioris autem Seleuci Myſtam & Nyſam. Heraclides Lembus libro Hiſtoriarum trigeſimo & tertio Demetrij amicam Damo fuiſſe ſcribit,ob quā pater illius Antigonus inſaniuit, oxythemímque interfecit,velut qui multa cum Demetrio peccaret,quódque Damus ſeruas contorquens occiderit.

## *De Mania amica, Gnathænaq; reſponſis.*
### CAP. XIIII.

DE prædicto Maniæ nomine, hæc ſcripta ſunt à Machone:

*Si quæritat quis forte,quod rectè quidem*
*Præſentium,quæ ex Attica ſit fœmina*
*Vocata ſic,vel quæ putata ſit Mania,*
*Habere turpe nomen eſt Phryx fœminæ;*
*Amica quæ ſit ex media orta Græcia.*
*Athenienſium vetare quidpiam*
B *Vel ciuitatem,quum regantur cuncti ea.*
*Primum puellæ quod fuit nomen ſtatim*
*Illi, Meliſſa erat: quia magnitudine*
*Aetatis eius fœminis hac deterior*
*Multò fuit, ſuppeditata vocibus,*
*Commerciíſque pulchra valde,horrendáque.*
*Multos habebat exteros,ciues ſimul*
*Plures amantes. ſermo vbi de fœmina*
*Foret,ferebant eſſe Meliſſam pulchram vti*
*Maniam,Sed ipſa plurimum fecit ſibi,*
*Cum carperet, profectò verbum ipſum ſtatim*
*Clamabat hoc,Maniam illa ſine laudibus*
*Efferret,aut vitio daret mox quempiam.*
*Vtriſque Mania præfuit ſermonibus.*
*Atque hoc Maniæ nomen ferens,videtur hinc*
*Maniæ fuiſſe conſecuta nomen à*
*Quodam procerum.ſed parergon hoc magis,*
*Quàm nomen eſt.labore preſſa calculi*
*Erat,velut par eſt putare, tum Mania.* μανία.
*Gnathænáque quòd in ſtrata prodat ſplendida,* *inſania.*

*Hoc*

 C

*Hoc ſtatutum erat à Diphilo.*
*Poſt hæc Gnathæna carpit ipſam ſic Maniam.*
*Dicítque ad illam, quid puella, nanque hoc quid eſt?*
*Si lapidem habebat? ſic refert hinc & Mania:*
*Tibi dediſſem quo fricari mox miſera*
*Poſſes.*

Quòd autem vrbana eſſet, reſponsíſque idonea, ſic ait Machon de illa:

*Olim Leontiſcus Maniam adamauerat*
*Is pancratiaſtes qui fuit ſolúſque eam*
*Habebat vxor vt tenetur fœmina:*
*Vbi ſtupratam nouit hic Antenore*
*Is poſtea grauiter tulit, cui dixit hæc:*
*Nil triſtis eſto: nam experiri ac diſcere*
*Optaueram, plagam duorum quid virum*
*Olympicorum nocte poſſe credere*
*Liceret athletarum. at inde fertur hæc,*
*Cum poſceret nates ab hac vt verteret*
*Demetrius, munus popoſciſſe hinc ſtatim.*
*Dato inde vertens, poſt refert paulo, licet*
*Agamemnonis fili tibi nunc ipſa ea.* D
*Videre præſenti fuiſti quæ cupidus.*
*Vir hoſpes eſſe viſus, atque transfuga,*
*Nouúſque Athenis, qui peregrinus & foret,*
*Maniam petiuit, quid petiiſſet & dedit.*
*Acceſſerat ad hunc accipiens quidam viros*
*Ridere quid ſcirent, ſolitíque qui forent,*
*Nouere cuncta vertere ac ad gratiam.*
*Vrbanus eſſe vellet vt, politus &.*
*Cum Mania iocaretur, illúdque optimè,*
*Conſurgerétque ſæpius in cuniculum,*
*Applaudere huic nolens refert ò per Deos*
*Nobis ferarum, num videtur ò pueri*
*Agreſtum celerrimè quædam ruat*
*Quæ montibus? qui dixit optimè Mania*
ῥίψασπις *Eſt transfuga. poſt hæc rurſus ingreſſa eſt Mania*
*timidus Illum cauillans transfugam, timidum &*
*qui ſcutū Fuiſſe dixit cum foret congreſſus hic*
*fugiens Turbatus eſt, mœrore captus miles eſt,*
*proijcit. Illámque miſit: nil amica mox dolens,*

*Idcir*

A *Idcirco triſtis eſto Iucundiſſime*
*Non tu clypeum teciſti, at ille qui tibi*
*Accommodauerat, eſt ita nam per Venerem.*
*In ſympoſio velut ferunt apud Manam*
*Excepit illam vir malus quidam. dein*
*Interrogauit an ſuperna mallet hæc:*
*Vel inferiora vellet, vnà vt venerit*
*Iecisse, ridens illa, mox inquit, ſupera.*
*Quid te timendam cenſeam ſubter? mihi*
*Ne tu cadenti forte edas monilia?*

Collegit aliarum etiam amicarum dicta memorabilia Machon, de quibus non præter opportunitatem facere videbimur, ſi ea recenſeamus. Atque ita Gnathænæ:

*Apud Gnathænam Diphilus cœnaret vbi*
*Sicut ferunt, captusq; amoribus foret,*
*Maiorem honorem cæteris amantibus*
*Eſt conſecutus, atque totis viribus*
*Lethes amabatur ab ea. tum itq; aderat,*
*Habensq; bina Chia, Thaſiaq; quatuor,*
*Hœdum, coronas, tænias, bellaria,*
B *Vnguentaq; obſonium, coquum, tibicinam.*
*Cum Syriacus amator huic quidam exterus*
*Niuemq; ſaperdamq; miſiſſet, timens*
*Ne quis videret illa dona: maximè*
*Vitansq; Diphilum, reprenſa ne daret*
*Deinde pœnas inuidenti comico.*
*Auferre iuſsit illa ſalſamenta mox*
*Ad hos viros, ſalibus quibus eſſe opus patet.*
*Puerum niuem immiſcere iuſsit poculis,*
*Meroq; clam: tum fundito velut decem:*
*Cyathum feras hinc Diphilo pro poculo.*
*Bibens repente Diphilus ſuauiſsimè*
*Mox poculum, miratus & quod accidit,*
*Per Palladem, per & Deos, quam frigidum,*
*Habes Gnathæna tu puteum planè. refert*
*Tunc illa, certè: nam tuorum ego actuum*
*Iecisse ſueui ſemper huc proœmia.*
*Elata verbero flagelli vulnera,*
*Dormiebat ipſa forte cum Gnathæna habens,*
*Complexaq; illum, nouit vt tergum aſperum*

AA

*Virum hunc habere, dixit ô miſer miſer* C
*Vir vnde cepiſti tot ipſe vulnera?*
*Reſpondit ille protinus, quòd in pyram*
*Compulſus eſt paruus puer cum luderet*
*Vnà coæuis cum pueris, ac incidit.*
*Rectè profectò per Cererem amicam refert,*
*Decorticatus ſic fuiſti intemperans.*
*Mox Dexitheam cœnaret vt amicam penes*
*Gnathænà, totum apponeretq; obſonium*
*Matri ipſa Dexithea, Dianam per Deam*
*Inquit Gnathæna, ſi fuiſſem præſcia*
*Cœnaſſem apud matrem, haud apud te fœmina.*
*Cum iam foret ſenex Gnathæna, & oſtium*
*Sepulchrum ob annos dicta ab omnibus ferè,*
*Dicunt forum hanc petiſſe, mox obſonia*
*Rogaſſe quanti venderentur ſingula,*
*Ac forte carnis venditorem quem videns*
*Stantem perurbanum, iuuenemq; maximè*
*Aetate, per Deos tuliſſe iuuenis heus*
*Cur nam referto hic pulcher aſſiſtis, ſtatim* D
*Ridens, at ille pronè ait, triobolo.*
*Quis imperat tibi miſelle? mox ait*
*Cum ſis Athenis vile quidquam vendere?*
*Donabat hœdos, nam Stratocles cognitis*
*Gratis & ollas conditas ſalſugine*
*In craſtinum diem ſitim quo linqueret,*
*Volentibus diem die coniungere.*
*Feciſſe longa ſymbola ac in cætera.*
*Gnathæna amantem dixit ad quendam ſui*
*Cum militantem cerneret in conuiuia,*
*Hybernat in hœdis Stratocles ei refert.*
*Gnathæna ephebum cum videret hinc nigrum*
*Macrumq; valde, ſed perunctum ſplendidè*
*Conctis Ephebis & minorem denique,*
*Velut in Adonin eſt cauillata, aſperè*
*Huic obuio iuuene, ac tyrannicè ſibi*
*Occurrere viſo, reſpiciens ad filiam*
*Quæ pone ſequebatur refert, ô filia*
*Quàm iuſtius multo fuiſſet per Deos*
*Dignum putaſſe ponticum quem vti ferunt*

Dorm

A *Dormire adoleſcentem Gnathæna cum, natam*
*Illi ſemel quo præbeat? tum contra eam*
*Dixiſſe, miſera cum natam ſi me nunc petis*
*Egiſſe tempus cum ſues in paſcua eſt.*

## *Gnathanij reſponſa.* CAP. XV.

DE Gnathænij nepte illius ex filia, hæc ſcripta reliquit;

*Externus Athenis Satrapes hoſpes fuit,*
*Annos ſenex qui nonaginta viderat,*
*Gnathanium videnſq; Saturnalibus,*
*Quæ de ſacra Veneris redibat, cumq; ea*
*Gnathana erat rhythmosq; pulchritudinem &*
*Miratus, exquiſiuit inde præmium*
*Quod nocte poſceret. videns hæc purpuram*
*Gnathæna & haſtas, mille drachmas poſtulat.*
*Perculſus hic repente dixit heu papæ,*
*Ob milites vinum capis tu fœmina.*
*Sed pactiones quinque mnas confeceris*
*Tu rectius iam ſternito intus. dexterum*
B *Cepit volentem ſatrapam mox hæc fore.*
*Dixitq; quantum vis dato pater: ſcio*
*Nouiq; rectè noctibus quòd ſingulis*
*Dabis meæ natæ duplum mox præmium.*
*Fuit in Athenis Chalcotypus, valde ſagax*
*Gnathænia prope diſſoluta, ac tum neque*
*Proſtare perferente quòd tenebat eam*
*Tunc Andronicus hiſtrio, ac hoſpes ſimul*
*Suauiſſimè, natus puer hinc erat ſibi.*
*Gnathænium nullum volens & præmium*
*Cepiſſe ſemper is colebat, ac erat*
*Propinquus illi, abſumpſit aurum plurimum*
*Illam tenens, nam contumax & ſordidus*
*Is prorſus erat. mox cum quibuſdam conſidens*
*Sutoris in taberna, ibiq; differens*
*Gnathanij de rebus atque moribus*
*Erat otioſus, ac cum re nemine*
*Cum diceret, ſic altero illam cum virûm,*
*Se ſuppoſitum fuiſſe quinquies tulit*

*Hoc Andronicus accidiſſe vt audijt* C
*Citus ex Corintho conuolat Gnathænio*
*Rem narrat inter pocula, ac expoſtulat*
*Se conſecutum non fuiſſe talia:*
*Nec hanc figuram verberoni quam daret*
*Ad delicias, dixiſſe ferunt Gnathænium,*
*Complectier mammam miſer haud apparuit,*
*Pollutus ore tenus homo fuligine.*
*Sed pertuli quòd ceperim aurum plurimum.*
*Perpendo diligenter inde quomodo*
*Paruasq; ſupremasq; poſſim corporis*
*Cepiſſe partes illius, & complectier.*
*Sed præter hæc Gnathænium quondam ferunt*
*Inter bibendum noluiſſe dare oſcula*
*Ipſi Andronico, vti ſolebat antea*
*Irata cum foret nihil quòd acciperet.*
*Tum non vides inquit Gnathæna filiam*
*Meam ſuperbè, ac vtier tyrannicè?*
*Anus dolens miſella dixit filia*
*Complectere, oſculare & illum, ſi lubet.*
*Reſpondit oſculari ea mox qui nam queam* D
*Nullum iuuamen vtile, ac nihil boni?*
*Communeq; Argus quod habere vult munera?*
*Cum publici ludi fierent, Gnathæniũm*
*In Piræum quendam eſt profecta ad hoſpitem,*
*Mercator is fuit, & amator illius:*
*Sed admodum parcè hæc, aſello nam ſuper*
*Cum ſecum haberet tres aſellos, omnia,*
*Seruasq; tres, vnamq; nutricem iuuenem.*
*Mox in viarum anguſtia quadam obuius*
*Fuit palæſtrita huic malus, qui ſueuerat*
*Vinci aſſiduè certaminibus in omnibus,*
*Qui præterire non potens facile refert,*
*Redactus in anguſtum, ter ô miſerrime*
*Agaſo, ni facias citò diſcedere*
*Ex hac via, ipſe deijciam mulierculas,*
*Vnaq; aſellos inquit, atque ſarcinas.*
*O vir miſelle mox refert Gnathænium*
*Nunquam hoc tibi perfectum erit, non per Deos.*

De

A *De Laide, Glycerio, Nico, Hippe, Phryne amicis.*
CAP. XVI.

HAec poſtea ſcribit;
*Corinthiam dixere quondam Laidem*
*Euripidem vidiſſe in horto quodam, & huic*
*Pendere tabellas atque pugillaria:*
*Quæ dixit ô mihi poëta dicito*
*Quid poſtulans me ſcribis in tragœdia?*
*Hinc vir faceſſe turpis, admiratus hic*
*Euripides audaciam refert ſtatim:*
*Videris eſſe turpis ipſa quæpiam.*
*At illa ridens inquit, at quid turpe ſit*
*Viſum niſi ſit illud ipſo vtentibus?*
*Cum Glycerium cepiſſet à quodam viro*
*Amante veſtem forte magnamq́;, & nouam*
*Corinthiam: mox hanc dedit in fullonicam.*
*Habere cum putaret illam denique,*
*Seruæ dedit mercedem vt illam deferat.*
*At fullo dixit ſi quadrantes conferas*
B *Olei mihi tres auferes quod enim vetat*
*Hoc eſt. heræ ſed illa protinus refert.*
*Male res habet profectò ſe fert Glycerium*
*Miſella: mænam ſicuti in ſartagine*
*Cocturus eſt is pallium certè meum.*
At Sophoclis Demophon amans:
*Nico Capram cum iam foret vetuſtior,*
*Iuuenis amans habebat. hæc cognomine*
*Eſt dicta Capra Thallon ingentem virum*
*Comedit amantem. venit ille in Atticam,* θαλλὸς
*Vt mel emeret, & caricas Chelidonias:* germē ſed
*Hymettium portauerat mel is ſimul.* hic nomē
*Habere dicebatur illa fœmina* proprium
*Pulchram natam prorſus. at eam mox Demophon*
*Accepit: hæc ridens bene inquit optime*
*A me capis quod des Sophocli poſtea.*
Calliſto vocata Sus:
*Cum carperet matrem ſuam conuitiis*
*Quæ nomine eſt Corone dicta, ſoluit has*
*Gnathæna: mox rogata cur hæ differunt?*

*Quid eſt ait, niſi quòd hac Corone, at hac* C
κορώνη, *Succenſet illi quòd loquax, & garrula eſt.*
Cornix. *Hippen amicam mox ferunt Theodotum*
*Habere amantem, qui fuit in fœno, ipſaq;*
*Acceſsit hora tardiore, quàm decet.*
*Regem ad Ptolemaumq; iuit in conuiuium.*
*Cum rege ſemper nam bibiſſe ſueuerat.*
*Illa inquit ergo tardior cum venerit,*
*Pater Ptolemae plurimam ſitim fero.*
*Mihi quis effundat cotylas iam quatuor?*
*In magnam ait rex fundito quis poſtea*
ἵππος e- *Peluim, videris ipſa nam fœno mihi*
quus inde *Hippe ſaturata, & paſta multo gramine.*
ferre & *Expertus eſt Phrynen amicam Mœrichus.*
lana. *Vnam petenti mox minam inquit Mœrichus:*
*Nimium duos prius aureos cum ceperis,*
*Ad hoſpitem quendam profecta nunquid es?*
*Conſiſte donec ergo non ego volo*
*Coire, tantundem ipſe nam ſumam ſtatim.*
*Fertur Capra & Nico, relicta cum foret à*
*Pythone quodam, Euardis illi craſsior*
*Foretq; capta, mox petita rurſus, (vt* D
*Forte accidit) à Pythone: dixiſſe illius*
*Puero. vocat Python? ſuis quòd plenus eſt,*
*Rurſus recurrit ad Capram libentius.*

## *Variarum amicarum nomina, Gnathenaq; vrbana reſponſa.* CAP. XVII.

DE iis quæ dicta fuerunt à Machone, nobis hactenus dictum ſit: nam optima Athenarum ciuitas tantam tulit amicarum multitudinem, de quibus pro virili parte recenſebo, quantam virorum turbam cum maximè floreret, non habuit. Deſcripſit enim centum & triginta quinque Ariſtophanes Byzantius: Apollodorus autem complures. Gorgias verò etiam plures: qui has etiam cum amicis compluribus ab Ariſtophane abſumptas fuiſſe aſſerunt; vocatum Parœnum, ac Lampyridem & Euphroſynem, quæ Fullonis erat filia. Non aſcriptæ ſunt: Megiſta, Agallis, Thaumarium, Theoclea cognomento Corone.

Lenæ

A Lenætocyſtus, Aſtra, Gnathæna, illiúſque neptes ex filia Gnatharnium & Siga: & Synoris Lychnus cognomento. Euclea, Grammæa, Thryallis; Chimera, Lampas. Gnathænam velut antea dictum eſt Diphilus Comicus vehementer amabat, vt aſſerit in memorabilibus Lynceus Samius. Cum igitur eum ex theatro aliquando inter certandum efferri contigiſſet, quia multo minus decorè egiſſet, quàm conueniebat: ad Gnathænam nihilominus acceſsit. Cum Diphilus Gnathænam ipſius pedes lauare ſibi iuſſiſſet, quid enim hæc reſpondit, non elatus accedis? erat autem ad reſponſa promptiſsima Gnathæna. Fuerunt aliæ amicæ complures, quæ ob ſuos iocos gloriabantur, ſtudebántque, atq; nonnullam diei partem in rebus huiuſmodi, ac diſciplinis abſumebant: quamobrem promptæ erant ad reſponſa. Cum accuſaret aliquando Stilpo Glyceram inter potandum, veluti quæ iuuenes corrumperet, vt aſſerit in Vitis Satyrus; incidens Glycera in eadem cauſa verſamur inquit ô Stilpo: te enim eos etiam corrumpere aiunt, qui tecum congrediuntur, cum inutilia amatoriáque ſophiſmata illos doceas, méque eodem pacto.

B Nihil enim differt iis, qui perduntur, ac mala patiuntur apud te philoſophum viuant, an apud amicam. Nam iuxta Agathonem, mulier corpus, ob intimæ animæ citam cogitationem, non habet ſtrenuum, permulta Gnathænæ reſponſa ſcripta ſunt à Lynceo. Cum paraſitus quidam à vetula nutriretur, corpúſque optimè haberet eleganter inquit, ô iuuenis corpus habes diſpoſitum; quid igitur futurum exiſtimas, niſi ſecundus dormirem? fame conficereris inquit. Cum tripudiaret Pauſanias Lacus, ac in cadum quendam incidiſſet; Lacus in cadum incidit inquit. Cum vini quidam perexiguum in magno vaſe ei porrigeret, ac decem & ſeptem annos diceret id præteriiſſe, parum eſt inquit tot annorum. Cum iuuenes quidam ſe illius cauſa inter potum percuterent, inquit ad victum, confide puer; non enim coronarium eſt certamen, ſed argenteū. Cum is nihil amplius ferret, qui minam illius filiæ dederat, ſed ſolum accederet; puer inquit cum minam dederis ſemper te acceſſurum putas, velut ad Hippomachum magiſtrum palæſtritam? cum aſperius ei Phryne reſpondiſſet, ſi lapidem habes inquit, dedi vt abſtergeres. Accidit enim vt hæc cal-

στεφανίτης ἀργυρίτης.

βόλβος bulbus, φακῆ lēs. κόλπος ſinus.

culo laboraret, illa verò ventrem haberet effuſiorem. Cum ij, qui apud eam biberant in Balbophacem iacerent, puellaq; purgando lentes in ſinum conijceret, videris mihi inquit Gnathæna Colpophacem facere excogitaſſe. Cum rediret Andronicus tragicus ex certamine quodam, in quo res eius poſteris feliciter ſucceſſerat, ac apud eam eſſet biburus, iuberétq; puer prius impendere, puerorum perditiſsime inquit, quid dixiſti? ad virum quendam garrulum, qui quòd in Helleſpontum veniſſet, narrabat, & quo pacto inquit in præſtantiſsimam illius loci ciuitatem non acceſsiſti? cum diceret is, in quam? in Sigeum inquit. Cum ad eam quidam acceſsiſſet, vidiſſétq; oua in vaſculo quodam, ac dixiſſet cruda hæc ſunt, an cocta Gnathæna? ærea inquit ô puer. Cum non vocatus ad cœnam Chærephon veniſſet, eum poculo prouocans accipe temerarie inquit: qui ait; ego temerarius? & quis magis inquit Gnathæna, cum vel non vocatus accedas? Nico Capra cognomento, vt ait Lynceus, cũ paraſitus quidam ei obuius fuiſſet ob ægritudinem gracilis, quam macer inquit? quid putas me ait ille num Lecythum, vel ſoleas tribus diebus comediſſe? Metanira verò, cum Damocles paraſitus cognomento Lagynion in quãdam calcem incidiſſet, te ipſum profectò dediſti inquit, vbi ſunt ſuffragia. Cum is in propinquum thorum inſiluiſſet, animaduerte ne ſubuertas inquit. Atq; hæc ſcripta ſunt ab Hegeſandro. Ariſtodemus autem libro ridiculorum Memorabilium ſecundo, duo Gnathænam inquit mercede conduxerunt; miles & maſtigia. Cum verò miles eam contumacius Lacum vocitaret, quo pacto inquit? an quia duo fluuij in me incidistis Lycus ac Liber? cum mendici amatores in Gnathænæ filiam petulanter ſe gererent, minarentúrque ſe illius domum excauaturos, ac ligones iam attuliſſe, at ſi hos habetis inquit Gnathæna mercedis arrhabonẽ capientes dimittite. Erat autem concinna admodum Gnathæna, neq; ſanè inurbanè loqui conſueuerat; quippe quæ legem etiam conuiualem conſcripſerit, iuxta quam ad ipſam, eiúſq; filiam conuiuas accedere oportebat: quòd ad eorum philoſophorum æmulationem faciebat, qui res huiuſmodi conſcripſerunt. Hanc legem ſcripſit Callimachus in tabula tertia legum, atque principium illius huiuſmodi appoſitum fuit; æqua lex ſcripta

σιγάω ſileo.

C

D

fuit

A fuit,ſimiliſq; trecentorum ac viginti trium carminum.

## *Variarum amicarum apophthegmata.*

## CAP. XVIII.

MAſtigia Calliſthium Prochelenam cognomento mercede conduxit,ac cum per æſtatem nudus iaceret, ea vibicibus plagarum conſpectis, vnde hæ tibi infelix? tunc ait ille;cum eſſem puer ius mihi infuſum eſt,vitulinum videlicet inquit. Cum Glycera lac Menādro poetæ,qui diem infeliciter egerat,domum ingredienti porrexiſſet,hortaretúrq; vt abſorberet,ille nolo inquit, anus enim illi aſsiſtebat:hæc verò & inferiore cute emergens Thais,cū quidam eius intemperās amator à multis acceptis poculis vteretur, ſéq; ea infringere velle diceret,aliáq; præparare;perdas inquit ſingulorum proprium. Cum Leontium cum amatore decūberet,atq; Glycera in ſympoſium eſſet ingreſſa,eiúſq; amator magis illi adhæreret, atq; idcirco eſſet triſtis,vbi conuerſus familiaris eam interrogaſſet cur triſtaretur,vterus me moleſtia afficit reſpondit. Cum amator ſignaculo B ad Laidem Corinthiam miſſo eā ad ſe venire iuberet, hæc non poſſum inquit,limus eſt.Cum ad Graſonem amaſium accederet Thais,ab eáq; quidam quò ſe cōferret percunctaretur; ad Aegeum Pandionis vt vnà habitem.Cum Phryne aliquādo apud Graſonem cœnaret, pellem extollens cape inquit,ac comede.Cum ex familiaribus quidam vinum bonum ac paucum ei miſiſſet,decémq; annorum eſſe diceret, exiguum eſt inquit tot annorum.Cum quæreretur in quodam conuiuio quam ob cauſam coronæ in locis præruptis ponerentur,quoniā animos alliciunt inquit. Cum verbero quidam pueriliter ageret in ipſam, cum multiſq; ſe coiiſſe diceret; ſe triſtem eſſe illa ſimulauit; cum is cauſam percunctaretur,tibi ſuccenſeo dixit,quia habes multas. Amator quidam Philagyrus ei blandiens inquit: Aphrodiſium es Praxitelis: & tu inquit ea Amor Phidiæ.

ἀφροδί-σιον. parua Venus.

## *De varijs amicis.* CAP. XIX.

VErum quoniam nōnullos politicos viros,de his mentionem feciſſe ſentio,qui vel accuſauerint,vel defenderint,me operæpretium facturum exiſtimo,ſi de his men-

tionem fecero. Meminit Demoſthenes de Sinope in Oratione contra Androtionem,& de Phanoſtrate. Ac de Sinope Herodicus Crateticus libro Comœdiarum ſexto, ſcribit,quòd cum eſſet ſenex, Abydus appellabatur. Meminit de illa Antiphanes in Arcade, in Horticolono,in Medicatrice,in Piſcante,in Neottide,Alexis in Cleobulina,Callicrates in Moſchione. De Phanoſtrate ſcribit Apollodorus in libro de iis amicis, quæ ſunt Athenis, quòd vocata fuit Phtheropyle,propterea quòd pediculos,cum ſtaret in limine ianuæ quæritabat.Scribit Hyperides in Oratione contra Ariſtagoram;ruſúſq; apuas vocatas,eadem ratione nominaſtis. Eſt autem Apuæ amicarum cognomentum; de quibus inquit prædictus Apollodorus; Stragonium, Antiſq; ſorores ipſæ Apuæ nominabantur:quòd candidæ pertenuéſq; eſſent,oculóſq; haberent prægrandes. Antiphanes in libro de Amicis ſcribit Nicoſtratidem ob hanc ipſam cauſam fuiſſe vocatam Apuam. Hic idem Hyperides in oratione contra Mantitheæ cauſam,hæc ſcripta reliquit de Glycera; Glycerámq; agens Thalaſsidis, iugum habens. Obſcurum eſt autē an ea ſit, quæ cum Harpalo habitabat, de qua ſcribit Theopompus in iis,quæ ait de Chia epiſtola; quòd poſt mortem Pythionices Harpalus Glycerā ex Athenis acceſiuit,quæ cum veniſſet in Tarſo habitauit in regio palatio, atq; multitudo ei genua flectebat, Reginámque appellabat: Harpalúmque coronari non patiebantur,niſi coronaretur etiam Glycera. At in Rhoſſo auſam fuiſſe ait apud æream ſtatuam illius ſuam erexiſſe. His ſimilia ſcripſit Clitarchus in Hiſtoriis Alexandri. At is qui actum ſatyricum Agenem ſcripſit; ſiue Catanæus Python fuerit, ſiue rex ipſe Alexander,inquit;

*φθὶρ pediculus, πύλη porta.*

*Certè audio myriades Harpalum*
*Ipſis tonis Agenis non inferioris*
*Frumenti miſiſſe,ac ciuem factum eſſe.*
*Glyceræ frumentum erat. erit fortaſſe*
*Illis perniciei,non amicæ arrhabo.*

Lyſias in oratione ad Laidem, ſimodo legitima eſt eius oratio, meminit de his; ceſſauit lenocinari Philyra cum eſſet adhuc iuuenis, Scionéque, & Hippapheſis,Theoclea, Pſamathe, Dagniſca, Antea. Nunquam enim pro Antea Anthea ſcribendum eſt: non enim apud quempiam Antheam

A theam amicam ſcriptũ inuenimus, at ab Antea totus actus inſcribitur, ac Antea Eunici Philylliique eſt, velut antea dicebam: de qua meminit is, qui orationem compoſuit in Neairam. In violentis contra Philonidam mentionem fecit Lyſias de Naide amica, ſi legitima eſt eius oratio. Ac in falſis teſtibus contra Medontem, eſt autem hoc amicæ cognomen: nomen enim illius proprium erat Hœa, vt aſſerit in libro de amicis Antiphanes, quam inquit Anticyram fuiſſe vocatam, ſiue quòd biberet cum inconſtantibus ac in ſanientibus, ſiue quòd cum eam cepiſſet Nicoſtratus medicus, ac poſtea moreretur plurimum helleborum illi reliquit, nihilque præterea. Lycurgus in oratione contra Leocratem, mentionem fecit de Irenide amica, velut quæ amica foret Leocratis. Meminit Hyperides de Nico in oratione contra Patroclum. Quòd autem Capra diceretur diximus prius, quia Thallum cauponem abſumpſiſſet; quia Capræ gaudent germinibus, quapropter neque in ſummam Athenarum arcem animal admittitur, neque Palladi ſacrificatur omnino; at quam ob cauſam alius erit ſermo. Verum Sophocles quòd animal germina voret ita patefe- θαλλὸς germen.

B cit in paſtoribus;

*Matutinus enim priuſquam aliqua tibicinarum viderit*
*Germen Capra, conferens nuper pedem*
*Vidi exercitum euntem iuxta marinum littus.*

Mentionem fecit Nannij hoc pacto in Tarentinis; Nannium inſanit ob Dionyſiũ, vbi velut ebriã eam carpit. Scribit Menander in mentito Hercule, non experiebatur Nannium. Antiphanes in libro amicarũ Nannium inquit proſcenium vocabatur, quia perurbana perſona, veſtibúſq; aureis ac magnificis vtebatur: at ſpoliata maximè erat deformis. Erat Coronæ Nannij filia, quæ nomẽ nutrici ter lenæ referebat. Meminit Hyperides in oratione contra Patroclũ de Nemeade tibicina, de qua admiratione dignum eſt, cur paſsi ſint Athenienſes ſcortum ita nominari, cum celeberrimæ congregationis nomen ea ſibi vſurparet. Nam non ſolis meretricibus, verum etiam omnibus ſeruis nomina huiuſmodi imponi legibus cauebatur; vt Polemon inquit in iis, quæ ſcripſit de acropoli. De Ocimo vero mea, velut tu inquis Cynulce, meminit Hyperides hoc pacto in oratione ſecunda contra Ariſtagoram; ita vt Lais aſpectu excellere

excellere videretur eas,quæ vnquam fuerunt, vt Ocimum, C
& Metaniram.Nicoſtratus mediæ comœdiæ autor ita ſcri-
bit in Pandroſo;poſtea eadem via ad Aeropē veniens,mit-
tere ſtrata eam iuſsit inquit,ac vaſa ærea ad Ocimum. Has
amicas cõnumerauit Menander in Adulatore; Chryſidem,
Coronen, Anticyrã, Iſchadē, & Nanniolũ habuiſti formo-
ſam valde. Philetærus in Cynægide; nónne Cercope iam
egit annorũ tria millia ? ac Diopethis oſcura Teleſis altera
decem millia ? Teolyte nullus nouit quando primum nata
ſit.Nónne Lais mortua eſt demũ cum ſubigeretur ? Iomias
autem & Neæra putruit,& Philace. Syphas verò,Galynas,
Coronas non dico.De Naide taceo , dentes enim nõ habet
molares.Theophilus in Phiſaulo,nunquam ipſum incidere
in Laidem papauera vel ferentem vel Siſymbrium,vel ba-
rathrum,vel vireſcentem,vel horum quidpiam,quę lapidi-
bus iniungunt lenones. Vel Nanniũ,vel Malthacem. Cum
hæc dixiſſet quadam cum conuerſione Myrtilus,nunquid
vos ô philoſophi tantum feciſtis inquit, ante voluptarios
vocatos voluptatis murum excauantes, vt alicubi ait Era-
ſthenes, mihi etiam pulchra amicarum apophthegmata
hactenus dicta ſint: at in alium ſermonem tranſeamus, D
ac prius de veri amiciſsimo Epicuro cõmemorabo,qui cum
à circulari diſciplina non eſſet alienus; eos beatos fecit qui
eadem ratione qua & ipſe ad philoſophiã accederent,cum
voces huiuſmodi emitteret; te beatum facio heus tu cum
omnibus prorſus moleſtiis liber ad philoſophiam accedas,
Vnde ipſum inquit etiam Timon,ludi literarij magiſtrum
maximè omnium viuentium voluptatibus deditum.

### *De Leontio Epicuri,Theodote,Laidis patria ac ſepulchro.* CAP. XX.

HIc ergo Epicurus nónne Leontium habuit amicam, quæ in arte meretricia fuit celeberrima ? nónne hæc cum philoſophari cœpit, mereri deſtitit, vnáq; in hortis erat cum Epicureis ? ac cum Epicuro apertiſsimè ? ita vt maximè is illam curauerit, oſtenderítq; per epiſtolas eas, quæ ſcribuntur ad Hermachum : ac Laidem ex Hyccaris, quæ ciuitas eſt Siciliæ, ex qua captiua in Corinthum venit,velut aſſerit Polemon libro ſexto eorum, quæ ſcripſit ad Timæum. Hanc amauit Ariſtippus, Demoſthenéſque orator,

A orator,& Diogenes Canis. Cui cum Venus ea Melænis vocata, quæ eſt in Corintho per ſomnum apparuiſſet, acceſſum amantium bene nummatorum ſignificauit: cuius rei mentionem fecit Hyperides in oratione ſecunda contra Ariſtagoram. Cum Laidem virginem adhuc, aquam ex Pirene ferentem Apelles pictor conſpexiſſet, illiúſq; pulchritudinem eſſet admiratus, eam aliquádo in amicorum ſympoſium deduxit. Cum eum ſubſannarent ſocij, quòd virginem pro amica in ſympoſium adduxiſſet, ne admiremini inquit; eam enim in futuram fruitionem, nondum peracto triennio pulchram demonſtrabo. Hoc ipſum de Athenienſi Theodote Socrates prædixit, velut teſtatur in Memorabilibus Xenophon: quòd pulcherrima eſſet dicebat, pectúſque quauis ratione haberet formoſius. Eundum eſt nobis inquit, cum mulierem viderimus: non enim nobis quòd audiuerimus forma eſt iudicanda. Ita pulchra erat Lais, vt pictores ad eam accederent, vt mammas pectúſque mulieris imitarentur. Cum Phrynes Zelotypia Lais capta fuiſſet multam habebat amantium turbam, neque vel diuitem diſcernebat, aut pauperem, aut qui ea paulò contumacius

B vterentur. Ariſtippus ſingulis annis duos menſes in Aegina Neptunaliorum tempore apud eam commorabatur, mox reprehenſus à quodam domeſtico, quòd tantum argenti in eam impenderet, cum ſine mercede cum Diogene Cynico eſſe conſueſceret, reſpondit: ego multa Laidi tribuo vt ipſe illa fruar, non autem ne quis fruatur alius. Cum diceret ei κυνίζειν Diogenes, ò Ariſtippe cum communi ſcorto habitas? vel cynice ſe Cyniza igitur, vt ego: vel deſiſtito. Cui reſpondit Ariſtip- gerere. pus; nunquid abſurdum tibi videtur Diogenem domum aliquam habitare, in qua alij habitarunt prius? non profectò inquit. Quid in eadem naui nauigare, in qua nauigarunt alij complures? neque hoc ſanè. Eodem pacto neque cum ea muliere eſſe abſurdum eſt, qua vſi ſunt complures alij. Nymphodorus Syracuſius in libro de Admirabilibus in Sicilia, Laidem ſcribit ex Hyccaro loco Siciliæ munitiſſimo. Strattis in Macedonibus ſiue Pauſania, eam his verbis Corinthiam eſſe affirmat;

*Dic vnde ſunt ductæ puellæ, quæ'ue ſint.*
*Venere nuper ex Megara, Corinthiæ.*
*Decúſque Lais ingens.*

Timæus

Timæus autem libro Hiſtoriarum decimo tertio ex Hyccaris eſſe dixit, velut etiam Polemon; quam de medio ſublatam fuiſſe inquit à mulieribus quibuſdam in Theſſalia per inuidiam, cum à Pauſania quodam Theſſalo amaretur. Fuit autem occiſa ligneis ſcabellis ob magnam Zelotypiam, percuſſa in Veneris ſacello; quamobrem lucus impiæ Veneris poſtea fuit nuncupatus. Huius oſtenditur ſepulchrũ apud Peneum; quod lapideam habet hydriam, atque hanc inſcriptionem. C

*Roboris inuicti ac animi ſit Græcia quamuis,*
*Victa tamen formæ paruit illa ſuæ.*
*Laidis ipſe parens Amor eſt; aluitque Corinthus.*
*At nunc ipſa tenet inclyta Theſſalia.*

Minus ſcitè igitur dicunt nonnulli ipſam apud Cranium in Corintho fuiſſe educatam.

## *Illuſtrium quorundam virorum amicæ.*

## CAPVT XXI.

ARiſtoteles autem Stagirita non'ne te Nicomache filium habuit ex Herpyllide amica, vnáque cum ea vſque ad mortem vixit? vt libro primo de Ariſtotele ſcripſit Hermippus: quæ curam peropportunam neceſſariámque ex philoſophi teſtamento eſt conſecuta. Ac optimus etiam noſter Plato non'ne amauit Archeanaſſam Colophoniam amicam, vt hæc etiam in eam decantauerit? D

*Archeanaſſam ego teneo Colophonis amicam,*
*Cuius & in rugis mollia ludit Amor.*
*Ah miſeri quibus hæc iuuenis fuit obuia; primum*
*Per quantas flammas ſæuus adegit Amor.*

Pericles verò Olympius non'ne Aſpaſiæ cauſa, non iunioris quidem, ſed illius, quæ ſapienti Socrati adhæſit, vt ait Clearchus libro Amatoriorum primo, quamuis tantum prudentiæ nomen, facultatíſque politicæ dignitatem eſſet conſecutus, vniuerſam Græciam perturbauit? erat autem hic vir in res Venereas procliuis, quippe qui cum filij etiam vxore congrederetur, velut teſtatur Steſimbrotus Thaſius, qui floruit illius temporibus, eámque coram vidit, velut aſſerit in libro de Themiſtocle, Thucydide

A cydide, & Pericle inſcripto. Antiſthenes autem Socraticus ipſum Aſpaſiam amaſſe inquit, cum bis ingrederetur egrederetúrque ſingulis diebus, eámque ſalutaret, ac complecteretur. Cum ea de impietate appellata aliquando aufugiſſet, multa pro illa verba faciens lachrymabatur magis, quàm ſi ipſius fortunæ ac vita magno in diſcrimine verſarentur. Ac Cimone illegitimè ſorori Elpenice adhærente, eáque poſtea Calliæ conceſſa, cum is in exilium miſiſſet, illius reditus præmium accepit Pericles, vt Elpenice congrederetur. Periandrum eum ex Epidauro ſcribit Pythænetus libro tertio de Aegina, cum Meliſſam Procleis filiam vidiſſet more Peloponneſiaco indutam, (ſine toga enim erat, ſoláque interula amicta, & vinum operariis miniſtrabat,) amaſſe, vxorémque duxiſſe. Pyrrhi verò Epirotarum Regis, qui tertius erat ab eo Pyrrho, qui in Italiam militauit, Tigris Leucadia erat amica; quam Olympias mater iuuenis pharmacis interfecit. Tum Vlpianus velut inexpectatum quidpiam dixiſſet Myrtilus, quæſiuit an maſculinè dictum Tigrim habeamns. Nam noui hoc Philemonem dixiſſe in Neæra;

B *Velut Seleucus miſit huc ipſam tigrim,*
*Quam vidimus; ſed quam Seleuco oportuit*
*Hinc nos feram miſiſſe contra munere?*
*Trigerannon? haud illic profectò naſcitur.*

Ad quem ait Myrtilus; verum quando nobis mulierum catalogum facientibus impedimento fuiſti; at non iuxta Soſicratis Phanagoritæ Solos, catalogum'ue mulierum Nicæneti Samij ſiue Abderitæ; paulum cõtinens in tuam percunctationem me conuertam Phænix venerande ſenex. Diſcas igitur quòd Alexis hoc pacto in Pyranno tigrim maſculinè:

Τριγέρανον ego legerim, id eſt, magnam gruem.

*Reclude ianuam reclude: nam latui*
*Deambulans diu ſtatua, molens aſinus,*
*Et fluminis equus, murus, ipſe denique*
*Tigris Seleuci.*

Cum alia etiam habeam teſtimonia his ſuperſedebo in præſenti, donec pulchrarum mulierum catalogum commemorauero.

Amicarum

*Amicarum catalogus, Illuſtriúmque quorundam virorum amicæ.* C

CAP. XXII.

ITa ſcriptum reliquit Clearchus de Epaminonda; Epaminondas Thebanus vir his quidē grauior, non decorè verò quod ſpectat ad congreſſus, aberrabat: ſi quis res ab eo geſtas in Laconis mulierē ſpectauerit. Hyperides Orator cum filium Glaucippum ex patria domo expuliſſet, Myrhinam amicam ſumptoſiſsimam ſumpſit, atq; hanc in ciuitate habuit. in Pireo Ariſtagoram, Philámque in Eleuſine, quam cum multis nummis emiſſet libertate donauit, rebúſq; domeſticis præfecit, veluti narrauit Idomeneus. Fatetur palàm Hyperides in Oratione pro Phryne ſe illam amaſſe, ac nondum ab illius amore dimiſſum fuiſſe, cum Myrinā domum duxit. Erat autem Phryne Theſpia: quæ cum capitis damnata fuiſſet ab Euthino, aufugit. Quamobrem iratus poſtea Euthias, non aliam poſtea tulit ſententiam, vt aſſerit Hermippus. Vbi Hyperides oraret pro Phryne, nihílque ſe proficere intelligeret, quia clariſsimū videbatur quòd iudices in eam calculos eſſent daturi, eam in medium adducens veſtes lacerauit illius, pectúſq; nudum oſtendit; poſtea cum epilogi commiſerationem ex aſpectu orauit, ita vt omnes iudices in Hypophetis ac Zacori ſuperſtitionē induxerit; Veneris oleo perunctus, ne eam occiderent. Hæc cum dimiſſa fuiſſet, lex poſtea lata eſt ne quiſpiam dum diceretur de aliquo miſereatur, aut accuſatū accuſatam'ue aſpiciens, iudicaret. Erat vere in iis quæ non videbantur Phryne formoſa magis, quare non erat facile eam nudam videre, quia continuā veſtem geſtabat, neq; popularibus balneis vtebatur. Cerealiorum verò congreſſus Neptunaliorúmq; tempore in omnium Græcorum cōſpectu poſita veſtes ſoluens ac comas ad mare veniebat; & ab ipſa Apelles Venerem emergentem pinxit. Praxiteles verò ſtatuarius Venerem Cnidiam ab ipſa formauit, cum illam amaret: atque in Amoris baſe, quæ erat apud ſcenam Theatri, inſcripſit: D

*Praxiteles pinxit, prius eſt quem paſſus Amorem.*
*Deprompſit proprio pectore qui archetypum.*
*Mercedem ipſe mei me Phryne dans, ego philtra*

*Mittens*

A *Mittens non iaculor, devicio aſt oculos.*

Electionem illi ſtatuarum permiſit, vellet'ne ipſum amorem capere, vel Satyrum in tripodibus: quæ cum Amorem elegiſſet, eum depoſuit in Theſpiis. Phrynes ipſius ſtatuam vicini erexerunt, eámq; depoſuerunt in Delphis auream ſuper columna Pētelici lapidis. Fecit ipſam Praxiteles, quam cum Crates Cynicus conſpexiſſet, intemperantiæ Græcorum inquit depoſitum. Collocata erat præterea ipſa imago inter Archidamum Lacedæmoniorũ Regem, Philippúmque Amyntæ: inſcriptionémque habebat: Phrynes Epicleis Theſpia: velut teſtatur Alcetas libro ſecundo Depoſitorum in Delphis. Apollodorus autem in libro Amicarum binas ſcribit fuiſſe Phrynas, quarum altera Saperduim, altera Clauſi gelos appellabatur. Herodicus libro ſexto Obiurgatorum eam quæ apud Oratores Seſtus nominatur, idcirco dictam fuiſſe aſſerit, quòd exacteret congredientes, ac ſpoliaret: hanc verò Theſpicam. Diteſcebat Phryne vehementer, ſéque Thebas muro velle cingere pollicebatur, ſi hæc inſcriberent Thebani: Alexander euerterat, Phryne amica excitauit: vt aſſerit Calliſtratus in libro Amicarum. *λάω luceo, γέλως riſus,*

B Scripſit de diuitiis illius in Neæra Timocles Comicus: cuius promptum eſt teſtimonium, & in Nouacula Amphis. Paraſitum agebat apud illam Gyllion, qui vnus erat Areopagitarum, velut Satyrus Olynthius Hiſtrio ſcriptum reliquit in Pamphila. Scribit Ariſtogiton in Oratione contra Phrynem nomen illius proprium Mneſaretem fuiſſe. Neque me ſanè latet quòd Euthij orationem in eam ſcriptam Diodorus deſcriptor Anaximenis eſſe contendit. Poſidippus verò Comicus hæc de ipſa ſcripſit in Epheſia:

*Phryne ante nos amica erat clariſſima,*
*Præſtantiórque cæteris: quòd ſi iunior*
*Fuiſſet illo tempore, tunc certamina*
*Futura erant multò magis lædentia.*
*Mox Helæam cepit illa corporis.*
*Tum iudices dextra capiens hæc ſingulos*
*Cum lachrymis ſeruauit inde vix animam.*

Scitis autem quòd Demades orator filium Demeam habuit, ex amica tibicina, cui frementi aliquando in ſuggeſto Hyperides os obturauit cum diceret, non tacebis adoleſcens, cum maiorem flatum habeas matre? Bion præterea

Boryſthenites philoſophus Olympiæ Lacænæ amicæ erat C filius, velut in philoſophorum ſucceſsionibus teſtatur Nicias Nicæus. Sophocles verò tragicus cũ eſſet ſenior Theoridem amicam amauit, atque Venerem orans, ita inquit:

*O nutrix iuuenum exaudi, mihi da mulierem*
*Abnuere hanc iuuenum lectum, contemnere amorem.*
*Atque ſenum quærat albentia tempora canis,*
*Quorum vis cecidit, mens eſt diuina ſuperſtes.*

Hæc ex iis carminibus ſunt, quæ in Homerum referũtur. Meminit de Theoride ſtaſimus: amica enim Theoris. Cum in occaſu eſſet vitę, vt ait Hegeſander, Archippem amicam amauit, ipſiúſque hæredem reliquit. Vbi cum ſene Sophocle Archippe congrederetur: Smicrines prior illius amaſius à quodam interrogatus quid agat Archippe, eleganter inquit, velut noctuę ſepulchro inſidet. Verumenimuero Iſocrates omnium Oratorum maximè verecũdus Metaniram Callénque amicas habuit, vt affirmat Lyſias in Epiſtolis. Demoſthenes autem in Oratione contra Neæram Metanyram Lyſiæ amicã fuiſſe ſcribit. Amauit Lagidem etiam amicam Lyſias, cuius Cephalus Orator Encomium ſcripſit: velut Alcidamas Laites Gorgiæ diſcipulus Naidis amicæ & ipſe ſcripſit Encomium. Hanc Naidem deſcripſit D Lyſias in oratione contra Philonidem: eſt autem nomen amicæ Nais, cuius proprium erat Archias. At Hymenæas inquit Philonides amando idoneus. Mentionem fecit illius Ariſtophanes in Gerytade, atque in Pluto alicubi cum inquiat:

*Amátque Lais num tua Philonidem*
*Cauſa?*

Scribendum eſt autem Nais, at non Lais. At Hermippus de Iſocrate procedente ætate Iſocratem ſcribit Lagiſcam amicam in domum accepiſſe, ex qua filiam habuit. Mentionem fecit illius in his etiam Strattis: & Lagiſcam Iſocratis pellicem videre me calumniantem iacentem etiam, tum ipſum tibiarum artificem. Lyſias in oratione contra Laidem, ſi modo legitima eſt oratio, his & alias complures connumerans de ea mentionem facit: ceſſauit Philyra mereri cum eſſet adhuc iuuenis, & Scione, Hippapheſis, Theoclea, Pſamathe, Lagiſca, Anthea, Ariſtoclea.

De

## A De Demoſthenis intemperantia, multiplicibúſque amicis. CAP XXIII.

Increbuit ſermo Demoſthenem etiam Oratorē ex amica filios habuiſſe: ipſe enim in oratione de aureo, filios ad iudicium ſine matre adduxit, vt propter illos commiſerationem à iudicibus conſequeretur: quamuis eſſet conſuetudo vt mulieres adducerent etiam qui iudicarentur. Sed id verecundia commotus effecit, vt deuitaret calumniam: erat autem intemperans orator quod attinet ad res Venereas, vt inquit Idomeneus. Cum Ariſtarchus adoleſcentem quendam amaſſet, ac idcirco in Nicodemum debaccharetur, ipſius oculos eruit. Et circa obſonia & iuuenes, & mulieres ſumptuoſus fuiſſe traditur: nam cum ſcriba ipſe publicus aliquando dixiſſet: quid de Demoſthene dicere quiſpiam poſſet? nam quæ per totum annum illius diligentia fuerant parata vna mulier vna nocte euertit. Fertur & Cnoſionem adoleſcentem quēdam in domum accepiſſe, quamuis haberet mulierē, ita vt ea grauiter ferens vnà dormiret cum Cnoſione. Demetrius rex ſucceſsionis extremus My-
B rinam amicam habebat Samiam: Atque diademate excepto totius imperij communem habebat authoritatem: vt aſſerit Nicolaus Damaſcenus. Ptolemæus is, qui cuſtodias poſuit in Epheſo, filiúſque fuit Regis Philadelphi, Irenem habuit amicam, quæ cum Thracum inſidias Ptolemæus ipſe in Dianæ ſacellum in Epheſo confugiſſet, vnà confugit, atque cum illum interficerent valuarum ipſius ſacelli annulos Irene tenuit, ſanguine poſtea aras conſperſit, donec ipſam etiam cum illo iugularent. Sophron, qui fuit in Epheſo, Danaem Leontij Epicurei filiam & ipſam merentem habuit, ob quam ſeruatus eſt cum ei inſidias Laodice tetendiſſet, quæ etiam poſtea præcipitata fuit, vti Phylarchus ſcripſit libro duodecimo hoc pacto: Danae Laodice aſsidere ſolita, cui omnia ab ea credebantur: cum Leontij eius eſſet filia, qui cum phyſico Epicuro naturalibus ſpeculationibus vacauerat. Cum igitur amica fuiſſet prius Sophronis, eúmque ſequeretur, Laodice Sophronem de medio tollere decreuit. Hæc Sophroni rem totam ſignificauit, Laodicéſque inſidias patefecit. Hic rem percipiens, ſe concedere velle ſimulauit, ac duos dies, in eorum. quæ di-

xerat, conſiderationem popoſcit: qua concedente per noctem aufugit in Epheſum. Cum id quod perpetratum fuerat à Danae Laodice animaduertiſſet, illam præcipitauit, nihil eorum quæ perbenignè fecerat in memoriam reuocans. Referunt Danaem cum imminens ſibi periculum animaduertiſſet, quia interrogata fuiſſet à Laodice, nec reſpōſo quidem dignam iudicaſſe: atque cum ad præcipitium duceretur dixiſſe, quòd multi quidem meritò Deos contemnunt, quando ego gratiam huiuſmodi à Deo reportaui, quia virum meum ſeruaui; Laodice verò quæ ſuum interfecerat, tantum honoris ab omnibus conſequeretur. Scribit hic idem Phylarchus hoc modo de Myſta libro decimoquarto; Myſta Seleuci Regis erat amica, quæ Seleuco à Galatis profligato ac vix fuga ſeruato, regiam veſtem deponens ſeruæque, quam ſors ei obtulerat capta, vnà cum aliis facta captiua abducta fuit: ac vnà cum ſuis ancillis vendita venit in Rhodum: vbi cum ſe, quæ nam foret, oſtendiſſet, magno ſtudio ac diligentia miſſa fuit ad Seleucum. Demetrius Phalereus Lampito Samiam amicam habuit, atque ipſam Lampito ſuauiter appellauit, vt atteſtatur Diyllus, vocabatur autem Charitoblepharus etiā. Erat Nicareta Stephani Oratoris amica, Metaniráque Lyſiæ Sophiſtæ, hæ erant Helei caſij vnà cum aliis amicis famulæ Antea, Stratola, Ariſtoclea, Phila, Iſthmias, Neæra. At Neæra Stratoclidæ, Xenoclidæ poëtæ, Hipparchíque Hiſtrionis erat amica, Phryſoniníque Pæaniei; qui Damonis quidem filius fuit, at ex ſorore nepos Democharis. Cum autem amici fuiſſent arbitri, ex eorum ſententia Stephanus Orator, & Phrynion Neæram alternis diebus poſsidebant, qui etiam Strobylam poſtremam Neæræ filiam Phano appellarunt, velut propriam filiam. Tradita fuit autem Phaſtori Aegialeo, vt inquit Demoſthenes in Oratione in Neæram, qui hæc etiam de Sinope amica ſcripta reliquit Archiam antiſtitem deprenſum in iudicio atque conuictum velut impium ſacrificiáque præter patrias leges facientem, animaduerti ſtiſitum alia eius complura facinora accuſata fuerunt, tum quòd ſacrificaſſe deprenſus ſit in Eleuſine Sinope amicæ ſuper ara in aula, quæ ducit in ſacellum. Cum tamen lege cautum eſſet ne eo die ſacrificaretur: neque tamen illius erat ſacrificium,

ſed

A ſed ſacerdotis. Celeberrima fuit amica Plangon etiã Mileſia, quam cum eximiæ eſſet pulchritudinis adoleſcens quidam Colophonius amauit, cum tamen Bacchidem amicam haberet Samiam. Cum ſermo ad eam fuiſſet allatus de adoleſcente, Plangónque Bacchidis formam audiuiſſet, iuuenémque vellet ab amore ſui diuertere, vbi fieri non poſſe vidit, cõgreſſus præmium poſtulauit monile Bacchidis, quod erat celeberrimum. Hic autem cum magnopere amaret, expetiuit à Bacchide ne ipſum mori pateretur: Bacchis igitur cum ſummum illius deſiderium cognouiſſet, monile conceſsit. Cum verò cognouiſſet Plangon Bacchidem ab inuidia eſſe alienam ſuum illi monile remiſit: atq; cum hoc verſata eſt, quo accidit poſtea vt communem dum vixerunt, habuerint amaſium. Quam rem admirati Iones, vt inquit Menetor in libro de Depoſitis, Plagonem in poſterum Paſiphilam vocarunt. Quod ita accidiſſe teſtatur in his Archilochus de ipſa:

*Ficus quæ paſcat coruos petroſa videtur,*
*Quæ capit externos blandula Paſiphile.*

Quòd Menander etiam poëta Glyceram amabat, nemini B obſcurum eſſe arbitror; at iratus fuit: nam cum Philemon amicam amaret, atque hanc bonam appellaſſet in actu, ſcripſit contra Menander, quòd nulla eſſet bona. Harpalus verò Macedo, qui multam Alexandri pecuniam prædatus eſt, Athenáſque confugit, Pythionicam amicam amauit, multáque in eam impendit, ac mortuæ multa talenta in illius ſepulchrum abſumpſit, ipſámque ad exequias exportauit: vt affirmat Poſsidonius libro Hiſtoriarum ſecundo & vigeſimo: cum magnóque inſignium artificum Choro, multiplicibúſque organis ac harmonia & concentibus cadauer miſit. Dicæarchus in iis, quæ ſcripſit de Deſcenſu ad Trophonium, inquit: hoc ipſum ſe vidère exiſtimaret quiſquis in Athenarum ciuitatem proficiſceretur, atque in hanc ſacram viam vocatam Eleuſinis. Ibi ſiquidem ſi conſtiterit, vbi primum templum ſe offert Athenas petentibus, atque ciuitatem: in eadem via monumentum conſpicitur extructum, cuiuſmodi magnitudinis nullum alterum eſt propinquum. Hoc ſepulchrũ æquum fortaſſe videretur vt vel Miltiadis quiſpiam eſſe apertè diceret, vel Periclis, vel Cimonis, vel alius cuiuſpiam viri

illuſtris. Atque eorum maximè,quorum gratia ſit à ciuitate publicè extructum. Quod ſi id minus contigit,contigiſſe tamen videtur. Rurſus verò vbi perquirit quam expectationē ipſum habere oporteat Pythionicæ amicę. Theopompus vbi Harpali intemperantiam carpit in epiſtola ad Alexandrum, inquit: conſidera atque audi à viris Babyloniæ palàm, quo pacto mortuam Pythionicam compoſuerit, quæ erat ancilla Bacchidis tibicinæ: atque illa Sinopes Threiſſæ,quæ lenocinium ex Aegina Athenas deportauit, ita vt non modo tertij ancillarum ordinis fuerit,verùm etiam lenarum. Ex pluribus verò quàm ducentis talentis duo monumenta eius erexit, quod omnes admirabantur; quando neque eorùm quidem qui mortui fuerant in Cilicia ob imperium libertatémq; totius Græciæ, aut is, aut alius quiſpiam præfectus, tumulum exornauerat: Pythionicæ autem amicæ & Athenis & in Babylonia ſepulchrum permultum temporis ſpatium perdurabit. Quam omnes ſciunt communi ſumptu communem volentibus fuiſſe, huius, qui tuum amicum ſe eſſe iactare conſueuit,auſus ſit lucum ac ſacellum erigere, arámque & templum Pythionicæ Veneris nuncupare? vnà Deorum etiam ipſorum caſtigatione neglecta?honorem tuum vituperare ac diminuere ſit auſus?mentionem de his fecit Philemon etiam in Babylonio: Reginę vel Babylonis ſi ſic accidat. Pythionicam noſti & Harpalum. Meminit de ea Alexis etiam in Lyciſco. Poſt Pythionicæ mortem Harpalus Glyceram accerſiuit, & ipſam amicam, vt aſſerit Theopompus: cum dicat conſtituiſſe Harpalum ſe non paſſum vt coronaretur, niſi meretricem etiam quiſpiam coronaret. Erexit æream ſtatuam Glyceræ in Tarſo Syriæ, vbi & te & ipſum erat poſiturus. Conceſsit illi etiam vt in regio palatio habitaret, à populóque ſalutaretur, & appellaretur Regina: aliáque conſequeretur muuera, quibus & matrem tuam par eſt, & tecum habitantem decorari.

*

## A Agen actus, aliarúmque amicarum connumeratio. CAP. XXIIII.

ACcedit his teſtimonium is, qui Agenen actum Satyricum ſcripſit, quem, cum eſſet Dionyſij feſtum, apud Hydaſpem fluuium oſtendit, ſiue Python fuit Catanæus, ſiue Byzantius, ſiue Rex ipſe. Demonſtratus eſt autẽ actus, cum Harpalus fugiſſet in mare atque ſeceſsiſſet. Atque mentionem fecit de Pythionica veluti mortua. De Clycera verò, velut apud ipſum exiſtente, quæque cauſa extiterit vt Athenienſes munera ab Harpalo accepiſſent, cum ita ſcribat: eſt vbi calamus naſcitur* ex ſiniſtra ipſe,

*Meretricis inclytus populus, quem Pallides*
*Fugam parans cognouit ob rem prouidus.*
*Hic barbarorum ſiquidem quidam magi*
*Ipſum uiderent optimè cum diſpoſitum,*
*Dixere quòd putant ſuperna ſpiritum*
*Petiiſſe Pythionices*

Hic enim Harpalum Pallidem nominauit. At in iis, quæ ſequuntur, appellauit proprio nomine, cum dicat: diſceer B tuam Atticam terram cupiens inde ex domibus.

*Fortuna quæ vocet, vel agant qui hi viri.*
*Dixere ſerua quando vita peſrui,*
*Edere ſatis. nunc at meo legumine,*
*Ac fœniculo veſcuntur: atque tritico*
*Non valde multo. plurima audio Harpalum*
*Miſiſſe millia bis, agenis tritici*
*Nec pauciora, factum & eſſe ciuem eo.*
*Hoc triticum Glyceræ fuit: ſed eſt eis*
*Ipſis amicæ, ſtragis eſt at arrhabo.*

Egregias, pulcherrimáſque amicas, formáque præſtantes Naucratis produxit; Doricham ſcilicet, quam Sapho Charaxi fratris ſui amicam fuiſſe ſcribit, cum ob mercaturam in Naucratem appuliſſet, quam etiam carpit in poëmate, quòd multa Charaxo eripuerit. Herodotus eam appellat Rhodopem, cum ignoraret quòd ea diuerſa eſt à Doricha: quæ celeberrimos obeliſcos in Delphis depoſuit, quorum his verbis mentionem fecit Cratinus: * at in Doricham Poſidippus compoſuit hoc epigramma, cum ſæpius de illa meminerit in Aethiopia: ita verò ſe habet:

*Doricha, te capitis ornarunt mollia vincla.*
*Et latè vnguentum pallia quæ redolent.*
*Quæ quondam periucundum complexa Charaxum,*
*Concolor eois Cissybiis aderas.*
*At niueæ tabulæ Sappho ſtant vſque loquentes.*
*Et ſtabunt cantus dulcis amoris opus.*
*Atque tuum nomen ſeruabit Naucratis vſque*
*Donec erit Nili fluminis vlla ratis.*

Erat Archedica etiam & ipſa amica perpulchra ex Naucrate: nam delectatur Naucratis, vt inquit Herodotus amicas habere venuſtas. Et Sappho ex Ereſſo altera, quæ formoſum Phaonem amauit, celeberrima erat vt Nymphis ait in Aſiæ circum nauigatione. Non ignobilis erat amica Nicarete etiam Megarenſis, verum & ex genere, & ex diſciplina digna erat, quæ amaretur: audiuerat enim Stilponem philoſophum. Biliſtiche Argiua & ipſa fuit amica nobilis, quæ genus ducebat ab Atridis, velut ij narrant, qui res Argolicas conſcripſerunt. Nobilis eſt Leæna etiam amica, Harmodij amica eius, qui tyrannum occidit. Quæ etiam ſuppliciis affecta, ab Hippiæ tyranni familiaribus, cum nihil dixiſſet, in tormentis mortua eſt. Stratocles orator Lemen amicam cognomento, quę Parorama vocabatur, habuit amicam: quia duabus drachmis captis ad volentem accedebat, vt in libro de amicis teſtatur Gorgias. D

## *Poetarum amicæ.* CAP. XXV.

CVm his dictis Myrtilus eſſe taciturus, ſed parum defuit inquit viri amici, quin mihi exciderit è memoria vobis Lydam Antimachi amicam commemorare, atque alteram eiuſdem nominis Lydam, quam Lamynthius Mileſius amauit. Vterque enim horum poëtarum in Lydæ barbaræ amorem cum incidiſſet, vt ait Clearchus in rebus amatoriis, fecit hic quidem in elegiis, ille vero in carminibus lyricis poëma Lydam vocatum. Præterij autem Nanno tibicinam Mimnermi, Leontiúmque Hermeſianactis Colphonij. Ab hoc enim amica quæ illi aderat, tres libros elegiacos conſcripſit, qui libro tertio amantium catalogum fecit, ita inquiens:

*Filius*

A *Filius Oeagri cithara contraxit ab orco*
*Cantando ſolam Threiciam Agriopen.*
*Inerat ignari flecti hic ad limina Titis.*
*Huc vnde incani cymba Charontis agit*
*Defunctas animas.ſtagni longè ſonat vnda,*
*Quæ fluit è magnis garrula harundinibus.*
*Ipſe etiam ſolus citharam pulſauit ad vndas*
*Orpheus,inſuetos mouit & ille Deos.*
*Cocythúmque ferum,haud riſúſque iociꝗ; capacem,*
*Aſpectúmque grauis pertulit ille Canis.*
*Cuius vox ignis,ſunt ignia lumina;terror*
*Eſt ingens trinum,réſque tremenda,caput.*
*Cantando hic magnis perſuaſit regibus idem,*
*Vt vitæ inuadat ſpiritus Agriopen.*
*Sed neque te luna natus fraudauit honore*
*Muſæus,Charitum qui decus,Antiopa.*
*Qui multis reſponſa dedit ſecreta petitis*
*Mille procis,ſuauis hic vbi Eleuſis adeſt.*
*Orgia pro nata Ceres eſt vulgata miniſtrans,*
*Nam Ceres eſt imo cognita vel baratro*
B *Ipſe demum liquit patriam,Bœotiáque arua,*
*Totius hiſtoriæ qui decus,Heſiodus:*
*Venit ad Aſcræos,tenuítque Heliconidis oras.*
*Cepit & Eœam preuidus Aſcraicam.*
*Plurima perpeſſus libros conſcripſit,& hymnos*
*Ille puellari vt captus amore redit.*
*Cantor & ipſe,Iouis quem ſeruat parca,poetis*
*Dulcior,& Muſis gloria ſumma ſacris,*
*Mox Ithacam cantu petiit diuinus Homerus,*
*Prudentis mouit gratia Penelopes.*
*Ob quam multa tulit ſpatioſis patriæ & aruis*
*Deſertis,tenuit inſulam is exiguam.*
*Hic genus Icarium,populum hic deflebat Amyclæ,*
*Et Sparten,captus deinde dolore ſuo.*
*Repperit & ſuauem Mimnermus denique cantum,*
*Solamen molli ex pentametróque tulit.*
*Ardebat Nannus canentia tempora quamuis.*
*Et mala confregit carminis ille ſeno.*
*Oderat Hermobium ille grauem,non inde Phereclí*
*Hoſtis erat,miſit carmina at ille viro hæc.*

*Antimachus Lydæ Chryſeidis ictus amore* C
*Pectora, Pactoli vaſta fluenta petit.*
*Condidit vt tumulo Dardanam lumine caſſam*
*Condecorans, illam deſeruítque ſolo,*
*Extremam Colophona petit, libróſque querelis*
*Compleuit ſacros, ſic dolor huic cecidit.*
*Lesbius Alcæus ſcis quot laſciua peregit,*
*Dum cithara huic Sappho quàm ſit amata canit.*
*Luſciniam hymnorum prudens hic cantor amauit.*
*Triſtiáque in Teium contulit ille virum.*
*Ambiit hanc etiam pariter iucundus Anacreon,*
*Turba huic Lesbia dum vt plurima iuncta foret.*
*Liquerat ille Samum nunc, & nunc liquerat ipſum*
*Clauſum vineſum Duridu ille ſolum,*
*Vinoſam in Leſbum: lectus eſt ſæpius illi*
*Viſus ab Aeolici fluctibus inde maris.*
*Rurſus qualis apis ſerrarum forte Codonem*
*Linquens; in tragicis, dulciſoníſque choris.*
*Iuppiter & Bacchum ſimul & coniunxit Amorem,*
*Tum miſtum Sophocli tradit vtrunque ſimul,*
*Tum vir, qui pridem teneros vitârat amores,* D
*Et Paphiæ cœtum qui oderat ante Deæ,*
*Tela cupidineí lunati ſenſit vt arcus*
*Mox amat; haud mulcet pectora feſſa ſapor.*
*Iámque Macedoniæ vices percurrit in omnes.*
*Quærit & Argiuûm hic œconomum Archelai,*
*Euripidi donec dæmon quis fata parauit*
*Viuenti, noctu hic obuiet vt canibus.*
*Ex Cytherone virum Bacchi pepulere puellæ,*
*Cuſtodem fidum quem humida lethos habet,*
*Muſæ perdoctúmque Philoxenon; hic velut actus*
*Clamore en tota protinus vrbe ruit.*
*Cognoſcit deſiderium ardens, quod Galateæ*
*Ipſis Melis à proauis poſitum eſt.*
*Noſti cantorem, Eurypyli qui ex ære videtur*
*Ciuibus à Cois ſub platano poſitus,*
*Bittida decantat celerem qui ſemper amator.*
*Mitigat & pectus garrulitate ſua.*
*Sed neque difficilis quibus ars ſapientia ſemper*
*Quæritur, & lecta eſt vita ſeuera viris,*

Quos

A *Quos ad ſermones duros prudentia ſtrinxit,*
*Et virtus, verbis cuius habetur honos,*
*Conualuere graues pugnas auertere Amoris,*
*Sed grauis auriga ſrena tulere Dei.*
*Pythagoras Samius nam qualibus ipſe Theanus*
*Eſt actus furijs, multa geometriæ*
*Qui reperit ſecreta: poli quiſve ambitus ampli.*
*In ſphæra exigua & omnia conſtituit.*
*Socratem at egregium decuit ſecludere ſaltem,*
*Multos dum ſuperat hic homines ſophia.*
*Aſtirata Venus cura leuiore fugata*
*Fecit, vt hic flammas ſentiat ipſe ſuas.*
*Mox petit Aſpaſiam, dedit haud ambagibus vllis*
*Verba Deæ, haud vllus exitus hinc patuit.*
*Vir grauis inde Cyrenæus contendit in Iſthmum*
*Laidis Arcadiæ vt captus amore fuit.*
*Doctus Ariſtippus congreſſus ſpreuerat omnes,*
*Tela nec aufugit ſed violenta Dei.*

Deceptus eſt in his Hermeſianax qui Anacreontem Sapphóque eadem tempeſtate floruiſſe ſcribit, cum his Cyri Polycratíſque temporibus fuerit, illa vero Alyattæ patris Crœſi tempeſtate. Scribit Chamæleon in libro de Sappho quòd hæc in eam ab Anacronte facta fuerunt, vt nonnulli arbitrantur, mihi agè purpuram iniiciens, méq; cõprehendens Amor ingenioſus auream comam habentis ad iocandum prouocat: hæc eſt autem quæ comæ meæ cum alba ſit ab Euctica Lesbo, at alij cuipiam inhiat. Hæc verò Sappho ad ea reſpondiſſe inquit: eorum thronum habens aureum Muſa, hymnum ex pulchras mulieres habẽte bona regione, quotcunque Teius ſplendidus ſenex iucundè decantauit: quòd autem hic cantus non ſit Sapphus, omnibus eſt manifeſtum. At ego Hermeſianactem iocari de huius amore crediderim: nam Diphilus Comicus in actu Sappho, Sappho ipſius amatores Archilochum & Hipponactem fecit. Hæc non ſine ſtudio vobis ô ſocij explanaſſe, amatoriúmq; catalogum feciſſe videor, cum nõ ſim tamen is qui ita perditè amem: velut me Cynulcus accuſauit: verum eſt quidem me amare, at perditè amare nihil minus.

*Quid eſt opus miſellè agere me in pluribus,*
*Voluiſſe cum licet tenebris omnia hæc?*

Scr

Scribit Alexandrinus Aeſchylus in Amphitryone ,eſt au- C
tem hic Aeſchylus vir valde peritus, qui carmina Meſſeniaca compoſuit.

## *Amor vbique in natura.* CAP. XXVI.

CVm igitur Amorem magnum potẽtiſsimúmq; Deum eſſe exiſtimem,atque auream etiam Venerem, ea Euripidis carmina in memoriam reuocaui, ac dico:

*Non ſentis ipſa quanta ſit Venus Dea?*
*Quam nec referre, nec queas metirier,*
*Eſt quanta,quantum poſsit in mortalibus,*
*Te nutrit ipſa,méque,& omnes hæc viros.*
*Conſidera,ſermone ne ſolo ſcias,*
*Enucleabo robur ipſe re Deæ.*
*Amauit imbrem terra: cum ſiccum ſolum eſt,*
*Non eſt ferax ſqualore,poſcítque humidum.*
*Amátque cœlum pluribus plenum imbribus*
*Ob hanc Deam terris deorſum cedere.*
*Vbi duo miſcentur iſta,vnúmque fit,*
*Naſcuntur inde cuncta quæ nos nutriunt.*
*Ob quæ viget,virétque vis mortalium.* D

Grauiſsimus etiam Aeſchylus Venerem inducit in Danais hæc ita dicentem,

*Ferire purus æther arua concupit.*
*Amórque terræ conſequi vult nuptias.*
*Imbérque cœlo concidens puriſsimo*
*Terram oſculatur, hæc parit mortalibus*
*Tum poma , fruges arua fundúntque Cereri.*
*Quod tempus arborum eſt? id ipſum, nuptiæ*
*Fecere gratæ cuncta cum madentia.*
*Quorum autor ipſa ſum facióque ſingula.*

Ac in Hippolyto Euripidis rurſus inquit ipſa Venus:

*Quicunque forte terminos Atlanticos*
*Intercolunt, vidéntque ſolis lumina,*
*Si me colunt,illos honore proſequor.*
*Superbientes rurſus in me,deprimo.*

Nam iuueni,cui reliquæ omnes aderant virtutes , cum in hoc erraret,quia Venerem non venerabatur,perniciem eſt conſecutus:ac neque Diana , quæ eum mirum in modum amab

A amabat, neque Deorum aut beatorum quiſpiam illi adiumento eſſe potuit. Iuxta eundem igitur poëtam,

*Qui non Amorem credat eſſe vnum Deum:*
*Vel eſt malus, vel eſt bonorum neſcius,*
*Nec nouit ille maximum Deum virûm.*

Quem quo pacto ſapiens Anacreon laudauerit, omnibus eſt maniſeſtiſsimum, de quo hæc etiam optimus Critias ſcripta reliquit,

*Fœmineos ipſum cantus quandoque parentem*
*Suauem Anacreontem interea deduxit Achiuis,*
*Sympoſij irritamentum, fraudes mulierum.*
*Iucundum, ſuauem: cui dulcis barbitos, hoſtis*
*Tibia, nec morietur enim, nec delilis annis*
*Fiet amor tuus hinc, donec ſpumantia lympha*
*Vina puer dabit à dextris immiſta bibenti.*
*Sacra miniſtrabunt teneræ nocturna puellæ.*
*Filidque in ſummis conſidet partibus æris*
*In ſummis Bromij guttis, & Cottabi in ore.*

Archytas Harmoniacus, vt inquit Chamæleon, Alcmanem ſcribit amatoriorum carminum ducem fuiſſe, pri-
B múmque intemperans carmen edidiſſe in conuentus, & quod ad mulieres ſpectat, & ad reliquam muſam huiuſmodi: quamobrem ſcribit in quodam ſuo carmine: Amor me rurſus Venere remota ſuauis liquefaciens cor, exhilarat. Dicit autem velut Megaloſtratem poetriam exiſtentem mediocriter amauerit, quæ amatores vel ipſis colloquiis ad ſe trahere poterat. Sic autem inquit de ea: hoc ſuauem muſam oſtendit donum beatæ virgini flaua Megaloſtrata.

## *Amatorij poëtæ, puerorúmque amores.*

### CAP. XXVII.

STeſichorus etiam non mediocriter erat laſciuus, qui genus hoc cantilenarum conſtituit, quæ antiquitus, *παιδιά.* pueriles, ſiue delicatæ dictæ fuerunt. Ita verò æmulatione *παιδικά.* plenum erat amatoriorum negotium, nullúſque graues amatorios exiſtimabat, vt Aeſchylus cũ magnus eſſet poë- *παιδὸς* ta & Sophocles, per tragœdias amores in theatra in- *ἐραστὴς,* duxerint. Hic Achillis quidem erga Patroclum, hic verò *pueri a-* Niobes erga filios. Quo effectum fuit vt tragœdiam *mator.*

nonnul

A fuiſſe ſcribit puerorum amores,quoniam ſæpius vigor iuniorum , atque amor viciſsim conſentiens atque concors mu ltas euertit tyrannides. Nam præſentibus pueris quiduis amator pati potius elegerit,quàm vt timidi minúſque ſtrenui macula ſibi à pueris inuratur.Re ipſa hoc ſignificarunt ſacræ illæ inſidiæ,quæ Thebis ab Epaminonda collocatæ fuerunt,atque mors contra Piſiſtratidas, quæ ab Harmodio perpetrata fuit,& Ariſtogitone.In Sicilia verò Charitonis & Menalippi in Agrigento. Erat autem catamitus Menalippus , vt aſſerit Heraclides Ponticus in rebus amatoriis.Illi qui Phalaridi inſidias tetenderant,ac poſtea deprenſi per tormenta dicere cogebantur , non modo rei conſcios nō ſignificarunt,verum etiam Phalaridem ipſum in tormentorum commiſerationem induxerunt: ita vt eos & abſoluerit,& plurimum laudauerit. Quamobrem cum his Apollo lætatus eſſet , Phalaridi mortis dilationem condonauit , quod oraculum petentibus declarauit , quo pacto illi inſidias tenderent : reſpondítque de rebus Charitonis pentametrum hexametro propoſito, velut Dionyſius Athenienſis Aereus cognomento poſtea fecit in elegiis:huiuſmodi autem eſt reſponſum,

B *Felix & Chariton & Melanippus adeſt,*
*Ductores hominum diuinum dulcem ad amorem.*

Celeberrima ſunt ea etiam,quæ de Cratino Athenienſi facta fuerunt,qui cum pulcherrimus eſſet adoleſcens , Epimenidéſque Atticam humano ſanguine expiaret ob odia quædam antiqua,veluti Neanthes aſſerit Cyzicenus libro Cæremoniarum ſecundo,ſe ipſum Cratinus tradidit pro ea,quæ ipſum nutriuerat,cum quo etiam mortuus eſt amator Ariſtodemus,atque modeſtiæ ſolutionem ita eſt conſecutus. Ob huiuſmodi amores igitur tyranni (graues enim ſunt illis aduerſariæ omnino amicitiæ) pueriles amores vbique prohibuerunt, atque conciderunt. Fuerunt etiam nonnulli,qui palæſtras veluti in eorum arces propugnacula ac vineas incenderunt , & confoderunt, ſicuti Polycrates Samiorum tyrannus : at apud Spartanos, vt teſtator Agnon academicus legitimum eſt ante nuptias cum virginibus veluti cum pueris congredi. Inquit enim Solon legislator femora dulcétque os cupiens. Apertiſſimè verò Aeſchylus ac Sophocles dixerunt , hic quidem in

*ἀντιτει-χίσματα, quaſi ante muralia dixerim.*

in Myrmidonibus. C

*Coxarum honorem nec tibi ſanctum dabo,*

*Frequentis oſculi haud ferens ô gratiam.*

Hic autem ſermonem quendam faciens de Ganymede in Colchidibus,

*Incendit is coxis Iouis tyrannidem.*

Nec mihi ſanè obſcurum eſt, quòd ea ficta ſunt de Cratino & Ariſtodemo, vt Polemon inquit expoſitor in commentariis ad Neanthem. Vos autem enarrationes huiuſmodi ô Cynulce etiam ſi ſint falſæ, veras eſſe putatis, & reliqua poëmata eodem pacto, quæ de puerilibus agunt amoribus ſuauiter percipitis: cum pueros amare in Græcos ex Cretenſibus primum irrepſerit, vt teſtatur Timæus. Nonnulli alij amores huiuſmodi cepiſſe inquiunt Laium, cum apud Pelopem hoſpitaretur, filiúmque illius Chryſippum amauerit: ac eo rapto in currúque impoſito Thebas confugerit. Scribit Praxila Sicyonia Chryſippum à Ioue raptum fuiſſe. Celtæ quoque cum mulieres pulcherrimas habeant, magis puerilibus amoribus gaudent, ita vt nonnulli ſuper pellibus ſępius cum duobus catamitis concumberent. Herodotus Perſas ſcribit pueris gaudere à Græcis didiciſſe. Mirum in modum Alexander etiam rex pueris delectabatur: quare Dicæarchus de ſacrificio in Ilio, ita eum Bagoam Eunuchum amauiſſe inquit, vt in totius theatri conſpectu ſe flexerit vt eum oſcularetur: atque cum ſpectatores exclamarent cum applauſu ſtatim, obtemperans ſe rurſus flectens oſculatus eſt. Scribit in Hiſtoricis commentariis Caryſtius quòd puer formoſus aderat Charoni Chalcidonico, quódque bene eum tractabat, cum verò Alexãder eum inter potandum apud Craterum laudaſſet, iuſsit Craterus puero vt Alexandrum oſcularetur, qui nequaquam inquit: non enim tantum mihi dabit lætitiæ, quantum tibi doloris. Nam veluti rex hic erat laſciuus, ita cum conueniebat erat temperans, valdéque honeſtus: cum enim Darij filias captiuas accepiſſet, vxorémque forma præſtantiſsimam, non ſolum abſtinuit, verùm etiam non permiſit vt ſe captiuas eſſe intelligerent: ſed velut Darius etiam imperaret, omnia eis ſuppeditari iuſsit. Quamobrẽ cum hoc Darius cognouiſſet manus ad ſolem extendens precatus eſt vt vel ipſe imperaret, vel Alexãder. D

Scrib

A Scribit Ibycus Talum à Rhadamantho iuſto amatum fuiſſe. At Diotimus Euryſtheum narrat in Herachea Herculis delicias fuiſſe, quare & certamina perpeſſus eſt. Fama eſt Agamemnonem amaſſe Argynnum cum eum natantem in Cephiſſo vidiſſet, in quo eſt etiam mortuus: nam ſemper in eo flumine lauabatur, cum eum ibi ſepeliſſet, ſacellum Veneris Argynnidis erexit. Alcym nius autem Chius Hymenæum contendit in Dithyrambis Argynnum amauiſſe. Amator fuit Antigonus rex Citharœdi Ariſtoclis, de quo ita ſcribit Antigonus Caryſtius in vita Zenonis; laſciuiebat in Zenonem rex Antigonus, atque cum ex potu quodam interdiu rediret, ad Zenonemq; aſsiluiſſet, ei perſuaſit vt ſecum in Ariſtoclem citharœdum petulanter ageret, quem rex amabat magnopere. Erat adoleſcentum ſtudioſus Sophocles etiam, velut mulierum Euripides. Sic igitur ſcribit Ion poëta in peregrinationibus inſcriptis: obuius fui in Chio Sophocli poëtæ, vbi dux exercitus in Lesbum contenderet, viro inter potandum iocoſo ac facili. Cum ei hoſpes eſſet Hermeſilaus, ac Proxenus Athenienſes, qui conuiuium illi præbuerunt, vbi apud ignem vinum effundens
B ſtetit qui erat puer, vti videbatur: vis me ſuauiter bibere? inquit: quo affirmante, tardè mihi afferas inquit & auferas calicem. Cum multò etiam magis erubuiſſet puer, ad ſimul ſedentem inquit, quàm optimè fecit Phrynichus cum dixerit, ſplendet autem in purpureis genis amoris nitor, ad quod Eretrieus literarum magiſter reſpondit: ſapiens tu quidem es in poëſi ô Sophocles, at non tamen Phrynichus purpureas genas pulchri appellauit. Nam ſi pictor huius pueri genas purpureo colore inficiat, non etiam formoſus videretur: non eſt igitur conſentaneum rationi vt pulchrũ cum deformi comparemus. Cum in Eretrieum Sophocles riſiſſet, neq; tibi placeat inquit ô hoſpes, illud planè Simonidis dictum, quod Græcis ſcitè dictum eſſe iudicatur; purpureo ex ore mittens vocem virgo. Neque enim cum poëta dixerit auricomum Apollinem, pictor ſtatim aureos capillos Deo effecit, ſed non nigros, nam peior fuiſſet pictura. Neque cum dixit, roſeis digitis, nam ſi qua in colore roſaceo digito intinxerit purpureas manus, non autem pulchræ mulieris faceret. Cum verò riderent, Eretrieus iuſſus eſt ignem componere: atque hic rurſus in ſermonem de puero

mentem conuertit. Ipſum interrogabat paruulo digitos feſtucam ex calice excipiens, an feſtucam illam videret, qui cum affirmaret, efla ipſam igitur inquit: ne digitus eam bene laueret. Cum is igitur faciem ad calicem propius afferret, hic ad illius os calicem adduxit, vt caput capiti eſſet propinquius. Verum cum valde eſſet propinquus, eum manu capiens exoſculatus eſt. Cum omnes cum applauſu ac riſu rem excepiſſent, quòd puerum ſcitè adduxiſſet: curo verſutè agere dixit ô viri, quando Pericles me rectè quidem facere inquit, ac verſutè agere neſcire, nónne peropportunum mihi accidit hoc ſtratagema? alia cõplura huiuſmodi commodè & dixit & fecit, & vbi biberet, vel res gereret. Quod ſpectat ad res ciuiles, neque ſapiens erat, neque rebus gerendis idoneus, ſed velut quiſpiam, vnus ex bonis Athenienſibus. Scribit Hieronymus Rhodius in Hiſtoricis commentariis quòd Sophocles puerum extra muros abduxit cum ipſo congreſſurus, atque puer propriam veſtem ſuper herbas extendit, Sophocliſque veſte ſunt circuntecti. Poſt congreſſum puer Sophoclis veſtem rapiens abiuit, Sophocliq; puerilem ſuam veſtem reliquit. Cum id quod acciderat, vt fieri ſolet, narraretur, audiẽs Euripides ac deridens id quod geſtum erat, ſe quoque aiebat hoc pacto vſum fuiſſe, at non tamen ei quidpiam hunc ſurripuiſſe, Sophoclem verò ob intemperantiam fuiſſe neglectum. Quod cum Sophocles audiuiſſet epigramma hoc in illum compoſuit; cum ſermone de ſole Boreáque vteretur, atque illius adulterium obſcurius ſignificat;

*Non puer Euripides fuit, at ſol qui ſpoliauit*
*Calfaciens: tecum cum ſit amica alia,*
*Verſatur Boreas. nec tu ſapis ipſe, vbi amorem*
*Dum feris alterius, fur tibi ſurripitur.*

## *Donaria Deis erepta, & amatis donata.*
## CAPVT XXVIII.

THeopompus in libro de rebus ſurreptis in Delphis Aſopichum ſcribit ab Epaminonda amatum. inſculptum habuiſſe in ſcuto Leuctricum trophæum, at mirum in modum eum periclitari ſolitum, atque ſcutum hoc poſitum eſſe in Delphis in porticu. Scribit in eodem commentario

A tario idem Theopompus Phayllum fuiſſe mulierum ſtudioſum, qui Phocenſium erat tyrannus; at Onomarchum puerorum, atque ex his, quæ Deo fuerant depoſita, Sicyonij Pythodori filio in Delphos profecto, comámque tondenti, cum eſſet formoſus, cum ipſo congreſſum quatuor aureas ſtrigiles Sybaritarum donaria largitum fuiſſe: at Bromiæ tibicinæ Diniadæ argenteum Carcheſium Phocenſium donarium Phayllus tradidit. Ipſa etiam Pythia erat cantatura, niſi fuiſſet à populo impedita. Lycollæ verò Tricolei filio Phyſcidę formoſo exiſtenti Onomarchus coronam Daphnes donauit, quod erat Epheſiorum donarium. Cum ad Philippum hic puer eſſet adductus à patre ſuo, ibi etiã proſtitutus nullo quæſtu facto abiuit. Damippo Epilyci Amphipolytæ filio formoſo exiſtenti Pliſthenis donarium donauit Onomarchus. Pharſaliæ Theſſalicæ ſaltatrici Philomelus auream coronam Daphnes tradidit, quod Lampſacenorum erat donarium. Ipſa verò Pharſalia, cum vox reddita eſſet in foro vatibus ex ærea Daphne in Metapõto, quam Metapontini erexerant tempore peregrinationis Ariſtei Proconneſij, cum ſe ex Hyperboreis is accedere dixiſſet,
B quàm citiſsimè viſa eſt in forum irrumpere, ac dementibus factis vatibus ab ipſis eſt diſcerpta. Cum poſtea quæreretur cauſa ab hominibus, compertum eſt eam dilaniatam fuiſſe, quoniam Deæ habebat coronam. Cauete igitur vos etiam philoſophi præter naturam præpoſtera Venere vtentes, parúmque religioſè erga Deum agentes, ne eodem modo diſcerpamini. Nam tum formoſi ſunt pueri, velut Glycera amica dicere conſueuerat, quando mulieribus ſunt perſimiles, vt ait Clearchus. Mihi ſanè iuxta naturam feciſſe videtur Spartanus Cleonymus, qui primus omnium hominum mulieres obſides à Metapontinis, virginéſque ducentas nobiliſsimas ac formoſiſsimas accepit, vt narrat Duris Samius libro tertio Hiſtoriarum de Agathocle. Ego etiam iuxta Antilaidem Epicratis hæc Sapphus amatoria carmina omnino didici, ſiue Laminthij Cleomenis. Vos autem philoſophi etſi mulieres amare aliquando in animum inducitis, cum videtis fieri non poſſe vt conſequamini, ceſſant amores, vt ait Clearchus.

## *De ſtatuarum amatoribus.* CAP. XXIX.

ACcepimus autem bouem eam, quę eſt in Pyrene ærea, bouem conſcendiſſe; canémque pictum, & columbam, & anſerem: hanc quidem canis, illam columbus, hanc anſer conſcendit, atque inſiluit. Verum cum fieri non poſſe his omnibus exploratum eſſet, abſtiterunt; vt Selymbrianus ait Cliſophus: hic enim cum Pariam imaginem in Samo amauiſſet, ipſam in templo declinauit, velut poſſet congredi; verum cum & ob frigus, & ob lapidis duritiem non poſſet, eò vſque cupiditatis acceſsit vt caruncula prætenſa nihilominus concubuerit. Meminit de hoc facinore Alexis poëta in actu Pictura in ſcripto, cum ita dicat;

*In Samo vt ferunt accidit*
*Simillimum, nam vir puellam ſaxeam*
*Amauit, in temploq́; ſe clauſit ſimul.*

Philemon etiam de illo mentionem faciens inquit:

*Sed in Samo quidam puellam ſaxeam*
*Amauit, in temploq́; ſe clauſit ſimul.*

Eſt autem ea ſtatua opus Cteſiclis, velut refert Adæus Mitylenæus in libro de Statuariis. At Polemon: qui Helladicum inſcriptum fecit, in Delphis inquit, ſiue in theſauro tabellarum, duo ſunt pueri lapidei, quorum alterius, quidam ex ſacrorum miniſtris, amore captus ſe in templo concluſit, atque congreſſus præmium coronam reliquit. Hic cum comprenſus fuiſſet Deum aiunt reſponſum petentibus Delphis hominem dimittere iuſsiſſe, eíque præmium præbuiſſe. D

## *Animalia rationis expertia, quæ homines amarunt.* CAP. XXX.

FVerunt animalia etiam rationis expertia, quæ homines adamarunt: nam & Gallus ſecundum pincernam quendam regium amauit. Vocabatur hic Gallus Centaurus, atque Secundus Nicomedis Bithyniæ Regis erat domeſticus: velut Nicander declarat libro Euentuum ſexto. Anſer puerum amauit in Agio, velut teſtatur Clearchus libro primo Amatoriorum. Hunc puerum ſcribit Theophraſtus Amphilochum vocatum fuiſſe in Amatorio libro, genere

Olen

A Olenium. Hermias Hermodori filius genere Samius Lacydem philoſophum amaſſe inquit. Ita pauo virginem adamauit in Leucadia inquit Clearchus, vt cum ea fuiſſet mortua, ipſe etiam interierit. Delphinum fama eſt puerum in Iaſo adamaſſe, vt aſſerit Duris libro nono. Loquitur autem de Alexandro hoc pacto; puerum etiam ex Iaſo accerſiuit: erat enim apud hanc ciuitatem puer quidam Dionyſius, qui cum ex palæſtra vnà cum aliis rediret, in mari natauit; Delphin ei ex pelago occurrit, in dorſúmque illum cepit, permultúmq; natans ſpatium abſtulit; mox in terram rurſus deportauit. Homini amiciſsimum prudentiſsimúmque animal eſt Delphinus, quodq; gratias referre nouerit; quare Phylarchus libro duodecimo Cœranum ſcribit Mileſium, cum piſcatores vidiſſet Delphinũ in retibus cepiſſe, eúmq; eſſe occiſuros, dato argento quod pactus fuerat, in pelagus eum rurſus dimiſiſſe. Cum poſtea naufragium perpeſſus fuiſſet circa Maconum, omnéſque reliqui periiſſent, ſolus Cœranus à Delphino fuit ſeruatus. Cum poſteà mortuus eſſet in patria ob ſenectutem, cadauérque ſecundum mare forte efferretur in Mileto, multitudo ingens Delphinum
B eo die in portu cõſpecta eſt, quæ parũ ab iis aberat, qui Cæranum geſtabant, quaſi ſimul virum efferrẽt, vnàque ad ſepulturam comitarentur. Narrat hic idem Phylarchus libro vigeſimo quarto amore puerum elephas proſequeretur. Ità verò ſcribis: cum hoc elephante fœmina elephas nutriebatur, quam appellabant Nicæam; huic elephanti cum miniſtraret Indi mulier, filium ſuum, qui tum trigeſimum diem agebat, appoſuit. Poſtea verò mortua muliere miro quodam amore pueri bellua capta fuit; neque enim ſeorſum eſſe ab infante patiebatur, ac niſi puerum videret, moleſtè ferebat admodum. Cum igitur nutrix ipſum infantem lacte ſaturauiſſet, illum inter pedes feræ in ſcapha quadam ponere conſueuerat: quod niſi feciſſet, elephas pabulum capere nolebat, ac poſtea per totum diem calamis ac pabulis ſibi appoſitis eo præſente veſcebatur. Cum dormiret infans muſcas abigebat; vbi verò lugeret ſcapham promuſcide motabat, puerúmque dormire faciebat. Quod mas etiam elephas faciebat ſæpius.

CC 3

## *De Perſæo Citico & Chæremone.* C

### CAP. XXXI.

VOs autem philoſophi mentem animámq; delphinis ac elephantibus immaniorem ferociorémq; habetis, quamuis clamet Perſæus Citieus in ſympoſiacis commentariis, dicátq; congruum eſſe, vt Venereorum fiat commemoratio inter vina: nam & ad id propenſi ſumus cum bibimus, atq; hic eos laude dignos cenſemus, qui illis & placidè, & mediocriter vtuntur; eos verò qui vtuntur ferina ac inſatiabiliter, vituperamus. Nam ſi ad potum conuenirent dialectici, de ſyllogiſmiſq; diſſererent, rem quæ valde abhorreat à præſenti occaſione eos facere quiſpiam rectè exiſtimarit: quiq; vir bonus & prudens eſſe vellet, indulgeret lautius genio. Qui verò temperantes videri volunt, ad quandam vſque metam hoc ſeruare poſſunt in potu. Verum vbi vinum eos prodiderit, omnem eorum deformitatem apertiſsime patefaciunt: quod prius ſacrorum miniſtris iis accidit, qui ad Antigonum ex Arcadia profecti ſunt. Illi enim valde auſterè ac compoſitè, vt conſtituerant, prandebant, non modò nullum noſtrum, ſed nec ſe ipſos D quidem viciſsim aſpicientes. Verum vbi proceſsit potus, & alia acromata, Theſſalæq; ipſæ ſaltatrices introductæ ſunt nudæq; ac in ſubligaculis, ſicuti earum eſt conſuetudo ſaltarunt, non amplius illi viri ſe continere potuerunt, ſed ex thoris irruentes ac clamantes, velut admirabile quodpiam ſpectaculum vidiſſent, regem beatum eſſe exclamarunt, quando his perfrui illi liceat: hiſq; alia complura grauibus ſimilia perpetrarunt. Ex philoſophis autem quidam nobiſcum bibebat; ingrediente tibicina, atq; magno exiſtente ſpatio apud ipſum, cum puella ſedere vellet, non prohibuit quidem, ſed valde aſperum ſe præbuit. Poſtea cum puella tibicina venderetur (velut fieri in potionibus conſueuit) emendo adoleſcentulus prorſus videbatur. Atq; cum vendente alij cuidam, de citius proponente, contendebat; ipſúmq; tradidiſſe negabat, atq; deniq; ad pugnos peruenit aſper ille difficiliſq; philoſophus: cum tamen à principio neq; aſsidere quidem ſibi tibicinam pateretur. Nunquid ipſe eſt Perſæus, qui pugnis ob tibicinam decertauit? Scribit enim hoc pacto Antigonus Caryſtius in libro

A libro de Zenone; Zeno Citieus, cum Perſæus tibicinam inter potandum emiſſet, atq; eam ad ipſum introducere cunctaretur eandémq; domum illam habitare ſenſiſſet, puellam attraxit, atq; cum Perſæo concluſit. Noui Polyſtratum etiam Athenienſem Theophraſti diſcipulum cognomento Tyrrhenum, qui pallia tibicinarum induebat. Studioſi fuerunt Reges etiam muſicarum mulierum, veluti patefecit in epiſtola ad Alexandrũ Parmenio, quam illi miſit, poſtea quàm cepit Damaſcum, impedimentorúmque Darij eſt potius. Vbi captiua connumerat, hæc etiam ſcribit; muſicas pellices regis trecentas inueni ac viginti nouem. Quadraginta & ſex viros coronarum compoſitores, obſoniorum artifices ducentos & ſeptuaginta ſeptem, figulos ollarum viginti & nouem, lactis artifices tredecim, ſexdecímque potionum temperatores, ſeptuaginta verò quibus vini cura demandata erat. Vnguentarios quadraginta. Vobis autem affirmare illud auſim viri amici, nihil oculis magis eſſe iucundum, quàm mulieris præſtantis forma. Nam Oeneus Chæremonis, vbi de virginibus diſſerit, quas viderat, hæc inquit in actu eiuſdem nominis.

B *Iacebat oſtentans ſelena lumini*
*Hic candidum vber defluente pallio,*
*Latus ſiniſtrum rurſus hæc tripudij*
*Soluit: patentibus poli ſpectaculis*
*Picturam & inde viuam apertè protulit.*
*Color fluebat ex oculis mox candidus,*
*Contra nigrantis vmbra opus quod preualet.*
*Pulchras manus palmas habentes altera*
*Nudauit, hæc collum tegitq; fœmineum.*
*Hæc veſtibus fractis plicis ſub femora*
*Oſtendit, inſignitus hic Amor fuit.*
*Non hic metus ridente tempore affuit.*
*Poſt hæc ſupinæ concidunt in helenijs;*
*Tum nigra frangunt hæ violarum capita,*
*Crocumq; ; quo ſolare telis illinit*
*Idolon aptè, tingit atque pallia*
*Perſes vigens ætate, mox amaracus*
*In mollibus pratis tetendit ramulos.*

Scribit hic idem poëta in Aleuſiboa, cum ad flores etiam ſit decliuis:

*Iucundus aſpectus fit ipſe corporis,* C
*Splendentq́; formoſi colore candido,*
*Rubrum colorem tum pudor ſuauiſsimum*
*Inducit, addens hunc colori ſplendido.*
*Comæq́; flauentes velut & imaginis*
*Formantur ipſis cum retortis crinibus,*
*Ventiſq́; lætabantur illi mollibus.*

At in Io veris filios flores appellauit; floridi veris filios circumſternentes. At in Centauro, qui actus eſt numeroſus, prati filios nuncupauit; hinc vero in infinitum eorũ exercitum florum inſidiis carentium militarunt, cum voluptate captantes prati filios. At in Dionyſio;

*Hedera choros amans, & anni filia.*

De roſis autem ſic inquit in Vlyſſe:

*Roſas habebam floridum corpus, comis*
*Horarum: & ipſa me ſimul nutrix decens*
*Veris.*

Et in Thyeſte;

*Roſæ nitentes liliis cum candidis.*

In Minyis;

*Licet videre plurimum fructum Veneris;* D
*In vitibus ſummis nigret pro tempore.*

## *Quæ mulieres ob formam excelluerint.*

### CAP. XXXII.

OB pulchritudinem, (nunc etiam ſenex cantor memoriam renouat iuxta Euripidem; ) celebres fuerunt mulieres Thargelia Mileſia, quæ quatuordecim viris nupſit, cum & forma eſſet omnino perpulchra, & ſapiens, velut in inſcripta congregatione teſtatur Hippias Sophiſta: Anutiſq́; vocata Bagazi vxor; quæ vt aſſerit Dinon libro quinto rerum Perſicarum de prima coordinatione, ſoror erat Xerxis ex eodem patre. Hæc vt pulcherrima fuit omnium mulierũ quæ eſſent in Aſia, ita erat intemperantiſsima. Phylarchus Timoſam contendit libro decimonono Oxyartæ pellicem omnes alias mulieres forma ſuperaſſe: quam rex Aegyptiorum Stratirę regis vxori dono miſit. Scribit Theopompus libro Hiſtoriarum quinquageſimo ſexto Xenopithiam Lyſandridæ matrem omnibus

mulie

A mulieribus pulchriorem fuiſſe, quæ ſunt in Peloponneſo: quam Lacedæmonij vnà cum Chryſe ſorore interfecerunt, vbi Ageſilaus rex ſeditione ſuſcitata fecit, vt inimicus ipſius Lyſandrides à Lacedæmoniis in exilium fugaretur. Formoſiſsima fuit & Pantica Cypria, de qua ſcribit Phylarchus libro decimo Hiſtoriarum, quòd, cum eſſet apud Olympiadem Alexandri matrem, eam Monimus Pythionis filius in matrimonium popoſcit: Verum cum intemperans eſſet mulier, inquit Olympias, ô infelix ex oculis, non autem ex conſilio ducis vxorem. Eam etiam, quæ Piſiſtratum ad tyrannidem induxit, velut Palladis formam haberet, pulchram fuiſſe inquit: quippe quæ Deæ ſimilem formam habere putabatur. Vendebat autem coronas, atque eam Hipparcho filio ad communes nuptias Piſiſtratus tradidit, vti literarum monumentis ſcriptum reliquit Clidemus libro Reditionum octauo. Dedit Hipparcho filio, quæ ipſum ſuperauit, mulierem ingenio quidem Socratis filiam, (nam Charmi, qui Polemarchus fuerat Hippias, formoſiſsimam filiam cepit) cum ei etiam nupſerit, qui poſt ipſum regnauit. Accidit enim, vt aiunt, quòd B Charmus Hippiam amabat, ac primus is Amoris ſtatuam apud academiam erexit: in qua inſcribitur;

*dignitas militaris, πολέμαρχος, ſecundus à magiſtro equitum.*

*Gymnaſij extremis altaria Charmus in oris,*
*Hæc Amor erexit ingenioſe tibi.*

Heſiodus libro tertio Melampodiæ Chalcidem in Eubœa pulchras mulieres habentem nominat: nam formoſæ ibi mulieres naſcuntur, velut teſtatur Theophraſtus. Nymphodorus in Aſiæ nauigatione omnium quæ alibi naſcuntur pulcherrimas mulieres eſſe in Tenedo inſula Troica affirmat.

## *Certamina de pulchritudine.*
## CAP. XXXIII.

Cognoui præterea de pulchritudine certamen inter mulieres poſitum fuiſſe, de quo ſcribit Nicias in rebus Arcadicis; quod Cypſelum poſuiſſe inquit, cum ciuitatem apud Alpheum in planitie condidiſſet, in quam ad habitandum confluentes ex Parraſiis quidam lucum, arámque Eleuſinæ Cereri conſecrarunt. Ac in huius feſto certamen de pulchritudine abſoluerunt, quod Herodica Cypſeli vxor

primum vicit. Perficitur his etiam temporibus hoc certamen eſſe apud Eleos de formæ præſtantia, iudiciúmque fieri magno cum ſtudio, atque eos qui vicerint, arma referre præmium; quæ Palladi deponi conſueuiſſe ſcriptum reliquit Dionyſius Leuctricus. Is verò qui vicerit, coronatus ab amicis magna cum pompa ad ſacellum vſque proficiſci conſueuit. Coronam myrteam illis dari conſueuiſſe ait Myſilus in Hiſtoricis paradoxis. Affirmat ipſe Theophraſtus alicubi iudicium fieri conſueuiſſe de mulierum temperantia, reiq; familiaris diligentia, ſicuti inter barbaros. Alibi autem de forma, quam etiam par eſt vt veneremur, velut apud Tenedios & Lesbios. Hic quidem fortunæ eſt aut naturæ honor, at vt præcedat temperantia magis conſentaneum videtur: ſic enim pulchritudo pulchra; ſin autem, periculum confert magis vergat ad intemperantiam. Cum tot à Myrtilo poſtea dicta fuiſſent, omnéſque ipſum ob memoriam admirarentur, inquit Cynulcus; C

*Vanus haud quicquam, quàm plurima ſcire profari,*

Hippon inquit Deos eſſe non putans. Verum & diuinus ait Heraclitus multa ſcientem mentem habere, non docet. D
Timon etiam; intus amplitudo,

*Vanius haud aliud quàm plurima ſcire profari.*

Quænam tot nominum vtilitas eſſe poterit ô grammatice? omnes ſiquidem occidere poſſes potius audientes, quàm ſic ſapientes facere: & ſi te quiſpiam audiat. Quinam erant ij, qui in equo ligneo incluſi fuerunt? vnius fortaſſe aut alterius nomen connumerabis: neque tamen hoc ex Steſichoro, (vacat enim) ſed ex Ilioperſide Acati Argiui; hic enim complures connumerauit. Neque etiam appellationes ſociorum Vlyſsis potes ita concinnè connumerare: aut qui eorum fuerint à Cyclope deuorati, aut à Leſtrygonibus; vel ſi verè deuorati fuerunt: qui neque hoc ſanè noſti, quamuis Phylarchi mentionem ſæpius conſonè facias, quòd neque amicas, neque tibicinas intueri licet in Ciorum ciuitatibus. Tum Myrtilus; hoc vbi ſcripſit Phylarchus? omnes enim illius hiſtorias perlegi. Cum diceret libro vigeſimotertio, ait Myrtilus;

Qui

A *Qui Philoſophos expulerint è ſuis regionibus.*

CAP. XXXIII.

NOn'ne ego meritò omnes philoſophos odio proſequor, cum ſint amicis rationi inimici? quos nō Lyſimachus ſolū ex vniuerſo ſuo Regno per præconē expulit, ſicut Caryſtius inquit in ſuis hiſtoricis cōmentariis, verum etiam Athenienſes. Quamobrem Alexis inquit in equo;

*Hoc eſt academia, hoc idem Xenocrates?*
*Demetrio dent multa dij ipſi commoda,*
*Latoribus legumq́; ; quòd ſermonibus*
*Quæ vis ineſt docentibus, velut ferunt,*
*Ex Attica ad coruos fugarunt inquiunt.*

Sophocles etiam quidam omnes philoſophos per ſuffragia ex Attica regione relegauit, contra quem orationem ſcripſit Philon Ariſtotelis familiaris, cum tamen demochares Demoſthenis conſobrinus in Sophoclis defenſionem ſcripſerit. Optimi etiam in omnibus Romani Sophiſtas è Roma eiecerunt, veluti qui iuuenes corrumperent. Poſtea neſcio quo pacto in ciuitatem iterum exceperunt. Dementiam veſtram declarauit hoc pacto in fulmine percuſſo
B Anaxippus Comicus;

*Hei mihi philoſopharis, atqui philoſophi*
*Sermone ſolo ſunt ſapientes, cæteris*
*In rebus eſſe noui ego ſtultiſſimos.*

Meritò igitur ciuitates complures, atq; in primis Lacedæmoniorum, neq; rhetoricam neq; Philoſophiam admittunt, vt Chamæleon inquit in libro de Simonide, ob veſtram in ſermonibus ambitionem, contentiones, minúſq; opportunas probationes, ob quas mortuus eſt Socrates, qui contra eos de iuſtitia diſſeruerat, quibus iudicij ſubſellia contigerunt, veluti furaciſsimi eſſent. Mortuus eſt ob res huiuſmodi Theodorus, qui Deos eſſe negabat; Diagoráſque relegatus fuit, vbi etiam nauigans naufragium paſſus eſt. Theotimus, qui libros contra Epicurum conſcripſit, accuſatus à Zenone Epicureo interfectus fuit, vt inquit Demetrius Magnes in Homonymis. Sed vt iuxta Clearchum Solenſem ſummatim dicam, vitam ducitis non tolerandam, nam verè canum more viuitis. Atq; cum hoc animal in quatuor ex ipſa natura maximè excellat,

cellat, vos deteriora capientes, ea ſeruatis. Eſt enim ob ſenſus, odoratúſq; virtutem, & ad res domeſticas alienáſq; ſeruandas ob diligētiā admirabilis: Tum quod cum hominibus degit, rem domeſticam cuſtodit, maximéq; vitæ bene agentium egregius eſt obſeruator: quorū nihil vobis adeſt qui caninā vitam imitamini. Neque enim cum hominibus degitis, neq; ex ſimul verſantibus quempiam cognoſcitis: multiſq; ſenſuū virtute ſuperati pigrè ac ſine diligentia viuitis. Cum animal maledicū ſit ac vorax, infelixq; & nudū, quod ſpectat ad victū, hæc ambo curatis ac imitanda aſſumitis, maledici, voraces, ſine domo præterea, ſine lare, extra omnes viuētes, à virtute alieni, ac ad vitæ vtilitatē demētes. Nihil eſt deniq; vocatis philoſophis, minus philoſophicū. C

## *De Aeſchine Socratico.*

## CAP. XXXV.

SEd quis Aeſchinem Socraticū moribus huiuſmodi fuiſſe putauerit, cuiuſmodi fuiſſe ſcribit Lyſias in Orationibus de cōmerciis? quem ob dialogos in eum relatos admiramur tanquam moderatum & facilem: niſi verè ſapientis Socratis ea ſint cōmentaria. Fuerunt ei donata poſt mortem Socratis à Xantippe illius vxore, velut Idomonei familiares atteſtantur. Verum hic Lyſias in oratione, quæ ita inſcribitur; cōtra Aeſchinem Socraticum ob æs alienum: ego, etſi permulta ſunt ea, quæ dicta ſunt in veſtrā multam gulam ò philoſophi, cōmemorabo. Sic igitur incipit Orator; Nunquam ego iudices crediſſem Aeſchinē ita turpe iudicium fuiſſe ſubiturum, cum præcipuè videam nullum aliud ſceleſtius facinus eum inuenire potuiſſe. Hic enim cum ob tres drachmas iudices argentum Soſimo menſario Ariſtogitoniq; deberet, ad me acceſsit, me rogauit ne eum deſpicerem, quòd propter fœnus ex ſuis bonis, niſi auxiliatus eſſem, breui eſſet deciſurus. Parabo inquit artē vnguentariam, ſed facultate indigeo: tibi nouem obolos minæ fœnus præbebo. Optimus profectò finis felicitatis eſt philoſopho ars vnguentaria, quæq; Socratis philoſophiæ maximè conueniat, viri præcipuè eius, qui huiuſmodi vnguentorum vſum ſummopere improbauerit. Sed & Solon legiſlator minime viro conceſsit, vt artē hanc exerceret: quamobrem Pherecrates in Somno ſiue pernoctante inquit; vnguenta D

A vendere quid? diſcens hanc; oportuit ſedere altè ſub vmbraculo præparaſſéque conſeſſum: non cum adoleſcentulis per diem loquebatur. Poſtea inquit; ſtatim nullus coquinariam nouit vnquam, neque piſcatorum, vnicuique enim generi apta oportebat eſſe quæ ad artem pertinent. Poſt hæc ita inquit Orator; his, quæ ab eo dicebãtur, perſuaſus, cum ipſum Aeſchinem Socratis diſcipulum eſſe crederem, multóſque ab eo, eóſque graues ſermones de virtute & iuſtitia audiuiſſem, neque ſe vnquam illa aggreſſurum, neque auſurum quæ perditiſsimi, iniquiſsimique homines conarentur. Rurſus poſtea de ſe percurrit, quod fœnus accepiſſet, ac neque fœnus neque ſortem reddidiſſet. Quod condictum diem præteriiſſet, indicta cauſa fuiſſet iudicatus, quódque familiaris eius obſignatus in arrhabonem captus fuiſſet. Cum alia complura dixiſſet hæc ſubiunxit; Verum non in me ſolum huius eſt ingenij iudices, ſed in eos omnes, qui rem habent cum eo. Non'ne caupones etiam qui propius habitant, quibus potum capiens non ſoluit, ob illum iudicati ſunt, cauponáſq; clauſerunt? ita grauia ab eo vicini patiuntur, vt domos ſuas relinquẽtes alienas longius conducant.

B Quot conuiuia collegit, ac reliquas portiones non appoſuit, ſed circa hunc cauponem, veluti circa columnam opprimuntur? tot verò primo die domum illius ad petenda debita ſibi conueniunt, vt tranſeuntes ad efferendum hunc mortuum conuenire arbitrentur. Ita verò in Pireo viri iudicarunt, vt minus periculo propius ſit in Adria nauigare, quàm huic eſſe obuios. Multò magis ſua ea eſſe credit, quæ ad fœnus accepit, quàm ea quæ ſibi pater reliquit. Sed non'ne Hermæi vnguentarij facultates poſsidet, cum vxorem ſeptuaginta annis natam interfecerit, quam cum ſe amare ſimulaſſet, ita teſtari fecit, vt maritum filióſque ſuos mendicos reliquerit? tum ipſe pro caupone ſe vnguentarium declarauit. Ita puellam cum amore accepit, ætate illius opportuna fruens, vt multò eſſet facilius pauciores'ne dentes haberet connumerare, an manus digitos. Mihi verò huiuſce rei procedite teſtes. Erat profectò vita huiuſmodi ipſius ſophiſtæ: ſic igitur ait Lyſias ò Cynulce. Ego verò, iuxta Ariſtarchum, his non conceſsis, ſed potius punitis; orationem hic ad te & alios canes conquieſcere faciam.

*ἐράνους quinium in quod ſinguli conferebant.*

ATHEN

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM

## LIBER DECIMVSQVARTVS,

## *Natale de Comitibus Veneto Interprete.*

### *Dionyſius cur inſanus fingitur.*

### CAPVT I.

DIONYSIVM amice Timocrates inſanientem complures idcirco finxerunt, quòd ij, qui vino immoderatius vtantur, fiunt tumultuoſi.

*Sic tibi, ſic aliis nocuerunt dulcia vina:*
*Qui fuſim potare ſolent, nec iuſta requirunt.* D
*Vinum centaurum valde inclytum & Furytionem*
*Perdidit in domibus præſtantis Pirithoi, qui*
*Venerat ad Lapithas: vino ſaturauit vt ille*
*Pectora, Perithoi in domibus mala plurima fecit.*

Nam vino in corpus deſcendente mala verba & inſanientia educuntur, vt ait Herodotus. Scribit Clearchus Comicus in Corinthiis:

*Si ſingulis diebus ebrio accidat*
*Caput dolere, & illud antequam merum*
*Bibat, quis eſt profectò qui potauerit?*
*At nunc voluptas eſt prior doloribus,*
*Priuamur ipſis & prioribus bonis.*

Exiſtimauit Xenophon oportere Ageſilaum ita ab ebrietate abſtinere, atque ab inſania: ita verò cibos non opportunos deteſtari, atque pigritiam. Sed neque nos ex iis ſumus, qui plurimum bibentes ac temulenti facti ad concina iſta ſympoſia foro pleno accedamus. Nam conuiciari aſſuetus Vlpianus quendam rurſus dicentem occupauit: Ego non ſum temulentus inquiens. At temulentus vbi? qui

A qui ait, apud Alexim in tributa ferente; temulentus hæc faciebat inquit.

## *De Anacharſe & Parmeniſco Metapontino non ridentibus.*

### CAP. II.

QVando ſingulis diebus poſt nouos ſemper ſermones à nobis in medium prolatos, varia acroamata ſplendidus noſter Conuiuator Larenſius, ridiculáque facientes introducit; agitè iam nos de his etiam aliquid dicamus. Noui enim Anacharſem Scytham ridicula facientibus in conuiuium introductis ſine riſu conſtitiſſe; mox cum pithecus illatus fuiſſet, riſiſſe, ac dixiſſe, quòd hic quidem natura eſſet ridiculus, homo autem comminiſceretur. Euripides in Melanippe ligata:

*Plures viri mordacibus riſus ſolent*
*Cauſa mouendi gratijs vti. aſt ego*
*Odi magiſtros ridiculorum: ſunt quibus*
*Effrena verba, nec ſapientibus viris*
*Parcentia: haud numerum virorum perficiunt.*
B *Ridenda ſunt dicendo valde conſoni.*
*Domos habent, namque vecta intra domos*
*Seruant.*

Parmeniſcus Metapontinus & genere & diuitiis cæteros omnes antecellens, velut Semus libro quinto Deliadis teſtatur, cum in Trophonij locum deſcendiſſet, ac aſcendiſſet poſtea, non amplius ridere poterat. Cum de hac re oraculum percunctaretur, ei reſponſum fuit:

*De riſu percunctaris me difficilis vir,*
*Ipſa tibi mater dabit, hanc venerare reuerſus.*

Cum ſperaret hic igitur cum reuerſus eſſet in patriã ſe eſſe riſurum, atque nihilo amplius rideret, exiſtimans ſe deceptum eſſe, forte venit in Delum, omniáque quæ erant in inſula admiratus ad Latonæ imaginem venit: atque cum exiſtimaret matris Apollinis ſtatuam aliquam eſſe eximiam, vbi eam ligneam ac deformem vidit, præter opinionem riſit, Deique reſponſum percipiens, ægritudinéque liberatus, magnificè Deum honoribus condecorauit. Anaxandrides in Gerontomania Rhadamanthũ ac Palamedem ſcribit hoc pacto ridiculorum inuentores fuiſſe: multum ſane

γεροντομανία, ſen. inſania.

ſane fatigamus immunem, ridicula dicere Palamedes & C
Rhadamanthus inuenit.

## *De ſcurris, riſuſque ſtudioſis.*

## CAPVT III.

MEntionem fecit de ſcurra Xenophon in Conuiuio, ac de Philippo quidem; de quo hæc ita inquit; cum ianuam pulſaſſet Philippus ſcurra, dixit audiēti vt intro nunciaret quis eſſet, & quòd vellet hoſpitari: ac adeſſe dicebat cum omnia neceſſaria præparaſſet, vt aliena cœnaret. Puerum verò valde vexari aiebat, cũ nihil tuliſſet, quódq; nondum pranſus eſſet. Hippolochus Macedo in Epiſtola, quam ſcribit ad Lynceũ, de Mandrogene & Stratone Attico Scurris mentionẽ fecit. Erat multitudo huiuſce ſapientiæ Athenis nõ exigua: nam in Diomea aut Heracleo ſexaginta numero colligebãtur, atq; in ciuitate nominabatur, quòd hoc ſexaginta dixiſſent, vel ex ſexaginta venio. Inter hos aderat Callimedon Locuſta & Dinias, Maſigetónque & Menæchmus, vt in libro de Ciuitate teſtatur Telephanes. Tanta eorum mollitiei fama increbruit, vt cum Philippus Macedo audiuiſſet, talentum illis miſerit, vt ridicula ſcribētes D
ad ipſum mitterent. Quòd hic rex ridiculorũ eſſet ſtudioſus, teſtatur in Philippicis orationibus Demoſthenes Orator. Riſus ſtudioſus fuit Demetrius etiam Poliorceta, veluti ait Phylarchus libro Hiſtoriarum ſexto: qui aulam Lyſimachi nihil differre à ſcena comica dicere conſueuerat: omnes enim ab ea exire diſyllabos; cum Bithem Paridémque, qui maximi erant apud Lyſimachum, ſubſannaret, nonnullóſque alios amicos: à ſe verò Peucetas, Menelaos & oxythemides proficiſci. Cum hæc audiuiſſet Lyſimachus, ego igitur inquit meretricem exeuntem ex ſcena tragica non vidi? Lamiam tibicinam intelligebat. Cum hoc etiam nunciatum fuiſſet, inquit Demetrius; ſed quæ eſt apud me meretrix multò eſt continentior, quàm apud illum Penelope. Dictum eſt autem prius quod Sylla Romanorum dux, riſus erat ſtudioſus. Lucius etiam Anitius & ipſe Romanorum dux, qui Illyrios debellauit, captiuúmq; duxit Gentium Illyriorum regem vnà cum eius filiis, certamináque Romæ edidit victricia, res omnes riſu dignas fecit, vt aſſerit libro trigeſimo Polybius. Nam cum omnes

C omnes celeberrimos artifices ex Græcia conuocaſſet, ſcenámque ampliſsimam in circo parauiſſet, omnes tibicines ſimul prius introduxit. Erant autem hi Theodorus Bœotius, Theopompns, Hermippus, Lyſimachus, qui erant celeberrimi. Hos cum ad proſcenium conſtituiſſet, iuſsit vt omnes ſimul cum choro tibias inflarent. Illos autem qui pulſarent pertranſeuntes cum motu concinno præmiſit, dixitque ne ipſi aptè tibiis canerent, ſed potius vt decertarent imperauit. Eos autem qui dubitarent, inſtituebat quidam ex lictoribus, vt inter ſe conuerſi eſſent, ac veluti pugnam excitarent. Hoc cito tibicines percipientes, aptámq; pulſationem eorum intemperantiæ capientes, magnam confuſionem vocum effecerunt. Medeos Choros ad extremos conuertentes, tibicines inflantes myſtica, tubáſque differentes, per partem inter ſe contulerunt. Vnà cum his obſtrepentes chori, ſcenámque ingredientes aduerſi conferebantur, rurſúſque ex mutatione ſecedebant. Verum vbi ex ſaltatoribus quidam præcinctus ex tempore conuerſus manus extulit ad pugnam in aduerſum tibicinem ſtrepitus non exiguus ortus eſt, plauſúſque & clamor ſpectantium. Cum certarent adhuc ij quaſi ex inſtructa acie, duo
D ſaltatores in Orcheſtram cum concentu introducti ſunt, tum pugiles quatuor cum buccinatoribus ac cymbaliſtis ſcenam aſcenderunt: quibus omnibus inter ſe certantibus explicari nullo modo poſſet id, quod accidebat. De tragicis autem ſi recenſere aggreſſus fuero, videbor quibuſdam ſubſannare inquit Polybius.

## *Impoſtores, ac dicteriorum ſtudioſi.*
## CAP. IIII.

CVm hæc percurreret Vlpianus, omnéſque cachinnarentur ob ſpectacula huiuſmodi non ſolita, nonnulli ſermones habiti ſunt etiam de impoſtoribus: atque quæſitum eſt an horũ etiam mentio facta fuiſſet apud antiquos: nam de admirabilia facientibus dictum eſt à nobis prius. Tunc ait Magnus; Dionyſius Sinopeus comicus poëta mentionem fecit in inſcripto Homonymo his verbis de Cephiſodoro impoſtore: quendam inquiens Cephiſodorum impoſtorem cognomento Athenis fuiſſe, qui in hanc partem

DD

vitæ otio abutebantur. Hunc incidentem inquit ad ſimum C accurrere, ac ſuper baculo deſcendere. Mentionem fecit illius Nicoſtratus in Syro:

*Cephiſodorum non male, per Iouem, impoſtorem*
*Dicunt viam arctam in anguſtum conſtituere quoſdam*
*Vlnas habentes, vt nullus præterire poſſit.*

De Pantaleonte meminit Theognetus in amante heram:

*Nam Pantaleon, qui neſciunt ipſum, aduenis*
*Imponit omnibus, ferè ac à crapula*
*Diuertit ille ſæpius. nam gratia*
*Riſus ſibi contraxit inde propriam*
*Loquacitatem.*

Chryſippus philoſophus libro quinto de Bono & Voluptate, hæc de Pantaleonte ſcripta reliquit; cum Pantaleon impoſtor eſſet moriturus, vtrunque filium ſeparatim accerſiuit ac decepit, cum diceret ſe ſoli dicere vbi aurum effoderet: ita vt poſtea fruſtra ſimul excauâtes, ſe deceptos eſſe intelligerent. Neque noſtrum ſanè conuiuium dicteriorum ſtudioſis caruit: atque de quodam huiuſmodi ſcribit. rurſus idem Chryſippus in eodem libro, cum dicteriorum ſtudioſus quidam iugulandus eſſet à carnifice ſe velle velut D cygneum inquit cantum cum prius ceciniſſet, mori. Cum ille conceſſiſſet, dicteria dicebat. Ab eiuſdem viris ſæpius dicteria paſſus Myrtilus, ac grauiter ferens, ait perpulchrè regem Lyſimachum feciſſe: Nam cum Teleſphorus vnus ex illius primatibus in Arſinoem dicteria in conuiuio aliquando conieciſſet, (erat autem Arſinoë illius vxor,) dixiſſétque, quòd eſſet euomendo apta, quod mala prouocaret, hanc euomētem induxit. Cum hoc audiuiſſet Lyſimachus, eum in caueam coniici iuſſit, ac more feræ circumferri nutririque intus, atque ita mori fecit. Verum ſi tu caueam quæris Vlpiane eam habes in Oratore apud Hyperidem, Vbi verò, tu perquire. Tachus etiam rex Aegypti in Ageſilaum Regem Lacedæmoniorum dicteria coniecit, qui venerat ad eum vt ſocius belli eſſet, quòd foret breui corpore: quare abſtitit ille, iſque auxilio, bellique ſocietate priuatus fuit. Erat autē huiuſmodi dicterium, parturiit mons, extimuit Iuppiter, hic murem peperit. Hoc cum audiuiſſet Ageſilaus iratus inquit: videbor aliquando etiam leo. Poſtea cum Aegyptij in bellum ſurrexiſſent, vt affirmarūt

*γαλεάγρα locus incluſarum ferarum.*

Theo

A Theopompus Lyceáſque Naucratites in rebus Aegyptiis, nullam illis operam præſtans, fecit vt is è regno depulſus in Perſas confugeret. Cum igitur multa ſæpius fuerint acroamata, neque ſemper eadem; quoniam ſermones complures de his habiti ſunt, nominibus dicentium relictis, res ipſas diligentius recenſebo.

## *De tibia, & conſonantia.* CAP. V.

DE tibiis aſſerit quidam rectè Melanippidem dixiſſe in Marſya, vbi tibicinum artem carpit, ac de Pallade, quòd immortalia inſtrumẽta ex ſacra manu iecit, dixitq; ſecedite turpes corporis ſolutiones. Ego verò me malitiæ trado. Cui contradicens inquit alius; verumtamen Teleſtes Selinuntius contra Melanippidem ait in Argo; qui ſermo fit de Pallade, quem ſapientem ſapiens comprendens, non creditur à me in montanis nemoribus inſtrumentum diuina Pallas, inniſum dedecus timens, rurſus ex manibus deieciſſe, nympha genito manufactæ feræ Marſiæ decus. Quid enim callidus Amor ipſum amabilis formæ gratia
B fatigat? illi ſiquidem ſuauem virginitatem, orbúmque eſſe Clotho attribuit: ita vt formæ turpitudinem ob virginitatem non aufugiat. Poſtea inquit, ſed fruſtra tripudiat: nam fama ſtultorum ſermonum aduolauit per Græciam poëtarum, ſapientes artes ad inuidiam ſunt hominibus vituperium. Poſt dicta huiuſmodi tibicinum artem laudat ac inquit; diuiniſſimum igitur Bromio tradidit grauis dæmonis elatum ſpiritum procelloſis alis cum optima mente. In Aeſculapio etiam tibiarum vſum in his Teleſtes ſignificauit, vel Phrygem bene inflatarum tibiarum ſacrarũ regem loquax cœpit primus aduerſarium muſæ Duridis: variæ legis auram bene alatam obſcurè circũnectens calamis. Pratinas Phliaſius, cum tibicines ſaltatoréſq; mercede conducti Orcheſtras haberent, nonnullos grauiter tuliſſe inquit, quoniam tibicines vna cum choris non inflarent, velut patria obtinuerat conſuetudo: ſed chori vnà cum tibicinibus canerent. Quem igitur animum habebat in eos, qui res huiuſmodi patrarent Pratinas declarat per hanc cantilenam quæ ſaltantibus accinebatur; quis tumultus hic? quid hæ ſaltationes? quæ petulantia in Dionyſiadẽ irrupit tumultuoſa

ſcenæ?meus Bromius,me oportet clamare, me oportet tumultuari in montibus concitatum cum Naiadibus, quemadmodum cygnum agere varium cantum, cantilenámque conſtituere * neque tibia poſtea choreas inſtauret: eſt enim laſciuiæ miniſtra ſolum, in ardentibus ceſtuum pugna, cum ſit ſpectaculum, in debacchatum eſſe prætorem exercitus. Percute varij Phrynei præcedentem, vre totum pinguem calamum,loquacem,grauem,præter concinnitatem,rhythmúmque procedentem, terebro corpus fictum. * reſonantia tibi dexterè polus diſieci * triumphi dithyrambe hederaceos crines habens rex audi meum donum patrium. De tibiarum communitate cum lyra,quando nos ſæpius ipſa conſonantia delectauit. Inquit igitur Ephippus in negotio,communicat adoleſcentule: C

*λαλοβαγυσπαραμελορυθμοβάταν.*

*perobſcura ſanè eſt valde hæc cãtilena, quã non ſatis intelligo, vt ingenuè fatear.*

*Cum tibiis nam ſi muſica,& ſimul in lyra*
*Noſtris ludis puerilibus,vbi enim bene*
*Conueniant præſentibus ex more,*
*Tum maxima oblectatio inuenitur.*

Quid autem ſit conſonantia,declarauit Semus Delius hoc pacto libro quinto Deliadis,cum ignoraretur à compluribus conſonantia, dicendum fuit quod conſonantiæ certamen tibiæ rhythmiq; eſſet alternum, ſine ratione accinentis. Perurbanè verò ipſam manifeſtè declarat Antiphanes ita inquiens in tibicine: D

*Qualem ſci t referto conſonantiam?*
*Hanc nouit ille,rurſus vti tibiis.*

Diſcentes, vt tibias & tu ipſa in expiatione conſequaris perfice * capiat autem,ſed tibi ſuaue eſt, ſine quo rurſus confirmationes ſingulas propoſitionibus non ſignificet. Libym vocari tibiam à poëtis teſtatur Duris libro ſecundo de rebus Agathoclis. Poſtea quàm Sirites, qui primus videtur tibiarum artem inueniſſe, Libys fuit ex Nomadibus: qui etiam primus materna tibia cecinit. Sunt autem tibiarum cantilenarum nomina hæc,vt inquit Tryphon libro appellationum ſecundo: Comus, Bucoliaſmus, gingras, tetracomus, epiphallus, choreus, callinicus, bellicum, ſuauicomus, ſicynnotyrba, thyrocopicum, quod idem & cruſithirum, cniſmus, mothon. Hæc enim omnia cum ſaltatione ad tibiam canebantur & cantilena.

*quantopere hæc ſint cognitu difficilia, is demũ comperiet, qui græcũ exemplar inſpexerit.*

De va

HAs etiam odarum appellationes Tryphon connumerauit, Himæus, quæ dicitur epimylius, quam canebãt molendo, ab Himalide fortaſſe. Eſt autem Himalis reditus apud Doricos Cerealiúmque corollarium. Textorum oda eſt Elinus, ſicuti narrat Epicharmus in Atalantis, at lanam tractantium, Iulus. Scribit Semus Delius in libro de Pæanibus, quod hordei manipulos ipſos ſolos, ac non miſtos Amalas vocarunt, congregatos verò, vnúmque faſciculum ex compluribus factum, Vlos & Iulos, ac Cererem quandoque Chloem, aliquando Iulum. Nam ob Cereris inuenta fructus, hymnoſque in Deam relatos Vlos appellant & Iulos. Cereriuli & pulchriuli, & plurimum vlum mitte iulum mitte. Sunt qui odam eſſe dicant Lanarum artificum. Odæ verò nutrientium Catabaucaleſes vocantur. Erat & in ſublimitate quædam ad Erigonẽ, quam odam etiam dicunt Auletim. Scribit igitur Ariſtoteles in Colophoniorum Republ. mortuus eſt & ipſe Theodorus morte violenta, ac dicitur fuiſſe quidam delicatus, quemB admodum manifeſtum eſt ex poeſi: Nam ad hæc vſq; tempora perdurauit conſuetudo, vt mulieres in illius ſublimitatibus cantilenas canant. Meſſorum verò ode Lytierſa vocatur, atque oda quædam erat mercenariorum, qui in agros proficiſcerentur, vt ait Teleclides in Amphictyonibus. Aliæ erant odæ balneatorum, vt inquit Crates in audacia. Alia rurſus erat pinſentium, vt aſſerit Ariſtophanes in Cerealia celebrantibus, ac Nicochares in Hercule Chorago. Erat oda etiam pecorum in paſcua ducentium, quæ Bucoliaſmus dicebatur. Erat bubulcus Siculus Diomus, qui formam primus inuenit: de quo mentionem fecit Epicharmus in Alcyone & in naufrago Vlyſſe. Ode verò quæ in morte ac doloribus fiebat, Lamentatio dicebatur. Iuli verò vocatæ odæ & Cereri conueniunt, & Proſerpinæ. Ode in Apollinem dicitur Philelias, vt affirmat Teleſilla. Vpingi in Palladem. Canebantur Athenis inter potum leges etiam Charondæ, vt ſcriptum reliquit Hermippus libro ſexto de Legiſlatoribus. Ariſtophanes in Atticis dictionibus, Himæus inquit odæ eſt molitorum, in nuptiis Hymenæus, in doloribus Ialemus. Linus ac Aelinus non in dolo-

ribus ſolum, verumetiam in felici cantu iuxta Euripidem. C Clearchus libro Amatoriorum primo Odam quãdam ſcribit his verbis Paſtorale vocatum fuiſſe ab Eriphanide: Eriphanis lyrica cum Menalcam venatorem amaret, ac venaretur deſideriis obtemperans. Nam omnia montana querceta, cum diſcurreret vagaretúrque, ſubiuit, vt eſſet fabula, dicti Inus curſus: ita verò vt non homines ſolum maximè beneuolentiæ expertes, verum etiam crudeliſsimæ feræ illius doloris gratia lachrymarentur, cum ſenſu amatorium deſiderium illæ conciperent. Vnde effectum eſt vt omnem ſolitudinem perquireret, vt aiunt, vocatúmque Paſtorale caneret & clamaret, in quo ineſt, longæ quercus ò Menalca. Ariſtoxenus libro de Muſica quarto, cantabant mulieres inquit antiquæ odam quãdam Calycam: Steſichori id erat poëma, in quo mulier quædam nomine Calyca Euathlum adoleſcentem amauit, atque Veneri vt illi nuberet ſupplicauit. Verum vbi eam adoleſcens deſpiceret, ſibiipſi ſuſpendio vitam finiuit: quod accidit in Leucade. Temperantes omnino conſtituit poëta virginis mores, quippe quæ non quouis modo cum iuuene congredi poſceret, ſed oraret, ſi fieri poſſet, vt vel vxor Euathli ipſius fieret, vel ſi id conſequi non poſſet, è vita diſcederet. At in commentariis ſcribit D ſenſim Ariſtoxenus quòd Iphiclus Harpalicē ipſum amantem contempſit. hæc mortua eſt: in cuius honorem certamen fit odæ inter virgines, eáque, vt inquit, Harpalice appellatur. Nymphis autem libro Heracleæ hæc inquit, vbi narrat de Maryandynis: Similiter verò nonnullas odas aliquis animaduerteret, quas illi ex quadam patria illius loci conſuetudine canentes, aliquem ex antiquis inuocant Borcum appellantes. Hunc diuitis cuiuſdam & illuſtris viri filium fuiſſe narrant, plurimúmq; forma, cęteros omnes, qui eo tempore vigerent, excelluiſſe: quem, cum ſuis inſtaret operis, ac meſſoribus quod biberent, dare vellet, ad aquam acceſsiſſe aiunt, ac inde euanuiſſe. Perquirebant illum viri illius regionis cum cõcinno quodam eiulatu ac vociferatione, quibus his etiam temporibus illius loci incolæ vtuntur. Huiuſcemodi eſt & illud, quod Manerus apud Aegyptios vocatur.

De poë

A *De poetarum recitatoribus, & hilarœdis.*

CAP. VII.

NEque poematum ſanè recitatores noſtro conuiuio defuerunt: gaudebat enim Homericis Larenſius ita vt nullus alius, atque adeo vt Caſander rex Macedoniæ nugę videretur: de quo ſcribit in ſuis commentariis Hiſtoricis Caryſtius, quod ita erat Philomerus, vt cōplura eius carmina ſemper haberet prompta, Iliadémq; & Odyſſeam haberet peculiarem manu ſcriptam. Quod Homeriſtæ etiam vocarentur carminum recitatores, teſtatur Ariſtocles in libro de Choris, eos, qui nunc Homeriſtæ nuncupantur, primus Demetrius Phalereus in theatra introduxit. Scriptum reliquit Chamæleon in libro de Steſichoro non Homeri ſolum carmina cantari conſueuiſſe, verum etiam Heſiodi, Archilochi, Mimnermi, & Phocylidis. Scribit libro primo Clearchus, vbi Antilochi carmina circunſcribit, quod ea Simonides Zacynthius in ſella ſedens in theatris recitabat. Lyſanias verò libro primo Iambos componentium Mnaſionem recitatorem ſcribit in Demonſtra B tionibus quoſdam Iambos Simonidis recitaſſe. At Cleomenes recitator Empedoclis expiationes in Olympiacis recitauit, velut teſtatur Dicæarchus in Olympico. Iaſon libro tertio de ſacrificiis Alexandri in Alexādria in magno theatro inquit Hegeſiam Comicum rerum Herodoti Hiſtrionem fuiſſe, at Homericarum Hermodotum. Hilarœdi etiam vocati, quos Simodos nunc quidam appellant, vt autor eſt Ariſtocles libro primo de Choris; quia Simus Magnes, magis omnibus poëtis hilaria canendo eſſet idoneus; nobis ſemper apparent. Hos etiam connumerauit Ariſtocles ita ſcribens in libro de Muſica; Magodus qui idem eſt & Lyſiodus. Scribit Ariſtoxenus eum qui virilem muliebrémque perſonam ſimulat, Magodum appellari: at qui mulierem Lyſiodum vocitari à virilibus. Hæc ipſa carmina canunt, aliáque omnia his ſunt ſimilia. Ionicus ſermo Sotadis, Ionicáque poëmata eorum, qui ante fuerunt Alexandri Aetoli, Pyreti Mileſij, Alexæ, aliorúmque poëtarum ſimilium proferuntur. Appellatur hæc cantilena Cinædologus. Floruit in eo genere Sotades Maronites, vt aſſerit Caryſtius Pergamenus in commentario de ipſo So-

tade, ipſiúſque Sotadis filius Apollonius. Hic enim commentarium ſcripſit de poëmatis patris: in quo intueri licet temerariam libertatem loquendi Sotadis, qui contumelias coniecit in Lyſimachum regem in Alexandria: tum in Ptolemæum Philadelphum apud Lyſimachum, atque in aliis ciuitatibus in reges complures; quamobrem meritam animaduerſionem conſecutus eſt. Nam cum ex Alexandria enauigaſſet, vt ſcribit in commentariis Hegeſander, omniáque pericula ſe effugiſſe arbitraretur; (multa enim grauia in Ptolemæum dixerat, inter quæ & hoc erat; quòd Arſinoem ſororem vxorem duxiſſet, in non ſanctum foramen ſtimulum compellens.) Patroclus dux Ptolemæi ipſum in Cauno inſula comprehendens, iniiciénſque in figulinam plumbariam, inde in mare deduxit ac immerſit. Huiuſmodi eſt illius poëſis. Theodori tubicinis pater fuit Philvnus, in quem hæc ſcripſit; hic cum foramen detexiſſet poſterioris Sterquilinij, ex arbores ferente valle expulit tonitrum vanum: qualem ſenex arator, vbi relaxat boues. His omnibus poëtis grauior eſt Hilarædus nominatus, non enim lentiſcum arrodit; ſed veſte vtitur candida virili, aureáque corona coronatur, ac calceis antiquitus vtebatur, vt aſſerit Ariſtocles, at nunc crepidis. Vnà cum eo vel mas canit vel fœmina ſicuti cum tibia canente. Datur verò Hilarædo ac aulædo corona, non autem cantori, aut tubicini. At Magœdus appellatus habet tympana & cymbala, omniáque veſtimenta muliebria, lentiſcum arrodit, omniáque præter dignitatem facit: ac aliquando mulierem repræſentabat, aliquando mœchos, aut maſturbatores, nunc virum ebrium, laſciuéque ad amicam proficiſcentem. Hilarædiam ſcribit Ariſtoxenus, præter tragœdiam eſſe grauiorem, at magœdiam præter comœdiam. Sæpius autem comica argumenta capientes tragœdi ſecundum proprium inſtitutum ac diſpoſitionem retulerunt, Obtinuit autem nomen magœdia veluti à rebus magicis, quæ per eam proferebantur, quódque pharmacorum vires patefaceret. Erat antiqua quædam conſuetudo apud Lacedæmonios comici luſus, velut inquit Soſibius, non ſatis decora, veluti Spartes in his etiam frugalitatem perſeque

A ſequeretur. Nam quiſpiam ſurripientes poma in ſimplicibus verbis imitabatur, vel externum medicum qui hæc diceret, velut ita Alexis in refrigerata his verbis:

*Medicus catinum ſi ferat vernaculus*
*Huic mane ferte ptiſanæ, contemnimus*
*Statim. ferat ſi ptiſanam catinum & hunc*
*Miramur. ac betam ferat, contemnimus.* σευτλίον.
*Quòd ſi ferat betam, libenter audiunt.* τευτλίον.
*Sit alterum beta ac velut, beta alterum.*

## *Diceliſtæ, Thebani vocum inuentores.* CAP. VIII.

NOminabantur ij, qui luſus huiuſmodi obirent, Diceliſtæ apud Lacones; velut ſi quiſpiam mimos habitúſq; ſcenicos apparantes dixerit. Cõplures ſunt prõ locis appellationes forma Diceliſtarum. Nam Sicyonij phalliferos appellant, alij Autocabdalos, alij Temulentos, velut Itali: plurimi ſophiſtas, at Thebani, qui multa peculiaribus vocabulis nominare conſueuerunt, Volentes. Quòd nouas autem voces inueniant Thebani his verbis declarauit Stratis in Phœniſsis; φλύακας. ἐθέλοντας.
B

*Intelligis nil tota Thebæ ciuitas.*
*Nil prorſus, ipſa ſiquidem tu ſepiam*
*Opithotilan vt refertur nominas.*
*At Ortalicum gallum medicúmque nuncupas*
*Sactam: ſimul pontémque pontem: ficus &* φλέφυραν
*Ficus vocatur hirundines, cotilades.* γέφυραν.
*Manſúmque acolum ridere riſum emittere.* σῦκα.

Semus Delius in libro de Pæanibus quæ vocantur inquit τῦκα. Autocabdali coronati hedera ſenſim irrorabant, poſtea γλάμ. verò Iambi nominati ſunt, & ipſi & eorum poëmata, Ithyphalli vocati perſonam ebriorum habent inquit, floreáſque manicas habẽtes coronantur. Sagulis Semialbis vtuntur, atque Tarentino tegmine ſe ipſos ad talos vſque cooperiunt: ac cum ſilentio veſtibulum ingredientes vbi in media ſcena conſtiterint, ſe in theatrum conuertunt dicentes, agitè aſſurgite latum locum Deo concedite. Vult enim Deus rectus per medium conſperſus incedere. Phalliferi verò perſonam non aſſumunt inquit, at canos ex ſerpillo ἐκκριθῆμεν.

circumponentes, pæderotéſque ſupra hos imponunt, ac coronam denſam ex violis & hedera, tum pellibus caprinis circumiectis accedunt; alij quidem ex ingreſſu, alij ex obliquo venientes ac dicentes in rhythmo; C

*Hanc Bacche muſam ſplendidam damus tibi*
*Effundimúſque ſimplicem rhythmum tibi*
*Non ſimplici cantu, haud decorus virgini*
*Qui ſit profectò. nec prius hoc vſi ſumus.*
*Hymnum ſed integrum tibi ſarrauimus.*

Poſtea accurrentes eos irridebant quos conſtituerant, erectíque faciebant. Phallifer autem rectè ex aduerſo incedebat fuligine repletus.

## *De Amabeo citharœdo.* CAP. IX.

VErum quoniam huc vſque nobis oratio proceſsit, indignum prorſus fore putaui, ſi ea quæ noſtro tempore de Amebeo citharœdo acciderunt, relinqueremus: viro quippe iuxta muſicæ leges peritiſsimo. Hic cum tardius aliquando in conuiuium noſtrum aduentaſſet, vbi didiciſſet ex familiari quodam nos iam cœnaſſe, conſuluit quid ſibi eſſet agendum, donec Sophon coquus ad illum accedens elatiore voce eum allocutus, ita vt omnes Eubuli carmina ex Auge hæc audiuerint: D

*Quid ô proterue conſtitiſti in ianua?*
*Cur non abeſſunt nam diu viriliter*
*Diſcerpta membra his anſerum calentia.*
*Suúmque ſecta mox caro grauis fuit.*
*In ventre factus eſt medio tum circulus,*
*Euanuerunt trunculi hinc omnes ſtatim.*
*Sunt fruſta facta deliciæ farciminis.*
*Aſſata loligo comeſa mox fuit.*
*Comeſa ſunt nouem decem'ue pectora.*
*Quare relictus cum velis tu neſcier,*
*Sequare me, ne forte hians velut lupus*
*Deceptus horum ſpe ſtatim diffugias.*

Omnia nobis adſunt iuxta ſuauiſsimum Antiphanem, qui ſcribit in Philothebano; *Nam ſynonyma ei, qua*

*Anguilla nobis intus eſt Bœotia,*
*Concidíſque in cauis profundis cacabi*

Feruet

A *Feruet ſodalis,concitatur,bullit,&*
*Aduritur.nec æreas nares quidem*
*Si quis habeat ingreſſus,hic exire mox*
*Statim valebit,fumus hunc ita percutit.*
*Dicis coquum viuum,propinquus qui ſit huic,*
*Totum diem ac noctem nihil comederit,*
*Ac mugil exquammatus,illitúſque ſit*
*Simúlque quid curſus agens ad terminum.*
*Accurret vt clamans,puer ſtatim irrigat*
*Aceto.& inde thyrſus aſtitit Libys*
*Siccatus à radiis ſacratis Silphij.*
*Et poſtea quidam haud valere carmina*
*Dicunt?ego iam tres comeſos per. Deos*
*Dum tu refers hæc cerno.nam ſynonyma*
*Vna eſt leue habentis corpus ipſa ſepia,*
*Incedit armata enſiferis quæ manibus.*
*Loligo natura relicta candida*
*Carnis,colaphis carbonis ignita & ſimul.*
*Exultat auris corpus ipſum luteis.*
*Famémque cœnæ præuiam dein ſuſcitat.*
B *Quare ingredere,nec eſto tardus,cedito.*
*Nam perpeti quid eſt opus pranſos pati,*
*Si nos oporteat profectò incommodi.*

Qui concinnè admodum ei occurrens hęc ex Clearcho citharœdo pronunciauit;

*Vorato congrum candidum,ac tenacia.*
*Nutritur illis quando certè ſpiritus.*
*Tum vox fit ipſa præpotens nobis bona.*

Cum his applauſum eſſet, omnéſque illum vnanimes aduocaſſent, ingreſſus eſt, ac bibit citharámque accipiens, nos vſquadeo delectauit, vt omnes & citharæ pulſandæ celerrimam artem admiremur,& vocis cõcinnitatem. Nihilo enim minor mihi antiquo Amæbeo eſſe exiſtimatur, quem, in citharœdorum libro Athenis habitantium, ſcribit Ariſteas apud theatrum habitaſſe, qui vbi cantaturus exiret, Atticum talentum ſingulis diebus capiebat.

*

Muſicæ

## *Muſicæ laudes variæq; Harmoniæ.*

C

CAP. X.

CVm alia hi quotidie, alia alij de muſica dicerēt, omnes tamen diſciplinam ipſam laudarent, Maſurius bonus omnino & ſapiens, nullóque legum expoſitore inferior, ſemper in muſicis rationibus verſatus, pertractat tamen inſtrumenta etiam inquit. Eupolis comicus viri amici ſcribit:

*Res eſt profunda muſica atque flexilis,*
*Inuenit & ſemper nouum volentibus*
*Conſiderare.*

Quamobrem ait in Hyacintho Anaxilas:

*Vt Aphrica, affert per Deos & muſica*
*Sic ſingulis annis aliquam nouam feram.*

Magnus profectò eſt ô felices, iſque formoſiſsimus theſaurus muſica facultas omnibus viris qui eam didicerunt, ac in ea eruditi ſunt. Mores enim inſtituit, iracundiam mitigat, minúſque rectis mentibus moderatur: idcirco Clinias Pythagoricus, vt teſtatur Chamæleon Ponticus, cum & viuēdi ratione & moribus paulò eſſet difficilior, ſi quādo ob iracundiam ſe grauem eſſe ſentiret, lyram accipiens eam pulſabat. Ad percunctantes autem cauſam reſpondebat, mitigor. Achilles etiam Homericus cithara leniebatur, quam ſolam ex Eetionis ſpoliis Homerus illi permiſit, quæ illius iracundiam poſſet cohibere. Solo igitur hoc muſicæ genere vſus eſt in Iliade. Quòd morbi etiam muſica curantur, teſtatur Theophraſtus in libro de Afflatione numinis: vbi Iſchiacos ſcribit ſanos fieri ſi more Phrygio harmoniam aliquis indigena illis accinerit. Hanc harmoniam Phryges primi inuenerunt, atque in manus aliis tradiderūt. Quare efficitur vt tibicines apud Græcos Phrygij ac ſeruiles poſtea vocitentur: cuiuſmodi Sambas eſt, & Adon, & Telus apud Alcmanem. Apud Hipponactem Ceon, Codalus, & Bathys: de quo etiam extat prouerbium in eos qui ſemper peius tibia canunt: & Ceon aut Bathys modulatur. Ariſtoxenus ipſius inuentionem Hyagnidi Phrygio aſſcribit. Heraclides verò Ponticus libro de Muſica tertio neque harmoniam quidem appellandam eſſe Phrygium ſcribit, neque Lydium: cum tres ſint D

omnino

A omnino harmoniæ, ac tria Græcorum genera, Dorici, Aeoles, Iones: cum maxima ſit differentia inter horum mores, Cæteris Doricis diligentius Lacedæmonij patria inſtituta obſeruant. Theſſali verò, iſti enim generis initium ab Aeolibus acceperunt, ſimillimam prorſus viuendi rationem obſeruant. At Ionum plurima multitudo immutata eſt, quia ſemper à potentioribus barbaris imperantibus huc illuc transferuntur. Eam igitur melodiam inſtitutionem, quam Dorici conſtituerunt, harmoniam Doricam appellarunt, atque Aeolida eam harmoniam, quam Aeoles canebant. Ionicam tertiam dixerunt, quam audiuerunt cantari ab Ionibus. Harmonia igitur Dorica ſtrenuitatem magnificentiámque quandam præ ſe fert, non autem quidpiam hians & hilare, ſed triſte ac vehemens: neque varium, neq; verſutum. At Aeolum mos quiddam habet contumax, & ſuperbum, ac laxum præterea, quod eorum educationi equorum, hoſpitibúſq; accipientis aſſentitur. Non aſtutum quidem habet, ſed exemptionem ac fiduciam quandam, quo efficitur vt illis familiare ſit ſtudium potui indulgere, réſque Venereæ, atque omnis circa viuendi B rationem ipſam relaxatio, hinc accidit vt conſuetudinem ſeruent harmoniæ hypodoriæ vocatæ. Eſt autem ea, quæ dicta eſt Aeolis, ſicuti aſſerit Heraclides, Laſúſque Hermioneus in Hymno ad Cererem Hermionem hoc pacto: Cererem cano puellam Plutonis vxorem Melibœum hymnum, legens Aeolida ſimul grauiter frementem harmoniam. Has cantilenas hypodorias omnes concinunt. Quoniam igitur cantilena eſt hypodoria, & cãtilenas meritò Aeolida harmoniam eſſe Laſus atteſtatur. Scribit alicubi Pratinas,

*Nec quæ remiſſa, rurſus incitata, quæ eſt.*
*Sectare, quæ ſit Aeolum ſed per media*
*Arua Aeolixa cantibus profectus hinc.*

Et manifeſtius inquit in ſequentibus, Aeolis harmonia omnibus audacter loquentibus cantilena conuenit. Prius enim, vti dicebam, Aeolida ipſam vocarũt, ac poſtea hypodorium. Conſtituta eſt inter tibias, vt affirmant nonnulli, qui eam ſub Dorium harmoniã collocarunt: mihi verò videntur ij, qui faſtũ probitatiſq; ſimulatã in harmoniæ moribus viderunt, Dorium quidem ipſam non exiſtimaſſe. at illi

*ὑπὸ ſub. hinc ὑπο-δώριον.*

illi ratione quadam ſimilem, quare hypodorium appellarunt, ſicuti albo ſimile ſubalbum dicimus; atque non dulce quidē, dulci tamē propinquius ſubdulce dicimus: ſic etiam hypodorium non omnino Dorium. In ſequentibus verò Mileſiorum morem conſideremus, quem Iones oſtendunt in corporibus bene habentibus: ſuperbia, iracundiáq; ſunt pleni, difficulter reconciliantur contentioſi, nihil humanum, nihil ſuaue admittunt, duritiem ac aſperitatem oſtendunt in moribus. Quamobrem neque Ionicum harmoniæ genus floridum quidpiam aut iucundum, ſed auſterum durúmque habet, continet etiam quendam non ignobilem faſtum, quamobrem harmonia perſimilis eſt tragœdiæ. Præſentium verò Ionum mores ſunt delicatiſsimi, ac eo quod ſequitur multum, differt harmoniæ inſtitutum. Scriptum reliquit Pythermum Teium, obſcuras cantilenas in hoc ſuo genere harmoniæ feciſſe, atque cum poëta eſſet Ionicus, Ionicam harmoniam fuiſſe vocatum. Hic eſt is Pythermus, de quo mentionem fecit Ananius Hipponax hoc pacto in Iambis:

*Aurum refert Pythermus, atque nil aliud.*

Dicit autem ita Pythermus: nihil igitur erant reliqua, niſi aurum. Nónne & iuxta hanc rationem conſentaneum eſt vt Pythermus qui inde extitit, inſtitutionem cantilenarum fecerit, quæ moribus Ionum conueniat? Quare Ionicam non eſſe harmoniam cenſeo, at admirabilem potius quendam harmoniæ morem: ii ſunt igitur contemnendi, qui differentias ſecūdum ſingulas formas ſpeculari cognoſceréque minimè poſſunt. at ſonorum vel grauitatem ſequuntur, vel acumen, ac Hypermixolydum harmoniam conſtituunt, atque ſuper hanc rurſus aliam. Non enim Hyperphrygium quæ proprium peculiarémque morem habeat perſpicio, quamuis dicant nonnulli aliam nouam harmoniam Hyperphrygium ſe inueniſſe. Opus eſt autem vt harmonia formam vel affectus habeat vel moris, velut Locrenſis, qua vſi ſunt nonnulli eorum, qui Simonidis aut Pindari tempeſtate floruerunt: ac poſtea contemptui eſt habita. Sunt igitur tres harmoniæ veluti antea dicebamus, quot etiam numero ſunt genera. Nam cum Phrygia Lydiáque ſint apud barbaros, cognitæ fuerunt apud Græcos ex iis Phrygibus ac Lydis, qui con Pelope in Peloponneſum

A neſum venerunt. Nam Lydi eam ſecuti ſunt, quia Sipylus eſt in Lydia, Phryges verò non quia cõtermini quidem ſunt Lydis, ſed quoniam ipſis etiam Tantalus imperauit. Intueri licet autem vbique in Peloponneſo ac in Lacedæmone præcipuè magnos tumulos. quæ ſepulchra Phrygum dicuntur eorum, qui cum Pelope venerunt. Ab his igitur Græci has harmonias didiciſſe dicuntur: quamobrem Teleſtes inquit Selinũtius, primi Greci inter bibendum in tibiis aſſeclæ Pelopis matris montanæ Phrygiũ lege cecinerunt, iſti verò acuti ſoni citharæ canticis Lydium hymnum perſonarunt.

## *De muſicæ vtilitate.* CAP. XI.

NEque illud ſanè audiendum eſt, quod ſcribit Polybius Megalopolitanus, vt aſſerit Ephorus muſicam ad fraudes ac fallaciam ab hominibus fuiſſe excogitatam: neque Cretes Lacedæmonióſq; antiquos tibiam ac rhythmum temerè in bellum introduxiſſe pro tuba. Neque Arcades ſanè priſtinos muſicam in Rempublicam omnem B accepiſſe, ita vt non pueris ſolum, ſed adoleſcentibus ac iuuenibus etiam ad trigeſimum vſque annum neceſſe foret muſicam eſſe familiarem. Cum tamen in reliqua vitæ ratione maximè eſſent ſeueri. Apud ſolos Arcades igitur à tenera ætate pueri iuxta leges & hymnos & pæanas canere aſſueſcunt, quibus ex inſtituto patrio ſinguli Deos heroáſque indigenas decantare conſueuerunt. Poſt res huiuſmodi Timothei Philoxeníque leges ediſcẽtes ſingulis annis choreas ducunt cum tibicinibus Dionyſiacis in Theatris: pueri quidem in puerilibus certaminibus, at iuuenes in virilibus. Per totum autem vitæ ſpatium in communibus congreſsibus verſantur, non per introducta quidem acromata, at per partes ſibi ipſis viciſsim canere imperantes. Reliquas diſciplinas neſcire palam fateri nihil turpe eſſe apud illos exiſtimatur, at turpiſsimum eſſe apud illos cenſetur ſi quis canere recuſauerit. Nam embateria cum tibiis ordinéque exercentes, ſaltationibúſque ſtudentes cum publica & cura & ſumptu ſingulis annis in theatris conſpiciuntur. His rebus eos aſſueſcere antiqui voluerunt, non deliciarum quidem gratia, aut opulentię, ſed cum viderent

vitæ ſingulorum aſperitatem auſteritatémque morum, C quæ illis,ob aëris ipſius frigus ac ſpiſsitatem, quæ plurimum eſt in iis locis,eſt innata:quibus qualitatibus omnes homines ſimillimi eſſe cogimur.Hinc verò accidit vt iuxta gentiles differentias ac interualla plurimum inuicem moribus,formis,coloribus differamus.Huc accedit quòd publicis congreſsibus ac ſacrificiis homines & fœminas aſſueſcere voluerunt: choros ſimul virginum ac puerorum conſtituentes indomitum illud naturæ per conſuetudines domeſticum mitiúſque facere nitebantur. Sed his ad extremum reiectis,cum, vt plurimum eſt in Arcadia, aſperrimum haberent aërem,ad communes quidem congreſſus inter ſe, gloriæ cupiditatem accedebant, ita tamen facti ſunt effrænes atque ferini, vt maxima ſacrilegia apud illos ſolos reperirentur. At quo tempore plurimos iugularunt,ad quas ciuitates Arcadiæ in itinere ingreſsi eſſent, alij quidem omnes ſeipſos ſtatim dediderunt. Mantinenſes poſt eorum diſceſſum, ad ciuitatis purgationem conuerſi ſunt,atque circa regionem victimas in circulum deduxerunt. Agias muſicus Styracem ſcribit in Orcheſtris in ſuffitum combuſtam in Dionyſiis Phrygium ſentientibus D odorem efficere. Muſica antiquitus ad ſtrenuitatem incendebat:quare Alcæus poëta ſi quis & alius maximè muſices peritus,ea quæ ad ſtrenuitatem ſpectant poëticæ facultati proponit,atque magis quàm conueniat belli eſt ſtudioſus. Atque in his gloriatus inquit,ſplendet magna domus ære, omniáque tecta Marti ſunt ornata ſplendidis galeis, equinæq; criſtæ in hominum capitibus ſuper imaginibus nutant. Aerea tibialia abditis vallis ſplendida circumpoſita, arcus fortiter iaculans,thoraces ex nouo lino,concaua ſcuta percuſſa, iuxta ærei enſes, atque apud cingula multa & cyppatides,quarum nō licet obliuiſci, poſtea quàm in hoc opus primum exiuimus. At profectò magis fortaſſe conueniebat vt domus muſicis inſtrumentis eſſet plena, ſed exiſtimarūt antiqui maximam omniū politicarum virtutum eſſe ſtrenuitatem,atque plurima hac,non alia ratione, gubernari. Archilochus igitur cum bonus eſſet poëta primū ſe ciuilium certaminum participem fieri poſſe iactabat. At ſecundo loco de poëtica facultate,quæ ſibi aderat,mentionem faciebat cum dicat,

Mart

A *Martis me ſeruum capiunt Mauortia caſtra.*

*Sunt quoque Muſarum munera nota mihi.*

Similiter verò Aeſchylus etiam cum tantum gloriæ ac ſplendoris ob poëticam conſecutus eſſet, nihilominus voluit vt in eius tumulo inſcriberetur ſtrenuitas potius cum hæc fecerit;

*Indomitum robur referat Marathonia tellus,*

*Crinitus Medus dextera qualis erat.*

Robuſtiſsimi idcirco Lacedęmonij cum tibiis militare conſueuerunt: Cretes cum lyra, Lydi cum tibiis ac Syringibus vt teſtatur Herodotus. Complures ex barbaris etiam legationes de pace cum tibiis ac citharis faciunt hoſtium animos mollientes. Theopompus libro Hiſtoriarum quadrageſimo ſexto. Getæ inquit citharas habentes eáſque pulſantes legationes de conficienda pace faciunt: ex quo videtur Homerus quoq; antiquam Græcorum conſtitutionem ſeruaſſe, cum dicit;

*Conuiui citharam quam dij fecere ſodalem.*

Quaſi verò hæc ars conuiuiis etiam ſit accommodata. Erat hoc autem lege conſtitutum, vt par eſt, primum quidem vt
B ſinguli qui ad potum repletionémq; accederent, medicum laſciuiæ ac intemperantiæ muſicam acciperent, quæ audaciam ac temeritatem poſtea mitigaret. Nam cum animi mœrorem expurget facilitatem liberalémque hilaritatem operatur, ex quo Homerus Deos induxit muſica vtentes in principio Iliadis poſt de Achille contentionem, nam audiebant.

*Formoſam citharam, hanc manibus tenebat Apollo*

*Muſarum, vocem variantes hæq; canebant.*

Nam placari contentiones veluti dicebamus ſeditionéſque oportebat. Viſi ſunt verò complures diſciplinam hanc tradidiſſe correctionis vtilitatiſque gratia in congreſsibus, atque antiqui omnes & moribus & legibus conſtituerunt vt Deorum immortalium hymni in conuiuiis canerentur, vt his ad temperantiam honeſtatémque retinendam adhortaremur. Nam cum cantilenæ concinnæ eſſent, Deorúmque accederet ratio vniuſcuiuſque mores facile componi poſſe videbantur. Narrat Phylochorus quòd cum ſacrificarent antiqui non ſemper dithyrambos canere conſueuerant, ſed Dionyſum quidem canebant cum libarent inter vina &

ebrietatem, cum libarent Apollini & ſummiſſè canebant & cum ordine. Scribit igitur Archilochus;ſic regis Dionyſij pulchrum cantum dithyrambicum incipere noui, vini fulmine mentem percuſſus. Epicharmus etiam ſcribit in Philoctete; non eſt dithyrambus, non aquam bibis. Quòd igitur non popularis leuiorisque voluptatis gratia muſica reperta ſit, in conuiuia prius veluti nonnulli ſunt arbitrati, ex iis quę diximus, manifeſtum eſſe arbitror, Lacedæmonij etſi muſicam diſcebant, nihil dicebant omnino: ſed quod iu dicare poſſent artem rectè, omnes apud ipſos confitentur, atque ipſam deperditam ter apud illos ſeruatam eſſe dicunt. Confert muſica facultas ad exercitationem, mentiſque acumen; quare omnes & Græci & Barbari, qui aliquo cognitionis ſenſu præpollent, ipſa vtuntur. Quamobrem non parum ſcitè inquiunt ij, qui Damonem Athenienſem ſecuti ſunt, quòd ſaltationes ac odas adeſſe neceſſe eſt, cum anima moueatur; atque liberales, bonæq; animæ res huiuſmodi operentur: contrariæ verò contrarias actiones. Ex quo illud elegans profectò, atque eruditæ mentis eſt argumentum, quòd dicitur de Cliſthene Sicyoniorum tyranno; nam cum vnum ex ſororis procis cum labore ſaltantem vidiſſet, cui nomen erat Hippoclidæ, qui erat Athenienſis, eum ſuas nuptias ſaltaſſe inquit, cum animum quoq; hominis huiuſmodi eſſe exiſtimaret.

C

D

## *De ſaltationibus earumq́; figuris.*

## CAP. XII.

IN tripudiis omnibus ac inceſſu decorum profectò eſt & verecundia & ornatus, turpiſsimum verò immoderata licentia, & aſperitas. Idcirco à principio ſaltationes liberis poëtæ inſtituerunt, atque figuris vtebantur, quæ ſigna ſolum eſſent eorum, quæ canebantur. Nam & ingenuum & ſtrenuum in his ſeruantes geſtus ſaltantium nominarunt huiuſmodi. Quod ſiquis minus moderatè figuras effinxiſſet, atque cum eſſet in cantilenis, nihil iuxta ſaltationem dixiſſet, hic male audiebat, fiebátque famoſus: quamobrem Ariſtophanes ſiue Plato ita in ſcenis dixit, vt ait Chamæleon; quòd ſi quis rectè tripudiaret, erat ſpectaculum; nunc verò nihil faciunt, ſed veluti attoniti nunc ſtantes latrant.

ὑποϱχήματα.

Erat

A Erat enim per id tempus ſaltationis genus & decorum & magnificum in choris, atque id ferè, quod motiones, quæ fiunt in armis imitaretur. Vnde Socrates etiam ſcitè tripudiantes maximè eſſe idoneos rebus bellicis ſcriptum reliquit in poëmatis, vbi ita inquit;

*Qui rectè ſciuere choris decorare Deos, hi*
*Optimi & in bello.*

Nam quaſi armorum erat inſtructio ipſa ſaltatio, ac neque ſolum compoſitionis reliquæ argumẽtum, ſed certiſsimum etiam corporum diligentiæ. Amphion Theſpius libro ſecundo, de, vt muſæum in Helicone ageretur, inquit, puerorum ſaltationes ſtudioſè in Helicone: appoſuitq; antiquum illud epigramma:

*Vtraque perfeci: ſaltaui, hominesq; docebam in*
*Muſis tibicen regis erat Philaleus.*
*Bacchidas ego ſum Sicyonius: iſta supernis*
*Præmia pulchra Deis in Sicyone iacent.*

Non inſulsè autem Capheſias tibicen, cum ei ex diſcipulis imponeret quidam, vt magnũ valde modularetur, atque id curaret; percutiens inquit, non id magno bene, at in bene B magnum eſſe poſitum. Sunt verò antiquorum artificum imagines antiquæ ſaltationis reliquiæ, quare & ea quæ ad geſticulatricem ſaltationem ſpectant, ob hanc ipſam cauſam diligentius ſunt obſeruata. Nam & in hanc decoros motus & liberales conquiſiuerunt, in bene magnum exiſtimantes: hinc figuras in choros tranſtulerunt, ex choris autem in palæſtris. Nam & in muſica, & in corporum concinnitate ſtrenuitatem collocarunt, & cum cantu ad motiones eas quæ fiunt in armis exercebantur, vnde concitatæ ſunt Pyrrhichæ vocatæ: atque omnis ſaltationis huiuſmodi conſuetudo. Complura horum ſunt nomina velut apud Cretenſes Orſites ac Epicredia. Tripudium Apocinum vocatum, poſtea Mactrocinum appellarunt velut teſtatur in Nemeſi Cratinus, Cephiſodorus in Amazonibus, Ariſtophanes in Centauro, & complures alij: quod genus tripudij multæ mulieres ſaltarunt, quas noui Mactripias vocatas fuiſſe. Quæ verò ſaltationes firmiores magiſque variæ ſunt, Digiti dicuntur, Iambici, Moloſsica, Emmelia, Cordax, Sicinnis, Perſica, Phrygia, Nicatiſmus, Thracia, Calabriſmus, Teleſias.

Macedonicum tripudium id eſt, quo vtentes Ptolemæi familiares Alexandrum Philippi fratrem interfecerunt, vt Marſyas teſtatur libro tertio rerum Macedonicarum. Furioſæ ſunt ſaltationes Cernophora, Mongas, Thermauſtris. Erat apud priuatos etiam Florula nuncupata, quam tripudiabant cum oratione huiuſmodi, imitantes ac dicentes; vbi mihi ſunt roſæ? vbi mihi ſunt violę? vbi mihi eſt apium? apud Syracuſios autem peculiaris eſt & cantilena & ſaltatio quædam Loricatæ Mineruæ. Erat & quædam Ionica vinolenta ſaltatio, atque temulentam nuntiam ſaltationem diligenter exercebant. Nuncupatur & alia quædam ſaltatio mundi conflagratio, de qua meminit in conuiuio Menippus Cynicus. Ridiculæ ſunt ſaltationes Igdis, Mectriſmus, Apocinus, Sobas. Morphaſmus præterea, & Noctua, & Leo, farinarúmque effuſiones, carnium conciſio, elementa, Pyrricha. Saltabant cum tibiis Celeuſtæ tripudium, ac Tabellam vocatam. Figuræ ſaltationum ſunt hæ; Xiphiſmus, Calathiſmus, Callacides, Bubo, Scopeuma. Erat autem Bubo figura quædam proſpicientium, ſummámque manum ſupra faciem curuantium. Meminit Aeſchylus in Antiſtitibus; & antiquorũ tibi horum Scopeumatum. Callabidum mentionem fecit in Adulatoribus Alexis: venit ad Callabides. Seſamides Thaumaſtris excernit, Caterides, Cuſtos, manus prona manibus. Medipodiſmus, ligni aſſumptio, Epanconiſmus, Calatiſmus, Strobilus. Eſt Teleſias etiam vocata ſaltatio, quæ militaris eſt, ac nomen accepit à viro quodam Teleſia nominato: cum primus is ea armatus ſit vſus, vt Hippagoras ſcribit libro primo de Carthaginenſium Repub. Vocatur autem Satyrica ſaltatio, vt Ariſtocles ſcriptum reliquit libro octauo de Choris, Sicinnis, ac Satyrici Sicinniſtæ: quanquam ſunt qui dicant Sicinnum quendam barbarum eius inuentorem extitiſſe: alij Sicinnum Cretēſen fuiſſe malunt, nam ſaltatores ſunt Cretes etiam, vt inquit Ariſtoxenus. At Scamon libro Inuentionum primo Sicinnim ipſum tripudium à concutiendo dictum fuiſſe voluit, primúmq; Therſippum Sicinnim tripudiaſſe. Prima inuenta fuit ea motio, quæ ad pedes pertinet, quàm ea quæ ſpectat ad manus. Nam pedes in certaminibus magis exercebant maiores, atque in venationibus; Cretes verò venationibus delectantur, quare veloces

ſunt

A ſunt pedibus. Sunt quidam qui Sicinnim à motione nominatam fuiſſe aptè contendant, quam exercent Satyri, cum ſit velociſsima. Non enim habet affectus ipſa ſaltatio, quare neque emergit. Conſtituta verò fuit ex Choris omnis poëſis antiquitus, velut eiuſce temporis tragœdia, quare nō habuerunt Hiſtriones. Sunt autem tres ſaltationes poëſis, Scenicæ, Tragica, Comica, Satyrica. Similiter verò lyricæ poëſis tres ſunt ſpecies; Pyrrhica, Gymnopœdica, Hyporchematica: atque Pyrricha Satyricæ eſt perſimilis, ambæ ſiquidem cum velocitate exercentur. Pyrrhica verò militaris eſſe videtur, quam pueri armati ſaltabant: opus eſt autem velocitate in rebus bellicis & ad inſequendum & ad fugiendum, cum ita res tulerit, neque expectare conuenit, neque aliquando malos eſſe vereri. Gymnopædica tragicæ ſaltationi eſt ſimillima, quæ Emmelia vocatur, ac in vtraque & grauitas conſpicitur & dignitas. Hyporchematicam Comicæ comparari conuenit, quæ cordax nuncupatur, ioco plenæ ſunt ambæ. Scribit Ariſtoxenus Pyrricham à Pyrricho quodam genere Lacone appellationem conſecutam eſſe, ac his etiam temporibus Pyrrichum nomen eſſe Laconicum. Declarat ſaltatio ipſa cum ſit militaris, quòd B Lacedæmoniorum eſt inuentum. Bellicoſi ſunt Lacones, quorum etiam filij cantus Embateria ſuſcipiunt, qui etiam dicuntur Enoplia: ipſi etiam Lacones Tyrtæi poëmata in bello commemorantes concinnam faciunt motionem. Scribit Philochorus quòd cum Lacedæmonij Meſſenios deuiciſſent per Tyrtæi inſtructionem, conſuetudinem eam obſeruarunt, vt ſi cœnas eſſent facturi, ac Pæana cantaturi, ſingulatim Tyrtæi poëmata canerent. Imperatórque exercitus diiudicabat, carnémque dabat præmium victori. Pyrricha autem apud Græcos reliquos non perdurauit ad hæc vſque tempora, qua deficiente, militarem etiam diſciplinam euanuiſſe contigit. Apud ſolos Lacedæmonios ea permanet, quæ præexercitatio eſt ad bellum: nam omnes in Sparta ab annis quinq; Pyrricham diſcere incipiunt. At Pyrricha, quæ apud nos reperitur, Dionyſiaca quædam eſſe videtur, cum antiqua multò ſit lenior. Habent thyrſos ſaltantes haſtarum loco, quas in ſe inuicem iaculantur, feruláſque & lampades ferunt, tripudiántque quæ ad Dionyſium ſpectant, quæ ad Indos, quæ ad Pentheum canentes.

Collocandæ ſunt pulcherrimæ cantilenæ Pyrricha, rectiq; ac ardui rhythmi. Eſt autem Gymnopedica Anapalæ vocatæ ab antiquis perſimilis, quam nudi pueri omne ſaltabant, lationes quaſdam concinnas diſſecantes, ac figuras manuum quaſdam facientes iuxta tenerum, ita vt ſpectaculum quoddam antiquæ palęſtræ videretur atq; pancratij, dum pedes mouerent cum concinnitate. Sunt autem illiuſmodi Oeſchophorici ac Bacchici, ita vt hæc quoq; ſaltatio in Dionyſium referretur. Scribit Ariſtoxenus quòd antiqui cum prius in Gymnopædica eſſent exercitati prius quàm in theatrum accederent Pyrricham tripudiabant. Inquit igitur Bacchilides, non ſedis opus, neque moræ. At Pindarus; Lacæna virginum caterua: nam Lacones hanc ſaltationem tripudiant apud Pindarum; eſtq; ſaltatio Hyporchematica cum virorum tum mulierum. Sunt autem modi quibus tripudiantes vtuntur optimi: atq; ij ſunt huiuſmodi; proſodiaci, apoſtolici, nam & hi appellabantur virginei, & qui iis ſunt ſimiles. Hymnum enim nonnulli tripudiabant, alij verò minimè: vel hi in Venerem, & Bacchum, Pæana aliquando canentes tripudiabant, aliquando verò nequaquam. Sunt apud barbaros etiam, velut apud Græcos & bonæ & malæ ſaltationes. Nam Cordax labore plenus ac graui eſt apud Græcos, at Emmelia concinna; velut apud Arcades Cidaris, apud Sicyonios Aleter: ſic in Ithaca Aleter etiam nominatur, vt libro primo Comparationum ſcriptum reliquit Ariſtoxenus. Atque de ſaltationibus tot à nobis in præſenti ſint dicta.

## *De muſica antiqua.*

### CAP. XIII.

OBſeruabatur antiquitus muſicæ decorum, omniáque proprium maximéq; idoneum ſibi ornatum ex arte conſequebantur: quamobrem peculiares erant ad ſingulas harmonias tibiæ, tibicinibúſque ſingulis proprij calami, atque ad ſingulas harmonias in certaminibus accommodati comparabantur. Primus autem Pronomus Thebanus harmonias tibiis cecinit; ac nunc inconſulto, atque ſine ratione muſicam contrectare conſueuerunt. Erat antiquitus ignorantiæ argumentum à vulgo probari, quare, cum tibicini cuidam applauſum fuiſſet, commoraretúrq; in proſcenio

A nio adhuc Aſopodorus Phliaſius, quid hoc inquit? manifeſtum certè eſt ingens aliquod malum accidiſſe; quia non alio pacto à plurimis probaretur. Nec me ſanè præterit nonnullos exiſtimaſſe hoc dictum fuiſſe ab Antigenide. Noſtris verò temporibus ij, qui probati fuerint in theatris ſe artis ſummum attigiſſe arbitrantur, quare In commiſtis conuiualibus ſcribit Ariſtoxenus; rem ſimillimam facimus Poſsidoniatis iis, qui habitant in ſinu Tyrrheno, quibus accidit, cum prius forent Græci, Barbaris eſſe factis, cum Tyrrhenis aut Romanis ſint ſimiles, vocémque vnà cum reliquis ſtudiis immutauerint. Agunt feſtum quoddam Græcorum his etiam temporibus, atque in vnum conuenientes antiqua ipſa nomina & leges recenſere conſuerunt. Atque conquerentes inter ſe, lachrymantéſque diſcedunt. Sic nos etiam inquit, vbi theatra facta ſunt barbara vulgaríſque muſica magnam cepit differentiam, perpauci ſimul exiſtentes eam inter nos commemoramus cuiuſmodi eſſet. Hæc quidem ab Ariſtoxeno, mihi quoque idcirco ſtudendum eſſe videtur muſicæ: nam cum tantum nominis in philoſophia Pythagoras Samius con-

B ſecutus fuiſſet, omnibus cognitus fuit non vulgare ſtudium muſicæ præſtitiſſe; quippe qui vniuerſi mundi machinam ex muſicis rationibus compoſitam eſſe demonſtraret. Atq; videtur Græcorum ſapientia deníque per muſica theoremata præcipuè tradita fuiſſe. Apollinem idcirco omnium Deorum, Orpheúmq; omnium virorum muſicæ peritiſsimos ac ſapientiſsimos exiſtimarunt; omnéſq; eos qui hac ipſa arte vterentur, Sophiſtas appellarunt, ſicut Aeſchylus etiam fecit: poſtea Sophiſta rectè chelym pulſans: quòd familiariſsimam muſicam haberent antiqui, patefecit Homerus qui per totam ſuam pœſim, cum eam fecerit ad concinnitatem, non conſultò multa acephala fecerit carmina, & gracilia, & mutila. Xenophanes præterea, Solon, Theognis, Phocylides, Periandérq; Corinthius elegiacus: atque ex reliquis quicunq; non adducentes ad poëmata melodiam, carmina ad numeros faciunt, metrorúmque ſeriem, atque conſiderant quo pacto nulla acephala, gracilia, aut mutila faciant. Sunt autem imperfecta, quæcunque in principio claudicant;

*ἀκέφαλοι ſine capite.*
*λαγαροὶ ventre gracili.*
*μείουροι, tanquam pulli in deterius deſinẽtes.*

*Rates vt petiere, Helleſpontumq; adiere.*

*Bouis vincla iacent occiſi fortiter illis.* E

Gracilia in medio; vt:

*Pretinus Aenean Anchiſæ ſanguine cretum.*

*Ducebant hos Aeſculapij duo nati.*

Mutila ſunt ex eiectione; vt;

*Troibus inde pauor varium ſpectantibus eum*

*Serpentem exoritur.* Et:

*Caſsiopea, Deis ſuperis ſimilis eſt, pulchra.*

Inde;

*Hic vtrem ingentem replens tulit, atque viaticum.*

Maximè omnium Græcorum ſeruabant Lacedæmonij muſicam ipſam, qua plurimum vtebantur: atq; complures erant apud illos cantilenarum ſcriptores. Obſeruant nunc etiam antiquas odas diligentiſsimè, quarum & ſtudioſiſsimi ſunt, & peritiſsimi. Vnde Pratinas Lacon inquit: cicada felix in Chorum. Quare poëtæ etiã ſic odas nuncuparunt: ſuauiſsimorum hymnorum Prytanin, & cantilenarum melleas allas habentem Muſam. Nam ex vitæ temperantia, ac aſperitate libenter ſeſe ad muſicam, cum ſcientia ſit huiuſmodi, vt iucunditatem præbeat, conuerterunt. Fiebat igitur meritò vt audientes delectarentur. Appellauerunt Choragos eo tempore non hos quidem, qui velut nunc choros mercede conducunt: ſed eos, qui chori ſunt ductores, veluti inquit Demetrius Byzantius libro quarto poëmatis, ſicut nomen ipſum ſignificat, atque rectè muſicæ incumbere, neq; leges vetuſtas muſicæ præterire. Accidit verò vt Græci antiquitus muſicæ fuerint ſtudioſi. Cum poſtea ordinis confuſio eſſet inſecuta, omnéſq; ferè leges antiquæ conſenuiſſent: ipſa quoq; diſciplina diſſoluta eſt, muſicæq; mores abſoni emerſerunt, quibus ſinguli vtentes pro humanitate mollitiem, pro temperantia intemperantiam, animiq; diſſolutionem operantur. In peius etiam multò fortaſſe conuertitur atq; proruet, niſi quiſpiam muſicam ipſam ad patriam puriſsimúmq; ſplendorem rurſus reuocauerit. Nam & Deorum immortalium hymni, & Heroum ipſorum res geſtæ in odis antiquitus canebantur. Inquit igitur Homerus de Achille; canebat quippe laudes virorum Heroum. De Phemio etiam dicit. D

*Plurima norat enim hic oblectamenta virorum,*

*Facta Deûmq; hominumq; canit, quæ plurima cantor.*

Serua

A Seruabatur apud Barbaros etiam hæc conſuetudo, vt aſſerit Dinon in rebus Perſicis. Cognouerant profectò cantores primi Cyri ſtrenuitatem, atque bellum id, quod futurum erat contra Aſtyagem. Nam quando Cyrus in Perſas peregrinandum eſſe duceret inquit, prius in lictoribus res fuit, deinde ad armiferos venit. Cum conuiuaretur cum amicis Aſtyages, tunc vnà Angares quidam nomine aderat: qui cantorum omnium erat celeberrimus, accerſitus igitur & alia, quæ ſueuerat cecinit, & vltimo loco dixit, quòd fera ſylueſtri ſue multò audaci audacior in nemus accedit. Quæ ſi locis his imperarit, contra multos cum paucis facile pugnabit. Cum rogaſſet Aſtyages quæ fera? Cyrum Perſam inquit. Cum eum ſcitè ſuſpicatum fuiſſe putaſſet, aduocaſſétque, nihil perfecit. Cum multa adhuc de muſica dicturus ſim, ac multarum tibiarum ſonum audiam, iam plura recenſere ſuperſedebo, cum ea ſubdidero tibiarum amatoris Philetæri:

*O Iuppiter bonum eſt canenti tibia*
*Mori, licet ſolis quòd his apud inferos*
*Res Venereas exercuiſſe. moribus*
B *Quiſqualidis ſunt, muſicam quòd neſciant,*
*In perforatum vas tuliſſe oportet hos.*

## *De Sambuca & Magade.*

### CAP. XIIII.

CVm poſtea quæſtio de ſambuca naſceretur, Sambucam inſtrumentum eſſe muſicum acuti ſoni dixit Maſſurius, atq; diſſeruiſſe de ea Euphorionem ipſum verſificatorem in libro de Iſthmiis, quo Parthos vti inquit ne Troglodytas, cum ſit tetrachordum: atque ſcriptum fuiſſe de eo à Pythagora in libro de Mari rubro. Dicitur ſambuca etiam inſtrumentum quoddam vrbium expugnandis aptum: cuius figuram & apparatum declarat Biton in libro, quem ſcribit ad Atalum, de inſtrumentis. Andræas etiam Panormita libro trigeſimotertio rerum Sicularum contra ciuitatem quòd à duobus aſinis ad hoſtium muros aduеheretur inſtrumentum quoddam ſcribit quæ ſambuca dicebatur, atque vbi erigebatur fiebat nauis forma, ac ſcalæ cum vnum eſſet. Simile quidpiam & ſambucæ ipſius Scribit Moſchus libro primo Mechanicorum robuſtiſſ.

mum eſſe inſtrumentum, primúmque Heraclidem Tarentinum illius formam inueniſſe. Polybius libro Hiſtoriarum octauo Marcellus inquit Archimedis machinationibus impeditus in Syracuſiorum obſidione dicere conſueuerat Archimedem nauibus ipſius vti pro poculis ex mari, ſambucas verò quaſi ex potu cum verecundia alapis percuſſas excidiſſe. Cum dixiſſet interea Aemilianus, verum enimuero amice Maſſuri ſæpius & ipſe mecum cogito de Magadide vocata cum muſicæ ſim amicus, num tibiæ ſpecies ſit, an citharæ. Scribit enim ſuauiſsimus Anacreon quodam in loco; Cano viginti chordis Magadim habens ò Leucaſpis, tu verò es adoleſcens. Ion Chius in Omphale, veluti de tibiis ita loquitur; C

*Lyda & Magadis dux vocis eſto tibia.*

Quem iambum exponẽs Ariſtarchus Grammaticus, quem vatem Panætius philoſophus Rhodius appellauit, quia facillime poëmatum ſententias vaticinatur, Magadim genus eſſe tibiæ aſſerit: cum tamen neque hoc Ariſtoxenus in libro de Tibicinibus dixerit, neque in libro de Inſtrumentis ac tibiis, verum neque Archeſtratus etiam; nam & hic duos libros de Tibicinibus compoſuit. Neque in libro de Tibicinibus ipſe etiam Pyrander hoc dixit; neque Phillis Delius, qui & ipſe, & Euphranor, de Tibicinibus ſcripſit. At libro de Appellationibus ſecundo ita ſcriptum reliquit Tryphon; tibia Magada dicta. Et rurſus: Magadis acutum grauémque ſonum in eodem demonſtrat. Sic Alexandrides declarat in armato bellatore; D

*Magadim canam magnumq; paruumq; ſimul.*

Meam hanc dubitationem nullus eſt, qui, præter te, ſoluere poſsit optime Maſſuri. Qui inquit; Didymus Grammaticus in iis expoſitionibus, quas ſcripſit ad Ionem, Magadim amice Aemiliane tibiam cithariſteriam eſſe intelligit, de qua meminit Ariſtoxenus libro primo de Perforatione tibiarum, vbi quinque tibiarum genera eſſe inquit, virgineas, pueriles, cithariſterias, perfectas. Vel igitur deſit coniunctio aut Ionem, neceſſe eſt, vt ſit; Magadis cantant tibia Magadi accinens: nam Magadis inſtrumentum eſt cantilenis aptum, Lydorúmque inuentum vt aſſerit Anacreon: quamobrem pſaltrias Lydas eſſe ita teſtatur Ion in Omphale;

Verum

A *Verum vetuſtos ò Lydæ vos pſaltriæ,*
*Hymnos canentes hoſpitem decoraſtis.*

Theophilus Comicus in Neoptolemo cum Magade canere, magadizare ita dixit; malum filium,& patrem, & matrem Magadizare licet in rota ſedentes; nullus enim noſtrum idem cantabit carmen. Scribit Euphorion in libro de Iſthmiis Magadim antiquum eſſe inſtrumentum,atque tardè prorſus fuiſſe comparatam , vocatámque fuiſſe Sambucam : frequentiſsimum eſſe inſtrumentum hoc in Mitylene , veluti quædam ex muſis illud habuerit , atque à Lesbothemide antiquo ſtatuario factũ fuiſſe. Menæchmus in libris de artificibus Pectidem , quam Magadem eſſe inquit Sappho inueniſſe ſcribit. Aſſerit Ariſtoxenus Magadem & Pectidem ſine plectro ad vſum cantilenarum accommodari , quamobrem ſcripſit Pindarum in obliquo ad Hieronem Magadim cantum nominaſſe reſonantem:propterea quòd & virorum & puerorum habeat conſonantiam per duo genera , ac per omnia ſimul. Phrynichus in Phœniſsis;

*Aduerſa cantibus canentes carmina.*

B Sophocles in Myſis;

*Triangulus permultus eſt Phryx,vocis &*
*Aduerſa cantant pectidis ſynchordia.*

Dubitarunt nonnulli quo pacto cum Magadis eſſet temporibus Anacreontis , tarde viſa fuiſſe inſtrumenta multarum fidium dixerit Anacreon , vbi de ipſa mentionem facit ; Cano viginti chordis Magadim habens ò Leucaſpis. Narrat Poſsidonius eum trium modulationum mentionem feciſſe; Phrygiæ , Doriceæ, & Lydiæ : his enim ſolis vſus eſt Anacreon , quarum cum ſingulæ conſtarent ex ſeptem chordis , viſus eſt meritò is viginti chordis ceciniſſe ; atque paris numeri nomine vſus eſt vno adempto. Ignorat autem Poſsidonius Magadim antiquum eſſe inſtrumentum , cum manifeſtiſsimè dicat Pindarus Terpandrum barbitum inueniſſe , qui æquipolleret pectidi ei,quæ erat apud Lydos.Inuenit hunc terpander Lesbius primus aliquando in cœnis, cum Lydium cantum altæ pectidi æquipollentem audiuiſſet. Eſt autem pectis ac Magadis idem,velut teſtatur Ariſtoxenus,Menæchmúſque Sicyonius in libris de Artificibus : hic etiã Sappho inquit,

quæ

quæ antiquior fuit Anacreonte,primam pectide vſam fuiſſe affirmat. C Quòd autem Terpander etiam antiquior Anacreonte,fuerit ex his facile patebit; Primus omnium Terpander Carnea deuicit,vt author eſt Hellanicus,in verſibus Carneonicis,ac in ſoluta oratione.Conſtituta fuerunt Carnea feſta Olympiade vigeſima ſexta, vt in libris de Temporibus inquit Soſimus. Hieronymus autem in libro de Citharœdis, qui de poëtis eſt quintus, qui Lycurgi legiſlatoris temporibus floruerunt,Terpandrum fuiſſe inquit,qui ab omnibus vna voce prædicatur vnà cum Iphito Eleo primam Olympiorum depoſitionem connumeratam conſtituiſſe. Euphorion in libro Iſthmiorum inſtrumenta ſcribit multarum chordarum ſolis differre nominibus, ac eorum vſum eſſe antiquiſsimum.Diogenes Tragicus cum differre pectidem à Magadide ſcribat,ita inquit in Semele:

*Certè audiamus Aſiadis mitras ferentes*
*Cybeles mulieres,filias beatorum Phrygum.*
*Cum tympanis & ſonitibus,ac æreorum*
*Strepitu frementes manibus cymbalorum.*
*Sapientem Deorum hymnos canentem,medicámque ſimul.*
*Quæ liberauit Lydas,Bactriáſque virgines* D
*Apud fluuium colens,marinam Deam*
*Lauris denſo in nemore Mineruam honorate,*
*Cantibus triangulorum,pectidúmque Perſicarum.*
*Aduerſis vijs pulſantibus Magadim,hic Perſico*
*More recepta tibia conſona eſt choris.*

Narrat Phillis Delius libro ſecundo de Muſica pectidem à Magadide differre hoc pacto; Phœnici, Pectides,Magadides,Sambucæ,Iambi,Trianguli,Clepſiambi Scindapſi,Nouemchorda. In quibus Iambos canebant inquit, Iambicos vocarũt.At in quibus ſubdolis vtebantur in carminibus argumentis, Clepſiambos. Magadides verò per omnes ac ad æquas canentium partes accommodatas; atque alia erant præter hæc.Nam & barbitos, vel barmus, ac alia complura:quorum alia fides habebant,alia vt intus ſonarent, conſtituerant. Erant enim quædam præterea quæ inflabantur chordiſque intendebantur diuerſa, quæ ſolum ſtrepitum faciebant,veluti Crembala. De quibus Dicæarchus ſcribit in iis quæ de Græciæ vita conſcripſit, quòd patria eius loci eſſent. Cum aliquando inquit maximè mulieres tripudiare

A ac accinere delectarentur, inſtrumēta quædam inuenerunt, quæ digitis percutiebant; ſonorúmq; ſtrepitum faciebant, quod in Mineruæ cantilena declaratur, cuius principium eſt; Minerua cur tibi mens me in ſuauem ſomnum mitteret? vnde quiſpiam canebat; ſed aurata Crembala ærea manibus. Dixit his verbis Hermippus in Deis hæc percutere Crembalizare inquit; patellas ex petris abſcindētes Crembalizant. Narrat Didymus pro lyra nonnullos concutientes conchylia ac conchas concinnum ſonum quendam, ſaltantibúſque aptum efficere conſueuiſſe, quemadmodum in Ranis dixit Ariſtophanes. Scribit Artemon libro primo de Dionyſiaca ſepulchrali columna Timotheum Mileſium viſum fuiſſe vti compoſitione, quæ plures habebat chordas, quam Magadis, quare reprehenſus fuit apud Laconas, quia muſicam antiquam corrumperet: atque cum vellet quidam vltra conſuetudinem abundantes chordas abſcindere, demonſtraſſe aiunt Apolloniſcam eſſe apud illos, qui lyram habeat ad eandem formam cum totidem chordis. Duris in libro de Tragœdia Magadim appellatam fuiſſe ait à Magadie quodam Thrace. Apollodorus in reſponſo epiſtolæ B ad Ariſtoclem quod nos nunc pſalterium vocamus, inquit illud inquit eſſe Magadim. Vocatus verò Clepſiambus, eſt trigonus ac Elymus, ac nouem habens chordas, quæ rariora ſunt in vſu. Alcman Magadim deponere. Sophocles in Thamyra; pugiles, lyræ, Magadides, quæque inter Græcos ſunt ſuauiloqua. Teleſtes in Dithyrambo Hymenæo his verbis quinque chordas habuiſſe ſignificat; alius alium clangorem mittens cornuum vocem habentem excitauit Magadim in quinque chordarum numero, manum flectet reciprocam conuertens celeritas.

*De Phœnice, tripode, muſicis inſtrumentis, déque inuentoribus varijs muſicæ.*

## CAPVT XV.

COgnoui & aliud inſtrumentum, quo Thracum reges vtuntur in cœnis, vt affirmat Nicomedes in libro de Orpheo. Ephorus ac Scamnon in libris de Inuentis, id inſtrumentum Phœnicem vocant, quam appellationem conſecutum

ſecutum eſt,quia à Phœnicibus fuit inuentũ:Semus Delius C libro Deliadis primo cõtendit propterea quòd in Delo primum ipſius cubitus facti fuerunt, ſambuca inquit primam Sibyllam vſam fuiſſe,velut prædictus Scamnon:ac eam inuentam nominatam ab inuentore quodam ipſius Sambyce. De vocato tripode, quod etiam muſicum eſt inſtrumentum,ita ſcripſit ſuperius nominatus Artemon; cõplura inſtrumenta neq; vnde, neq; ſi fuerint omnino cognoſcitur: velut tripos Pythagoræ Zacynthij. Nam cũ viguiſſet per breue tempus, propterea quòd operoſus videretur ad manuum motum, vel alia quauis de cauſa, ſtatim relictus ac ſolutus quàm plurimos latuit. Erat verò Delphico tripodi perſimilis, ac inde nomen eſt conſecutus, vſũmque citharæ triplicis præbebat. Nam cum pedes in baſe quadam verſatili conſtituti fuiſſent,veluti poſitiones in circumactis curribus cernuntur,tria ſpatia media, quæ à pede diſtabant ad pedem chordis intendebat, ac ſingulis cubitum impoſuit. Inferius verò cum ad chordarum intentionem coaptauiſſet, ſuperiorémque lebetis ornatum communem, ac nonnulla addita ſunt, ita vt vrbana admodum fieret imaginatio, ſonúmq; redderet vehementiorẽ. Diuiſerat verò trium D ſpatiorũ ſingulis ſuas harmonias,Doricã ſcilicet, Lydiam, & Phrygiã. Ipſe verò ſedens ſuper ſede quadam ad hoc ſtudioſè fabrefacta, manúmq; ſiniſtram ad attingendum inſerens,ac altera manu vſus plectro,quum primũ harmoniam aliquam attigiſſe:,baſim continuò pede verſabat, quæ cum facile accurreret attingens vtebatur,tum rurſus aliud latus conuertebat.Ita verò celeriter baſis velocitas pede cõmotæ ſpatia ad ipſum adducebat ad manum, manúmq; celeritatem ita is exercuit,vt niſi quiſpiam quod agebatur vidiſſet, ſed ex auditu tantum iudicaſſet, ſe tres cithariſtas differentes, ac inter ſe conſonos valde audire arbitraretur: hoc inſtrumentum cum magnopere videretur admirabile, poſt illius mortem ſtatim defecit. Tenuem citharæ ſonum Ariſtonicum Argiuum, qui floruit Antilochi tempeſtate,Corcyræque habitauit,primum introduxiſſe,ſcriptum reliquit Menecharmus. Primus Lyſander Sicyonius cithariſta, vt inquit Philochorus libro tertio Atthidis, pſilocithariſtam mutauit,cum longos tonos intendiſſet,vocémq; feciſſet ſatis magnam.Sonum etiam citharæ,quo primi vſi ſunt Epigoni

A goni familiares, omnémq; intentionẽ adimens præſentem in pſilocithariſtis, colores optimos ipſe primus cum cithara cantauit, & iambos, tum Magadim Syrigmum vocatum inſtrumẽtum maiorum ſolus aſſumpſit, qui cum rem auxiſſet primus chorum conſtituit. Scribit Menæchmus Dionem Chium Dionyſi,ſpondeum cum cithara ceciniſſe. At Timarchus Steſandrum Samium narrat in rebus Cypriis artem ipſam plurimum auxiſſe, primúmque Homeri pugnas in Delphis cum cithara cantaſſe, ac incepiſſe ab Odyſſea. Sunt qui dicant Ametorem Eleuthernæum amatorias odas primum ceciniſſe apud Eleutherneos,cuius minores vocati ſunt Ametores.Scribit Ariſtoxenus quòd veluti exametrorum parodas nonnulli ad riſum inuenerunt,ſic primus Oenopas ad citharam cantus, vt ait Polydeuctus,& Achæus,& Diocles Cynætheus.

## *De cantilenarum malarum poëtis.*

## CAPVT XVI.

FVerunt malarum etiã cantilenarum poëtæ: de quibus ita ſcriptum reliquit Phanias Ereſsius in iis: quæ ad
B Sophiſtas conſcripſit; cum Telenicus Byzantius & Argas malarum legum eſſent poëtæ, ad propriũ quidem modum poeſis multa habebant prompta, at Phrynidis Terpandriq; leges neque paululum attingere potuerunt. Mentionem fecit Alexis de Arga hoc pacto in Apobata;

*Choros vincens poëta hic*
*Quarundam poëta cantilenarum grauium valde.*
*Ipſo Arga hic dies curſu melior.*

Anaxandrides in Hercule;

*Videtur eſſe quis profecto hic nobilis,*
*Exercitationis vt cepit locum*
*Sic conſonè,mox erudiuit quàm bene.*
*Expertus Arge te volo dimittere*
*Cum plenus ipſe ſim,timentem ac anxium*
*Vincas amice quo ſophiſtas tu quoque.*

Is verò, qui mendicos in Chionidem relatos compoſuit, mentionem fecit cuiuſdam Gneſippi hilaris muſæ luſus ſcribentis, ita inquiens:

*Non per Iouem hæc Gneſippus aut Cleomenes*
*Facerent nouem chordis vel ipſis dulcia.*

Ille

Ille etiam, qui compoſuit Hileotas, hunc à principio Steſichori, Alcmanis, & Simonidis carmina ceciniſſe ſcribit. Licet autem intelligere quòd hic Gneſippus cantilenas mœchis inuenit, quibus mulieres euocarunt, cum Iambycam haberent & trigonum. Cratinus in Mollibus; quis profectò me amorem nouit ò Gneſippe? ego ob multam iram neque ita fatuum neque vacuum quidquam eſſe arbitror. Carpit ipſum in bubulcis etiam ob poëmata. C A

*Qui non dedit poſcenti Sophocli Chorum.*
*Cleomacho autem; quam non dignum puto*
*Vt doceam, neque in Adonia.*

At in Horis; *Eat tragœdiæ*
*Cleomachi magiſter cum ſcalpentibus,*
*Habens chorum, lydios vellicantibus cantus*
*Malos.*

Scribit Teleclides in Solidis ipſum circa adulteria verſatum fuiſſe, Clearchus autem libro ſecundo rerum Amatoriarum, amatorias cantilenas, Locricáſque vocatas nihil ab Anacreontis Sapphúſque cantilenis differre inquit. Complura & Archilochi & Epicichlida Homeri carmina, quæ per conſonam metricámq; poeſim, habent aliquem horum D affectuum: ſic Aſopodori etiam ea quæ ſpectāt ad amorem, omnéque amatoriarum epiſtolarum genus; ad dialogum amatoriæ cuiuſdam poeſis pertinet.

## *Feſta, in quibus domini ſeruis ſeruiunt, Saturnalia, ſecundæ menſæ bellaria.*

## CAPVT XVII.

Cvm hæc à Maſſurio dicerentur, ſecundæ menſæ vocatæ nobis allatæ fuerunt, iam ſæpius quidem nobis datæ, at non Saturnaliorum quidem ſolum diebus, in quibus mos eſt apud Romanos vt familiaribus conuiuium exhibeant, ipſique ſeruorum officio fungantur. Eſt autem Græca hæc conſuetudo; nam per Mercurialia feſta hoc ipſum fit in Creta, velut teſtatus eſt Caryſtius in Hiſtoricis commentariis. Nam conuiuantibus ſeruis Domini illis ſeruiunt atque miniſtrant. In Trœzene verò Geræſtiones menſe per multos dies fit conuentus, quorum in vno ſerui cum ciuibus vna ludunt aſtragalis; & ſeruis

Do mini

A Domini conuiuium præbent, vt aſſerit Caryſtius. Beroſus autem libro Babyloniarum rerum primo ad XVI. Calendas ſeptembris ſcribit feſtum Saceam vocatum per dies quinque agi in Babylonia, in quibus mos erat vt ſerui Dominis imperitarent, atque vnus eorum educebatur ex domo ſtolam regiæ ſimilem indutus, quem Zoganem appellabant. Mentionem fecit huiuſce feſti Cteſias libro ſecundo rerum Perſicarum. Contrarium his faciunt Coi, vt libro rerum Coarum tertio narrat Macareus. Nam cum ſacrificant Iunoni, ſerui in conuiuium non ingrediuntur, quamobrem ſcribit Phylarchus:

*Surij ſoli quidem liberi ſacrificant,*
*Homines apud illos liberum diem habentes.*
*Seruorum nullus prorſus ingreditur vel paulum.*

Baton Sinopeus Orator in Oratione de Theſſalia ac Hæmonia declarat apertè Saturnaliorum feſtum Græcum eſſe, quod ita ſcribens, Peloria apud Theſſalos vocari inquit, cum ſacrificium Pelaſgis commune fieret, virum quendam Pelaſgo ſignificaſſe, cui nomen erat Peloro, quòd terræmotibus magnis in Hęmonia factis, montes Tempe vocati fra
B cti ſunt, atq; diſrupti, ac per interuallum aqua ſtagni erumpens influit in Penei fluentum, & omnem regionem, quæ prius ſtagnum fecerat, eſſe denudatam: tum aquis exiccatis & magnitudine & pulchritudine admirabilem planitiem apparuiſſe. Cum igitur audiuiſſet Pelaſgus menſam copioſè magnificéque ornatam Peloro parauit, ac appoſuit, alij autem perhumanè amplectentes contulerunt ſinguli, ſi quid optimum haberent, ac in menſam nuntiāti depoſuerunt: ipſe verò Pelaſgus miniſtrabat promptè, & alij, qui in dignitate erant conſtituti, ſeruiebant: velut ſingulis tempus concederet. Referunt idcirco vbi regionē ſunt conſecuti ſacrificantes Ioui Pelorio menſas ſplendidè paratas apponere eos conſueuiſſe ad illius feſti imitationem: atque ita amicè beneuoléq; fieri conuentum, vt vel omnes peregrinos in conuiuium excipiant, vinctóſque ſoluant, ac ſerui cum omni licentia accumbant, & epulentur, dum domini illis ſeruiunt. Atque nunc etiam omnino Theſſali maximum feſtum agentes Pelorium vocitāt. Cum ſæpius igitur nobis, vt paulo ante dicebam, appoſitæ fuerint ſecundæ menſæ huiuſmodi, inquit ex prꝗſentibus quidam:

*Curæ ſecundæ doctiores ſunt enim.* C

*Quid nam requirit menſa? non grauatur huic.*
*Obſoniorum ponticorum plena ſtat.*
*Adeſt vituli mollis caro quàm plurima.*
*Simul dapes ſunt anſerinæ plauſibus*
*Dignæ, facile quæ digerantur, optimæ*
*Apis rigatæ ſplendidè bellarijs,*

Inquit Euripides in Creſsis. Sic & Eubulus dixit in Beatæ:

*In ipſo erunt videnda prorſus omnia,*
*Nam ſunt Athenas aduocata: botryo,*
*Rapæq;, mala, cum pyris, teſtes, roſæ,*
*Cicer, chorium fauíque, iura, meſpila*
*Cum lacte, ſortes, myrta tum calentia,*
*Agni, ac hyacinthus, & clepſydra, ſcriptáque*
*Cum legibus.*

Cum de ſingulis quæ apponebantur dicturus eſſet Pontianus, non prius de his audiemus inquit Vlpianus loquentẽ, quàm de ſecundis menſis dixeris. Tum Pontianus: bellaria dixiſſe Philippidem in auaro dixit Crates hoc modo;

*Bellaria, oua, tum placentæ, ſeſama*
*Totum diem mihi ferenti deficiunt.* D

Diphilus in Teleſia:

*Bellarium placenta, myrta, amygdalæ.*
*Ego libenter vtor his bellarijs.*

Sophilus in Depoſito:

*Eſt ſuaue cum Græcis viris ſemper*
*Cogere rem iucundam, nec duos*
*Cyathos clamauit quis effunde. laſciuire*
*In tanagricam oportet, vt ibi*
*Declinatus bellaria habeat aſininas mattyas.*

Bellaria ipſa metadorpia in his Plato appellauit: omnino ſuauis viſa eſt terra habitantibus, & noſtrum fructum plurimum attulit, magnámque arborum fructuum copiam, atque quæcunque metadorpia voluptatis ſunt ſolatia. Scribit autem Tryphon antiquam fuiſſe conſuetudinem, vt ſingulorum portiones bellariorum in menſis poſitæ eſſent, priuſquam conuiuæ ingrederentur, ac poſtea complura, eáque varia inferri conſueuiſſe, vnde dictæ ſunt illationes.

ἐπιφορή-ματα. Phylyllius in foſſore puteorum de ſecundis menſis verba faciens inquit: amygdalæ, nuces, illationes. Archippus in

Herc

A Hercu le:ac Herodotus libro primo. Atq; bellariis frui dixerunt,ſecundis menſis vti ac iterum cœnare:quas Archippus in Hercule vxorem ducente his illationes appellauit: itriis,aliiſque illationibus onuſta. Herodotus libro primo: cibis perpaucis vtuntur, at illationibus multis. Illud verò quod dictum eſt per prouerbiū,Abydena illatio, finis quidam eſt,vt inquit Ariſtides libro Prouerbiorum tertio.Plato in Menelao bellaria ipſa vocat Epitrapezomata, quaſi epulas menſis impoſitas:ita inquiens, dic mihi quám pauca reliqua ſunt epitrapezomata? hic enim diis inuiſus ipſa comedit. Ariſtoteles in libro de Ebrietate, bellaria ab antiquis appellata fuiſſe inquit * nam bellaria eſſe ſecundas menſas. Eſt autem Pindarus qui dixit,cœna ceſſante ſuauia bellaria, ac apud puerum abundantem cibum. Licet enim verè iuxta Euripidem appoſita intuenti dicere: vides quàm iucunda ſit vita menſa lauta parata. Patefecit Pindarus in Olympionicis quòd magnificè exquiſitæ menſæ ſecundæ erant apud antiquos,vbi narrat de Pelopis carnium conciſione:in menſas ſecundas carnes tuas partiti ſunt,ac ederunt:mihi verò inopē, guloſum felicium quendam dicere.
B Antiquiores autem menſas ſimplici modo dicebant,vt Achæus in Vulcano Satyrico.

*Conuiuium prius euuabimus,vt adeſt,*
*Loco ſecundo mulceas ne tu modo.*
*Vngam tibi vnguentis odoris corpus: &*
*Nec in manus lympham dabo certè prius.*
*Profecto menſa deferetur hinc procul.*

Ariſtophanes in Veſpis: aquam in manus,menſas inferre. Ariſtoteles in libro de Ebrietate ſecundas menſas, veluti nos, ita appellauit: exiſtimandum quippe eſt eodem pacto bellaria à cibo differre, quo dapes differunt ab epulis: hoc enim nomen proprium eſt Græcis ac patrium: quando in bellariis cibos appoſuerunt. Non igitur maledixiſſe is videtur, qui primus ſecundam menſam nominauit: ſic enim ſecundæ menſæ bellaria ſunt quædam, ac bellaria altera cœna apponitur. Dicæarchus libro primo deſcenſus Trophonij ita ſcribit: acceſsit ſecunda menſa, quæ multum præbet ſumptum in cœnis:coronæ,vnguenta,ſuffimenta,quæque hæc aſſequi conſueuerunt. Dabatur ouum etiam in ſecunda menſa,velut lepores, turdique cum pla-

τράγημα βρώματος διαφέρει. καὶ ἴδιωμα τρωγαλίων.

centis mellitis inferebantur, vt teſtis eſt Antiphanes, ita C
inquiens in Leptiniſco;

*Vinum Thaſium liberes tibi ſi effuderet*
*Quis.erga amygdalas habes pacificè*
*Molles valde,ob quas ad mel alludere vis cogit.*
*Mellitas placentas ſi tibi afferat,ederem.*
*Et ouum abſorberem,* * at in Similibus:
*Poſt introduxit choream,ſiue ſecundam menſam.*
*Et appoſuit onuſtam bellarijs multiplicibus.*

Amphis in muliebri inſania:

*Iam diu audiuiſti,vitam vnctam*
*Poſce,conſequi licet manifeſtè.*
*Ametes,vinum dulce,oua.ſeſamum,*
*Vnguentum,corona,tibicinas,ò Dioſcuri.*
*Nomina duodecim Deorum percurriſti.*

Anaxandrides in Ruſticis:

*Cepi coronam,menſa lata tum fuit.*
*Dapes habens tot,quot nec ante per Deos*
*Nec per Deas vidi,nec ipſe mox ſcio.*
*Sic aßidens tunc,vtilis non ſederam.*

Clearchus in Pandroſo; D

*Cape aquam in manus:nequaquam,bene habet,cape bone.*
*Nihil peius puer,impone menſæ nuces ac bellaria.*

Eubulus in Campylione:

*Bellarijs eſt menſa plena nam tibi.*
*Bellarijs non lætor ipſe per Deos.*

Alexis in Polyclea,eſt Polyclea amicæ nomen:

*Scitus fuit vir qui prior bellaria,*
*Conuiuij moram venuſtam repperiti*
*Habere maxillas nec vnquam inutiles.*

In ſimili etiam, qui idem actus velut Antidoti circum-
fertur:

*Amicus haud cœnæ ipſe per Aeſculapium.*
*Bellarijs ſed gaudeo magis.bene*
*Bellarium cognoſco,quòd ſponſi ſolent,*
*Vbi petunt ſponſam refers,molles ei*
*Ametas,& turdos dediſſe,tum lepores.*
*Condita poſco talia iſtis gaudeo*
*Obſonijs,ac iure lætor,ò Dei.*

Scribit Pamphilus quòd Apion ac Diodorus bellaria poſt
cœnam

A cœnam data Epeclea vocari dixerunt. Ephippus in Ephebis: Chondrus,poſt ingreſſum eſt vnguẽtum Aegyptium. Vas quoddam apertum eſt,poſtea itria bellaria poſuit. Pyramus,ames,ouum,Hecatombe:hæc omnia machinati ſumus, edimus ſic robuſtè, quæcunque habebamus. Nam & paraſitos quoſdam pauimus,& in Cydone,& poſt cœnam, acini punici mali,cicer,faba,chondrus,caſeus,mel, ſeſamides,brachus, brygmus,mnus,pyramides,malum,nux, lac, cannabides,conchæ,ſuccus,Iouis cerebrum. Alexis in Philiſco:ſumenda menſa,lauare dandum,afferenda corona,vnguentum, libamen, thus,craticula, bellaria danda etiam, attingenda placenta.

## *Philoxeni citherij menſæ ſecundæ.*

## CAP. XVIII.

SEd quoniam ſecundarum menſarum mentionem faciens in cœna Philoxenus cytherius,multa ex iis nominauit,quæ nobis ſunt appoſita, agitè iam de his etiam recenſeamus. Prius accedentes ſplendidas nauiculas multorum bonorum plenas intulerunt, quas diurni menſas appellant,at immortales cornu Amaltheæ.In mediis conſtitutum eſt magnum mortalibus gaudium alba medulla ſuauis tenuibus peplis, Arachnéſque ſimilibus aſpectum tegens ob pudorem, ne laborioſum pecus videas, vbi neceſſe eſt ſiccum in ſiccis Ariſtæi multifluis fontibus. Hoc autem mollum nominarunt. Manibus verò impoſuerunt in os mollibus captum,& quod quis dederit mortalis bellaria appellant. Poſtea diſtribuit tritum illatum toſtum. Epulas omnes ſimul miſtas. * Aderant his turbinatæ cõchæ calidæ,Chæniræ numero infinitæ ſimul coctæ,mellitæ placentæ cum ſeſamo coctæ abundantes,amylus melle lactéque permiſtus. Bellaria, ouáque, amygdalæ virentes multis ſuauibus horis,ac mollia habentes folia, nucéſque,& alia quæ felici ac diuiti conuiuio merito adeſſe conſueuerunt. Potus inter cottabos varióſque ſermones perficiebatur. Hic verò varius ac verſutus quidam ludus dictus fuit,quem primum admirati ſunt, poſtea etiam fecerunt. Hæc dicta ſunt à Philoxeno Cytherio, quem laudans Antiphanes in Certatore tertij ordinis inquit:

*quædam hic præ-termiſimus, quæ non ſatis patebant, quæ in ſecũda editione forſitan explanabimus.*

FF 3

*Multò poëtis omnibus præſtantior* C
*Philoxenus nam nominibus ille vtitur*
*Vbique propriis, & ſimul communibus.*
*Hic & figuris ornat, & coloribus*
*Verſus peritè, inter viros Deus fuit.*
*Cognouerat ille muſicam verè, vt decet.*
*Qui nunc hederæ, vel fontibus qui carmina,*
*Qui floribus fecere, vano nomine*
*Fecere; coniungunt aliena carmina.*

## *De Placentis.* CAP. XIX.

CVm nomina placentarum varia multa tradiderint, eorum quotquot mihi in memoriam venient, tibi receſere non moleſtum erit. Noui Callimachum in tabula commentariorum multiplicium Aegimij, Hegeſippi, Metrobiique de placentarum faciendarum ratione connumeraſſe, ac etiam Phætæ. Nos autem nomina ea placentarum, quæ deſcripſimus tibi impertiemur. Non eo quidem modo, quo, cum Alcibiades Socrati placentam miſiſſet, eámque deriſiſſet Xantippe, inquit Socrates, neque tu igitur portionem habebis. Hoc narratum fuit ab Antipatro libro de Iracundia primo. Ego verò cum placentarum ſim ſtudioſus, diuinam illam placentam iniuria affectam non paruifeci. Sic igitur inquit in poëta Plato Comicus mentionem faciens; Solus non guſtaui timidus ego, ſum ſine placenta, ſine thure. Neque pagi ſanè ſum immemor Placentæ vocari, vt aſſerit Demetrius Scepſius libro duodecimo Troici apparatus, à Thebis ſubiectis montibus, quam ſex ſtadiis diſtare ſcribit. At contrahenda eſt placenta dicentibus in recto, quandoquidem ex placenta eſt contractum; ſicut caſeus, caſeus: Seſamus, ſeſamois. Dictum eſt autem quod ob panis inopiam, optimas placentas licet in Pario comedere Helleſponti, quòd ij qui peregrinati ſunt, atteſtantur. Errauit autem Alexis qui dixit ex Paro: nam ita ſcribit in Archilocho inſcripto: D

πλακοῦς ἀπὸ πλακόεντος. μυκτικῶς. τυρόεις τυροῦς.

*Fortunate parum felicem qui colis ò vir*
*Quæ duo terrarum gignit ſola optima paſſim,*
*Ornatum ſuperis lapides, hominíque placentas.*

Quòd Samiæ etiam placentæ fuerint egregiæ, teſtatur in

Bac

A Bacchidis procis Sopater ridiculorum ſcriptor: placentarum opificem Samum vocatam. Mentionem fecit Menander in Mentito Hercule de placentis infuſis:

*Nec candylum feciſſe par eſt, ac neque*
*Quæ tu ſoles. condire nec in vnum ſimul*
*Me, ſimilaginem: cuncta nam contraria*
*Nunc ſunt. coquus infuſas placentas efficit*
*Coctas, & affert chondron elixauit vt*
*Poſt ſalſamenta, poſt racemos, hinc thria.*
*Aſt artifex opponitur carnes coquens*
*Turdóſque.*

Euangellus in Detecta:

*Menſæ quatuor*
*Sunt fœminarum, ſex virorum quas refers.*
*Perfecta prorſus cœna, nilque deficit.*
*Nam nuptias optamus eſſe ſplendidas.*
*Ab altero non accipio. ſed vidi ego.*
*Quotuis oliuarum genera mox excipe.*
*Eſt captus in carnes tibi porcellus, &*
*Vitulus, ſues, lepores, ſuperbus vt vir eſt*
*Hic execrandus: caſeus, currens puer,*
B *Infuſa, cum thriis, ſimúlque candylum,*
*Oua, amylúſque denique*
*Menſa altitudo tres ſupra vlnas, tollitur*
*Qui cœnat, vt mox eleuet, ſi quid cupit*
*Cepiſſe.*

Ames placentæ genus. Antiphanes; ametes, amyli. Menander in Hypobolimæo, ametem Chæriſpi vre Cattim aliquam. Iones verò Amem appellant, vt teſtatur Silenus in Linguis, ac exiguas placentas ametiſcos. Teleclides ſponte ſua turdi cum ametiſcis in os aduolarunt. Diaconium etiam eſt placenta: Pherecrates ob inſatiabilitatem diaconium compoſuit habens Amphiphôtem. Amphiphon placenta Dianę ſacrata, habet in circulo cōbuſtas faculas. Philemon in Mendico: Rhodia amica Diana domina amica hunc tibi Amphiphontem fero venerãda, & libamen. Meminit de ea Diphilus in Hecate: Philochorus Amphiphontem ipſum vocari & Dianæ ſacra ferri, ac in triuia ſcribit: quoniam eo die luna in occaſu ſub ſolis ortu deprenditur, ac cœlum fit Amphiphon. De Baſynia meminit Semus li-

bro Deliadis ſecũdo, vbi Hecate in inſula Iride ſacrificant C inquit vocatas Baſynias. Eſt autem farina triticea ſubacta cum melle cocta, coccoráque vocata, carica, nuces tres, panes ſubcineritij, & neelata. Meminit de his in Oratione pro Cteſiphonte Demoſthenes Orator, de Corona item. De Infuſa Nicochares in, ex opera manuum viuentibus:

*Panéſque maxas, & farinas, collices,*
*Pultémque, popanum, tum ſimul infuſam, obeliam.*
*Ptiſanam, placentas, dendalides, tagenias.*

Putauit Pamphilus Attanitam eam eſſe, quę Infuſa appellari conſueuit. Mentionem fecit in his Hipponax de Attanite; non feles, & lepores deuorans, non tagenias ſeſamis miſcens, neque Attanitas intingens melle. Creium placenta, panis eſt, quem ad ſponſum afferunt à ſponſa: aſſatur verò ſuper carbonibus, atque amici ad eum conuocantur: tum cum melle apponitur, vt in Inordinatis teſtatur Philetas. Clycinas placenta quæ cum paſſo ac melle fit apud Cretenſes, vt in linguis aſſerit Seleucus. Eſt etiam Empeptas, vt idem ſcribit, panis triticeus concauus ac concinnus: crepidibúſque vocatis perſimilis, in quas placentulas per ignem paratas imponunt. D Encrides bellaria in oleo cocta, ac poſtea melle intincta. Mentionem fecit his verbis etiam Steſichorus: Chondrum, Enchrides, aliáque bellaria, & mel recens. Meminit & Epicharmus, & Nicophon in ex opera manuum viuentibus, Ariſtophanes in Danaidibus; & poëtam ipſum eſſe facit in his, neque currum eſſe Encridipolam. Pherecrates in Crapatalis: hæc cum habeat, in viis Encridas rapiat. Epicyclia placenta quædam ita vocabatur apud Syracuſios, de qua in terra & mari mentionem fecit Epicharmus. Quòd Gurus genus eſt placentæ teſtaur Solon in Iambis:

*Bibunt, ſimul veſcuntur, hi quidem itria,*
*Panes at illi: miſtus eſt his lentibus*
*Gurus, nihil deeſt ibi ex bellariis.*
*Quotcunque tellus educat mortalibus,*
*Benigna, cuncta prompta ſunt hic omnia.*

Cyribanas placentas quaſdam nominauit Apollodorus de Alcmane: ſimiliter verò Soſibius libro tertio de Alcmane.

A eas figuris ornatas eſſe dixit, ac Lacones his vti in mulierum conuiuiis,circunferrique conſueuiſſe,vbi pręparatum encomium virginis, quæ confectæ ſunt in choro puellæ, cantaturæ ſunt. Eſt crimnites placenta quædam, quæ facta eſt ex farina paulo craſsiore, vt affirmat Iatrocles in libro de Placentis. Stætitas placenta eſt quędam ex polline melléque confecta, cuius mentio fit ab Epicharmo in Hebes nuptiis. Eſt autem pollis farina conſperſa in ſartaginem coniecta cum melle, ſeſamo, caſeóque miſto, velut teſtatur Hierocles. De Chariſio placenta meminit in conuiuantibus Ariſtophanes: ego noſtram placentam Chariſium mittam veſperi. Eubulus in Ancilione velut de pane ita de eo ſcripſit; peſtrinxiſti nuper pinſeus Chariſiū. Epidętrum cruſta eſt placentarum, quam comedunt inter cœnandum, vt aſſerit Philemon in libro de Atticis nominibus. Eſt Nanus etiam panis placentæ ſimilis cum oleo ac caſeo præparatus. Pſothia friabilia. Pherecrates in Crapatallis capiet in inferno trioboli Crapatallum ac pſothia. Apollodorus Athenienſis, Theodorúſque in linguis, ſcribunt pſothia id eſſe quod ex pane abraſum eſt, quod etiam Attàgari vocantur.

B Eſt Iſtrium etiam bellarium cum ſeſamo ac melle factum. Meminit de illo ita Anacreon: Itrium tenue infringens pranſus ſum, viníque cadum bibi. Ariſtophanes in Acharnenſibus: placentæ, ſeſamuntes, itria. Sophocles in Iride: ego fame laboro, cupidè itria aſpicio. Amoræ placentæ mellitæ. Philetas in inordinatis: Amoras panes dulciarios coctos vocari affirmat. Tagenites, placenta cum oleo in ſartagine cocta. Meminit de illa Magnes, ſiue is, qui relatas in eum comœdias compoſuit, in ſecundo Dionyſio: Tagenias calidas obſeruato bullientes, vbi illis mel infundis. Cratinus in legibus: rorem emittens mane calidas tagenias. Ceruus placenta eſt, quę ex farina, melle, & ſeſamo fiebat in Mineruę ſacris. Naſtus placentæ ſpecies, quæ habet intus cōdimenta. Chorja dapes ſunt facta cum lacte & melle. Amorbites placentæ genus eſt apud Siculos. Alij ita apud Coos placētas omnes vocari dicunt, vt Iatrocles teſtatur. Seſamides bellaria ſunt in circulum facta melle & ſeſamo, oleóque irrigata. Eupolis in Adulatoribus: qui cum Gratiis verſatur, ad Callabidas venit, ſeſamides excernit, mala ex-

creat. Antiphanes in Deucalione; ſeſamides, aut mellitas placentas, vel ſimile quidpiam. Meminit & Ephippus in Cydone, præpoſuimus autem teſtimonium. De Mollis mentionem fecit Heraclides in libro de Sanctionibus: in Syracuſis inquit in perfectis Themoſphoriis Ephebœa muliebria confici ex ſeſamo & melle, quæ à Siculis Molli nuncupantur, & ad Deas afferuntur. De Echino, Lynceus Samius in epiſtola ad Diagoram ea conferens, quæ egregia fiebant in Attica cum iis quæ in Rhodo, ita ſcribit: Ametis famæ ſecundum menſam Echinum nouum introducens aduerſarium, de quo nunc in capite: Cum tu acceſſiſſes, atque iuxta leges quæ ſunt in Rhodo compoſuiſſes, egóque diligentius conſiderauerim pluribus tibi declarare conabor. Scribit Heracleon Epheſius cotyliſcos placētas quaſdam ſic nominari, quæ ex tertia Chænicis parte fierent. de Chœrinis meminit Iatrocles in libro de Placentis, quas à nuncupato pyramunte ait differre, & à vocata pyramide: quam fieri ſcribit eſt toſto tritico, melléque irrigato: proponuntur verò in vigiliis pernoctanti præmia. Scribit in panifice inſcripto Chryſippus Tyaneus has eſſe placentarum ſpecies ac genera: Tarentinum, Craſianum, Siculum, Cluſtrum, Iulianum Apicianum, Canopica, Perlucidum, Cappadocicum, Hedylium, Maryptum, Plicium, Guttatum, Montianum. Hanc placentam dimidium caſei ac vini miſtionum habere inquit. Suauius fit enim Cruſtum Cærianum, Cruſtum Tuttatum, cruſtum Thaboniacum. Muſtacia ex mulſo, muſtacia ſeſamata, Cruſtum purium, Goſgloanium, Paulianum. Placentulæ hæ fiunt ex caſeo: infuſa, ſcirbæteus, ſubityllus, fit autem ſubityllus ex alica. Spira verò & ipſa fit ex caſeo. Lucuntli, argyrotryphema, libus, circus, æxaphas cruſtus, placentæ. Fit & placenta Oryzites ait. At phithæs placenta ita fit; caſeum exprimens terito, ac in æreum cribrum coniectum excolato, poſtea mel iniicias, heminámque farinæ ſiligineæ, in vnúmque mollias. Catillus ornatus dictus à Romanis fit in hunc modum: cum lactucas laueris, eas incidito, ac vinum iniicias in mortarium, tum lactucas contundito: ſuccum poſtea exprimito, ſiligineáque farina conſpergito. Vbi verò paulò poſt concidere permiſeris, iniiciens modicum

A dictum adipis ſuillis ac piperis contundito: tum rurſus vbi contriueris lagana producito, ac cum læuia feceris, ſtatim concidito, & lixato deinde in oleo calidiſsimo: mox conciſa in colum iniicito. Sunt alia placentarum genera: oſtracitis, attanitæ, amylum, tyrocoſcinum caſeum rectè exprimens in vaſculum ponito: poſtea cum æreum cribrum ſuper impoſueris caſeum ipſum ita ſinito. Vbi verò eſurus eris, mellis quantum ſatis videatur ſuperiniicito. Hypotyrides hoc modo conficiuntur, mel in lac coniectum exprimito, tum in vas coniicito, ſinitóque vt coaleſcant, ſi verò cribra perexigua tibi adſint, in ea vaſculum verſato: ſerúmque effluere ſinito, atque vt tibi videbitur res compacta, vas capiens in argenteum vas imponito, erítque deſuper coctio. Sin exigua cribra nō adſint, nobis flabellis quibus ignis agitatur, vtere: nam & illa erunt ad vſum accommodata. Coptoplacentam faciunt in Creta inquit hoc pacto, quæ poſtea Gaſtris etiam nominatur: nuces Thaſias, & Ponticas, & amygdalas, papauer præterea, quod cum torrueris diligenter curato, mox in mortario ſtudioſè contundito: cum fructus hos miſcueris, ſubigito: mox melli

B cocto piper multum addito atq; mollito. Fiet autem ob papauer nigrum, tum verò dilatans tetragonum facias. Tum ſeſamum album cum triueris, cum melle cocto mollito, duóq; exigua lagana producito, alterum quorum ſupponito, alterum ſuperimponito, ita vt in medium redigatur, tum ipſum concinnè aptato. Hæc à bellariorum ſapientiſsimo Chryſippo dicta fuerunt. Vocatam apud Alexandrinos Pancarpiam nominauit Harpocration Mendeſius in libro de Placentis. Sunt autem itria contuſa & cum melle cocta: atque poſt coctionem in ſphæræ modum compoſita, pertenui charta ligantur, quò conſiſtant. Ita de pulto mentionem fecit Alcman; pultum fabale iam præbebit, albúmque legumen; cereúmque fructum. Eſt autem fabale omnium generum ſemina in paſſo cocta, vt ait Soſibius; legumen lixatum triticum; cereos fructus mel vocauit. Ita in terra & mari ſcribit Epicharmus: pultum coquere matutinum. Mentionem fecit in transfugis Pherecrates de meliceribus vocatis his verbis: velut hœdorum, olere ex ore meliceras. Cum hæc ita dicta fuiſſent, ſapiens inquit Vlpianus: vnde vobis eru-

*papauer herbæ ſpecies cuius radix letifera, corpus ſuaue, ac dulce, de qua fortaſſe cum annotationes fecerimus.*

ditiſ

ditiſsimi grammatici, aut ex qua bibliotheca grauiſsimi C
apparuerunt iſti Hiſtorici Chryſippus, & Harpocration? qui bonorum philoſophorum nomina ſuorum nominum ſimilitudine deturparunt? aut quis ex Græcis heminam nominauit? vel quis amyli mentionem fecit? huic occurrens Larenſius heminam norunt ij inquit, qui poëmata in Epicharmum relata compoſuerunt: atque ita dicitur in inſcripto Chirone, bibere aquæ duplum, duas heminas. Scribit Ariſtoxenus libro octauo legum ciuilium, quòd cum viri illuſtres ac celebres hæc falsò Epicharmo aſſcripta fecerunt. In inſcriptam Rempubl. Philochorus Axiopiſtum ſiue genere Locrũ, ſiue Sicyonium, tum Chryſogonus tibicen, canones ac ſententias perfeciſſe aſſerit: eadem ſcribit Apollodorus. Meminit de amylo Teleclides hoc pacto in Solidis:

*Amo placentam ego calentem, odi achrades.*
*Lætor leporibus in amylo iacentibus.*

Cum hæc audiſſet, ait Vlpianus, quoniam Coptam vos quandam vocatis, quam nobis in menſa poſitam eſſe perſpicio, declarate nobis ô Lychni, quis ex illuſtribus autoribus huius nominis mentionem fecerit. Tunc ait Democritus: porrum marinum Cœtam appellari ſcribit libro ſeptimo Georgicorum Dionyſius Itycæus. Meminit Clearchus Solenſis hoc pacto in libro de ſcripturis, de appoſita nobis mellita placenta, cum vaſa dicere iubentem inducat ſimilia, tripos, olla, Lychnum, actæa, bathrum, ſpongus, lebes, mortarium, ſcapium, lecythus, ſporta, machæra, catinus, crater, rhaphis. Rurſúſque obſoniorum nomina: faba elixa, lens, ſalſamentum, piſces, rapa, allium, caro, thunnus, ſalſugo, cepa, carduus, oliua, capparis, bulbus, fungus. Similiter vero bellaria: ames, placenta, entiltus, Itrium, roſaceum, cicer, ſeſamum, copta, racemus, carica, pyra, perſica mala, mala, amygdalæ. Tot dicta ſunt à Clearcho. Sopater verò ridiculorum ſcriptor in actu Portis inſcripto inquit: quis innumeri papaueris coptas inuenit? vel quis voluptates bellariorum cneci & tritici com miſcuit? habes coptam optimè mei diſcuſſor Vlpiane, quam conſulo vt peredas: qui nihil poſtea moratus illam captam comedit. Cum riderent omnes, ait Democritus, ſed non iuſsi tibi vt ederes ô nominum veſtigator, ſed ne ederes.

A res. Nam peredere habes apud Theopompum comicum in Phineo his verbis:

*Ceſſa puer luſiſſe talis, vtere*
*Blitíſque poſthac, ventrem habes nanque aſperum.*
*Ediſſe piſces conuenit ſaxatiles.*
*Eſt lora conſultantibus certè optima.*
*Quam digerere res inde ſit faciliima.*

Vtuntur etiam hoc pereſſe pro ab aliquo partem quampiam edere, velut in militibus Hermippus: hei mihi miſero, mordet, mordet, peredit mihi ſenſum.

## De piſtacijs, connaro, paliuro, pyris. CAP. XX.

CVm his captus fuiſſet ac grauiter morſus Syrus, adſunt nobis inquit profectò pſittacia etiam in menſa, quæ ſi tu dixeris apud quem ponantur, tibi dabo non aureos decem, quidem ſtatueres, iuxta Ponticum inſanum: ſed dabo tibi hoc poculum. Cum taceret Democritus, ſed quando ait tu dubitas, ego te docebo, Nicander Colophonius in Theriacis mentionem faciens eorum, inquit:

*Pſittacia aſsimiles truncos onerare videbis*
B *Prorſus amygdalinis.*

Scribitur autẽ & aſtacia, cum amygdalæ eſſe videãtur. Poſſidonius Stoicus ita inquit lib. Hiſtoriarũ tertio: ipſum fert Perſium Arabia & Syria, ac biſtacium vocatum: qui fructus racematus eſt albo cortice, ac longus, lachrymíſq; ſimillimus, atque vuarum cõſuetudine vicifsim cohæret. Quæ interitus ſunt, virẽt: minúſq; bonũ habent ſuccum quàm nux pinea, at melioris ſunt odoris. Fratres verò qui Georgica conſcripſerunt, hæc inquiunt libro tertio: & ſi axinũ & terebinthũ. quæ Syri nunc piſtacia vocarũt: atq; hi per p, piſtacia dixerũt. At Nicander aſpirauit dixítq; phiſtacia. Poſsidonius biſtacia. Cũ circunſpiceret præſentes, dum hæc diceret, laudémq; cõſequeretur: ego quidem certè de reliquis omnibus adiacẽtibus verba faciã, vt me ob multarum rerũ cognitionẽ admiremini, atq; de cõnaris prius apud Alexandrinos vocatis verba faciam, ac de paliuris. Meminit de iis Agathocles Cyzicenus his verbis lib. Hiſtoriarũ patriç tertio: cum in ſepulchrũ fulmẽ irruiſſet, arbor ex tumulo pullulauit, quam illi connarũ nominant. Eſt autem planta vlmi piceæq; magnitudine, nihílq; minor, Trũcos habet frequen

quentes & oblongos,ſpináſq; paulũ prominentes: folium C eſt tenerum ac viride,phyæq; ſimillimũ. Fructum bis quotannis producit, Vere ſcilicet ac Autumno, qui dulcis eſt omnino,& oliuæ oleaſtríque fructui ſimilis. carnẽ oſſq; illi ſimile habet:at differt ſucci voluptate, cuius fructus etiam viridis comeditur. Vbi verò ſiccatus fuerit,farinas cõficiũt ex eo,quas calcant,ac nõ pinſunt:neque aqua irrigant, ſed male qualia ſunt natura. Paliuri ramũ dixit Euripides in Cyclope.Theopõpus libro Philippicarum vigeſimo primo mentionẽ fecit de iis,& Diphilus Siphnius medicus in libro de iis quæ ab ægrotãtibus & ſanis ſunt comedenda. De his memini prius ô viri amici.nõ idcirco quidem quòd nobis ſint appoſiti,ſed quoniam ſæpius in ſecundis menſis in pulchra Alexandria appoſitos comedi: atque cum horum nomen quæſitum fuiſſet,hic in librum incidi, ac decerpſi. Dicam igitur deinceps de appoſitis pyris, quando ab ipſis ἄπια pyra. Apia vocata fuit Peloponneſus,quòd ibi planta huiuſmodi plurima reperiretur,velut Iſter aſſerit in rebus Argolicis. Quòd pyra conſueuerint in aqua conferre in conuiuia, teſtatur his verbis Alexis in Breutia,

*Fame laborantibus*
*Nunquid viris noſtri pyra adiacentia* D
*In multa aqua? vidi profectò ſæpius.*
*Num ſinguli ergo deligunt ſumpturi ea,*
*Matura quæ ſint & magis natantia?*
*Sic quippe.*

## *De Amamallidibus,epimelidibus,malo punico.* CAP. XXI.

NOn ſunt autẽ pyra amamallides,veluti arbitrati ſunt nonnulli,ſed quiddam dulcius, atque nucleo carens lignoſo. Scribit Ariſtomenes in Dionyſio,Chius non noſti quòd facit amamallides?quòd autem quiddam ſuauius ſit quod differat à pyris,declarauit Aeſchylides libro Georgicorũ tertio,vbi ita ſcribit de Ceo inſula, optima pyra fert inſula,quæq; cum amamallidibus conferri poſſent,quæ in Ionia naſcũtur:ſunt enim & ſuaues & dulces, lignoſóq; carent interius. Aethlius lib.v.montium Samiorum;ſi modo legitima ſunt eius commentaria, Homomelides appellauit.Pamphilus in libro de lingua & nominibus, Epimelis inquit

A inquit genus eſt pyri. Ariſtophon in libro Georgicorum phocidas genus eſſe pyrorum aſſerit, malorum verò punicorum aſpera grana habentium. Mentionem fecit in Georgicis Ariſtophanes de lignoſo carentibus, & in non feneſcente, farinæ præterea, ac mali punicæ. Dicitur autem diminutiue rhœdium, ſicut bucula. Antiphanes in Bœotia: mihi ex agris afferre mala punica aſpera grana habentia. Epilycus in Furunculo, mala, & mala punica inquis. Alexis in Procis, malum Punicum ex eorum manu. Quòd autem Bœoti Sidas malos punicas vocant, ita declarat Agatharcides lib. xix. rerum Europicarum, Cum de regione contenderent Athenienſes cum Bœotis, atque de confiniis eius loci, quem Sidas vocant, Epaminondas ex ſiniſtra malum punicum capiēs abditum, cum cauſam eſſet dicturus, id oſtendens, ab eis percunctatus eſt, quo nomine ab ipſis id diceretur, cum illi dixiſſent malum punicum, at nos Sidas inquit vocamus. Locus autem hic frequentiſsimam habet hanc plantam, ex qua etiam primum ſibi nomen vendicauit: atq; victor euaſit. Menander rhœdia ipſa nominauit inde ſe ipſo pœnas ſumente, hoc modo: nam poſt pran- B dium ſic amygdalas ego appoſui, rhœdiáq; comedimus. Dicitur Sida & planta quædam ibidem, quæ punicæ eſt ſimilis, quæ naſcitur in ipſa ſtagni aqua apud Orchomenum: cuius frondibus pecudes veſcuntur: germina ſues comedūt, vt aſſerit Theophraſtus lib. iiij. Hiſtoriarū de plantis, qui etiam ſcribit, ſimile quiddam naſci in Nilo ſine radicibus.

ῥοίδιον, quaſi puniculum.

## *De Palmulis, & Loto* CAP. XXII.

ITa ſcribit de palmulis Xenophon libro ſecundo Aſcenſus, Aderat multus cibus, vinúmq; palmularum, obſoniorúmq; ex illis coctum, at ipſi palmarum fructus ſeruis huiuſmodi apponebantur, cuiuſmodi apud nos viſuntur: dominis verò appoſiti erant electi, & ob pulchritudinem magnitudinémq; admirabiles. Aſpectus nihil ab electro differebat. Has palmulas nonnullis ſiccantes bellaria apponere conſueuerunt. Erant ſuaues quidē inter potandum, caput tamen infeſtabant. Herodotus ita ſcribit libro primo, vbi de Babylone differit: Sunt ibi palmæ, quæ in vniuerſa planitie plurimę naſcuntur, quarum plures ſunt feraces ac fœcundæ, ex quibus cibum, vinum, & mel cōficiunt,

quas

quas etiam more ficuum curant: ex palmis enim eis, quæ mares dicuntur, fructum capientes palmis fœcundis eum alligant, quo ipſe culex fructum ingrediens ad maturitatem perducat, ac ne palmulæ decidant ex arbore: gignũt enim mares culices in fructibus, velut etiam groſsi conſueuerunt. Simillima his, quæ ab Herodoto ſcribuntur, diſſerit de loto dicta in Lybia Polybius Megalopolitanus hoc pacto libro Hiſtoriarum duodecimo, quam ſeipſum vidiſſe dicit: Eſt arbor loti non magna, at & aſpera eſt, & ſpinis armata, foliúmque habet viride, exiguum, rhamnóque ſimile, at latius & craſsius. Fructus verò & colore & magnitudine ſimilis eſt à principio albis myrti fructibus perfectis, vbi verò creuerit colore fit puniceus, magnitudinéque ſimillimus oliuis rotundis, ac vbi perfectus eſt, exiguum habet nucleum. Vbi factus fuerit maturus eum colligunt. atque hunc quidem famulis cum condro cædentes in vaſcula conſtipant, illum autem deligentes, óſque eximentes eodem modo liberis pararunt, atque ſic his veſcuntur. Eſt autem hoc epulum ficui perſimile, atque palmarum fructibus, odoris tamen ſuauitate iucundius. Vinum fit ex eo fructu irrigato, atque cum aqua contuſo, quod guſtu quidem eſt ſuaue, voluptatémque affert, ac ſimile eſt mulſo, quo ſine aqua vtuntur: at non poteſt per maius ſpatium decem dierum perdurare, quo fit vt paulatim id faciant, veluti vſus ratio poſtulat. Faciunt ex illis acetum etiam. Melanippides Mileſius ita fructum in Danaidibus palmulas nominauit, vbi de illis mentionem facit, Inferorum quidem non autem hominum geſtabant, neque formam ipſam muliebrem habebant, ſed in curribus ſellas habentibus exercebantur. * ſæpius feræ mentem delectantes: ſacram thuris lachrymam, odoriferáſque palmulas, caſiámque teneram peſſundantes, Syriæ terminos. Scribit Ariſtoteles ita in libris de Plantis, Palmarum enorchorum, quas Eunuchos nonnulli appellant, alij autem enucleatos, Vocauit fructum palmulam Hellanicus etiam in Ammonis aſcenſu, ſi legitimum eſt commentarium, & Phormus comicus in Atalantis. Tot habui, quæ vobis dicerem, de palmulis Nicolais dictis, quòd nomen hoc inde conſecutæ ſunt, cum allatæ eſſent ex Syria à Sebaſto quodam Imperatore ſocio Nicolai Damaſceni, qui

*ἔνορχος habēs teſticulos.*

A qui palmulas ei aſsiduè mittebat, cum is Sebaſtes mirum in modum hoc epulo delectaretur. Cum vnus eſſet ex Peripateticis Nicolaus hiſtoriam multam conſcripſit.

## *De caricis.* CAP. XXIII.

INter caricas maximè Atticæ admiratione dignæ putabantur, quamobrem ſcripſit Dinon in rebus Perſicis; apponebantur in regis ipſius menſa, quotcunque epulas terra producit, ex qua primum ſumit rex ex ſingulis, quaſi initiaretur. Neque vllo vel potu vel epulo externo vti reges oportere exiſtimatur, ex quo lex etiam lata eſt. Nam cum quidam ex Eunuchis inter reliqua bellaria Atticas caricas aliquando intuliſſet, interrogauit cuiates eſſent, vbi verò Atticas eſſe intellexit, iuſsit obſonatoribus ne emerent, donec ei non liceret capere vbi vellet, non autem emere. Fama eſt hunc eunuchum ſedulò id effeciſſe, vt illi in memoriam reuocaret in Athenas eſſe militandum. Alexis in nauis gubernatore; ingreſſæ ſunt caricę Athenarum inſigne, ac thymi quidam faſciculi. Lynceus in ea epiſtola,
B quam ad Poſsidippum comicum ſcribit, inquit in tragicis; Euripidem nihil à Sophocle differre affectibus arbitror, at inter caricas Atticas alias longe excellere. Ac in epiſtola etiam ad Diagoram ita ſcribit; terra autem caricis Chelidoniis vocatas Brigindaridas apponens, quæ nomine quidem barbaricæ videntur, at non minus illis, ſi ſuauitas ſpectetur, videbuntur Atticæ: Phœnicides in odio habita:

*Dixere myrti, mellis inde encomia:*
*Tum veſtibulorum, caricæ quarto loco,*
*Guſtaui eas ego profectò enauigans:*
*Tum veſtibulum, nihilq; prorſus horum erat,*
*Quod quis queat conferre cum bonis cibis*
*Atagenis.*

In his perquirendum eſſet quæ nam ſit atagenis commemoratio. Philemon in libro de Atticis nominibus Aegilidas pulcherrimas caricas vocari inquit, ac Aegila populum eſſe quendam Atticæ, ab Aegilo heroe quodam nominatum. Chelidonias etiam caricas vocari eas, quæ nigræ ſunt ac rubicundæ. Theopompus in Pace Tithraſias caricas lau-

dans inquit;

*Mazæ,placentæ,caricæ Tithraſiæ.*

Ita magno ſtudio caricæ apud homines omnes dignæ putabantur, (nam iuxta Ariſtophanem nihil caricis eſt dulcius,) vt Amitrochates Indorum rex ad Antiochum ſcripſerit, vt caricas, paſſum, ſapientémque obſonatorem ad ſe mitteret. Reſcripſit ad eum Antiochus, vt teſtatur Hegeſander, caricas ac paſſum ad te quidem mittemus, ſapientem vendere non eſt legibus permiſſum apud Græcos. Quòd caricas toſtas comedebant, teſtatur Pherecrates hoc pacto in Corianno:

*Toſtas mihi ſed affer ipſe caricas.*

Poſt pauis interpoſitis;

*Non caricas feres nigras?intelligis?*

Inter Mariandynos ipſos barbaros nigræ caricæ ollæ vocantur. Noui autem Pamphilum etiam genus quoddam caricarum Proſcinidas dixiſſe.

## *De racemis.* CAP. XXIIII.

COmmunem eſſe racemum, omnibus exploratum eſt. De vua meminit ita Crates libro ſecundo linguæ Atticæ in antiquis hymnis, quamuis nomen Aſiaticum videatur, atque pro racemo vuam adeſſe hoc pacto dixit;

*Ipſis ornantur læti nigrantibus vuis.*

Quòd apud Homerum etiam reperitur, omnibus manifeſtum eſſe cenſeo. Plato libro octauo legum & racemos nominauit, & vuas his verbis; Qui agreſtem fructum guſtauerit, vel racemos, vel ficus prius quàm tempus accedat vindemiæ, aut comes eius Arcturus, ſiue in ſuis, ſiue in alienis locis, quinquaginta ſacras drachmas Dionyſo debeto, ſi vel ex ſuis, vel ex vicinorum locis decerpſerit, minam: ſi ex aliorum, duas minæ partes. Quicunque verò generoſam vuam dictam, vel nominatas generoſas ficus decerpere voluerit, ſiquidem ex ſuis plantis cœperit, & quomodo & quando libuerit, decerpito. Si verò ex alienis, legibus non obtemperans; quo id non moueat, quod non depoſuerat, ſemper in eum animaduertatur. Hæc quidem diuinus Plato. Ego rurſus quænam ſit & vua & ficus generoſa percunctor. Tempus verò poſtulat vt vos perquiratis, donec ego

A ego de reliquis appoſitis diſſeram. Tunc ait Maſurius, neque in craſtinum reiicere conuenit, neque in perendinam diem. Generoſas optimi generis philoſophus appellauit, ſicut Archilochus; accede optimi es generis; vel certè innatas: nam & Ariſtoteles pyros iniunctas, inſitas nuncupauit, & innatas. Demoſthenes in Oratione pro Cteſiphonte; colligens ficus, racemos, oliuas. Xenophon in Oeconomicis; dulces vuas à ſole fieri. Sciebant autem ij etiam, qui ante nos fuerunt racemos in vino compoſitos. Eubulus in Agglutinato; Sed capiens mero percute, frequentes dato, ipſúmque cogito racemos complures ex vino comedere. Is autem qui Chironem fecit, in Pherecratem relatum, inquit;

*Amygdalas, & mala, mox & vnedonem,*
*Apiumq́; vini tum racemos, myrtaq́;,*
*Necnon medullam.*

Quòd omnium generum fructus egregij erant Athenis, teſtatur Ariſtophanes in Horis. Quid igitur admirabile dixit Aethlius Samius libro quinto Samiorum terminorum, cum dicat, quòd ficus, vua, Homomalis, mala, roſæ bis quotannis naſcuntur? Lynceus Samius cum racemum Ni-

B coſtratium, qui in Attica naſcitur, laudat in epiſtola ad Diagoram, atque cum illo Rhodiacos comparans, inquit; Pro racemo Nicoſtratio vocato, Hipponium racemum nutrire ibi conſueuerunt, qui à Iunio menſe eandem ſeruas beneuolentiam, velut optimus familiaris permanet.

## *De pullis columbinis, phaſianis, & pauonibus.*

### CAPVT XXV.

VErum quoniam ſæpius à nobis dictum fuit de carnibus, de auibus, de columbis, acceſsi & ego dicturus præter ea quæ dicta ſunt, quæcunque ex multa diuturnáque lectione cognoſcere potui. Licet autem pullum columbinum inuenire dictum apud Menandrum in pellice hoc modo: Paululum expectauiſti, accurrit, emi tibi pullos columbaceos. Similiter verò Nicoſtratus: Venuſta hæc puto, auiculam poſtea columbinum pullum guloſum.

Anaxandrides in Redamante; pullos columbinos inferens ac paſſerculos. Pullos columbinos & Phrynichus in tragœdis; pullum columbinum ipſi cape trioboli. Meminit de phaſianis Ptolemæus rex libro commentariorum duodecimo de regibus in Alexandria differens, ac de animalibus inter ipſos nutritis; atque ipſa phaſianorum, quos nonnulli vocant tetraones; quos non ex Media ſolum aſportarunt, verum etiam aues in paſcuis degentes capiens, tantam fecit multitudinem vt iis etiam veſceretur: nam cibus eſt magnificus exiſtimatus. Ipſa enim vox regis ſplendidiſſimi teſtatur, quòd phaſianum auem neque guſtauit, ſed aues ipſas habebat, velut pretioſum quidpiam repoſitum. Neque vidit quemadmodum ſingulis noſtrum vnus eſt appoſitus, præter eos, qui iam ſunt abſumpti: impleuiſſet enim celeberrimas hiſtorias vigintiquatuor horum commentariorum, ac vnam inſuper. Ariſtoteles autem, ſiue Theophraſtus in commentariis phaſianorum non eſt ex proportione marium excellentia, ſed multò maior. Si verò rex prædictus pauonum multitudinem, quæ Romæ conſpicitur, vidiſſet, confugiſſet profectò ad ſacrum ſenatum, velut rurſus à fratre ex regno depulſus. Tanta harum auium Romæ eſt copia, vt diuinaſſe videatur in Milite ſiue Tychone Antiphanes comicus, cum hæc dixerit;

*Pauonum quidam ſolum,*
*Cum rari adhuc forent, ſemel par attulit:*
*Frequentiores inde coturnicibus nunc ſunt.*
*Bonum virum ſi quis vnum ſolum quærens videat,*
*Videbit ex hoc malos quinque filios natos.*

Alexis in Lampade, comedere ipſe tantum argentum? neq; ſi lac haberem leporis, non per terram, ac pauones comederem. Quòd autem domeſticos ipſos pauones in domibus haberent, ita declarauit Strattis in Panſamia;

*Nugacibus compluribus æquiualentia*
*Pauonibus, quos educatis gratia*
*Velocitatis.*

Anaxandrides in Meliloto;

*Non eſt ſtultum domi nutrire*
*Pauones dum licet tales, imagines duas emere.*

Anaxilas in Auiario; atq; ad hæc domeſticus ingemens pauo. Scribit Menodotus in libro de iis; quæ ſunt circa facellum

A lum Iunonis Samiæ; ſunt pauones ſacri Iunonis, neq; prius aut erant in Samo, aut nutriebantur: atque hinc in loca externa miſsi fuerunt: ſicut Galli in Perſide, in Aetoliáq; vocatæ Meleagrides: quare ſcripſit Antiphanes in rebus eiuſdem patriæ:

*In ciuitate Solis aiunt naſcier*
*Palmas: Athenis noctuas: Cyprúſque fert*
*Hinc liuias præſtantiores: in Samo*
*Auium genus dedere Iunoni aureum*
*Pulcherrimos mirantur & quos plurimum*
*Pauones.*

Quapropter nummi etiam Samiorum pauonem habent impreſſum.

## *Meleagrides.* CAP. XXVI.

SEd quoniam Meleagridum mentionem fecit Menodotus, nos etiam aliquid de illis dicamus. Clytus Mileſius Ariſtotelis diſcipulus ita de his ſcriptum reliquit libro primo de Mileto; ſunt autem aues vocatæ Meleagrides in Aero circa Virginis ſacellum: qui locus eſt paludoſus, in quo B nutriuntur. Eſt autem hæc auis minimè in filiorum amorem propenſa, iunioréſque negligit, ita vt neceſſe ſit ſacerdotibus eorum curam gerere. Habet magnitudinem gallinæ valde magnæ, at caput exiguum pro corporis ratione, illudq; glabrum; criſtam carnoſam in capite, & aſperam, quæ rotundum quidpiam velut paxillum prominentem habeat, corpúſque lignoſum. Habet longam carnem apud maxillas pro barba, quæ incipit à corpore: eámque gallinis magis rubicundam. At eam non habet, quæ ad gallinarum roſtrum naſcitur, quam nonnulli barbam appellant: quare ac in re mutilum eſt animal. Roſtrum habet gallina & maius & acutius, collum eſt nigrum, gallinis craſsius & breuius: corpus totum variegatum, atque cum totus color ſit niger, maculæ ſunt albæ, quibus frequentibus, lentibúſque maioribus diſtinguitur. Sunt autem hi circuli in nigris orbibus totius coloris: atque orbes idcirco, cum niger color à multò candidiore habeatur, ipſéque niger rurſus multò habeat candidiorem, varietatem iucundam efficiũt. Color verò alarum albo colore, eóque ſerratis quibuſdam figuris diſtinguitur, qui viciſsim variatur. Crura carent

calcaribus,ſimiliáque ſunt gallinis.Fœminæ maribus ſunt C ſimillimæ, quare genus Meleagridum non facile diſcernitur. Tot ea ſunt quæ ſcripſit philoſophus peripateticus de Meleagridibus.

## *De aſſatis porcellis, & lixatis cibis.*

## CAP. XXVII.

DE porcellis aſſatis mentionem fecit in Mercatore Epicrates;

*Inter hæc ego,*
*Iactabit haud talem coquum ſe paſcere*
*Vnquam profectò Sicilia in piſces puto.*
*Carnes ego volui peritè num ſuis?*
*Vidi optimè ob flammas ego illas floridas.*

Alexis in Mala:

*Caruncula trioboli vrbana valde,*
*Aſſata ſuilla, tum calens ſucci boni*
*Cum ſit editur.*

Athenienſes autem, vt in Horis teſtatur Philochorus, non D aſſant cum ſacrificant, ſed carnes ipſas elixant, cum Deas inquiant calores,ſqualoréſque aſperos abhorrere. Nam ea quæ naſcuntur,& mediocrem calorem poſcunt,& aquas opportunas; aſſatio verò minimum affert vtilitatis. Elixatio non cruditatem ſolum eximere,verum etiam, ea quæ aſpera ſunt poteſt mollia facere,reliquáque matura.Nutrimentum præterea & iucundius digerit, magis ſine periculo; quamobrem elixatum aiunt ſuperaſſari non oportere, neque inſuper elixare: nam illud quod aptè fuerat paratum, diſſoluit, vt ait Ariſtoteles. Aſſata omnia magis & cruda ſunt & ſicca quàm elixa; carnes autem aſſatæ phlogides vocantur. Strattis in Callipide igitur de Hercule inquiens ait; continuò fruſta arripuit, calidáſque phlogidas apri, omniáque ſimul irrigauit. Archippus in Hercule vxorem ducente; pulchros porcorum trunculos, paruorum taurorum phlogides cornutorum; oblongæ autem apri phlogides.

A

## De perdicibus, ac porcellis.

## CAP. XXVIII.

Sed quid opus eſt vt de perdicibus dicam, cum multa ſint à nobis ſuperius explicata? Non tamen illud prætereo, quod narratum fuit ab Hegeſandro in ſuis commentariis. Scribit enim quòd Samij cum in Sybarim nauigaſſent, Siritímque regionem tenerent, aduolantibus ſonitúmque facientibus perdicibus, rem admirati aufugerunt, nauéſque ingreſsi enauigarunt. Scribit de leporibus Chamæleon in libro de Simonide, quòd cum apud Hieronem Simonides cœnaret, neque illi lepus, velut cæteris, appoſitus fuiſſet, ſed Hieron poſtea dediſſet, dixit ex tempore:

*Cum foret ille amplus, tamen haud peruenerat ad me.*

Verè profectò erat ſordidus, præterquàm decorum lucri ſtudioſus Simonides, vt inquit Chamæleon. Nam cum illi Hieron victum quotidianum ſingulis diebus ſplendidum mitteret, Simonides complura eorum, quæ miſſa B fuiſſent, vendebat, ſibique perexiguam partem aſſeruabat. Cum quam ob cauſam id faceret quiſpiam percunctatus eſſet, in Hieronis inquit magnificentia, meáque frugalitas omnibus pateat. De vbere meminit hoc modo Teleclides in ſociis:

*Cum fœmina ſim, fero decenter vbera.*

Id ſubuentrem Antidotus in Mempſimæra nominauit. ὑπογά- Mentionem fecit Matron in parodis de auibus ſaginatis ϛϱιον. hoc modo:

*Sic ait; aſt illi riſere, intuſq; tulerunt*
*Lancibus argenteis ſaginatas forte volucres.*
*Laues, æquales, laganis pro tergore viſas*
*Aſsimiles.*

De ſaginatis ſuibus ita meminit in Bacchidis nuptiis Sopater ridiculorum ſcriptor; Sicubi clibanus aderat multi ſaginati ſues ſtridebant. ſues ita dixit in Alcibiade Aeſchines; veluti cauponæ ſues nutriũt. In adhortationem; pro Διάφαξ. ſuibus nutrire. Suem dixit maſculinè Plato in Poëta; ſuem magnum collum habentem. Sophocles in Iniuria; ſuem volo comedere. Cratinus in Vlyſsibus; ſues magnos. Fœ-

mininè dixit Nicochares, ſuem prægnantem. Eupalis in C
aureo genere; non illiberalem ſuem.in conuiuiũ præbuit,
ac valde pulchram. Plato in Io; huc affer ſuibus bonæ caput.
Theopompus in Penelope: ſacram nobis ſuem iugulant.

## *Lacedæmoniorum iniuriæ in Helotes ſeruos.*

### CAP. XXIX.

DE ſaginatis anſeribus ac vitulis meminit Theopompus libro rerum Philippicarum tertiodecimo, ac vndecimo Græcarum; in quibus victus parſimoniam Lacedæmoniorum patefacit, vbi aſſcripſit hoc pacto; Ageſilao accedenti oues multiplices bouéſq; bene nutritos Thaſij miſerunt. Atq; cum his bellaria, multiformeſque cupedias, Ageſilaus boues ac pecudes quidem accepit, bellaria verò & cupedias prius neq; agnouit, quæ fuerant obtecta: aſt vbi vidit, eos auferre iuſſit, cum dapibus huiuſmodi veſci minimè legitimum eſſe diceret apud Lacedæmonios. Cum obſecrarent Thaſij vt acciperet, date inquit illis, ipſiſque Helotas demonſtrauit; quoniam multò magis ſcio inquit quòd hi comedentes corrumpentur, quàm vel ego, vel præſentes Lacedæmonij. Quòd contumelioſè prorſus Helotas tractarent Lacedæmonij, narrauit vel Myron Prienensis rerum Meſſeniorum libro ſecundo; opus omne contumelioſum Helotibus imperant, atque ad quoduis dedecus adducens. Neceſſe eſt primum illis vt pileum ex canina pelle ſinguli geſtent: atque vt rhenonibus induantur, ac verbera quotannis determinata, vel ſine iniuria patiantur, ne vnquam obliuiſcantur ſe eſſe ſeruos. Huc accedit quòd ſi qui ſupra domeſticum ſplendorem vigerent, his capitis pœna erat conſtituta: quæ in dominos pœna vertebatur, ni viros iam factos interficerent: illis regionem tradentes, portionem conſtituerunt, quam ſemper afferrent ad eos. Tibia canere de tibiis vtentibus dictum eſt. Diphilus in Brigis: tibia cecinisti, hoc omnes efficiunt apud Timotheum. D

*χλωίζειν anſerum vocē emittere ſonat.*

## *De pernis & caſeo.*

### CAP. XXX.

VErum quando petaſonis etiam pars ſingulis noſtrum appoſita eſt, quam pernam appellant, agitè iam de

*his*

A his etiam aliquid dicamus, ac ſi quis nominis ipſius mentionem fecit. Optimæ ſunt igitur Gallæ, quibus minimè ſunt inferiores eæ, quæ ex Cibyra veniunt Aſiatica, ac neq; Lyciæ. Mentionem harum fecit Strabo libro Geographiæ tertio, vir non valde iuuenis: ſcribit hic libro ſeptimo eiuſdem tractatus Poſsidonium philoſophum Stoicum illum cognouiſſe, de quo ſæpius mentionem fecimus, veluti qui cum Scipione eo fuerit qui Carthaginem deleuit. Sic igitur inquit Strabo: in Hiſpania apud Aquitaniam ciuitas eſt Pompeiadum, tanquam ſi quis Pompeiopolim diceret, in qua pernæ egregiæ componuntur æmulæ Cibyraticis. De carnibus ſale conſperſis meminit comicus poëta Ariſtophanes in Dionyſio: ſale conſperſas has tibi appono. Atque in præſtigiatoribus: Oſtracum ſale conſperſum ſemper ſeruum comedere. Verum quoniam Sicilia ſe iactat ob caſeum, aliquid etiam de caſeis dicamus: nam philemon in Siculo inſcripto:

*Ego Siciliam credideram certè prius*
*Habere ſelectum hoc, quòd aptè caſeos*
*Solum faceret: id addo nunc quod audij.*

B Caſeus Siculus quòd erat optimus, columbæ Siculæ, veſtes variæ; ſi quis Sicula velit connumerare, vaſa ac opes putaui ferre. Eſt eximius etiam caſeus Tromelicus, vt aſſerit Demetrius Sceptius libro ſecundo Troici apparatus: eſt autem Tromelia ciuitas Achaiæ, circa quam caſeus caprinus ſuauiſsimus conficitur. Neque Tromelicus alium habet caſeum, cum quo conferri poſsit: cuius mentionem fecit Simonides in Iambo; cuius eſt principium:

*Multum laboraui vt ſcriberem Telembrote,*
*Hic caſeus adeſt en tibi ex Achaia*
*Tromelicus mirabilis, quem detuli.*

Euripides ſuccoſum caſeum vocat in Cyclope acrem, ficúſq; ſucco coagulatum:

*Et caſeus ſuccoſus eſt, & lac Iouis:*

Sed quoniam de omnibus nobis appoſitis diximus, reliquias efficiam Tromelicum, orationémq; ceſſare faciam. Nam bellariorum ediliúmq; relictas partes reliquias Eupolis nominauit. Nam cum cauillaretur in Gemellam quandam vulpis reliquias appellauit: ſiue quòd corpore eſſet paruo, ſiue malis moribus ac verſuta, vt inquit Doro- ὑπόβαγμα, eſoriū reliquiæ.

theus Aſcalonites. Caſeos latos ac tenues Cretes Thalias C appellant, vt ait Seleucus: quos in quibuſdam ſacrificiis comburunt. Igne coctorum meminit Philippides in tibiis, ſic autem lac primum appellatur.

*Hos igne coctos, hæc oleraq; habens ſimul.*

Atque hæc omnia ſimilia fortaſſe Macedones, quę poſt cœnam eduntur dapes appellarunt. hæc enim condimenta ſunt quædam potus.

## De coquis. CAP. XXXI.

*μῦγμα edu liũ quod-dam.*

CVm hæc Vlpianus adhuc diſſereret, vnus eorum ſapientum coquorum myma ſignificauit: atque cum multi ob nuncium eò diuerterent, non demonſtrauit ſignatus verbero quid id eſſet: ſed ignorare mihi videmini inquit viri conuiuæ, quòd Cadmus auus Dionyſij fuit coquus. Cum omnes, id cum dictum eſſet, tacerent: Euemerus inquit Cous hoc narrat libro tertio ſacræ deſcriptionis, velut quod à Sidoniis referatur, quòd Cadmus cum coquus eſſet regis Harmoniámque cantatriculam, quæ & ipſa erat regis, capiens aufugit, vnà cum illa. Ego verò libertate donatus aufugiam. Neque quis ſanè veſtrum co- D quum ſeruum inuenire poterit in comœdia, præterquam apud ſolum Poſsidippum. Acceſſerunt obſoniorum inſtructores ſerui primum à Macedonibus, qui vel ob contumeliam, vel infortuuia captiuarum ciuitatum, eius rei ſtudioſi fuerunt. Appellarunt autem antiqui vrbanum coquum Mæſonem, peregrinum Cicadam. Mæſonem à mandendo dictum fuiſſe putauit Chryſippus philoſophus, velut rudem, & ventri deditum. Cum illud interim ignoraret, quòd Mæſon hiſtrio comœdiæ fuit genere Megarenſis, qui etiam perſonam inuenit Mæſonem ab ipſo vocatam: vt inquit Ariſtophanes Byzantius in libro de Perſonis; qui eum ſerui etiam perſonam inueniſſe aſſerit, velut coqui; eáſque peritè, hinc etiam conuenientes illis cauillationes Mæſonicæ vocantur. Maximè cauillantes coqui quidam inducuntur, velut apud Menandrum in Adhortantibus. Ac alicubi ait Philemon;

*Sphingem marem, ſed non coquum cepi in domum.*
*Nam per Iouem ſcio nihil quod dicat hic:*
*Quòd repperit noua verba ſemper.*

A Scribit Polemon in iis,quæ ad Timęum ſcripſit,Mæſonem eſſe ex Megarenſibus Siciliæ,at non ex Niſæis.Inquit hæc Poſsidippus in excluſa de ſeruis coquis;

*Huiuſmodi ſunt hæc.Quid accidit mihi*
*Valde venuſtum ſeruuenti nunc prope*
*Herum:ferens carnes videbor haud ego.*

In Collactaneis;

*Cum ſis coquus profectus extra limen es*
*Cum non prius cœnaueris?dixi ſed is*
*Nunquid remittis me? laborabo in foro;*
*Emit me amicus artis huius artifex.*

Non eſt igitur admiratione dignum,ſi antiqui coqui ſacrificiorum etiam erant periti. Nam & ſacrificiis præerant & nuptiis: quamobrem Menander in Adulatore coquum in publicæ Veneris feſto miniſtrantem inducit conuentui iuuenum,atque hæc dicentem;

*Fœdus.ſequens da viſcera,quò nunc aſpicis:*
*Fœdus,fero complura ſacra.nunc bene*
*Deos precare,fœdus,ac precemur in*
*Olympiadibus omnibus,tu ſumito*
B *Linguam interim,nobis ſalutem tradere*
*Cum ſanitate,tum bona,quæ ſunt plurima,*
*Horum precamur nos iuuamen omnibus.*

Alius autem loquitur apud Simonidem,quot modis carnes peritus concidat.quid enim mali mihi eſt obſcurũ? Eorum experiẽtiam patefecit ad Alexandrum Olympiadis epiſtola,qua mater illis vadet vt coquum ipſi emat ſacrificiorum peritum:inquit igitur mater; coquum Peligriam à matre capito: hic enim nouit quo pacto omnia tua ſacra patria peragantur; nouit & inertia, & legitima, & Bacchica, & quotcunq; Olympias denique initiari ſolet. Ne cunctator igitur; ſed accipito,& ad me quàm citiſsime mittas. Quòd autem grauis ſit quædã ars coquinaria, intueri licet ex Atticis præconibus, qui & coquorum & victimas cædentium ordinem obtinuerunt, vt libro primo Protogoniæ teſtatur Clidemus. Homerus facere etiam pro ſacrificare poſuit:at ſacrificare pro libamina poſt cœnam in ſuffimentum comburere. Nam antiqui facere dixerunt ſacrificare. κήρυκες Præcones per plurimum tempus boues mactabant inquit οἶον κρέατοντες. præparãtes,concidentes,vinúmq; miniſtrantes, quos etiam

præcones

præcones à præſtantia nominarunt; nuſquam enim coquo merces ſcribitur, ſed præconi. Agamemnon autem cum eſſet rex ſacrificat apud Homerum: ſic enim inquit poëta; C

*Sic ait; agnorum iugulum ferroq; cecidit,*
*Multa reluctantes gelida deponit arena:*
*Halantes animas: exemit robora ferrum.*

Thraſymedes etiam Neſtoris filius cum ſecurim cepiſſet, bouem cęcidit, cum Neſtor non poſſet ob ſenectutem: adiuuabant verò alij etiam fratres, ita res hęc erat nobilis, tanta erat coquinariæ artis dignitas. Apud Romanos etiam cenſores, qui maximæ authoritatis eſt magiſtratus, purpuram induti, atque coronati victimas ſecuri percutiebant. Non inſulsè igitur effectum eſt apud Homerum vt & libamina & victimas ferrent præcones, quippe cum illis adminiſtratio huiuſmodi conueniret.

*Inde iubet binis vrbem præconibus Hector*
*Ire citis, ferre ac agnos, Priamumq; vocare.*

Et rurſus;

*Talthybium miſit confeſtim rex Agamemnon,*
*Ad nauem ire iubet, agnumq; afferre, cauatam.*

Et; D

*Talthybius ſimilis cui vox eſt optima diuis*
*Aſtitit hic regi, manibus aprumq; tenebat.*

Narrat Demus libro Atthidis primo tribum fuiſſe coquorum, qui publicos honores conſequebantur, quibus curæ erat vt multitudo ageret. Non ineptè igitur Athenion his verbis inducit inter Samothraces, vt teſtatur Iuba coquum de natura diſſerentem;

*An neſcis ars coqui omnium quòd plurimum*
*Ad religionem contulit prorſus viris?*
*Huiuſmodi illud eſt profectò barbare.*
*Nos à ferino more prorſus liberans*
*Iniuriiſq; duxit in certum ordinem:*
*Illiq; iunxit, vita quo nunc degitur.*
*Quis ordo? dicam, mente dicta percipe:*
*Voracitate mutua, frequentibus*
*Maliſq; nobis vndique ingruentibus,*
*Quidam vir exiſtens nec omnino malus*
*Et victimam mactauit, & carnes prior*
*Aſſauit: & caro fuit iucundior,*

Forſan

A *Forſan virorum carnibus,ipſa victimæ.*
*Non has edebant,ſed ferientes belluas*
*Aſſare mos fuit.voluptatis ſemel*
*Cæpere cum feciſſe mox periculum,*
*Artem coqui inde auxere ab hoc exordio.*
*Hinc nunc quoque horum priſtinorum memores,*
*Deis ſolent aſſare flammis viſcera.*
*Salem nec inducunt,quòd haud tunc affuit;*
*In hunc nec is repertus vſum tunc erat.*
*Vt poſtmodo illis eſt repertus,& ſalem*
*His addidere protinus ſcriptis ſacris.*
*Moréſque ſeruauere rectè patrios.*
*Nobis ſalutis hæc fuere exordium,*
*Artis profunda diligenter quærere:*
*Auxiſſe condiendo eamq́; plurimum.*
*Hic eſt nouus,vetuſtus hic eſt & ſimul.*
*Conditus huic eſt venter illatus bene.*
*Tum ſuffocatus hœdus illi captus eſt,*
*Calénſque.pericommatio ex ſententia*
*Ducens,tulit piſces prius non cognitos;*
B *Olúſque,ſalſamenta,chondrum,mellaq́;.*
*Ita ob voluptates eas,quas nunc fero.*
*Abhorruere ſinguli eſſe mortuos.*
*Vixiſſe credidere tum præſtantius*
*Simul.fluens hinc turba in vnum plurima*
*Mox condidere ciuitatem,artem ob hanc*
*Coqui,velut dixi prius,ſuauiſſimam*
*Gaudeto vir;ſolemus ipſi vel penes*
*Herum coqui ſemper ferire victimas.*
*Componimusq́; fœdera.eſt dignum fide*
*Nobis Deos putare amicos maximè:*
*Eiuſmodi rebus repertis;plurimum*
*Vitæ decorum quæ ferunt mortalium.*
*De religione nil ferens ergo,ac ſilens*
*Errani.at huc accede,mecum veſcere.*
*Capiens & interiora fac decentia.*

Demonſtrat Alexis etiam in Pelui artem coquinariam ſtudium eſſe liberorum. Nam ciuis quidam ſordidus coquus in eo demonſtratur. Condiendi etiam artem ſcribẽtes Heraclides,& Glaucus Locrus, non conuenire inquiunt artem coquinar

coquinariam nec vulgaribus quidem liberis. Extulit artem C
ipſam in Gigantibus Cratinus Iunior, vbi dicit:

*Conſiderato terra quòd ſuauiſsime*
*Olet, ſalítque fumus hinc iucundior.*
*Quis, vt videtur, hanc celit voraginem*
*Thuris'ue mercator, coquus'ue Siculus.*
*Simillimum refers odorem, ambobus his*
*Iucundus.*

Antiphanes, vbi Siculos coquos laudat in Dyſprato, inquit; Siculorum artibus conditæ conuiuij diathrimmatides. Menander in Somnio; apparatus & purus, & varius ſignificari. Poſidippus in ſuſpiciente;

*Ego coquum cum ceperim, mox audij*
*Quæ ſingulis horum mala adſint omnia.*
*Nos diximus quòd is vbi opus conduceret*
*Obſonium dijudicantem non habet*
*Narem, nec hic bonum os, is indecoram habet*
*Linguam in libidines, & in nonnulla mox*
*Non grata condimenta, acetum ſicuti.*
*Fumum haud ferens, ignem'ue, ſed ex igni ferens*
*Mox ad gladios veni. vnus horum cum ſit hic,* D
*Pertranſijt cultros, & ignem protinus.*

Vbi coquorum ſapientiam declarat Antiphanes in Philotide, inquit:

*Num quid velut aliàs ferebam ſumere in*
*Salſugine eſt prædulce, ſed totum lupum*
*Aſſare, muſtelumq; in intritis bene*
*Feruere, poſcit & ſalem, ac origanum*
*Anguilla, aquamq; ; congrus hoc, herbam batis.*
*In carnem adeſt fruſtumq; thunni cocti, adeſt*
*Aſſatus hœdus alter ex contrario.*
*Splen me grauat, me perdit & ieiunium.*

Connumerat Baton hoc pacto in benefactoribus clariſsimorum condiendi artificum nomina;

*Nos nocte nec dormimus ô Sibyna, nec*
*Conſcripſimus; ſed lychnus ipſe exuritur.*
*Eſt in manu nobis liber, putamus &*
*Relinquere quid ſcitum. quis eſt noſtrum Actides,*
*Chius'ue, Tyndaricus'ue Sicyonius?*
*Vel Zopyrinus, ipſe quid te dixeris*

*Mox*

A *Mox repperiſſe? quæ videntur maxima*
*Quot mortuos.*

## *De Mymate, & mattya.*
## CAP. XXXII.

EGo verò hoc epulum myma vobis affero viri amici, de quo ſcribit Artemidorus Ariſtophanius in libro de Linguis condiendi artificum, quòd, ex ſanguine, carnibus, condimentíſq; compluribus in vnum coniectis, conficitur. Hæc ſcribit Epenætus in condiendi rationibus; myma cuiuſlibet eſt ſacrificij & auis. Oportet autem carnes minutim cōciſas mollire, viſceráque; & inteſtina, & ſanguinem cōtundere, acetóq; condire; cum aſſato caſeo, laſere, cumino, thymo, & viridi & ſicco; ſatureia, coriandris viridibus ac ſiccis, gethyo, cepa pura toſta, vel papauere, & vua paſſa, & melle, maliq; punici acuti granis: tibi autem adeſſe idem myma & obſonium. Cum tot & hic conciderit, neq; ea ſolum quæ à nobis ſuperius dicta ſunt: ingreſſus eſt quidam qui mattyam ferebat, de qua etiam quæſtio incidit: atque
B cum ex linguis cōdientium artificum ea Artemidori dixiſſet Vlpianus; commentariū traditum eſſe inquit Aemilianus Dorotheo Aſcalonitæ, atque inſcriptū eſſe de Antiphane, ac de mattya apud medios comicos, quam Theſſalorum inuentum fuiſſe ſcribit, patriámq; fuiſſe apud Athenienſes tempore imperij Macedonum. Narrantur omnium Græcorum magnificentiſsimi fuiſſe Theſſali & in veſtitu, & omni viuendi ratione; quæ etiam cauſa illis extitit vt Perſas in Græciam allicerent, quum illis delictis huiuſmodi ac magnificentiæ inuidiſſent. Scribit Cratinus etiam de eorum magnificētia in eorum Republica. Dicta fuit mattya, vt aſſerit Apollodorus Athenienſis libro Etymologiarum primo, à mandendo, velut etiā maſtiche. Nos autem à pinſendo dictam fuiſſe contendimus, vnde maza etiam nominata eſt. Magis etiam apud Cyprios vocata eſt, valdéq; deliciis oblectari hypermazare dicunt. Vocarunt igitur à principio popularem hunc, communémque cibum ex farinis, mazam, ipſámque præparare, pinſere dicebant, poſtea neceſſariū victum ob intemperātiam varietate diſtinguentes, ſtudioſéq; paulatim immutantes, nomen ipſum mazæ in

Ματτύη, μάσσω.

in Mattyam commutarunt, atq; ita appellarũt omnem cibum magnificum. Mattyazare verò dixerunt ipſos cibos præparare ſiue piſcis eſſet, ſiue auis, ſiue olus, ſiue ſacrata victima, ſiue etiam myttium. Hoc autem manifeſtum eſt, ex quo Artemidorus etiam Alexidis teſtimonium appoſuit. Nam cum vellet Alexis apparatus intemperãtiam demonſtrare, delibrare appoſuit. Habet autem vniuerſus delectus, cum ſit apparati actus, qui Demetrius inſcribitur: C

*Obſonium hoc miſſum capientes optimum*
*Parate, perfruamini omnes, pocula*
*Siccate, delibrate, mattyazete.*

Vtuntur autem delibrare Athenieſes in laſciuam, grauémque rerum Venerearum voluptatem. Artemidorus etiam in linguis condientium mattyam commune nomen eſſe demonſtrat omnium magnificorũ condimentorum, cum ita ſcribat; ſi qua auis mattyæ, per os in caput iugulata fuerat: ſit autem putris, velut perdix, ſi volueris ſicuti ſe habet vnà cum alis, ſiue vellicatam. Poſtea condiendi morem exponens ac coquendi ſtatim infert; altilem craſſam elixato, & pullos iam cucurrentium. Quòd ſi volueris vti inter potandum, olera poſtea in catinum excipiens, gallinæq́ue carnes imponens, apponito. Pro aceto vuam acerbam, velut ſe habent racemi, in ius per æſtatem coniicito. Verum vbi cocta fuerit, exime cum racemis, priuſquam acinum dimittat, atque olus ita contundito, ſic mattya fit iucundiſsima. Quòd nomen eſſet commune magnificarũ epularum, manifeſtum eſt: quòd autem mos hic conuiuij ita diceretur, ita declarauit in Rapto Philemon: D

*Cuſtodiam nudq́; impera; tum per tria*
*Mematty æ mox pocula ille appareat.*

In Homicida.

*Nobis ferat potum quis, atque mattyam*
*Cito facite.*

Dubiè dixit Alexis in Pyranno;

*Vt occupatos ipſe cerno, protinus*
*Exclamo nobis non dabit quis mattyam?*

Veluti ſi cœnam dixiſſet. Veruntamen conſentaneum eſt & in dapes propriè referre. Eſt autem Machon Sicyonius vnùs & ipſe ex comicis, qui floruerunt Apollodori Caryſtij temporibus, neque ſuas comœdias oſtendit Athenis,

ſed

A ſed in Alexandria. Erat autem bonus poëta ſi quis alius, poſt ſeptem: quamobrem cùm iuuenis eſſet Ariſtophanes dedit operam vt cum illo ociaretur. Hæc igitur & ille fecit in actu ignorantiæ:

*Nil mattya viſum eſt mihi iucundius.*
*Hoc num priores Attici Macedones*
*Oſtenderint, Dei'ne cuncti, neſcio.*
*Illud ſcio quod eſt viri ornatiſſimi.*

Quod autem omnium poſtrema afferebatur, teſtatur Nicoſtratus in Depulſo: eſt autem coquus, qui quàm ſplendidum ordinatúmq; conuiuium ſit exponit. Atq; etiam quale eſſet prandium patefecit, & cœna: ac tertiæ ferculorum appoſitionis mentionem faciens infert:

*Bene eſt viri, valde bene eſt: ſed mattyam*
*Sic præparabo poſtea. quòd credo ego*
*Nobis neque hunc ipſum inde contradicere.*

Et in Coquo:

*Thriúmque, candaulúmque, vel quid horum is haud*
*Cognouit vnquam ad mattyam quæ pertinent.*
*Poſt alter inquit mattyam ferri, pedem,*
B *Ventrem calentem, forte vuluas & ſimul.*

Dionyſius in Iaculis percuſſo, eſt autem coquus, qui ita loquitur:

*Ita vt faciens quandoque ego ipſis mattyam,*
*Vnam properans mox lationem geſſerim*
*Ad mortuum errans mortuorum, nec volens.*

Philemon in Mendica:

*Struxiſſe dum liceret ibi totum diem,*
*Feciſſe mattyas, ſimúlque tradere.*

Illud quod apud alios mattya dicitur, apud Spartanos epæclea dici ſcribit Molpis Lacon, quod ſecundas menſas ſignificat. Menippus autem Cynicus ita inquit in inſcripto Arceſilao: Potus erat quibuſdam laſciuientibus, atque Lacæna quædam mattyam inferri iuſsit: atque paruæ perdices anſeréſque parui aſſati, placentarúmque deliciæ illatæ fuerunt. Genus hoc cœnæ Attici bellaria dicere conſueuerunt: at Dorici Epæclum: ex aliis Græcis complures menſas ſecundas. Cum tot de mattya etiam dicta fuiſſent viſum eſt eſſe diſcedendum: nam veſper iam aduentarat: ſic igitur diſceſsimus.

# ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM

## LIBER QVINTVSDECIMVS.

*Natale de Comitibus Veneto Interprete.* A

### *De cottabis.* CAP. I.

SI *ſuauitatem Neſtoris mihi Dei,*
*Antenoris Phrygiſque dulcem traderent,* C
Iuxta ſapientem Euripidem amice Timocrates, non poſſem ea omnia tibi commemorare, quæ ſæpius in his diligentiſsimis conuiuiis explicata fuerunt : cum ob va- D
rietatem, tum etiam ob rerum nouarum, quæ ſemper inueniebantur ſimilitudinem. Nam & de ferculorum ordine ſæpius dictum eſt, & de iis quæ facta fuerunt poſt cœnam, quæ vix in memoriam reuocaui, cum quidam ex ſociis eos Iambos dixiſſet ex Laconibus Platonis:

*Sumpſere quippe cœnam*
*Omnes ferè viri iam*
*Cur ipſe non menſam abſtuliſti protinus?*
*Ego ſolutionis ecce confero*
*Fundens precium ingreſſus.*
*Ego ſimul ſatiabor,*
*Libamina mile fundens.*
*Et cottabum feram mox*
*Iam tibias oportet*
*Promptas puellę adeſſe,*
*Inflare, & vnguentum ſimul*
*Infunde cedens, irinum*
*Aegyptium poſt hæc: dabo*
*Viris coronam ſingulis.*

A *Vinum recens quis miſceat.*
*En iam profectò mictum adeſt,*
*Thure impoſito quidam refert,*
* * *

*Porro bibentes carmina*
*Conuiuij qui concinunt.*
*It cottabus extra limina.*
*Habens puella tibias*
*Gratum melos tum concinit,*
*Præſentibus conuiuij*
*Viris habentem vidi ego*
*Triangulum formoſum: ad hunc*
*Melos canebat Ionicum.*

Poſtea queſtio fuit de cottabis, vt puto & de iis, qui illis vtebantur: quos exiſtimauit ex præſentibus quidam, eorum eſſe medicorum, qui poſt purgationes balnei, ſtomachi gratia amyſtidem bibentes ſingultiunt: qnare inquit non antiquam eſſe conſuetudinem huiuſmodi, neq; ſe quempiam antiquorum cognouiſſe, qui vſus ſit hoc purgationis genere. Quamobrem eos increpare ſolebat Eraſiſtratus Iulia-
B tes in libris de vniuerſi tractatu, qui id facerent, quoniam oculis plurimum obeſſe dicebat, ventrémque inferiorem continere. Ad quem ait Vlpianus:

*Surge Aſclepiades, iam te vocat ipſe Charoneus.*

Non inſulsè dictum eſt cuipiam noſtrorum ſociorum hoc, niſi erant medici: nihil enim ſtultius erat grammaticis. Quis noſtrum eſt profectò qui non ſciat hūc cottabi vſum non eſſe antiquum? niſi tu forte eos Amipſiæ etiam ſingultire exiſtimes. quando tu igitur non es huius conſiderationis peritus, aut conſcius: diſcito ex me quod Siculum eſt primum cottaborum inuentum hic ludus: cum primi Siculi hunc inuenerint, velut in elegiis ita teſtatur Critias Callæſchri:

*Eſt opus egregium Siculis dimiſſus ab oris*
*Cottabus: hunc guttis iuſſimus eſſe ſcopum.*

Dicæarchus autem Mileſius Ariſtotelis diſcipulus guttam etiam Siculum nomen eſſe aſſerit in libro de Alcæo. Eſt autem gutta humor ille, qui relinquitur in poculo à bibentibus, quem in manum conuerſam deſuper ludentes in cottabeum coniiciebant. Scribit Clearchus in tractatu de lin- λάταγι, *gutta.*

guis Theſſalos ac Rhodios cottabum ex poculis guttam C
appellare conſueuiſſe. Vocabatur autẽ cottabus & id quod victoribus in poculo ponebatur: velut ita inquiens Euripides teſtatur in Aeneo:

*Bacchi petebant iactibus frequentibus,*
*Caput ſenis: caput corona cingere*
*Decreui ei quiſquis petiſſet, præmia*
*Cum cottaborum traderem.*

Appellabatur cottabus vas id etiam, in quot guttas iaciebant, vt Cratinus aſſerit in Nemeſi. Plato in Ioue male affecto cottabum ludi genus eſſe declarat inter pocula, in quo vaſcula ponentes aſſurgebant. Sic autem inquit:

*Ad cottabum luſiſſe dum cœnam parem*
*Vobis volo profectò: ſed ventus puer*
*Es miſſus: afferas rogo mortarium:*
*Mortarium affer: ac aquam aufer, pocula*
*Deponite, haud feram generosè vos parum*
*Luſiſſe, quippe ludimus nunc de oſculis.*
*Vobis ego depono paruos cottabos.*
*Quas ipſa geſtat has ſimúlque crepidas.*
*Tuum babæax & cotylum, certator hic*
*Præſtantior venit Iſthmiadis totius.* D

*βαβαὰξ, remittentis ac ſpernentis dictio, velut proh latinis.*

Appellarunt etiam cottabos quoſdam fragiles: ſunt autem parui lychni, qui contrahuntur, rurſus in vnúmque concidunt. Eubulus in Bellerophonte:

*Quis inferius nam crura ceperit mihi?*
*Extollor ipſe ſicuti vel cottabus.*

Antiphanes in Veneris ſtirpe:

*Hunc ipſe dico, non capis tu: cottabus*
*Eſt lychnus. ipſe mente percipe: oua ſunt*
*Nam quinque niciterium.*
*De quo? minus veſter peritus ludus eſt*
*Hic, quomodo? docebo: quando cottabum*
*Dimittis in lancem, locato ſic ſuper*
*Vt hoc poſitum ſit. inquis ipſe quadrulam,*
*Hic lanx. ſit ille victor hoc qui fecerit.*
*At qui ſcietur quiſpiam ſi attigerit*
*Ipſam? æream ad ſtatuam cadet, tum plurimus*
*Conſurget inde, per Deos in cottabo*
*Sonus: domeſticus velut quidam aſtitit*

*Statua*

A *Statua area.*

Tum poſt pauca:

*Qua lege poculum capi par ſit doce.*
*Concinnè oportet te digitos inflectere.*
*Parúmq; vini infundere hinc haud plurimum.*
*Et poſtea quo conijcias modo aſpice huc:*
*Neptune tali more? quam ſublimibus:*
*Sic effice, aſt funda ipſe vix certè queam*
*Illuc adire, diſce ſed qua nunc fero:*
*Opus eſt manum curuaſſe valde conſonè,*
*Tum cottabum miſiſſe.*

Vt inquit Dicæarchus. Iubet etiam quidam Herculi apud Platonem in Ioue male affecto ne aſperam manum habeat, ſi cottabi ludum velit aggredi. Vocarunt autem cottabi effuſionem à curuitate, quia manum dexteram curuare ſolent in cottabi ludis. Sunt qui ancylen poculi ſpeciem eſſe dicant. Bacchylides in Amatoriis; quando candidum cubitum extendens his iuuenibus ex ancyle fundit. Aeſchylus in Oſtologis cottabos his verbis ancylatos nominauit; — *ἀγκύλη, curuatura.*

B *Eurymachus non alter, haud minoribus*
*Iniurijs affecit: haud laudabiles*
*Illa mihi fuere, ſemper cottabus*
*Illius huic erat propinquus: illius*
*At ancyle ſcopus ſit ipſe cottabus*
*Qui diſſecat, pubeſcens manum petebat.*

Quòd autem præmium cottabum iacienti propoſitũ eſſet, prius dixit Antiphanes, ſunt enim oua, bellaria, cupediæ. Similiter verò dixerũt Cephiſodorus in Trophonio Callias ac Diocles in Cyclopibus, & Eupolis: Hermippus in Iambis, cottabus, qui fragilis nũcupatur eſt huiuſmodi: paruus eſt Lychnus altus, qui Manem habet appellatum, in quem patinam iactam incidere oportebat: atque inde in peluim ſubiectã, cottabóq; percuſſam incidebat: erátque agilitas quædam ſtudioſa iactus. Meminit de Mane Nicochares etiam in Laconibus. Eſt autem alterũ ludi genus id, quod in pelui fiebat: nam peluis aqua impletur, atque oxybapha vacua in ea natabant, in quæ guttas intẽdentes ex Carcheſiis ea immergere nitebantur. Capiebat ille cottabos, qui plura eorum demerſiſſet. Amipſias in cottabo ludentibus — *μάνης ærea ſtatua.*

ſiue inſania: fer agè oxybapha & cantharos, peluímque pedibus lauandis aptam infundens aquam. Cratinus in Nemeſi: Ioui cottabos ex patriis legibus proponentes: vacuum oxybaphum petere, viro quidem petenti præbeo plura fortunæ munera. Præmium in conuiuantibus poſuit Ariſtophanes: C

*Noui ipſe areum*

*Hoc cottabum eſt firmare, myrtos ponere.*

Hermippus in Parcis: veſtimenta ſerue deiecta ſunt, totus thorax perforatus eſt, coarctantur circa calcaneum ocreæ, calcei albi nullus aliter: bacillum videbis cottabicum inter paleas conuolutum. Manes neque guttam, neque infelicem patinã apud cardinem videre poſſes: cum ſit in hortis inter ſcopáſque exiſtat. Achæus in lino de Satyris diſſerens ita inquit: iactantes, proiicientes, frangentes aliquid mei: dicẽtes ò pulcherrima mehercle gutta. Hæc dicebant dum amatorum comminiſcerentur: atq; cum eorum nomine coſſabos vocatos abiiciebant. Sophocles idcirco in Inacho guttam Veneream appellauit: fulua Venerea gutta pueris domibus incumbit. Euripides in Pliſthene: permultus coſſaborum ſtrepitus, multa accinitur Veneris cantilena in domibus. Inquit etiam Callimachus: D

*Complures terræ telum iaculantur amantes,*

*Potantes guttas ex Siculo calice.*

Aderat & aliud cottaborum genus, qui in pernoctationibus proponi conſueuerunt: de quibus mentionem fecit his verbis Callippus in Pernoctatione; qui vigilauerit placentam capiet, & cottabos, & quam voluerit ex præſentibus obſculabitur. Fiebant bellaria etiam quædam in pernoctationibus, in quibus plurimum tempus tripudiabant vigilantes, eáque bellaria ex eorum gaudio qui ea accipiebant, Chariſia nominarunt. Meminit Eubulus in Ancylione cum ita ſcribat: diu enim pinſit niciteria. Poſtea inquit: nuper exiliens velut Chariſium pinſens. Quod obſculum verò eſſet præmium in ſequentibus ita teſtatur Eubulus:

*Si fœminæ afferent, liceret tempore*

*Saltare noctis totius: ſaltabitis*

*Infantis in decimo die. vobis ego*

*Tum mala niciterium, tres tænias*

Ponam

A *Ponam, nouémque addentur illis oſcula.*

Quòd magni eſſet ſtudij Cottabus apud Siculos, vel ex eo manifeſtum eſt, quòd gradus etiam huic ludo peropportunos cōſtituebant: vt Dicæarchus narrat in libro de Alcmane. Non parum ſcitè igitur Callimachus etiam Siculam guttam appellauit. Mentionem de cottabis guttiſq; fecit Dionyſius Aereus cognomento his verbis in Elegiis:

*Cottabus ipſe tibi hic ſtat tertius, ipſi & amantes*
*Fecimus hunc peram gymnaſio Bromij.*
*Sed vos præſentes dextras protendite cuncti*
*In ſphæras calicum, cum neque viſus erat*
*Ille oculis, vos deuexum prius æthera menſi.*
*In quantum ſpatium gutta venire valet.*

His ita dictis popoſcit potum Vlpianus in magno poculo: atque hæc addidit ex elegiis:

*Hymnos porrigere hunc potum nobiſque tibíque.*
*Atque diu vetus hunc qui tibi amicus adeſt*
*Remigio linguæ celebrem mittemus in æuum.*
*Sympoſij dictis gratia multa quæ ineſt,*
*Phæacis nautas Muſarum in tranſtra iubebit.*

B Nam iuxta Cratinum iuniorem, qui ait in Omphale:

*Qui ſit beatus, hunc bibiſſe plurimum*
*Præſtat: laborem & bella curent cæteri.*

Ad quem, Syro ſemper aduerſatus Cynulcus, neque vnquam ab ea contentione remotus, quam contra illum ſuſceperat: vbi tumultus in conuiuio ortus eſt: inquit quis hic eſt chorus Syrbenæorum? nam & ipſe cum quorundam? ex his carminibus recordatus ſim, explanabo, ne fremat Vlpianus, atque ex expoſitis ab Homeri imitationibus, ſolus cottabos attrahat:

*Nuncio bono huc accedite permulſi.*
*Soluite vos, calicúmque graues deponite rixas.*
*Ex me prudentes diſcite adeſſe viri.*
*Cum hæc peropportuna ſint præſenti quæſtioni.*

## *De coronis amantium ſolutis, amatarúmque foribus coronatis.* CAP. II.

VIdeo autem & coronas & vnguenta nobis afferentes pueros. At cur dicantur amare coronati, ſi eorum

coronæ ſoluantur? hoc enim in omnibus Callimachi commentariis, cum ea legerem, cognoui. Cum dixiſſet Cyrenæus roſas folia abiicientes, diſcere optabam: quorum vnum & hoc eſt: arborum omnia ad terram deciderunt. Tuũ erit opus igitur ô vir eruditiſsime Democrite, meam mille ãnnos habentem quæſtionem ſoluere: atq; cur amaſij amatarum fores coronare coſueuerint. Tunc ait Democritus: ſed vt ego etiam de Aereo Dionyſio poëta ac oratore mentionem faciam, appellatus eſt autem Aereus, quia Atheniensibus conſulebat vt ęreis nummis vterẽtur: quam orationem in oratorum deſcriptione Callimachus deſcripſit: dicam & ipſe ex elegiis aliquid. Tu verò ô Theodore, (hoc enim tuum proprium eſt nomen) hanc accipe poëſim ex iis, qui poculis à me prouocati fuerunt. **C**

*Ego dulcia miſcens*
*Rite tibi primo munera do Charitum.*
*Munera tu capiens inuite cantibus idem.*
*Ornans ſympoſium, condecoránſque tuum.*

Dicas igitur cur ſi coronatorum ſoluantur coronæ amare dicantur. Nunquid idcirco, quia amantium morum ornamẽtum omne amor eripit? quapropter ob manifeſti ornamenti direptionem, quendam Clearchus libro primo rerum amatoriarum horrendum appellat: atque argumentum eſſe arbitrantur morum, cum viri huiuſmodi ornatum abiecerint. Vel potius velut in vaticiniis, & hoc vt alia complura nonnulli annotarunt: coronæ enim ornamentum cum nihil habeat mobile, inſigne eſt immobilis eius animi, qui ornatus eſt affectus: cuiuſmodi amor eſt. Neque vlli profectò magis iis ornantur, qui amore ſunt capti: niſi natura, tanquam numen quodpiam, res ſingulas iuſtè adminiſtrare nouerit: neque prius amantes coronari oportere iudicet, quàm amorem deuicerint: illud eſt autem, vbi amatum, vt cooperetur, allexerint & à deſiderio liberati, manumiſsíque fuerint. Nos igitur coronæ direptionem certantis adhuc argumentum eſſe arbitramur. Vel potius illud verum eſt, quòd Amor ipſe, cum contra ſe coronari non patiatur, aut promulgari, coronam diripit, reliquóſque admonet, atq; ſignificat quòd ab ipſo vincuntur, reliqui verò viros ipſos inquiunt amare? ân omne quod vinctum eſt ſolutum iri ſignificatur **D**

tur

A tur? Amor verò quorundam vinculum eſt coronatorum, nulli ſiquidem alij vincti ſtudioſi ſunt vt coronentur, præter amãtes: declarat autẽ coronæ ſolutio, vinculum ipſius amoris: quod cognoſcentes, viros huiuſmodi amare inquiunt. Vel idcirco, quòd viros amantes coronatos ſæpius ob actum, (vt par eſt) cum ſuam ipſorum coronam eripientes intuemur, affectum in opinionẽ cõuertimus, quia non defluxiſſet corona, niſi amarent? vel etiam quòd ſolutiones maxime de vinctis & amantibus intelliguntur? cum ergo coronæ ſolutionem, deuinctorum quorundam ſolutionem eſſe arbitrentur, eos amare inquiunt: ſunt enim vincti amantes: niſi ob id fortaſſe, quia amantes coronentur Amori, eorum corona non ſit firma: eſt ſiquidem graue in magna diuináque corona exiguum, aut quod contingat imponere. Amatorum verò limina coronat: vel honoris gratia, eorum, velut Dei cuiuſpiam, veſtibulum coronant, vel non amatis ſacrificãtes, ſed ipſi Amori, poſteà coronas deponunt? eſt enim amatum Amoris ſimulacrum: cuius cum domus ſit templum, amaſiorum fores coronant: idcircóque nonnulli in amatorum foribus ſacrificant. Vel
B potius à quibus ſe verè animi ornamento ſpoliari poſſe ſentiũt, in eorum honorem corpori ornatum detrahentes, ob affectum, ſéque ipſos ſpoliantes, illis depoſuerunt? omnes amantes hoc faciunt, at non præſente amato, nam id eſt impedimento quominus deponatur. Hinc effectum eſt, vt æpolum illum hæc dicentem fecerit Lycophronides: hanc tibi roſam depono eximium opus, & calceos, & galeam, haſtámq; feris letiferam, quoniam aliud mens mea volutat, atque in puellam gratiis, amicam, ac formoſam conuerſa eſt. Verumenimvero diuiniſsimus etiam Plato libro ſeptimo de legibus quæſtionem quandam de coronis proponit, quæ vt ſoluatur digna viſa eſt, cum philoſphus ita dicat. Malorum quorundam atque coronarum pluribus ac paucioribus ſimul diſtributiones ipſis numeris congruentibus. Sic dixit Plato. Eſt autem huiuſmodi id quod dicit: vult vnum numerum inuenire, per quem vltimo ingrediente omnes ęquum numerũ habeãt malorum vel coronarum. Dico igitur ſexagenarium numerum æqualitatem implere poſſe, ſi in ſex cõuiuas eum conferamus: non id quod dixeram ſuperius non plures quàm quinque fuiſ-

ſe conuiuas: quod autem nos ſumus infiniti, pater. Hoc igi- C tur pacto incipiet numerus ſexagenarius cum ſex conuiuis contentum fuerit ſympoſium. Primus ingreſſus eſt ad conuiuium, atque ſexaginta coronas accepit: ſecundo dimidium tradit ingredienti, tunc vtrique adſunt triginta: tertio ingredienti viginti impartientes omnes habent ſexaginta: quarto rurſus impartientes fiunt quindecim: quinto rurſus duodecim: ſextóq; decem: ſic autem coronarum numerus expletur. Cum hæc dixiſſet Democritus, Vlpianus Cynulcum aſpiciens cuiuſmodi philoſophum inquit me dæmon adduxit, iuxta Theogneti comici phaſma:

*Miſelle literas ſiniſtrorſum capis.*
*Vertere nam vitam tuam libri diu.*
*Terra profectò excogitans, & hinc polo*
*Nugaris, haud curant tuas qui ineptias.*

## *Syrbenæ chorus, Naucratitéſque corona & viticis.* CAP. III.

VNde tibi venit in mentem Syrbenæorum chorus? quis've vir dignus de muſico hoc choro mentionem D fecit? qui ait non prius de te docebo, quàm dignam mercedem à te conſecutus fuero. Non enim ego libros euoluo, velut tu, vt ſpinas colligam, ſed ea que vtiliſsima ſunt, queque ſunt digna vt audiantur. Cum hæc grauiter tuliſſet Vlpianus, hæc ex Alexidis ſuſpicione exclamauit:

*Nec, deſides ſunt inter hac decentia.*
*Vbi ferunt virum vocatis victimam*
*Mactare monſtrantem futura in craſtinum*
*Qua cœna ſit: venalia inde ponere*
*Quecunque non ſaturis videnda prodidit.*

Hos eoſdem Iambos apud Antiphanem etiam in Somno intueri licet, tunc ait Cynulcus: verum quoniam quæſtiones de coronis fuerũt, dic mihi ô Vlpiane quęnam ſit apud elegantem Anacreontem corona Naucratites: inquit enim iucundiſsimus hic poëta;

*Viris corona tres fuere ſingulis:*
*Hac Naucratites, hac & ex gratis roſis.*

Cur etiam apud eundem poëtam vitice nonnulli coronantur? libro enim ſecũdo Cantilenarum inquit; perhumanus

Megiſt

A Megiſthes iam decem menſes, ex quo vitice coronatus eſt, ſuauémque bibit vini fęcem. Viticis enim corona abſurda, nam vitex ad vincula inuolucráque facienda accommodata eſt. Dic nobis igitur aliquid de quæſtione eorum qui digni exiſtimentur aliqua authoritate, non autem qui ſtudioſè nomina aucupentur. Cum ille taceret adhuc, atque animo perquirere videretur, ait Democritus, Ariſtarchus maximè grammaticæ peritus amice, vbi locum quendam deſcribit, inquit quòd antiqui vicibus coronabantur. Scribit verò Tenarus viticem coronam eſſe ruſticorum. Alij verò expoſitores nihil ad rem pertinere inquiunt, cum de re poſita loquerentur. Cum verò in Menodoti Samij inciderim commentaria, quæ inſcribuntur, eorum, quæ ſunt in Samo egregia, deſcriptio: rem inueni de qua nunc eſt quæſtio. ſcribit enim Admetem filiam Euryſthei in Samum ex Argo profugiſſe, quæ cum Iunonem ſibi apparentem vidiſſet, gratiámque referre ex aliqua parte vellet, quia eam incolumem ex domo profectam ſeruaſſet, curauit id ſacellum diligenter, quod ſeruatur his etiam temporibus: erat tamen à Lelegibus ac Nymphis antea inſti-
B tutum. Hoc cum audiuiſſent Argiui grauitérque tuliſſent, perſuadere Tyrrhenis cum multam pecuniam pollicerentur conati ſunt, qui Lepricis legibus viuerent, vt Idolum raperent. Cùm crederent Argiui ſi illud eſſet effectum, futurum eſſe vt Admete aliquod malum omnino Samum habitãtibus perſuaderet. Cum Tyrrheni perueniſſent ad portũ Iunonium, exeuntéſq; ſtatim rem adorirentur, idolum facile ceperunt, cum præſertim eo tempore templũ eſſet ſine foribus, tum ad mare portantes in nauim continuò detulerunt. Cum rudentes ſoluiſſent, cepiſſéntque anchoras, omníque remigum induſtria vterentur, diſcedere non potuerunt. Eam verò rem admirati, atque diuinitus accidiſſe exiſtimantes, rurſus idolum ex naui exportarunt, ac in litore depoſuerunt: tum illi liba offerentes diſceſſerunt valde timidi. Cum ſignificaſſet mane Admete, quòd idolum euanuiſſet, ſummáque diligentia id quæreretur, illud quærentes in littore inuenerunt. Atque ſuſpicati ſunt ſponte ſua ad barbaros Cares aufugiens conuertiſſe, pectúſque ad viticem firmaſſe, longioréſq; ramos vtrinque ſe contraxiſſe, atque omni ex parte id complexos fuiſſe. Cum Admete id

ſoluiſſet,& expiaſſet, id ſuper baſe conſtituit, atque, velut C ſtabat antea,collocauit. Hinc effectum eſt vt quotannis idolum in littus afferatur,atque non appareat: cui liba offerunt,& feſtum Tonæa vocantur,quoniam confeſtim ac raptim idolum corripuiſſe conſtat eos,qui prius ipſum perquirebant. Fama eſt Cares ſub id tempus Deorum formidine correptos in Hyblam ad Dei vaticinium confugiſſe, atque ad percunctantes de accidentibus reſpondiſſe Apollinem,Deam in illos ex eorum voluntate animaduertere, atque id tamen ſine difficili calamitate, quam Iupiter ignis rapti cauſa in Prometheum conuertit ſuperioribus temporibus,cum eum ex grauiſsimis vinculis ſoluiſſet, caſtigationem voluntariò,in animo moleſtia omni libero poſitam,tradere cum vellet, hanc habuit quam imperaret Deorum duci. Ex quo neque ſignificatam illius coronam ſupereſſe Prometheo,ac paulò poſt hominibus, de quibus benemeritus fuerat,cum ignē illis dono dediſſet. Quamobrem Caribus etiam eodem modo imperatum eſt cum viticis coronis vterentur,vt ſua capita ramis vincirent,quibus ipſi Deam comprenderant. Imperauit autem vt alia coronarum genera ſoluerent,præter laurum, quàm donum ſe iis concedere ſolis dicebat, qui Deam colerent: & qui vterentur aſſequentes ex vaticinio illæſi eſſent futuri,atque Deæ meritum æquúmque ius in conuiuiis traderent. Cum Cares reſponſo parere ſtuderent, priores coronas ſolitas diſſoluerunt,at ipſi vulgo vitice quidem ſunt vſi, illis verò qui Deam colebant,conceſſerunt vt laurea coronarentur, quæ conſuetudo nunc etiam ſeruatur. Mentionem feciſſe videtur coronæ ex vitice Nicænetus poëta in ſuis commentariis,cum indigena ſit poëta: ſic autem inquit: D

*τονάω* / *vehemēs.*

*Non placet vrbs,malo venator viuere in aruis.*
*Namque magis zephyri lenior aura iuuat.*
*Stratus humi laterique thorus mihi ſufficit ipſe.*
*Proximus agreſtis lectus & ipſe pyri:*
*Atque corona vetus Carum vitex, agè vinum*
*Portetur, Muſis atque ſacrata lyra.*
*Potemus læti,Iouis inclyta nympha canatur*
*Vt nobis,illi hæc inſula ſacra dea eſt.*

In his ambiguè dictum eſt ab ipſo Nicæneto num lecti ſternendi gratia,vel coronæ viticem nominârit. Cum antiquam

A tiquam coronam Carum eſſe dicat, illud, quod quærebatur, patefecit. Accidit autem vt viticis corona ad Polycratis vſque tempora vterentur, cum veluti quiſpiam conjectari poſſet, familiariſsima eſſet inſulæ. Scribit igitur Anacreõ: Megiſthes perhumanus, iam decem menſes ex quo vitice coronatus eſt, ſuauémque bibit vini fæcem.

*Hephæſtion aliorum opera ſibi attribuens.*

CAP. IIII.

HAec Dei norunt, quemadmodum primus ipſe, cum Menodoti commentariolum haberem, in pulchra inueni Alexandria: atque ex eo multis illud oſtendi, quod queritur apud Anacreontem. Hephæſtion verò, qui furtum omnibus obiicit, à me capiens ſolutionem ipſam ſibi arrogauit, commentariúmque edidit inſcriptum, de corona viticis apud Anacreontem, quod nuper Romæ apud Demetrium inuenimus. Huiuſmodi fuit Hephæſtion Hiſtoricus erga optimum etiam noſtrum Adrantum. Hic enim cum libros quinque de Quæſtionibus edidiſſet, earum rerum, quæ apud Theophraſtum in libris de Moribus iuxta hiſto- B riam, dictionémque quæruntur, ac ſextum de iis, quæ in Ethicis Ariſtotelis ad Micomachũ, ambiguè dicta eſſent, tum de Plexippo, qui eſt apud Antiphontem tragicum, & alia quàm plurima, ac de ipſo etiam Antiphonte, hæc ſibi attribuit. Inſcripſit & libellum de Antiphonte, qui eſt in Memorabilibus apud Xenophontem, neq; proprium quicquam inuenit, veluti in libro de Corona viticis. Solum hoc proprium dixit quòd Phylarchus libro ſeptimo Hiſtoriarum hiſtoriam viticis cognouit, quódque neſciuit ille Hiſtoricus ea Nicæneti, neque Anacreontis. Demonſtrauit etiam ipſum in nõnullis eorum quæ narrata fuerunt, diſcrepare à Menodoto. Poſſet aliquis vel ſimplicius etiam dicere de vitice, quòd Megiſthes coronari vitice conſueuerat, cum ea illa abunde ſuppeteret, in eo loco, in quo conuiuabatur, quo tempora ſibi deuincire poſſet.

*De coronis calamorum, cur coronæ ſint inuentæ, & quo pacto.* CAP. V.

COonſueuerunt Lacedæmonij etiam calamo coronari per feſtum Anteſignanorum, vt in libris de Sacrificiis in

in Lacedæmone ſcriptum reliquit Soſibius: cum ita inquiat, hic alios quidem regionis ipſius calamis coronari accidit, alios verò, pueros ſcilicet, ex inſtitutione non coronatos aſſequi. Ariſtoteles libro rerum Amatoriarum ſecundo, Ariſtónque Peripateticus genere Ceus libro Amatoriarum rerum nono ſimiliter inquiunt, quòd antiqui ob dolores capitis, quibus propter vinum vexabantur, vinciendorum temporum gratia vincula, quæcunque contingerent, inuenerunt: quæ res illos iuuare viſa eſt. Poſteriores autem ornamentum etiam quoddam peruenuſtum addere voluerunt tempori, atq; in congreſſibus per vinum coronas ſunt machinati. Eſt autem rationi fortaſſe magis conſentaneũ, cùm omnes ſenſus in capite reperiantur, illud idcirco præcipuè coronari: vel quia tegi caput conferat, ſicut etiam frontem atque vinciri, idcirco tempora coronabantur, vt optimus inquit Anacreon. in ciliis autem grauium corollas ponentes feſtiuum feſtum ago Dionyſio. Coronabant verò & pectora, eáq; vnguento perungebant; quoniam ibi eſt cor. Vocarunt autẽ collares coronas eas, quibus collum vinciebant, vt teſtatur in his Alcæus, Sed circa colla implexas coronas collares impoſuit. Anacreon, implexas collares ex loto circa pectora impoſuerunt. Aeſchylus in Prometheo ſoluto ſcitè admodum inquit, quòd coronam in Promethei honorem circumponimus capiti pro pœna eius vinculorum. Atque ita inquit in inſcripta Sphinge, C D

*Huic hoſpiti veterem coronam, quæ optima*
*Corona cauſa vinculi Promethei.*

Simpliciorem verò cauſam tradidit Sappho, quare nos coronemur, cum ita dicat, coronis ἄλικα παρθέμεναι, ταῖς φόβαισι ἔρπακας ἀννήτω συναίρραισ' ἀπαλλαγίον χέρσιν· εὐάνθεα γὰρ πέλεται. καὶ χάριτες μάκαιρα μᾶλλον προτέρηνα στεφανώτοισι δ' ἀπυστρέφονται. Nam velut iucundius ſit ac gratius diis ſacrificantes coronati aſſerit. Narrat Ariſtoteles in Sympoſio quòd nihil mutilatum Deis offerre, ſed omnia perfecta ac integra donare conſueuimus: plenum verò & perfectum eſſe videtur corona. Coronare implere quodammodo ſignificat, vnde Homerus:

*Hæc appoſui, vt me doctiores, ſenſum aliquem, ſi elicere poſſint experirentur, quia non ſunt impreſſa.*

*Crateras pueri ſtatuunt, & vina coronant.* Et,
*Sed verbis formam Deus ipſe coronat.*

Nam eos qui aſpectu ſunt deformes inquit, dicendi grauitas

A tas implere videtur. Hoc corona efficere velle apparet; quamobrem contrariũ facimus in doloribus, nã cum nos cum laborante grauiter ferie demonſtraturi ſumus, nos ipſos & capillorum cæſarie mutilamus, & coronas diripimus. Scribit Philonides medicus in libro de vnguentis & coronis, quòd cum vitis in Græciam à Dionyſio ex mari rubro lata fuiſſet, permultiq; in immoderatum vini vſum conuerterentur, ac vinũ purum biberent, alij in furias conuerſi fuerũt, alij verò ob capitis grauedinẽ mortuis ſimiles videbantur. At cum quidã biberent in regione imber incidit forte, cõuiuiúmq; diſſoluit: craterẽ verò exiguum qui vinum relictũ habebat, aqua impleuit. Mox cum ſerenitas orta fuiſſet, in eundem locũ reuerſi ſunt: vinúmq; miſtum guſtantes fruitionẽ facilem ac ſine dolore ſunt cõſecuti, atque idcirco Græci bonum dæmonẽ ſignificant vino non miſto quod datur in cœna, Deũ illum qui miſtionem inuenit, venerantes: erat autẽ hic Dionyſius. Primũ verò poculũ, quod miſtũ datur poſt cœnã Ioui ſeruatori indicere ſolent, quem miſtionis illius ſalubris, ac imbris autorẽ eſſe arbitrantur. Opus erat auxiliis iis, quorũ potu capita grauarentur, atque

B vinculum illis erat promptiſsimum, cũ præcipuè ad illud duce ac moderatrice vterentur natura. Nam cũ quis capitẽ grauatur inquit Andræas, illúdq; ſupprimeret vinculum inuenit leuior factus, doloris capitis remedium. Hoc auxilio illi vtentes pro locis, caput illis ligabant, quibus grauari cõtingeret: atque ita ad hederaceum vinculum peruenerunt, cũ hedera ipſa & multa eſſet, & omnibus in locis naſceretur, & aſpectũ haberet nõ iniucundũ: quippe quę frondibus ac corymbis tẽpora adumbraret, ſtringendique vim pateretur, ac ſine graui odore refrigeraret. Videtur idcircò mihi Dionyſius coronã vtris reliquiſſe, ac inuentor fuiſſe potionis eius, vt illis eſſet adiutor, quibus malorum plurimorũ autor extiterat: Inde verò in voluptatem conuerſi, illud, quod ad vtilitatem traditum fuerat, atque vt ebrietate laborantibus auxiliaretur, coronam ſcilicet, in aſpectus ac odoris iucunditatem retulerunt quamobrem coronam ex myrto aſtringẽtem vini euaporationẽ reprimere inquiũt, ſimiliter verò roſeam, ſi quid habuerit, refrigerare aiunt aliquantulum, doloréſque capitis mitigare. Neq; lauream ſanè coronam à potu alienam eſſe exiſtimare conuenit. corona

rona

rona ex albis violis, cum caput moueat, & amaracina, & omnes denique quæ caput perturbare poſſunt, ſunt deuitandæ. Hæc ipſa ſcripta reliquit iiſdem dictionibus Apollodorus in libro de vnguentis & coronis. Atque de his tot à me dicta ſint ò ſocij. C

## *De corona Naucratite.* CAP. VI.

CVm diu quæſiuiſſem quænam eſſet corona Naucratites, multoſque percunctatus eſſem, vt diſcere non potui, incidi aliquãdo, quamuis tardè, in librum Polycharmi Naucratitæ, qui de Venere inſcribitur, in quo hæc ſcripta ſunt: circa Olympiadem vigeſimam tertiam Heroſtratus, meus conciuis, qui mercaturam exercebat, regionéſq; multas nauigando viderat aliquando in Paphum etiam applicuit Cypri, ac Veneris ſimulacrum palmi magnitudine, émit arte antiquiſsima factum, quod ferens in Naucratem cõtendebat. Illi poſtea iuxta Aegyptum nauigãti cum hyems repente incidiſſet, neque vbi locorum eſſent, poſſet cognoſcere, omnes ad Veneris ipſius ſimulacrum confugerunt, atque orarũt vt eos ſeruaret: tum verò Dea (erat enim Naucratitis amica) omnia quæ illi erant appoſita myrtos virides fecit, atque nauem totam ſuauiſsimo odore repleuit, cum iam ob nauſeam nauigãtes de eorum ſalute prorſus deſperârent. Cum permultum vomuiſſent, ſolque enituiſſet, montibus conſpectis in Naucratem peruenerunt. Tum Heroſtratus exiens è naui cum ſimulacro, ſimúlque virides myrtos habens, quæ ſibi repente apparuerãt, id depoſuit in Veneris templo, ſacrificiáq; inſtituit, eáq; Veneri dicauit: ac conuiuium inſtituit in ipſo ſacello, conuocauítque eò quos cõueniebat, & familiariſsimos viros, quorum ſingulis coronam ex myrto donauit, quam eo tempore vocauit Naucratitem. Hęc quidem certè à Polycharmo dicta fuerunt, quibus & ipſe aſſentior, cum non aliam eſſe Naucratitem coronam putem, quàm eam, quæ compoſita eſt ex myrto vnà cum roſis, quam Anacreon geſtare conſueuerat. Dixit etiam Philonides quòd corona ex myrto vini vaporationes reprimit: atque roſea corona habet remedium quoddam doloris capitis cum vim habeat refrigerandi. Ridendi illi igitur mihi videntur, qui Naucratitem D

coronam

A coronam eam eſſe putarunt, quæ apud Aegyptios ex papyro coronaria vocata conficitur: qui coronatum Theopompum adducunt ex libro tertio rerum geſtarum, quia ita inquit; Ageſilao Laconi in Aegyptum proficiſcenti Aegyptij & alia munera complura miſerunt, & papyrum coronariam. Ego verò quàm vel vtilitatem præbeat vel delectationem, non facile intellexerim papyrus cum roſis:niſi ill qui his vtuntur,ſe allio quoque cum roſis coronari pertulei rint. Noui & complures,qui coronam ex ſampſycho compoſitam Naucratitem eſſe dicerent. Eſt autem hic flos plurimus in Aegypto. Differt etiam plurimum odore myrtuquæ in Aegypto naſcitur,ab ea quę reperitur in aliis regionibus,vt narrat Theophraſtus.

## *De Hypoglottide, Iſthmiaca, Antinoioq́; coronis.*
## CAP. VII.

CVm hæc adhuc dicerentur, ingreſsi ſunt pueri, qui coronas attulerunt ex iis floribus, qui eo tempore vigebant:tunc ait Myrtilus, dic optime Vlpiane coronarum no
B mina.Nam pueri iuxta Chæremonis Centaurum:

*Parant coronas laudis atque gloriæ*
*Præconium,prompſere dæmonum preces.*

Scribit idem poëta in Dionyſio:

*Cadunt coronas nuntios hi gloriæ.*

Tu verò ne nobis adducas ea Aelij Aeſclepiadæ ex inſcriptis Coronis,velut non antea audiuerimus:ſed aliud prater ea dicas quidpiam. Non enim demonſtrare poteris quod quiſpiam roſarum coronam,aut violarum abſolutè dixerit. Nam illud,quod eſt apud Cratinum narciſsinas coronas per iocum dictum fuit. Tunc ille ridens,inter Græcos prius corona fuit nominata, vt libro quarto Deliadis teſtatur Semus Delius: atq; illud quod corona apud nos nuncupatur, apud nonnullos Stemma vocatum fuit. Quamobrem hac primum coronati, lauream poſtea coronam circumpoſuimus. Dicta eſt autem corona à cingendo. Tu verò verſute Theſſale inquit,me aliquid dicturum eſſe putas communibus his, atque vulgatis? at ob tuam linguam de Hypoglottide mentionem faciam, de qua meminit Plato in Ione male affecto;

*Vos quippe linguam fertis ipſi in calceis.*
*Coronam hypoglottidem vbi potatis hinc,* C
*Lingua aut bona litatis, illa mittitur.*

Theodorus in Atticis dictionibus, vt inquit Pamphilus in libris de Nominum compoſitione, genus quoddam coronę eſſe ſcribit hypoglottidem. Hæc etiam ex me accipias iuxta Euripidem, nam ex omnibus rebus dupliciũ rationum controuerſiam aliquis ſapiens excitare poſſet. Iſthmiacam ita vocatam coronam memoria dignam putauit Ariſtophanes in Coquentibus in ſartagine, ita inquiens:

*Quid ergo facimus? amiculum nos candidum*
*Oportuit ſumpſiſſe, poſt Iſthmiacam:*
*Cantamus in herum nos Chori laudes vbi.*

Silenus Iſthmiam coronam vocat in Linguis. Scribit autem Philetas corona ſcilicet vtrinque eiuſdem nominis, velut capitis, ac prioris ornamenti. Dico autem in puteo atque Enchiridio Iſthmiam. Alterum pro altero tradiderunt Timachidas atque Simmias Rhodij coronam Iſthmiam, cuius mentionem fecit Callixenus & ipſe genere Rhodius in iis, quæ ita ſcripſit de Alexandria; Verum quando memini de Alexandro, noui coronam quandam in pulchra hac ciuitate Antinoium, quę componitur ex ibi vocata loto. Naſcitur verò hęc æſtatis tempore in ſtagnis, duóque reperiuntur illius colores; altera roſæ quidem eſt ſimilis, ex qua compoſitæ coronæ proprio nomine antinoiæ nominantur: altera verò corona vocatur lotina, cum colorem habeat cęruleum. Pancrates poëta quidam indigena, quem nos quoque cognouimus, cum imperator Adrianus in Alexandriam acceſsiſſet, multo ſtudio ille lotum roſæ ſpeciem prę ſe ferentem oſtendit, cum eum antinoium nominare oportere diceret, quia emiſſa fuiſſet à terra, cum leonis Mauruſij ſanguinem excepiſſet: quem, cum eſſet eximiæ magnitudinis, in Libya Alexandrię finitima Adrianus in venatione interfecit, multóque tempore cum vniuerſam Libyam paſceretur, multa loca hic leo fecerat, vt à colonis desererentur. Cum igitur lætatus fuiſſet ob huiuſce cogitationis inuentum, reique nouitatem, illi victum vt haberet in Muſis conceſsit. Cratinus autem comicus coronam vocauit coronamentum in Vlyſsibus lotum, quia omnia frondoſa ab Athenienſibus coronamenta nuncupantur. Pancrates verò non D

parum

A. patrum venuſtè dixit in poëmate;

*Serpillum criſpum, mox lilia & alba, hyacinthum*
*Purpureum, Zephyrique patens roſa plurima veruis.*
*Atque Chelidonij frondes albentis in aruis.*
*Antinoi nondum flos dictus nomine creuit.*

## *De Pyleo, Iacche, Hellotide, pſilinis ſiue thyreaticis, meliotinis coronis.* CAP. VIII.

VOcabatur Pyleon corona ea, quam Lacones Iunoni imponere conſueuerant, velut ait Pamphilus. Verumtamen noui & coronam quandam Iacchen vocatam apud Sicyonios, vt aſſerit Timachidas in Linguis. Ita vero ſcribit Philetas; Iacche odorifera corona eſt Sicyonia vtrinque comata apud patrem, pulchram Iacchæam ponens coronam. Seleucus in Linguis ſcribit coronam ex myrto compoſitam Hellotidem vocari, cum viginti vlnarum habeat circunferentiam, atque in Helotum feſto in pompam procedere. Scribit ibidem oſſa Europæ ferri, quam Hellotidem appellitarũt. Thyreaticæ coronæ quædam vocabantur apud B. Lacedæmonios, vt autor eſt Soſibius in libro de Sacrificiis, quas nunc ait pſilmas nominari, ex palmáque confici, quas etiam monumentum ferunt victoriæ in Tyrea Partæ ij, qui in ipſo feſto chororum ſunt ductores, ac vbi Gymnopodias perficiunt. Ex choris hic prior quidem eſt puerorum, ille verò ex optimis viris nudis ſaltantibúſque conficitur, Thaletæque & Alcmanis canentibus cantilenas, ac Pæanas Dionyſiodoti Laconis. Mentionem fecit Alexis hoc pacto in Cratia ſiue Pharmacopola de coronis melitotinis; compluréſque coronas ſuſpenſas melitotinas optas. Seleucus coronamenta inquit, Timachidas multiplicia inquit coronamenta ita vocari, quæ mulieres geſtare conſueuerunt.

*γυμνοπαι-δίαι, feſtum laconicum.*

## *De hypothymide, & cyliſta.* CAP. IX.

SVnt etiam hypothymis ac hypothymiades coronæ quędam apud Aeoles, ac Iones, quas circa colla geſtare conſueuerunt, velut in Alcæi, Anacreontiſque poëmatæ intueri licet. Philetas in Inordinatis myrti ramum.

Lesbios ſcribit hypothymidas nominare, circa quem tum C violas, tum alios etiam flores innectere conſueuerunt. Eſt hypoglottis etiam coronæ ſpecies. Theodorus in Linguis Atticis genus eſſe aſſerit coniunctionis coronarum in Ioue male affecto apud Platonem. Inuenio autem apud comicos coronam quandam vocatam Cyliſtam, ac mentionem illius feciſſe Archippum in Rhinone his verbis: Innocuus ad dandum pallium accedit domum, coronámq; habet ex Cyliſtis. Alexis in Certamine ſiue Hippiſco; Tertius hic habet Cyliſtam coronam ex ficubus, ſed & viuens his gaudebat. At in Scirone inquit, velut Cyliſta corona ſuſpenſus. Meminit & Antiphanes in ſeipſum amante. Eubulus in Oenomao vel Pelope circumlationibus circumactus tanquam Cyliſta corona. Quænam eſſet hæc Cyliſta corona, noui Thyatirenum Nicandrum hęc in Atticis nominibus ita dicentem; Eccyliſtæ coronæ, & quæ ex roſis præcipuè. Speciem etiam quam perquiro ne mihi dicas ô Cynulce, quòd robuſtas ac craſſas intelligere oportet. Tu verò is es, qui nefaria ſolum ex libris eligis, vel potius effodis, velut ij philoſophi, qui ſunt apud Catonem in Decipiente: de quibus ſcribit Sophocles quòd cõuiuæ ſunt tui ſimilium, mentum vti oportet geſtantem comprendiſti, & Ephebum, & D genere quidem * ventris appellari filium patris præſens.

## *De Struthio, Aegidio, contortisq́ coronis.*

## CAP. X.

Verum quoniam tu non cornorum ſolum, verũ etiam Glauci herbæ ſemperuiui es plenus, quam cum Deus Anthedonius ille deguſtaſſet, factus eſt immortalis; nobis de re propoſita narrato, ne iuxta diuinum Platonem in libro de Anima te mortuum aliam formam capere intelligam. Nam viros gulæ, iniuriiſq; deditos, conuiuiorúmque ſtudioſos, ac non deuitantes, rationi conuenire videtur vt in aſinorum genus ſimiliúmque ferarum naturam ingrediantur. Cum ille adhuc dubius eſſet: ad aliam coronã Struthium vocatam tranſibo inquit Vlpianus, cuius mẽtionem fecit Aſclepiades hæc apponens ex Eubuli coronas vendentibus; Cui longa habens domi Struthium, per aërem latum, tenuiſsimum, ad ſponſalia ſpectans, valde ſuaue, quod calamo ad

A mo adnaſcitur, atque per ver ſtridulum augetur amore liqueſcens. Componitur hæc corona ex flore ſtruthio vocato, cuius mentionem fecit Theophraſtus libro ſexto Hiſtoriarum de plantis his verbis: Floret autem & vere & æſtate Struthium vocatum, qui flos aſpectu quidem eſt formoſus, at caret odore: Galena verò Smyrnæa Struthium ipſum nominauit. Pothus corona quædam ita nominatur, vt autor eſt in linguis Nicander Colophonius: fortaſſe verò idcirco quòd ex flore potho vocato componatur, cuius fecit mentionem idem Theophraſtus libro ſexto Plantarum ita inquiens; Alij flores ſunt potius æſtiui, velut Bellaria, flos Iouis, lilium, iphyum, Phrygiáq; amaracus, ac etiam vocatus pothus: qui quidem eſt duplex, alter florem hyacintho habet ſimilem, alter verò decolor ac ſubalbus, quo in ſepulchris vtuntur. Connumerauit Euaulus & alias coronas; Aegidium coronam tu geſtabis hãc valde variam florum ſuauiſsimam ô Iupiter: quæ enim ipſam habens oſculabitur? & in ſequentibus inquit: coronas fortaſſe vultis? num ſerpilli? vel myrti? vel florentium myrtorum? volumus ex his, túq; alia vendito omnia, præter myrteas coronas. De Philyna corona Xenarchus in Milite; Philyræ non frondoſæ puer
B coronam circumpoſitam habebat. Vocantur & coronę quędam Contortæ, velut hoc etiam tempore apud Alexandrinos. Meminit de iis Chæremon tragicus hoc pacto in Dionyſio; Ex hedera narciſſóq; in circulum conuolutiones contortarum coronarum. De ſemper florentibus coronis in Aegypto ita ſcriptum reliquit Hellanicus in rebus Aegyptiis; Ciuitas eſt fluuiatilis nomine Tindium, vbi Deorum fit concilium, atque in media ipſa ciuitate templum purum ac magnificum ex lapidibus conſpicitur; tum etiam extra templum ipſum veſtibula ſunt lapidea, ſpinæque candidæ ac nigræ naſcuntur, quarum in ſuperiorem ſpinæ partem, coronæ ex mali punicæ vitiſque flore compoſitæ proiiciuntur, atque hæ ſemper florent. Coronas Dei in Aegypto eo tempore depoſuerunt, quo intellexerunt Babym id eſt Typhonem regnaturum. Scribit Demetrius de iis, quæ ſunt circa Aegyptum, has ſpinas eſſe circa Abylum ciuitatem, cum ita inquiat; Habet ſpinam quandam arborem locus inferior, quæ fructum rotundum producit, ex ramulis quibuſdam circularibus. Floret hæc ſpina vbi eſt ver, floſq;

colore eſt obſcuro. Narratur fabula quædam ab Aegyptiis quòd cum Aethiopes in Troiam proficiſcerentur ſub imperio Tithoni, vbi mortuum eſſe Memnonem audiuerunt, in eodem loco coronas abiecerũt in ſpinas. Sunt autem ramuli, ex quibus flos emittitur, coronis perſimiles. Narrat prædictus Hellanicus cum eſſet priuatus Amaſis, atq; vulgarem vitam degeret, in Aegypto idcirco regnaſſe, quia coronam ex pulcherrimis floribus cõpoſuiſſet, formáq; præſtantiſsimis, quam dono miſit ad Partamidem regem Aegypti eo tempore, cũ natalem ſuum is celebraret. Hic cum eius coronæ pulchritudine lætatus fuiſſet, Amaſim ad cœnam conuocauit, ac vnum poſtea ex illius amicis, qui eum habebat. Eum præterea bellantibus Aegyptiis ducem miſit, à quibus ob Parthamidis odium rex declaratus fuit. C

## *De floribus varijs coronarum, eorumq́ʒ viribus.*

### CAP. XI.

SYnthemææ coronæ conficiuntur ac traduntur. Ariſtophanes in Cerealia celebrantibus; Coronas viginti Synthemæas componere. Choronam ſcribit Apion in libro de Lingua Romana diu appellatam fuiſſe, quia Chori ductores ea antiquitus in theatris vterentur. Ipſi verò circunſteterant, ac ob coronam certabant, veluti in Simonidis Epigrammatibus, cum ita diceretur, intueri licet. Phœbus inducitur, Tyndaridis cecinerunt immoderatæ cicadæ, miſſæ ſunt ex corona. Vocantur coronæ quædam acinij, quæ ex planta acide nectuntur, vt Andron ait medicus. Appoſuit dictionem ipſam Parthenius Dionyſij libro primo, de dictionibus apud Hiſtoricos. Coronarios flores hos Theophraſtus connumerauit: violam, Iouis florem, iphyum, flammam Herculis. Ac omnium florum primum cerni inquit albam violam: vnáq; cum illa verbaſcum agreſte vocatum. Poſtea narciſſum, iridem, ac ex montanis anemones genus id, quod montanum vocatur, tum bulbi florem: nam hunc etiam in coronis componere nonnulli conſueuerunt. His accedit Oenanthe, & nigra viola ex Agreſtibus, & Elichryſa, anemonéſq; vocata climonia, hinc enſis, hyacinthus; nam roſa his omnibus eſt tardior, cum extrema videatur, primáq; deſinat. Alia verò ſunt magis æſtiua genicularis, Iouis flos, Lilium, iphyum, amaracus Phrygia, ac D

*ὀρεμώνη, papaueris genus.*

vocatus

A vocatus etiam pothus. Scribit idem Theophraſtus libro octauo; ſi quis elichryſæ flore coronetur, gloriam conſequitur ſi vnguento rigauerit. Meminit in his de illa Alcman; & quam precor ferentem hanc elichryſa & cypero immortalibus: Ibycus, myrtum, & violas, elichryſam, mala, roſâſque & teneras laureas. Cratinus in Mollibus; ſerpillo, crocis, hyacinthis, elichryſæ ramis. Eſt autem flos loto ſimilis. Themiſtagoras Epheſius in aureo libro inſcripto florem nomen accepiſſe inquit, à prima nympha Elichryſa, quæ eum decerpſerit. Scribit Theophraſtus lilia eſſe purpureos flores. At Philinus lilium inquit ab aliis quidem lirium, ab aliis vocari violam. Corinthij ambroſiam ipſum appellant, velut aſſerit Nicander in Linguis. Diocles in libro de Læthiferis Pharmacis quidam amaracum ſampſuchum dicunt inquit. De coſmoſandalis mentionem fecit Cratinus in mollibus hoc pacto: Caput floribus comedo, liriis, roſis, liliis, Coſmoſandalis. Clearchus libro ſecundo Vitarum, Vide inquit Lacedæmonios Coſmoſandalum in coronas nectentes, qui antiquiſsimum Reipublicæ ornamentum peſſundantes præcipitati fuerunt. Quamobrem optimè dixit de iis Antiphanes comicus in Chithariſta; non intumeſcebant aliquando Lacones, tanquam optabiles, nunc verò obſidum vittas habent purpureas. Hiceſius libro de Materia ſecundo, albam violam ſcribit mediocritatem quandam tenere aſtringendo, multóque meliorem habere odorem, quíq; oblectare poſsit, ſed perpaucam. Nigra eandem habet ſpeculationem, ac multò etiam meliorem habet odorem. Apollodorus in libro Venenatorum animalium Chameupitym nominat, alij Holocyrum, alij Atheneſim; at Ionici, qui ſunt in Euboea, Sideritin. Sic etiam Nicander libro ſecundo Georgicorum; cuius carmina paulò pòſt citabo, cum de omnibus coronariis floribus pertractabo; Violam inquit Nymphæ, quædam Ioniades primo Ioni donauerunt. Theophraſtus libro de Hiſtoriis plantarum ſexto narciſſum Lirium vocari aſſerit. Poſtea progreſſus veluti differentem poſuit narciſſum ac lirium. Eumachus Corcyræus Acacallidem nominari inquit & crotalum narciſſum, in radices cædente. De flore Hemerocalle vocato qui nocte quidem tabeſit, ac ſole oriente pullulat, in mol-

λάθροι, ἴω.

B

libus mentionem fecit Cratinus ita inquiens, Amato Hemerocalli. De ſerpillo inquit Theophraſtus; Agreſtem ex agris ferentes in Sicyone plantant, Athenis autem ex Hymetto. In aliis verò montibus plurimum eſt, velut in Thracia. Philinus ipſum Zygidem vocari aſſerit. De geniculari ita ſcribit Amerias Macedo in radices cædente, vbi eam narrat ex Veneris lauacris ortam eſſe eo tempore, quo Venus cum Vulcano dormitura lauabatur, quam optimam naſci inquit in Cypro & in Lemno, in Strongyle præterea, in Eryce, & in Cytheris. Hieris, vt autor eſt Theophraſtus floret æſtate, ſoláque inter flores Europæos bonum habet odorem, ac optima eſt in Illyriis, in locis mari finitimis non habitatis. Scribit Plinius Hieridis flores lupos appellari, quia luporum labris ſint ſimiles. Nicolaus Damaſcenus libro Hiſtoriarum octauo poſt centeſimum, ſtagnum quoddam eſſe inquit circa Alpes, quod in multa ſtadia extenditur, circa quod ſuauiſsimi flores per annum naſcuntur, iucundiſsimiq; coloris, qui vocatis purpuris ſunt ſimiles. De purpuris floribus meminit in his Alcman; Auream habens gracilibus ramis purpuram. Mentionem fecit & Epicharmus in Ruſtico.

*Hic ἱερὶς legitur aſpiratè. at in Chirographis alijs ἰερίς.*

## *De roſis Philadelpho, Heliotropio, Chelidonio, ambroſia.* CAP. XII.

ITa de roſis ſcribit Theophraſtus libro ſexto; Roſarum complures ſunt differentiæ, nam multæ quinq; folia habent, aliæ duodecim, aliæ, quæ ſunt apud Philippos, habent vel centum folia, quas ex Pangæo capientes plantant: ibi enim naſcuntur complures, at valde exigua folia intima. Huiuſmodi eſt enim earum germinatio vt alia folia ſint intus, alia ſint extra: non ſunt autem magnæ, neque ſuauem habent odorem. Quæ quinque habent folia magis ſunt odoriferæ, quarum pars inferior eſt aſpera. Maximè odoriferæ ſint roſæ in Cyrene, quare fit vt ſuauiſsimum ſit vnguentum: violarum etiam, aliorúmque florum ſuauiſsimi ac diuini ſunt odores, tum præcipuè croci. Scribit in cœnis Timachidas, Arcades roſam bonum habentem vmbilicum pro odorifera vocare ſolitos. Apollodorus libro quarto rerum Parthorum deſcribit, florem Philadelphum

A phum vocatum naſci in Parthia regione, de quo hæc ita ſcribit; Myrti varia genera, milax, vocatúſque Philadelphus,qui flos naturæ aptum nomen accepit,quia ramos illi per interualla eſſe ordine accidit ſua ſponte, complexionémq; vbi naſcuntur animatorum, veluti ex vna eadémq; radice operantur.Reliquum verò diſcurrunt,ac viuas plantas gignunt.Hinc effectum eſt vt domeſticos Philadelphos in cuſtodiam conuerterint; nam teneriores ſubtilioréſque ramos adimentes, ac in retis more componentes in circulum plantare ſolent circa hortos : qui ita coniuncti ſecuritatem parant, difficilémque aditum operantur vbi fuerint poſiti. De coronariis floribus is meminit, qui Cypria carmina compoſuit Hegeſias,aut Staſinus.Damodamas enim Halicarnaſſeus ſiue Mileſius in Cypria de Halicarnaſſea, Halicarnaſſei ea poëmata eſſe inquit. Sic igitur is ait libro vndecimo quicunq; ea compoſuit:

*Veſtibus hinc Horæ,& Charites fecere colores.*
*Infecere ſimul vernis & floribus illas:*
*Et quales geſtant Horæ fecere. hyacintho,*
*Atque croco,violiſq;, roſiſq; vigentibus atque*
B *Formoſis,& nectareis variaſſe videres.*
*Diuinis baccis narciſſi,& floribus almis.*
*Diuinæ Veneri,varijs mactemus & Horis.*
*Induito veſtes ſacris præſentibus aptas.*

Hic idem poëta quòd vſum cognoſceret coronarum patet cum ita dicat;

*Et Venus & famulæ per floridæ prata legebant*
*Vndique odoriferos flores pia munera terræ*
*Inſerta, hæc capitiq; deæ impoſuere decentes.*
*Et Nymphæ,& Charites nemoroſis collibus Idæ*
*Errabant Paphia cum diua dulce canentes.*

Nicander verò Georgicorum libro ſecundo Coronarios flores connumerans hæc ait de Iadibus Nymphis, & de roſis;

Ἀλλὰ τὰ μὲν σπείρεσκε καὶ ὥραια φυτεύεις
Ἄνθη ἰαόννηθε γένη γεμένια σιδιάτα.
Ὦ χρόνιε χρυσῶπε φυὴν εἰς ὢ παῦρος ἄλσεσι.
Σιωπ' ἰωνιάδων νύμφαι στέφος ἀγνὸν ἰῶνι.

*Quia deprauata ſunt Nicādri hæc carmina, ea intelli-*

*gerenō po-*
*tui: quæ*
*inſtanti-*
*bus preci-*
*puè im-*
*preſſori-*
*bus vtcū-*
*que potui*
*emitto,*
*ſed in ſe-*
*cūda edi-*
*tione ex-*
*planabun-*
*tur accu-*
*ratius.*

Πισαίοις πολέεσσαι ἐν ἰκλήροισιν ὄρεξαν. C
Ἤνυσε γὰρ χλοῦν ἰῶδε μετεαρύμενος σκυλάκεσσιν.
Ἀλφειῷ καὶ λύθρον ἐνῶν ἐπλύνατο γυῶν·
Ἑσπέριοι νύμφαισιν ἰωνίδεσσι νυχεύων·
Αὐτὰρ ἀκανθοβόλοιο ῥόδου κατατέμνετο βλαστάς.
Τάφροις ἐμπήξειας ὅλον διπαλέστατε λέσχων·
Πρῶτα μὲν ὠλονίης θέμιδος ἀπὸράσιδος ἀρχὴν
Λείπωμεν κλίροισιν ἀνέστρεφε νηματίοισιν
Αἶεν ἐς ἐξηκόντα πέριξ κομόωντα πετήλοις.
Δευτέρα νισέης μεγάρκιστο ἠδὲ φάσηλος,
Οὐδ' αὐτὶ λευχοφρίῳ ἀτασαμένης ἐπιμέμφης
Ἀνθαὶ μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα,
Κισσοῦ δ', ἄλλοτε κλῶνες ἐυρίζου καπέτοισι.
Πολλάκι δὲ στέφος αὐτοκορυμβήλοιο φυτεύσαις
Θρασκιόνη ἀργοπόνης κλαδέεσσι πλανήτην.
Βλαστοδρεπίδε χύτοιο, καὶ εἰς μίαν ὀρεοκόρσην.
Σπεῖραν ὑποπτειρίδεσσι νεοπλέκτοισι καθάπτων· B
Ὄφρα δύο κροκόεντες ἐπιζύγεοντε κορύμβοις.
Μέσσα σιωπίζωσι ὑπὸ ὀφριάλοιο μετώπου.
Χλωροῖς ἀμφοτέρωθεν ἐπηρεφέας πετάλοισι
Σπερματίων, κάλυκες κεφάληγονοι ἀντελέουσιν.
Ἀργίαις πετάλοισι κρόκῳ μεταχροισθεῖσαι,
Ἀκρυναλίρια δ' ἄλλο ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν
Δὲ καὶ οἱ ἀμβροσίην πολέες λέγε χάρμ' ἀφροδίτης.
Κρίσι γὰρ χροίητο δέπου ἐπὶ μέσσον ὄνειδος.
Ὅπλον βρωμήταο διεκτέλλον στεφάτισαι.
Ἶρις δ' ἐν ῥίζῃσιν ἀγαλλιασκηδ' ὑακίνθῳ.
Αἰάστη προσέοικε χελιδονίοισι δὲ τίλλει
Ἄνθεσιν ἰσαλεξομεῦσα χελιδόσιν, αἱ τανακόλπῳ
Φυλλάδα ὑλείην ἔγχευε τὸν ἀρτιγόνον δὲ
Εἴδοντε τ' ἠμνοῦσαι αἰεὶ κάλυκες στομίοισι.

Σὺν

A Σὺν καὶ παρ᾽ τοξία χροιῇ λίχνις, οὐδὲ θρυαλλίς.
Οὐδὲ μὲν ἀνθεμίδων κενεὴ γηρύσεται ἀκμή.
Οὐδὲ βοῶν θεμάκεινα τάτε πτύταλον κάρη ὕψου
Φλὸξ δ᾽ ὅ θεοῦ ἀνγῆσιν ἀνδρχομένης ἄοισα.
Ἕρπυλλον δ᾽ φριάλοισο τὲ βώλοισι φυτεύσεις.
Ὄφρα κλάδοις μακροῖσι ἐφερπύζων διάσται,
Ἠὲ κατακρεμάστισι ἐφμείρων ποταμυμφέων.
Καὶ δὲ αὐτῆς μήκωνος ἀπὸ πλαταγώνια βάλλοις.
Ἄβρω τον κωδίαν ὄφρα κυώπεαι φυλάξῃ.
Φυλακτίνη γὰρ πάντα δινιγομένοισιν ἐμφίζη
Ἑρπετά, τὴν δὲ δρόσισιν ἐισκομένην βοτέοντα
Κωδίαν καρποῖο μελιχρότερου πλήθοις.
Ἀνθρίων δισι ἐχομένων ῥέα μὴ φλόγες ἀλλοτρέπεις.
Ἠλύξαν σαρκοτύπησι, τάδ᾽ οὐ βάσιν ἐστήρειξαν.
Θρῖα δ᾽ οὐ λέγει τὰ περὶ συκῆς, ἀλλὰ τὰ τοῦ μήκωνος.
Οὔτε τι παιβρόμιον πεπιδέγμενα πολλάκι δίχην
B Στιφροῖς ὠλίσθησαν ἐνχελα ψάντες καρέοις.
Ἀδρυύεισδε βλαστὰ βάθει ἐν τάχει καρπὸν,
Σαμψύχου λιβάνοιτε νέας κλάδας ἠδ᾽ ὅσα κηπανθρέσιν
Ἐργοπόνοις στεφάνοις ἐπιπορσαίνουσιν
Ἤ γὰρ καὶ λεπταὶ πεντρίδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες
Λευκὴ ἰσαιομένοισιν, καὶ κρόκος ἴκει μήων,
Κύπρος τε σισύμβειον ὅσα τε καὶ οἷα οἷς
Ἄσπορα νεομένοισι πότοις ἀνεθρέψατο λειμών.
Κάλλεα βουβόφθαλμόντε καὶ εὐώδες δῖος ἄνθος.
Χαλκάς, σὺν δ᾽ ὑακινθονίων δαστεναμηλάς.
Ὀρφυότερας ἄστυξε μετ᾽ ἄνθεσι φερσεφονεία.
Σὺν δὲ καὶ ὑψήεντα τὰ πάντος μῆνος σαττέτυμβαι
Φάσγανια παρθενικαῖς νεόχου παισὶν ἀμφιχέονται.
Αὐτάρ τ᾽ ἠίθεαι ἀνεμωνίδες ἀστράπτουσαι
Τηλόθεν ὀξυτάρησιν ἐφελκόμεναι χροιῇσιν.

In quib

In quibuſdam verò ſcribitur;

Ἠφελκόμεναι φιλοχροιαῖς
Πᾶς δέ τις ἢ ἑλένειον ἢ ἀστέρα φωτίζοντα
Δρέψαιο εὐδενίοισι θεῶν παρακάμβαλε σηκοῖς,
Ἢ αὐτοῖς βρετάεσσιν ἅτε πρώτιστον ἴδωνται.
Πολλάκι θέλκα καλὰ τότε χρυσάντες ἀμέργων
Λείριά τε γλήνεσσιν ἐπιφθονέοντα καμίνοις
Καὶ γδραὰν πάνωπα, καὶ σὐδραπέας κυκλαμίνου,
Σαύρλιτε ἢ χθόνιον πέφρακται στέφος ἢ γεωλίου.

Patuit ex his carminibus aliud eſſe anemonem, aliud Chelidonium, cum idem eſſe nonnulli arbitrarentur. Flores intelligere oportet, vt aſſerit Theophraſtus, iuxta aſtrorum ſpeculationes cõtingere velut vocatum heliotropium & Chelidoniũ, nam & hoc floret vnà cum hirundine. Ambroſiam florem ita declarauit Caryſtius in Hiſtoricis commentariis. * Scribit Nicander ex capite imaginis Alexandri in eo Ambroſiam florem natum fuiſſe: dictum eſt autem ſuperius quòd ita lilium vocabant. Timachidas libro quarto Cœnæ florem quendam deſcribit Theſium vocatum: D

*Theſium tenerum florem dilexerat ille*
*Perſimilem malo egregie, pulchrúmque ſacrumq;.*

Ex hoc flore ita vocato Ariadnes etiam corona compoſita fuerat. Pherecrates verò ſiue is qui Perſas actus compoſuit, cum & ipſe de coronariis quibuſdam floribus mentionem faciat, inquit; ò malachos quidem quæritans, reſpirans autem ob hyacinthum & melilotina loquens, roſis aduerſans; ò amaracum amans, apium odorans & coſmoſandala, incedens per haſiam, ſcalam nautica cito conſcendere cui lex eſt. Is verò inquit, qui relatos in eum metallorum ſcrutatores fecit; ſub vitibus arbuſtiuis teneras tribulos peſſundantes in prato lotifero, gladiolúmque roſcidum anethiſci tenerarúmque violarum humorem, & trifolij. In his uero quid ſit trifolium: nam poëma quoddam exiguum trifolium inſcribitur & in Demaretem refertur. Scribit Pherecrates ſiue Strattis in in-

ſcriptis

A ſcriptis bonis; lotus ante clarum diem in coronis, alij dicunt in vnguento.

## *De Siſymbrijs, & quo tempore coronæ darentur conuiuis.*

## CAP. XIII.

SCripſit Cratinus in Mollibus de ſiſymbriis & coſmoſandalis: variis certè floribus paſcor, liriis, roſis, liliis, coſmoſandalis, violis, ſiſymbriis ventorum, quorum bacca vernis ſerpillo, crocis, hyacintho, elichryſæ ramis, labruſca, hemerocalléq; dilecto, anetiſco, timendóq; ſemper cuſtode meliloto caput ornor. Cytiſus ſponte ſua præter curantem venit. Prior verò ingreſſus & coronarum & vnguentorum introductus eſt in ſympoſia dux ſecundæ menſæ, veluti teſtatur Nicoſtratus his verbis in falsò obſignato; & tu decentem valde ſecundam menſam facito; ipſam multiplicibus ornato bellariis; vnguentum, coronas, thus, tibicinam accipe. Philoxenus Dithyrambicus in inſcripta Cœna coronam
B principium facit conuiuij ita ſcribens; aquam venit in manus tener puer in argenteo ferens gutturnio, ac effudit; poſtea tenues coronas attulit ex ramis tenerioribus myrtorum, quos compoſuerat. Eubulus Tittheus; poſtea quàm ſenes ingreſsi ſunt, tum ſtatim in domos diuertebantur: corona cito affuit: capta eſt menſa, ſimúlque maza trita ſuauis aderat. Fuit apud Aegyptios etiam hæc eadem conſuetudo, vt in Fœneratore teſtatur Nicoſtratus. Nam cum fœneratorem Aegyptium finxiſſet inquit, lenonem deprendimus, propter amicos qui nuper in manus acceperunt ac coronam, opportunum eſſet tempus, tu verò ventri indulge Cynulce. Poſtea tu nobis narrato cur Cratinus dixit melilotum, & ſemper cuſtode meliloto: quando te tumulentum video iam eſſe factum, ſic enim dixit eſſe ebrium Alexis in Introducto in habitaculum. Ceſſabo ab ipſis nugis puerîſque iubebo, iuxta Sophoclem qui dixit in Conuiuis; ferte, pinſat quis, infundat in profundum craterem; vir non prius comedat rectè ſimilia, bos operarius operetur. Tum iuxta Ariſtiam Phliaſium, qui ſcriptum reliquit in inſcriptis Cretenſibus; conuiua vel enſifer vel

mazas

mazas quæritans, pudeat intemperantem ventrem habere C parasitum. Quando his ita dictis nihil reſpondet, ipſum iubeo coronis vulgaribus coronatum, iuxta Alexidis Geminos, educi ex conuiuio. De vulgaribus coronis ita mentionem fecit comicus; coronis his vndique compoſitis, & ipſe cum hæc ita dixerim conticebo hodie, atque concedam iis, qui voluerint, vt de vnguentis orationem habeant: puero imperans iuxta Coroniferum Antiphanis, hæc diſſeram, vt huc duas bonas inferat, & faces bonas accenſas ad bonum. Sic igitur tanquam actus orationis exitũ conſtituam: atque paucos poſt dies velut ipſius ſilentium diuinaret, mortuus eſt feliciter, cum nullum tempus morbo conceſsiſſet, ſed nos eius ſocios magna affeciſſet moleſtia.

## *De vnguentis.*

## CAPVT XIIII.

Cvm pueri vnguenta in vaſculis aliis aureis, & in alabaſtris circumferrent, quidam Cynulcum intuitus illius faciem vnguento plurimo perunxit: hic autem excitatus, D vixque reſipiens, quid hoc inquit Hercules? num ſpongia? quiſue meam faciem præteriens purgabit multis fraudibus inquinatam? an non noſtis optimum etiam Xenophontem Socratem ita dicentem in conuiuio induxiſſe? optimè nobis per Iouem conuiuium præbes ô Callia, non enim cœnam ſolum lautam appoſuiſti, verum etiam & ſpectacula & acroamata nobis complura, eáque ſuauiſsima exhibes; quid igitur ſi nobis vnguentum quis inferat, vt ſuauis etiam præbeatur odor? nequaquam inquit Socrates: nam ſicut ex veſtibus alia viro magis conuenit, alia fœminæ, ſic ex odoribus etiam alius conuenit fœminis, alius viris. Nullus eſt profectò qui viri cauſa vnguento perungatur, niſi mulieres cum aliis de cauſis, tum ſi ſponſæ fuerint; velut huius mulier Nicerati ac Critobuli vnguẽto non etiam indigent; hoc enim olent nauitæ. Odor autem olei in gymnaſiis, virorúmque præſentia ſuauior eſt mulieribus, abſentéſque magis deſiderantur. Nam & ſeruus vnguento perfuſus & liber ſtatim eodem modo olebunt: odores verò

A vero ex laboribus liberalibus, & optimis primum ſtudiis indigent, & multo tempore, ſi modo ſuaues ac liberorum ſunt futuri. Scribit maximè admirabilis Chryſippus vnguenta ex eo nomen accepiſſe, quòd multo fiant cum labore, inordinatóque potu. Pepulerunt ex Sparte vnguentorum artifices Lacedemonij, velut qui oleum corrumperent; ſic eos etiam qui lanas inficerent, velut qui lanarum candorem cognoſci non paterentur. Prohibuit & Solon in ſuis legibus homines vnguenta vendere. Nunc autem non odores ſolum virorum, vt ait Clearchus libro tertio Vitarum, verumetiam colores cum delicias quaſdam habeant, eos effœminatos, qui iis vtuntur; vos autem delicias iucundum quidpiam habere putatis à virtute ſeiunctum? Sappho cum fœmina eſſet ac poetria, quiddam habebat ad veritatem, quæ idcirco deliciis honeſtum iniungere gaudebat cum dicat; Ego verò delicias amo, quamuis honeſtum cupio quæ conſequantur ac ſplendorem, in quibus manifeſtum omnibus facit quod viuendi cupiditas & ſplendorem habebat ille, & honeſtatem, quod familiarem ſignificat virtutis. Quamuis Parrha-
B ſius pictor præter concinnitatem ſupráque eius artem deliciis deditus an eſſet, vocátque magnificentiam ex virgatis quibuſdam poculis hauſiſſet ac dignitatem, verbo virtutem amplectebatur, cum omnibus eius operibus inſcripſiſſet in Lindo;

*Virtutem venerans, & viuens molliter iſta*
*Parrhaſius patria pinxerat ex Epheſo.*

Videtur autem mihi ſuperbus quiſpiam fuiſſe, qui grauiter tulerit delicatum ac pulchrum virtutis deturpatum. tanquam accerſito grauiter in delicias ob impenſa fortuna ei conceſſa inſcripſit, deliciis vir deditus. Verum tamen cum ſe virtutem venerari inquiat, perferendus eſt: hæc ſcripta ſunt à Clearcho. Sophocles verò poëta Venerem voluptatem quandam exiſtentem inducit in actu Cretenſibus vnguento perfuſum dæmonem, ac in terram ſpectantem; Palladem autem mentem & prudentiam: Virtutem oleo peruncta & exercitatam. His occurrens Maſſurius inquit; ò felix, an non noſti quòd ſenſus noſtri, qui ſunt in cerebro noſtro excitantur ſuaui-

bus odoribus, atque puriores ſanioréſque efficiuntur? ſicuti C
Alexis ait in Mala; ſic ſanitatis maximam partem bonos odores cerebro concedere. Scribit etiam robuſtiſsimus bellicoſiſsimus poëta Alcæus; ſuaue effudit nobis vnguentum infra pectus. Scribit alicubi ſapiens etiam Anacreon; præmium protendis ſyringum caua pectora vnguento perunctus, cum pectora vngi vnguento iuſſus fueris; in quibus eſt cor, velut quod recreetur ſcilicet ſuauibus odoribus. Hoc non ſolum boni odoris gratia faciebant, cum is ex pectoribus iuxta naturam eleuaretur ad odoris ſenſum, ſed idcirco quòd animæ ſedem in corde collocatam eſſe arbitrabantur, ſicuti Praxagoras Philotimúſque medici tradiderunt. Inquit etiam Homerus;

*Pectora percutiens, verbis cor increpat vltro.*
*Murmurat interius cor.*

&; *Hectori at ipſi*
*Percutit hinc animus trepidanti in pectore ſæpe.*

Quod ſignum maximè idoneum eſſe arbitrantur, ad demonſtrandum quòd hic anima ſit ſita. Nam in decertationibus quæ fiunt in ſuffragiis vt ſaliat palpitétque cor timidiſsime contingit, vnde & Homericus inquit Agamennon; D

*Cum timeam valde Danaûs, nec pectora, nec cor*
*Firma manent mihi, ſed trepidant; cor, pectoráque extra*
*Exiliunt, trepidant ſubter frigentia membra.*

Sophocles etiam abſolutas à timore dicentes introduxit; in animo neque tripudiat clara timoris ſoror. Anaxandrides trepidantem inducit qui dicat: ò malum cor gaude, quam ſolum es malum corporis? initium enim rectum ſi

καρδία. videris mordentem. Scribit Plato rerum omnium opificem pulmonis naturam illi appoſuiſſe, primum quidem mollem ac ſine ſanguine; poſtea hiatus quoſdam velut in ſpongiis perforatos habentem, vt in grauium malorum expectatione palpitãs & exultans mollem ac ſenſim faciat trepidationem. Verumenimuero coronas eas etiam quæ ponuntur circa pectus poëtæ hypothimiades vocarunt ex florum vaporatione, nõ autem quia animam thymum appellauerint, ſicuti nonnulli arbitrantur. Primus Archilochus vnguenti nomine vſus eſt, cum dicat:

Anus nec vnguentis peruncta cum foret.
*Et alibi dixit, perungi iam ſenex:*

Et

A *Et pectus vnguento, & comas amauerat.*

Et myrrha & ſmyrna dicitur apud Aeoles, quando vnguenta plurima ex myrrha perficiuntur, atque ex hac ſola vnguentum ſtacte vocatum. Cognouit quidem Homerus vnguentorum vnctiones, at oleum vnguenta ipſa appellauit, cum epitheto: Roſeóque perunxit oliuo. Et alibi inquit: ſacrificantem Venus apud ipſum Hectoris cadauer roſeo perunxit oliuo diuino: atque hoc quidem ex floribus. De eo quod ex aromatibus conficiebatur, quæ dicebantur odoramenta, meminit cum de Iunone loquitur:

*Ambroſia primum prædulci corpore ſordes*
*Abluit, inde cutem niueam, peplóque perunxit*
*Diuino, fuerat illi quod forte ſacratum.*
*Cuius odor moti venit Iouis atria firma.*
*Sed tamen & vaſtas terras, calúmque petiuit.*

## *Variorum locorum vnguenta, eorúmque vires.*
## CAPVT XV.

Optima fiunt vnguenta pro certis locis, veluti in libro
B de Vnguentis teſtatur Apollonius Herophilus, ita inquiens: iris optima fit in Elide & Cizyco: roſaceũ vnguentum optimũ in Phaſelide fit, ex Neapoliq; & Capua aſportatum: Eroninũ in Solis Ciliciæ populis & in Rhodo: nardinum in Tarſo: Oenante Cypria vnáque Adramyttinum: *οἰνάνθη la*
amaracinum Coum, & melinum, Cyprinum Aegypti antecellere iudicatum fuit: ſecundum locum Cypriacum obtinet, & id quod fit in Phœnica, poſt quod ſequitur ex Sidone. Illud verò quod panathenaicum vocatur, Athenis. Metopium & Mendeſium optima conficiuntur in Aegypto: conficitur autem metopium ex oleo nucum amararum. Nam & impenſas ſuppeditantes, & materia, & artifices optimum vnguentũ efficiunt, non autem loca. Epheſus egregia prius inquit vnguenta conficiebat, ac Megaleum præſertim: nunc verò nequaquam. Excelluerunt ob diuitias vnguenta etiam in Alexandria ob Arſinoes Berenicéſque ſtudium. Optimum fiebat roſaceum in Coryna, quo tempore magna viuebat Berenice. Oenanthinum antiquitus mediocre, at primum poſtea in Adramyttio conficiebatur ob Stratonicam Eumenis. Syria omnia prorſus vnguenta *bruſca.*

KK

optima præbebat,& præcipuè telinum:nunc autem nequaquam. Excellebat Pergami etiam, nunc longe ſecus, cum vnguentarius thurinum vnguentum excogitaſſet, quod à nullo antea fuerat inuentum. Si bonum vnguentum frugi infundatur ſupernatat:at mel bonum peiori infuſum inferiorem locum petit, nam illius quod eſt deterius ſuperfluitat. Vbi de Aegyptiis vnguentis mentionem fecit Achæus, ita inquit in Certaminibus: C

*Argenteo manum,lapidis hinc Cyprij*

*Dabunt ornamentum vnctionum Aegyptiarum.*

Nominauit alicubi Didymus etiam Stacten vocatam ob myrrham,quam in Aegyptum perlatam, ad Græcos deportari inquiunt. Hicesius libro ſecundo & tertio de Vnguentorum materia inquit: alia ſunt vnguenta, alia pigmenta: roſaceum maximè idoneum myrrhinum præterea, ac melinum : quod etiam ſtomacho confert,ac vtile eſt lethargo laborantibus. Oenanthium ſtomacho confert, quod etiam mentem ſeruat minus oppreſſam. Sambucinum ac ſerpillinum ad potum ſunt idonea,ſimilitérque crocinum, quod ſine multa myrrha ſit confectum. Stacte etiam ad potum cōuenit,& nardus. Telinum dulce eſt & molle. Leucoinum verò & ſuſinum quod fit ex liliis. Siſymbrinum etiā & ſerpyllinum. In Cypro verò & lilium,optimum autem in Aegina & Cilicia. Myrrhinum fit ex foliis & Oenanthinum, quæ planta in Cypro naſcitur montana & fœcunda. Non fit in Græcia,quia caret odore. Terinum fit ex radicibus & nardinum,ex coſtóque amaracinum. Quòd vnguentis perungi maxime ſtudebāt antiqui,vel ex hoc declaratur,quòd ſcitur quæ noſtrum ſingulis membris conueniant. Idcirco ait Antiphanes in Thoryciis ſiue exeauante. Sed lauabātur hæ duo ex gēmata pelui, Aegyptio vnguento pedes & crura. Phœnicino maxillas ac mammas,ſiſymbrio alterū brachium,amaracino cilia & cæſariē, ſerpillino genua & collum. Cephiſodorus in Trophonio:poſtea emo vt mihi perungam corpus vnguentū irinum, roſeúmq; admiror Xanthiæ,pedes ſeorſum perungo baccharino,ò cinæde tuis pedibus ego baccharim emam? Anaxandrides in Proteſilao, vnguentum à Perone,ex quo heri datū eſt Melanopo, magnificum Aegyptium : quo nunc vngit pedes Calliſtrati. Mentionem fecit huius vnguentarij Peronis Theopompus D

λευκόϊνον ex albis violis.

in Ad

A in Admeto & Hedychare. Antiphanes in Antea: apud vnguentarium ipſum reliqui:ex vnguentis futurus eſt cinnamomúmque ferre,& hæc nardina.

## *De bacchare,brenthio,regio,pſagda, Plagonio, megallio vnguentis.* CAP. XVI.

Eſt vnguentum quoddam, quod baccharis apud comicos nominatur:cuius mentionē fecit his verbis Hipponax:nares perunxi bacchare,quæ eſt velut crocum. Achæus in Aethone Satyrico:bacchare perfuſum aliſq; refrigerantibus excitatum ad diuinū capillum. Ion in Omphale:bacchares,& vnguenta, & ſardianum ornatū cognouiſſe coloris præſtat,quàm morē Pelopis in inſula. Sardianum ornatum in his ſignificauit vnguentū,quando Lydi ob voluptatem celeberrimi fuerunt. Illud Lydopaſſus apud Anacreontem,pro deditis voluptati intelligunt. Meminit Sophocles etiam de bacchare. Magnes in rebus Lydis:ſoluentē oportet bacchare perfuſum: ac nonnunquam baccharis non eſt vnguentum. Aeſchylus enim in Amymone ſeparatè ac di-
B ſtinctè:ego bacchares tuas,& vnguenta. Et Simonides: vnguentis vnctus ſum,& odoribus,ac bacchare. Ariſtophanes in Cerealia celebrantibus:ò Iuppiter venerande quo pacto nefarium ſcrinium continuò lotum vnguenti ac baccharis odorem emiſit? De vnguento Brenthio hoc pacto meminit in nugis Pherecrates:conſtiti ac iuſsi nobis vnguentū brenthium infundere, vt infunderet adeuntibus. De Regio vnguento mentionē fecit Crates in Vicinis ita inquiens:multò dulcius ò Iuppiter regio vnguento: & de brenthio cum dicat:brenthio,regio,pſagda. Ariſtophanes in Conuiuantibus,affer, vt videam quid tibi do:num ex vnguentis pſagdam amas? Eupolis in facili:& pſagdam eructantem. Eubulus in coronas vendentibus:

*Aegyptia pſagdane ter lota vt fuit.*

Scribit Polemon in iis, quæ miſit ad Adæum vnguentum quoddam apud Eleos Plagonium vocari, quòd à Plagone quodam inuentum fuerit. Similiter & Soſibius narrauit in Similitudinibus: ſicut Megalium, quod à Megalo Siculo nominatum fuit. Alij Megalum Athenienſem fuiſſe aſſerunt. Meminit de illo Ariſtophanes in Telmiſſenſibus,

Pherecrates in Petalo, Strattis in Meda hoc pacto: & dico quod fers vnguentum ipſa tale, quale nunquam coxit Megalus, neque Dinias quidem Aegyptius, neque vidit neque habuit. Meminit his verbis de Megallio vnguento Amphis in Vlyſſe: C

*Texiſſe muros vellere & Mileſio.*
*Vnxiſſéque vnguento ſtatim Megallio.*
*Perfundite & fumis bonis mox regiam.*
*Audiſti here ipſe nunquid hoc quando prius*
*Tu ſuffimentum?* Anaxandrides in Tereo:
*Sed ſponſa ſicut nominata regia*
*Perungit vnguentis corpus Megalliis.*

## *De nardino, ſæda, vnguentorúmque ſtudioſis.*
## CAP. XVII.

DE nardino vnguento ita ſcriptum reliquit Menander in Reticulo: ſuaue vnguentum, ſuauis puer, qui enim non nardinũ? vnguento huiuſmodi vngi perungi dixit his
μυρίσα- verbis Alcæus in Palæſtra: cum perunxiſſet incluſit, pro ea
σθαι. vnguentis non vnctionibus dixi. Ariſtophanes in Concio- D
μυρώμα- nantibus: quæ caput vnguentis peruncta ſum. De vnguen-
των, to ſæda vocato meminit Epilycus in Coraliſco: baccharis
οὐ μυρίσ- & ſæda ſimul. Ariſtophanes in Conuiuantibus: & in Mari-
μασιν. ſcis. Eupolis ſædam eructantem: illud inquiens, quod Nicander Thyatirenus de valde deliciis dedito intelligit. Aſſerit Theodorus eſſe illud ſuffimentum quoddam. Multò ſanè precio vnguenti cotyla Athenis vendebatur, atq; quinq; minis, vt teſtatur Hipparchus in Pernoctante: vt verò Menander, in Mulieres odio proſequēte. Antiphanes in Phrearrho Stactis mentionem faciens de vnguento inquit: Stacte duabus minis: non placet mihi, nequaquam. Neque Sardianorum genus ſolum vnguētorum erat ſtudioſum, ſicut Alexis inquit in poculorum artifice: ſemper vnguenti ſtudioſum Sardianorum genus: verum etiam Athenienſes ipſi, qui omnibus hominibus optimorum vitæq; conferentium introductores extiterunt: apud quos cum intolerabile eſſet vnguentorum precium, vti paulo ante dicebamus, non tamen idcirco ab vnctionibus abſtinebant. Sicuti neque nos nunc ita precioſum ſit optimum, ita vt nugæ prorſus hæc

in intro

A in introduceute in domum Alexidis eſſe videantur: non enim ex alabaſtro perungebatur, cum res ſit quædam temporanea, ſed columbas quatuor dimittebat perfuſas, non eodem per Iouem vnguento omnes, ſed ſingulas proprio: quæ circum volitantes noſtras veſtes, ſtratáque conſpergebant. Sed ne inuideatis mihi viri ſummi Græcorum: cum ſacrificarem irino vnguento perfuſus ſum. O per Deos ſuauis voluptas, magíſque exiſtens: Laconicum ſanguinē polluere: licet manibus, velut nunc nos facimus, cum hauſerimus totum corpus perungi, ac præcipuè caput.

## *Cur vnguentis vſi ſint in conuiuijs.*

### CAP. XVIII.

SCribit Myronides in libro de Vnguētis & coronis hinc eſſe ortam occaſionem vt caput vngerent inter pocula, quia quod præaſſumptum fuerat ab iis, quorum caput eſt aridum, ſuperius fertur atque attrahitur. Idcirco accidit vt cum febres corpora adurant, capitis tempora humectent, ne huc ad ſiccum ac vacuum impetum ſuum intendant fercula præaſſumpta. B Hoc cum ratiocinarentur, viníque lationē ad ſuperiora in potu pertimeſcerent, caput pingui perungi oportere ductitarūt, quia minor impetus caput ipſum inuaderet ſi id humectaſſent. Nam læuioribus ſemper ſe addens vita, atque iis quæ ad fruitionem deliciáſque inducunt, ad vnguentorum vſum ſe facile contulit. Vti autem oportet ò Cynulce Theodore vnguentis iis in potu, quæ minime caput infeſtent: ſed & quæ paululum ſtringant ac refrigerent. Quærit doctiſsimus Ariſtoteles in Naturalibus quæſtionibus cur vnguento perfuſi magis fiant cani, nūquid idcirco quòd vnguentum exiccat ob aromata? quare ſiccantur vnguentis vtentes: ſiccitas verò magis canos facit, nam ſiue canities ſiccitatem operetur, ſiue inopia ſit caloris, labefactat omnino ſiccitas: quamobrē polium etiam efficit citius canos: ebibitur enim naturalis capilli humor. Legi iucundiſsimè viri amici, octauum ac vigeſimum Hiſtoriarum Poſidonij librum, cum quiddam dicat de vnguentis, quod obſeruaui non alienum ſanè à noſtro ſympoſio: ſcribit enim philoſophus, in Syria in cōuiuiis regiis, vbi coronæ datæ fuerunt conuiuis, quidam Babyloniorum

vnguentorum paruos vtres habentes ingrediuntur, atque C
circumeuntes longe coronas ex his accumbentium conſpergunt ac irrorant vnguentis, nihilque aliud externum tigant.

## *De Iano corona inuentore.* CAP. XIX.

VErum quando ad hoc vſq; orationis profecti ſumus, vobis modulationem quandam in Amorem conferam, iuxta poëtam Cytherium, quòd Ianus ſcilicet, qui Deus eſt apud nos, quem patrem vocare conſueuimus, primus coronam inuenit. Hoc Dracon Corcyreus narrauit ita ſcribens in libro de Lapidibus: fama eſt Ianum fuiſſe bicipitem, cum alteram faciem haberet à tergo, alteram ante. Ab hoc & fluuius Ianus, & mons, in quo ille habitauit, vocatus fuit. Primum hunc coronam, primum tamultuarios pontes, nauigiáque inueniſſe aiunt, ac primum æreum nummum cõſignaſſe. Complures idcirco ciuitates in Græcia, in Italia & Sicilia bicipitem figuram in nummis imprimere ſolent, ex altera verò parte vel pontem, vel coronam, vel nauigium. Hunc fama eſt ſororem duxiſſe * *λαμισήνον μεγχιέθηβχ* * filiámque Oliſtenem habuiſſe: qui cum ad res maiores aſpiraret, in Italiam enauigauit, montémque incoluit non procul à Roma, qui ab illo poſtea Ianiculum fuit vocatus. D

## *De potu boni Dæmonis.* CAP. XX.

CVm tot dicta fuiſſent de vnguentis, complures poſtea boni dæmonis poculum poſtularunt, alij Ioui ſeruatori, alij ſanitati, aliique aliis dicarent, viſum eſt facturos nos eſſe operæprecium, ſi poëtas citaremus, qui harum miſtionum mentionem feciſſent, de quibus & ipſe ego recenſebo: Antiphanes in Agreſtibus ait: Harmodius dicebatur, Pæana verò quædam Iouis ſeruatoris magnam acatum cepit. Alexis in Fœneratore, ſiue Mentiente: ſed ipſi infunde Iouis ſeruatoris Deorum omnium mortalibus vtiliſsimum: ò Iupiter ſeruator ſi ego conſperſero, ne expectes fiducia fretus. Nicoſtratus in Pãdroſo: ego etiam amiciſsima pocula ſanitatis ipſi impleui: cape tu ſanitatis,

A fer bona fortuna:eſt autem ò pater,fortuna mortalium rerum,prouidentia verò cæcum quiddam & incompoſitum. In actu eodem mentionem fecit & boni dæmonis miſtionis,cuius & omnes ferè poetę antiquę comœdię.Sic autem ſcriptum reliquit Nicoſtratus:

*Citiſsimè fundens boni ſed Dæmonis*
*Hinc auferat menſam mihi:quod ſufficit*
*Ego Satur namſum boni ipſe dæmonis.*
*Sumo,capiens hanc auferas quæſo ſtatim.*

Xenarchus in Geminis, quam bonum conniuere aliquando; & ipſe incipio: at boni dæmonis peritus excitauit optata phiala. Iouis autem ſeruatoris ipſam citiſsimè perdidit, ac immerſit me, vides? Eriphus in Meliboea: ebibiſti verò prius quàm boni dæmonis caperes, priuſquam Iouis ſeruatoris. Theophraſtus in libro de Ebrietate vinum purum ſcribit, quod in cœna dabatur, quod boni dæmonis appellant, eſſe potionem, cuius perexiguum guſtant, veluti ſolo guſtu in memoriam reuocantes vini ipſius vim, Deique munus ipſius. Poſtea quàm impleuiſſent, præbuerunt vt minimum eſſet hauſtum, tum tertiò
B ſe flectentes in genua, ex menſa capiunt, tanquam Deo ſupplicarent ne quidpiam agant minus honeſtum, & ne in vehemens aliquod potus huius deſiderium incidant: atque vt quod vtile decorúmque eſt ex ipſo accipiant. Philochorus libro ſecundo Atthidis legitimum tum fuiſſe inquit, vt poſt cibos vinum non miſtum ab omnibus guſtaretur, quod & guſtus gratia, & potentiæ ipſius boni dæmonis demonſtrationis hauriebant,reliquum verò erat miſtum. Idcirco effectum eſt vt Nymphas Dioniſij nutrices fuerint nominatæ. Quod autem mos eſſet menſas auferre poſt datum boni dæmonis potum, declarauit ipſe Dionyſius Siculus per ſuam impietatem: nam cum aurea menſa in Syracuſis Aeſculapio eſſet appoſita, eum mero boni dæmonis prouocato menſam auferri iuſsit. Apud Græcos autem veluti ſoli ſacrificantes, vt autor eſt Phylarchus libro Hiſtoriarum duodecimo, mel libant, cum vinum non inferant altaribus: quia æquum eſſe arbitrantur: vt Deum ipſum, qui omnia continet, omnibus dominatur, ſempérque mundum circumeat, ab ebrietate prorſus eſſe alienum credant.

## *De carminibus conuiualibus & pæanibus.* CAP. XXI.

C

MEminerunt plurimi de Atticis illis cõuiualibus carminibus, quorum ob antiquitatem operæprecium eſſe videtur vt mentionem faciam, tum etiam ob eorum ſimplicitatem qui ea compoſuerunt, quíque in hoc poëticæ facultatis genere gloriam aliquam ſunt conſecuti, velut Alcæi & Anacreontis. Admirabilis fuit Praxilla Sicyonia in ipſa cõuiualium carminum poëſi. Non appellantur autem carmina cõuiualia ex carminum ipſorum ratione, quia fuerit inęqualis, cum in remiſsis inęqualia eſſe dicant, verum cum tria ſint genera, ſicuti teſtatur Artemõ Caſſandreus libro ſecundo Vſus, in quibus ea canuntur, quę pertinent ad congreſſus, quorum erat primum quòd lex erat, qua omnes canere iubebantur: ſecundum quòd omnes canebant quidem, non tamen cum ex quodam ambitu cantum exciperent: tertium verò in omnibus ordinẽ ſeruabat: quem non etiã omnes conſequebantur, ſed prudentes tantum qui eſſe viderentur, atque ſi ſecundum locum eſſe con tingerent. Quapropter velut cõfuſio eſſet quædam ſolum, quæ neque ſimul, neque deinde haberet, ſed vtcunque eſſe contingeret, carmen ipſum inæquale fuit appellatũ. Canebatur huiuſmodi carmen vbi cõmunia omnibúſq; neceſſaria finem cõſequerentur. Hæc carmina canebant ſapientes, atque ſinguli odam aliquam pulchram in medium vt proferrẽt dignum exiſtimabant, eámq; pulchram adhortationem, ſententiámque vtilem vitæ habere opus eſſe crediderunt. Ex Dipnoſophiſis igitur carmen hoc conuiuale dixit quidam: hic quis hoc? omnia verò dicta huiuſmodi fuerunt Pallas apud Tritonem fluuium nata, regina Pallas crepuſculi: hanc ciuitatem & ciues ſine deſidia, ſeditionibus, ac cædibus importunis, túq; & pater diuitiarũ, Mater Olympiam videam, Cereréſque coroni feras: in temporibúſque aptis, pueris Proſerpina gaudeat, benéque apud hanc ciuitatem in Delo Latona filios aliquando peperit, Phœbũ ſcilicet regem auream comam habentẽ, Apollo agreſtiorem ceruos percutientem Dianam, quę robur habet mulierum. Iopam Arcadiæ res inclytas orcheſtras Bromij faciem habẽtem nymphis lætis Iopam in meis gaudiis. Innocuis cane

*σκολιὸς obliquus & inæqualis, inde σκολιὸς hæc carmina.*

D

A ne lætatus, vicimus vt volebamus: victoriam Dei præbuerunt à Pandroſo ferentes ad iucundam Palladem. Poſtea licebat cuiuſmodi eſſent ſinguli pectus aperire. Mentem poſthæc inſpicere cum rurſus clauſiſſent virum exiſtimare amicum mente dolis carente. Sanum eſſe mortali homini optimum eſt, ſecundum eſſe formoſum: tertium ſine fraudibus eſſe diuitem: quartū verò cum amicis florere. Cum hoc auditum eſſet, omnéſque ob ipſum gauiſi eſſent: commemorantes quòd illius mentionem fecerit bonus Plato velut rectè dicétis: inquit Myttilus Anaxandridem ipſum ſubſannaſſe comicum, cum ita dixerit in Theſauro:

*Conuiuij quicunque carmen repperit,*
*Quòd optimum ſit eſſe ſanum ante omnia*
*Rectè putauit. & ſecundum mox bonum*
*Pulchrum eſſe, diuitémque tertium: vides*
*Inſanus vt fuit, ſecundum nam locum*
*Poſt ſanitatem capit eſſe diuitem.*
*Pulchræ bibentes ſunt feræ turpiſſimæ.*

Dictum poſtea fuit & hoc: ex terra opus eſt nauigationem perſpicere ſi quis poſsit, palmámque habeat, ac
B vbi fuerit in Ponto præſenti accurrere neceſſe erit. Carcynus autem hæc inquit: pulcherrimum ſerpentem capiens rectum: Socium oportet ſimul carmina conuiualia non excogitare, ad myrti ramum enſem feram, velut Harmodius & Ariſtogiton, vbi tyrannum interfecerunt, Athenáſque in ſuam libertatem vendicarunt. Amiciſsime Harmodi periiſti: in beatis inſulis te eſſe inquiunt, vbi & velox Achiles, Tididémque ferunt bonum Diomedem. At myrti ramum enſem feram, velut Harmodis & Ariſtogiton vbi in Palladis ſacris Hipparchum virum tyrannum occiderunt: ſapientum ſemper erit gloria in terris amice Harmodi & Ariſtogiton, quia tyrānum interemiſtis: Athenáſque in libertatem reuocaſtis. Admeti rationem diſcas amice; bonos ama & venerare, à malis abſtine: cum malis ſcias perexiguam ineſſe gratiam. Fili Telamonis Aiax bellato: cum diceret optimum Danaorum ad Troiam accedere, & Achillem. Telamonem primum, ſecundum Aiacem Danaorum ad Troiam accedere inquiunt, & Achillem: Vtinam pulchra lyra eſſem elephantina, ac me ferrent formoſi pueri in chorum Dionyſiacum. Vtinam iguis ex-

pers magnum pulchrúmque eſſem vas aureum, formoſa- C
que mulier me ferret puram adhibens mentem:ſimul me
cognoſceret, ſimul amaret, ſimul coronaret. Cum me in-
ſaniente conſiſte, cum temperante ero tẽperans:ſub quem-
uis lapidem ſodalis ſcorpius ingreditur. Caue ne te feriat:
ſublime omnis ſequitur dolus, ſiccam glandem hanc ha-
bet, hanc optat accipere. Sic & ipſe cum pulchram habeam
puellam, hanc accipere cupio. Lena & balneator ſunc ha-
bent firmè morem, hic vas balneariũ bonum, malúm-
que lauit:infunde miniſter in vas, non autem in lapidem,
ſi viris bonis opus eſt iam infundere. Lapideus dabitur flu-
xus. Cuiuſmodi viros perdidiſti pugnãdos & bonos, & no-
biles, qui declararunt tunc, quales patrem ſunt cõſecuti, quĩ
cunque virum amicum non prodiderit magnum cõſequi-
tur præmium iuxta meam opinionem apud Deos & homĩ
nes. Eſt autem conuiuale carmen (vt aiunt nõnulli) etiam
id ab Hybria Cretenſe factum, quod ita ſe habet:ſunt mi-
hi multæ diuitiæ haſta & enſis, ac pulchrum ſcutum tute-
tela corporis: hoc enim aro, hoc meto, hoc dulce vinum
ex vitibus peſſundo. Hoc dominos ex ſententia memoriá-
que detrbo. Illi verò, qui haſtã & enſem pulchrúmq; ſcu- D
tum tutelam corporis habere non audent, genua flecten-
tes meum adorant dominum, magnum regem appellan-
tes. Cum hęc dicta eſſent, inquit Democritus: verumtamen
& illud, quod à doctiſsimo Ariſtotele in Mercurium Atar-
neum ſcriptum fuit, non eſt Pæan: velut ait Demophilus,
qui philoſophum impietatis accuſauit, in pudorem ab Eu-
rymedonte comparatus, velut irreligioſè ageret, quotidié-
que in conuiuij pęanem in Mercurium caneret. Quòd au-
tem nullam Pæanis opinionem cãtilena præbeat, ſed con-
uiualium carminũ vnius alicuius, ac dictionis forma quod
eſt ab initio, vobis ego declarabo; Virtus laborioſa huma-
no generi veſtigatio optima vitæ:ob tuam virgo formam
mors eſt æmulatione plena inter Græcos, laboréſque per-
ferre pernitioſos inſuperabiles. Talem in mente concipis
fructum immortalé, auro meliorem & parentibus, leniter
ſplendentem tui ſomni. Tua cauſa diuinus Hercules Ledę-
que filij multa perpeſsi ſunt, Operibus vim tuam quæritan
tes. Tui deſiderio Achilles & Aiax ad domos inferorũ ac-
ceſſerunt, tuæ amiciſsimę formę gratia Atarniſq; alumnis

ſolis

A ſolis deſtituit lumen. Decantatus enim ob opera, immortalem ipſum Muſæ Mnemoſynes filię augebũt, Iouis Hoſpitis reuerẽtiam augentes, amicitiæque firmæ præmium. Ego non noui profectò an quiſpiam pæanicum aliquod idioma in his perſpicere poſſit, cum apertè is dicat, qui ſcripſit, Mercurium periiſſe: cum dicit: tuę amiciſsimæ formæ gratia, Atarnis alumnus ſolis deſtituit lumen. Neque enim conſuetudinem habet Pæanicam, velut pæan, qui in Lyſandrum Spartanum factus eſt verè, vt in Terminis Samiorum inſcriptis teſtatus eſt Duris, quem cantari inquit in Samo. Eſt is etiam pæan, qui in Craterum Macedonium factus fuit, quem compoſuit dialecticus Alexinus, vt ſcriptum reliquit Hermippus Callimachius libro primo de Ariſtotele. Cantatur hic pæan in Delphis, dum puer aliquis citharam pulſat. Is etiam, qui compoſitus fuit in Agemonem Corinthium patrem Alcyones, quem Corinthij concinunt, pæanicam habet acclamationem. Appoſuit ipſum Polemon expoſitor in epiſtola ea, quam ad Arantium ſcribit. Extat & pæan in Ptolemæum, qui primus regnauit in Aegypto, quem Rhodij canunt. Habet acclamationem io pæan, vt Georgus inquit in libro de Sacrificiis in Rhodo. Scribit Philochorus Athenienſes pæanes canere in Antigoni Demetriique honorem: eos inquam, qui compoſiti fuerunt ab Hermippo Cyziceno, cum eſſent æmuli complures qui pæanes compoſuerant, at Hermocleis fuiſſet præpoſitus. Verumtamen & Ariſtoteles ipſe in defenſione ſuæ impietatis, niſi falſa ſit oratio, inquit: cum nunquam ſacrificare vellem Mercurio tanquam immortali, tanquam mortali monumentum conſtitui, atque cum naturam immortalem facere vellem, illud epitaphijs ac honoribus eſt decoratum.

B

## *Stridulæ odæ, Syrbenæ chorus.* CAP. XXII.

CVm tot dicta fuiſſent à Democrito, ait Cynulcus: quid mihi calices illos in memoriam reuocaſti, iuxta ſapientem Philonem? nihil enim gulone Vlpiano præſente commemorare conuenit, quod ſtudio dignum videatur: ſiquidem complectitur hic magis ſtridulas odas, quàm eas, quæ ſtudioſè ſunt factæ, cuiuſmodi Locriæ ſunt vocatæ, cum natura ſint mœchicæ, ſicuti: & ſuauiter quid pati, ne

ne prodas nobis quæſo priuſquam illum iens excitem, ne C magnum malum inferas in me etiam infelicem: dies eſt, at nonne iam lucem per fores vides? cantilenarum huiuſmodi plena tota ferè eſt Phœnicia: in qua hic etiam calamo canens circuibat, vnà cum iis, qui vocatos Colabros cõpoſuerant. Dictum eſt nomen bone Vlpiane: atque Demetrius Sceptius ita inquit libro decimo Troici apparatus, Cteſiphon Atheniēſis vocatorum colabrorum poëta, quem Attalus, qui primus poſt Philetærum regnauit in Pergamo, rerum regiarum in Aeolide iudicem creauit. Hic idem Hiſtoriographus libro decimo nono eiuſdem tractatus, cum plurimum inquit Mneptolemus Hiſtoriographus poſſet apud Antiochum Magnum cognomento, filium Seleucum natum fuiſſe ait hilarium cantilenarum poëtam, cuius carmina ſemper canere conſueuerunt. Et ego pueros amabo: multò magis enim cõducet, quàm ducere vxorem: nam puer vel in caſtris præſens magis prodeſſe poterit, ac poſtea in eum aſpiciens inquit: verum quoniam mihi ſuccenſes, accedo ad enucleandum tibi quis ſit Syrbenæ Chorus. Tum Vlpianus, putas me inquit ſceleſte ob ea, quę dixiſti iraſci? aut vel minimam tui rationem habere canis audaciſsime? verum quoniā te me doctum eſſe pro D fiteris, fœdera tecum componam, non ſcorta: tu verò doceto ſolum quis ſit Syrbenæorū Chorus. Clearchus ô optime me ita ſcribit libro Diſciplinæ ſecūdo, Chorus Syrbenæorum quidam relinquitur, atq; ſingulos ea canere opus eſt, quæ voluerint: mentē adhibentes nequaquam aſsidēti, aut Chorum inſtituenti, Verum ille ſpectator eſt ipſe multò minus his ordinatus. Nam iuxta Matronem Parodum,

*Prudentes valde primum quicunque fuere,*
*Eubœus, ſimul Hermogenes pariterque Philippi,*
*Occubuere, domúmque ierunt Ditis auari.*
*At Cleonicus adeſt quidam, quem æterna ſenectus*
*Cepit, non vatum ignarus, non ille theatri eſt.*
*Defuncto cui poſſe loqui Proſerpina donat.*

## *De Parodis.* CAP. XXIII.

TV verò vel viuus bone Vlpiane omnia perquiris, nihil autem dicis, & qui ſuauiter dixerit de carminibus bone

A bone mi ſodalis,dum fœdera etiam ſeruamus. Cui reſpondit Cynulcus,Complures parœdiarum poëtæ fuerũt amice,at celeberrimus omnium Eubœus Parius, qui Philippi tempeſtate floruit:hic eſt is, qui Athenienſes etiam carpebat,cuius quatuor etiam libri ſeruantur:mentionem illius fecit Timon libro primo Sillorum.Polemon libro duodecimo rerum à Timæo geſtarum,hæc ita ſcribit, vbi de iis narrat, qui parœdias conſcripſerunt, & Bœotium & Eubœum,qui cõſcripſere parœdias.Eloquentes dixerim,quia commodè iocantur, atque omnibus antiquioribus poëtis in eo genere præſtantiores fuerunt. Dicendum eſt autem Iamborum poëtam Hipponactem eius generis inuentorem extitiſſe:inquit enim ille in Hexametris:

*Muſa mihi Eurymedonta canas,maris ille Charibdis?*
*Vaſta vorago ſimul:non aptè veſtitur & ille.*
*Dic quo ſuffragio fuerit mala funera paſſus,*
*Conſenſu populi ſſumantis ad æquoris vndas.*

Vſus eſt Epicharmus etiam Syracuſius paulò poſt in quodam actu,Cratinúſque poeta antiquæ comediæ in Viduis, ex iis qui illius tempeſtate Hegemon Thaſius, quem Lentem appellarunt,ita enim inquit,

B

*Inq; Thaſum veni, ſed me pepulere leuantes*
*Permultum fimum : ſic quidam dixit & aſtans:*
*Quis tibi cunctorum ſuaſit turpiſſime,pulchrum*
*Quis fundamentum pedibus conſcendere iuſſit?*
*Omnibus his dixi paulo poſt talia verba.*
*Inuitum monumenta pepulere ſubire.*
*Pauperiéſque rates Thaſias quæ ſcandere cogit,*
*Ad turpes homines qui perdunt,& perierunt*
*Qui mala nunc etiam componunt triſtia triſti*
*Forte malo,queis ipſe ſimul petij poſuíque.*
*At non lucra feram rurſus, ſeruabo profecto*
*Nil ego:at argentum in Thaſios prabebo volentes.*
*Ne mihi Achaiadum in domibus ſuccenſeat vlla ,*
*Dum panem domibus mulier digeſſit Achiua.*
*Ac ne forte ferat ſeruantes fœmina ſpectans,*
*Gaudia cantabas ſociorum lætus Athenis.*
*Quinquaginta ferens drachmas,tu parua dediſti.*
*Aſtitit iſta mihi voluenti in pectore Pallas.*
*Aurea virga manu fuit huic,dixit,te tigítque,*

*Triſt*

*Triſtia Lens perpeſſe capis certamina praua.*
*Confiſúſque magis cecini iucundior ipſa.* C

Compoſuit parœdias vt Hermippus poëta antiquę comœdiæ, atque primus his in certamina iſta Cithariſtarum venit Hegemon, ac parœdiis aliis vicit apud Athenienſes: & Gigantum pugna. Scripſit etiam comœdiam in antiquam conſuetudinem, quam Philinnim inſcribunt. Permulta venuſta dixit Eubœus etiam in poëmatibus, ac de balneatorum pugna:

*Aeratis vaſis ſe percuſſere viciſſim.*

De tonſore mulieris gratia à figulo reprenſo.

*Nec tu cæſariem cædas huic optimus vt ſis*
*Neç tu Pelides.*

Quòd autem honor quidam his haberetur apud Siculos, teſtatur Alexander Aetolus in tragœdiarum magiſtro hoc modo, cum elegiacum carmen feciſſet:

*Ex patria pepulit ſic mens Agathoclea prudens.*
*A priſcis didicit patribus ille ſuis*
*Externis comes eſſe viris, verſarier vnà.*
*Hoſtes Mimnermi Iuppiter vt, ſit opus*
*Plura feras pueri fueris cum captus Amore.*
*Harens quæ ſcripſit carmina ſplendor habet* D
*Diuini eloquium prope qui ſectetur Homeri*
*Velabis, clara vel tenebroſa facis,*
*Vel qui fœmineo nimium capiatur amore,*
*Corticis haud fauſto numine tegmen adeſt.*
*Gratiam habens Sicile Syracuſiù, vbi adiuit*
*Bœotos, cantus audijt inde ſuos.*
*Nec minimum Eubœi mulcebant pectora voces.*

## *De lucernis & facibus.* CAP. XXIIII.

CVm dicerentur complura huiuſmodi ab omnibus, vbi veſper tandem nos comprendit, dixit quidam, puer lucernam, alij lychnum, alij faculam, ſic enim appellari inquiunt lampadem ex cortice confectam. Hic verò phanû, alius panum, alius lampadem, alius lychnû, alius lychnum duorum ellychniorum. Alius elanen, alius elanas, has inquiens lampades à calore appellari, atque ſic dixiſſe affirmans Neanthen vnum ex hiſtoricis, qui fuerunt apud

Attalum

A Attalum. Tum alius aliũd, ita vt non exiguus eſſet tumultus cum hæc ab illis dicerentur. Dixit autem quidam Silenum linguas componentem Athenienſes ſcripſiſſe lampades Phanos vocare ſolitos. Timachidas Rhodius lucernam phanũ eſſe aſſerit, quam habere conſueuerunt iuuenes pernoctantes, quam iſti appellant elanas. Ita explicat hanc dictionem Seleucus, grabium ilignum eſt lignum aut querneum, quod fractum atque ſciſſum accenditur, atque iter oſtendit viatoribus. Scribit idcirco Theodoricas Syracuſius in Centauris dithyrambos, pix ſub grabia ſtillauit vti. At in Tridente ſiue Seplaſiario, prædicens.

*Ego tamen pro νέων νεῶν legerim, pro iuuenem nauitee ſcilicet.*

*Sumas tridentem, mox lucernam & inferas.*
*Nam commodè ipſe geſto quandam ferream*
*Hanc ponticarum quæ ferarum membra ſunt;*
*Lychni ferentis lumen atque cornei.*

Alexis in Midone:

*Geſtare primus qui lucernam repperit*
*Noctu, digitos curabat ille prouidè.*

Idem Alexis in Numine afflato:

B *Nos increpare cenſeo quoſdam obuios*
*Quòd ambulo hic per hoc tempus certè ebrius.*
*Nam qualis eſt ô per Deos phanus? ſolet*
*Sol qualis eſſe ſplendidus dulciſſimus.*

Anaxandrides in Hybria:

*Capto ipſe phano lychnon accendes mihi.*

Dixerunt alij lampadem phanũ appellari, alij faſciculum inciſorum lignorum. Menander in Conſobrinis;

*Nam phanus eſt aqua repletus totus hic.*
*Vertendus eſt, at concutere non conuenit,*

Nicoſtratus conterraneis;

*Eſt caupo qui vicinus eſt quidem, merum*
*Si det, ſi oliuum vendat ille cuipiam,*
*Seu mittat acetum vel vi aquam commiſcuit;*

Philippides in ſimul nauigantibus;

*Nobis nihil monſtrauit ipſe phanus, hinc*
*Dixit miſellus nil ego demulceor,*

Pherecrates lucernulam vocatam, faculam, his verbis vocauit in Crapatallis,

*Ars quæ facularum cernitur, Tyrrhenica.*

Erant

*Nos λυχνεῖον faculam interpretamur cum careamus aptiore nomine, ſignificat autem lucernarũ locum.*

Erant enim variæ apud Tyrrhenos comparatæ, cum Tyrrheni artium eſſent ſtudioſi. Ariſtophanes in Equitibus: tria recta iacula concedentes facula vtimur. Diphilus in Ignorantia:

*Accendimus lychnum faculam quæſiuimus.*

Scribit Euphorion in Hiſtoricis commentariis Dionyſium iuniorem Siciliæ tyrannum faculam in Tarentinorum vrbe depoſuiſſe, quæ tot habere lychnos accenſos poterat, quos dies in ipſo anno connumerantur. Ita compoſitam faculam militarem vocauit in Iambis Hermippus comicus. At in actu ſportuligeris: Exeunti dextera ô facula. Lignum autem conciſum & ligatum panus nominatur, quo vſi ſunt pro lampade. Menander in Conſobrinis, ingrediens:

*Panum, faculam lychnúmque, quippe lux adeſt*
*Multam facit ſolum.* Diphilus in Milite,
*Totus repletus eſt aqua ſed panus hic.*

*ξυλολύχνουχος quaſi ligneus lucernarũ locus. ὀβελισκολύχνιον inſtrumẽtum ex veru & lucerna.*

Mentionem fecit prior his Aeſchylus in Agamemnone, ipſo tanquam lampade vtebantur. Mentionem fecit Alexis de Xyloychnucho, atque ſimilis eſt fortaſſe obeliſcolychno. Philyllius lampades dades appellauit. Eſt autem lychnus non antiquum inuentum. Vtebantur autem antiqui & facis, & aliorum lychnorum flamma. Clitarchus lychnum ſopire inquit. Plato in longa nocte, hic in ſummis temporibus lychnum habebit duorum ellychniorum. Meminit de lychno duorum ellychniorũ Metagenes etiã in ſacrorum ſtudioſo: ac Philonides in Cothurnis. Scribit Clitarchus in Linguis Rhodios lampadem factam ex vitis corticibus Lophnidem appellare conſueuiſſe. At Homerus lampades detas vocauit,

*Ardentéſque detæ, terebrat quas ſollicitus vel.*

Appellatur lampas helane, ſicut aſſerit Amerias. Nicander Colophonius calamorum faſciculum helanen vocauit. Herodotus libro ſecundo Hiſtoriarum Lychnum dixit in neutro genere. Accenſionem lucernarum quam non nulli dicunt lychnorum accenſionem, Cephiſodorus in Sano. Semper verò Cynulcus colluctans cum Vlpiano inquit: mihi ô puer cœnam tradens aſſe candelas emam, vt ego etiam dicam ſecundum bonum Agathonem ea ſuauiſſimi Ariſtophanis, efferte piceas iuxta Agathonem

luciferas

A luciferas: atque cum hæc diceret caudam clam impulit latens leo conſignans baſim;exiuit tacitus ſanè factus ex conuiuio.Cum multi Io pæan exclamaſſent, Pontianus inquit; cum nullo ex diſcipulis ſapientis Ariſtotelis Clearchus Solenſis eſſet inferior, libro Prouerbiorum primo, Latonam ſcribit ex Chalcide Eubœæ in Delphos Apollinem Dianámque portantem acceſsiſſe ad vocati Pythonis ſpeluncam.Mox cum in eos Python ferretur,Latona alterum puerorum habens in vlnis,ad lapidem acceſsit,qui nunc etiam ſub æreæ Latonæ extructæ pede conſtitit: quod rei quę accidit monimentum poſitum eſt,apud platanum in Delphis: dixit illa igitur percute puer,quamobrem inde dictum eſſe dicunt percute puer,& mitte pæan. Sunt qui dictionem flectentes in rebus etiã grauibus pro auxilio vtantur & amuleto; ac prouerbium quoddam inquiunt Io pæan, non autem percute puer. Sunt multi etiam qui in ea dicant, quæ finem iam ſunt aſſecuta, nam non ſimpliciter ephymnium eſſe inquiunt in prouerbio Cereris dictum Io pæon: at quia valde nobis eſt familiare, latet quod ſit prouerbium. Alij verò dicunt tanquam non prouerbium. Illud autem

*ἵε παλὶν mitte Apello,id eſt percute.*

B quod dictum eſt ab Heraclito Pontico in Fœderibus apertè formatum eſt, cum prius ter dicere conſueuerint ad Deum Io pæan, Io pæan. Ex huiuſmodi rei fide Deo vocatum trimetrum depoſuit, cum vtrunque horum numerorum Dei eſſe diceret. Nam cum longæ duæ primæ ſyllabæ fuerint Io pæon, fit Heroum. Si breues dicantur, Iambicum: qua ex re manifeſtum fit quòd illi iambus etiã fuerat deponendus; cum enim breues fuerint, ſi quis extremas omnium ſyllabas in longam conuerterit, erit iambus Hipponactis. Cum nos etiam poſt hæc conſurgere vellemus, pueri ingreſsi ſunt ferentes alius aceram; alius * erat autem conſuetudo vt qui ex cœna conſurgerent, reliquúmque merum libaſſent, puero ei qui dederat,dare vt bibat.Pæana in Sanitatem compoſuit Ariphron Sicyonius. Sanitas antiquiſsima beatorum, vtinam tecum habitem reliquum meæ vitæ:atque promptè mea ſis domeſtica. Nam ſi qua eſt diuitiarum gratia, vel filiorum, feliciſque hominibus imperij dignitatis,vel deſideriorum,quę latentibus retibus Veneris venamur, vel ſi qua eſt alia à Deis hominibus conceſſa oblectatio, aut ſi reſpiratio la-

borum apparuit, tecum omnia florent felix Sanitas. Atque ver Charitum tecum ſplendet, nullus ſine te eſt felix. * in inſcripto actu ita inquit; Muſæ & vinum Tyrrhenum cum octo capere didici. Hæc igitur amiciſsime Timocrates, iuxta Platonem non ſunt oblectamenta iunioris bonique Socratis, ſed ſtudia Dipnoſophiſtarum: nam quid melius eſt, iuxta Aereum Dionyſium, vel incipientibus vel ceſſantibus, quàm vis fidei faciendæ ac elegantia?

FINIS.

# INDEX PRAECIPVARVM DICTIONVM

quæ in toto hoc opere Athenæi obſeruatione dignæ ſunt: quæq́; vt faciliori negotio reperirentur, vtranque paginam quatuor primis alphabeti literis annotauimus.


ABſcythyzare 663.A
Abydus amica 746.C
Acacallis 871.B
Acephala carmina 807.B
Aceti vis 89.A
Acetum optimum condimentorum 88.C
Acetum Decelicum 89.A
Achæina panis 141.B
Acharnus 365.A
Achræſtus 126.D
Acinij 870.D
Acicula 406.C
Accipenſer 376.C.& 383.A
Aconitum vnde dictũ 111.A
Actus ab amicis inſcriptus 721. A
Adeſpotæ 147.B
Adiatomi 320.C
Adonis in lactucis abditus, eiúſque allegoria 91.B
Adulatio ciuitas 327.A
Adulatores arabum ex lege 320. C
Adulatorum contumeliæ 326. C
Aelinus 789.B
Aeolis harmonia 797.A
Aeoliæ 392.D
Aegidium 869.A
Aeſchylus ebrios in tragœdiam primus induxit 541. A
Aegyptia cœna 191.A
Aeſchines Socraticus 780.D
Agis gulo 437.B
Aglais vorax 524.D
Agron bibax 554.D
Aegeus mulierum ſtudioſus 707. A
Aegyptij voraces 529.A
Aenigmatum ſpecies 565.A
Aenigmata nõ ſoluentium pœna ibidem
Aenigma quid ſit ibidem
Agamemnon mulierum ſtudioſus 707.A
Agathoclea amica 733.B
Ageſilaus ob dicterium pugna abſtinuit 786.D
Agnonis deliciæ 682.C
Albulorum ſpecies 390.C
Alcibiadis amicæ 731.A
Alcibiadis deliciæ 675.B
Alcibiadis magnificentia 3. A
Alciſthenis veſtis 684.D
Alcius Roma ob voluptates


LL 2

expulſus 693.A
Alcęus vini ſtudioſus 542.D
Alcæus ebrius peruenuſta ſcripſit 541.B
Alcetas infundibulum 550. C
Alcman vorax 526.C
Aleter 806.D
Alexandri deliciæ 682.C
Alexandrocolaces ibid.
Alexãder Aegypti rex craſſus 697.A
Alexandri contentio cum attalo 708.C
Alexandri temperantia 768. D
Alexand. puerorum amator 768. C
Alexandri Syri conuiuium 176. C
Alexandri magni ſumptus 187. A
Alexander bibax 547.B
Alexamenes dialogi inuentor 638.C
Alicarius panis 141.A
Aloſa 417.A
Alpheſtare 360.C
Alpheſtæ piſces ibid.
Amalæ 789.A
Amamallides 830.D
Amaſis bibax 552.D
Amatoriarum rerum ſcriptores 720.D
Ambroſia 617.B
Ambroſiæ vis 51.A
Ames 823.B
Ametiſcus ibidem
Amiarum vis ex Hiceſio 355. A
Amiæ quæ bonæ & quando ibidem
Amæbeus 795.B
Amiæ nomen 412.C
Amiæ 355.A
Amiani deliciæ 671.B
Amicarum qui encomia ſcripſerunt 754.C
Amicarum artes 722.C
Amicas Solon primus ſtatuit 724.C
Amicæ quæ dicantur 727.A
Amicalia feſta 728.C
Amicæ cumulus 729.A
Amicæ inter ſacrificia 728. D
Amicæ & tibicinæ vetitæ 778. D
Amicarum nomina 742.D
Amicæ conuerſæ ad pudicitiam 734.C
Amicarum Athenienſium numerus 742.D
Amitrochates 834.C
Amygdalæ 68.D. & 70.D
Amphicypellum 608.D
Amphiphon 823.B
Amphipolus 342.C
Amolgæa 189. A
Amora placenta 825.B
Amorbites ibidem
Amor Deus optimus 714.C
Amoris ſedes oculi 717.A
Anas à natando 412.D. & 501. A
Anates ibid.
Anacreon ebrius fingitur 541. B
Anacharſis reſpõſum 562.C
Anacharſis de vita dictum 541.A

541. A
Anacharſis riſus 783.A
Anapala ſaltatio 806.C
Anarita 112.C
Anaxander adulator 322.D
Ancyle 853.A
Ancylatus ibidem
Andria cœna 228.C
Andromachus carpenus adulator 324.D
Androcides piſcium gulo 433. A
Anguillarum coitus 380.C
Anguillarum ætas ibidem
Anguillarum ortus ibid.
Anguilla Deus Aegypti 382. C
Anguillæ pro victimis immolantur 379.A
Anguillarũ piſcatio 380.C
Anguillæ 381.A
Anguillæ Elori 794.D
Aniſo & epiſtium 563.A
Antheas lindius 561.A
Anticyra amica cur ita dicta 747. A
Anſeres ſaginati 486.C
Antea amica 747.A
Antigonus bibax 552.D
Antinoium 866.C
Antiochus magnus bibax 554. C
Antiochus bibax & inſanus 553. B
Antiochi inſani mores 248. C
Antiochi munificẽtia 683.B
Antiochus philoſophos expulit 693.A
Antiochorũ conuiuia 270.C
Anthoſmias vinum 42.D
Antiſthenes Socraticus aſpaſiam amauit 751.A
Anutis pulcherrima 776.D
Aorni fluuij piſces 421.B
Apelles Laidem virginem habuit 749.A
Aper & Chremys 388.D
Apollo obſophagus 451.A
Aphetæ 347.B
Aphtiti 74.C
Apia 830.C
Aplyti raphani 74.C
Apophraſe 342.D
Apua Nicoſtratis amica 746. C
Apua piſcis 363.A
Apuæ 364.C
Apua neptuno ſacra 412.D
Aqua frigida poſt ficus bibenda 104.C
Aquam bibere ſanitati confert 59.B
Aquæ refrigerandi ratio 160. C
Aquæ tepidæ ac frigidæ vis 54. C
Aquæ quæ malæ 55.& 57.A
Aquæ pluuiæ cur bonæ 55. B
Aquæ quæ bonæ 55.A.& 60. C
Aquæ potores per totum 58. D
Ambroſia flos 876.C
Animæ ſedes 878.D
Adramyttinum 881.B
Amaracinum vnguentum 882. D
Arum 471.A

Archidamus deliciarum ſtudioſus 707. A
Aræ vnde dictæ 336. D
Arethuſæ piſces 421. B
Arcadion bibax 550. C
Arcadion adulator 321. A
Arcadia cœna 189. A
Arceſilai vrbanũ dictũ 531. A
Archeſimolpus 220. D
Archippe. 754. C
Archephon paraſitus 314. C
Ariæus 558. D
Ariæorum proſpelatæ ibid.
Archidamus ob deformem vxorem mulctatus 725. B
Ariſton philoſophus 530. C
Archias amicæ ſacrificauit 756 C
Argentum quo pacto inuentum 301. A
Argiui ac tirynthij bibaces 558. C
Argyrides 633. B
Arianus opulentia 181. B
Ariſtides frugalis 529. B
Ariſtippus gulo 436. C
Ariſtippi ſummum bonum 689. A
Ariſtophanes peruenuſta ebrius ſcripſit 541. B
Ariſtotelis curioſitas per totum 446. C
Ariſtoteles gulo 435. A
Aryſtichi cyathi 535. B
Artemon delicijs deditus 675. A
Ariſtodemus Cratini amator 768. C
Aromatheus piſcis 409. A
Aryſteres cyathi 535. B
Aſellus gallarias 397. B
Aſchedorus 509. A
Aſinus piſcis 401. A
Aſionum aucupium 495. A
Aſion ſaltationis genus ibi.
Aſionum duo genera ibid. B
Aſparagus 82. C
Aſparagi natura ibidem
Aſpaſia Græciam amicis impleuit 724. D
Aſpis Iocheæra 128. C
Aſſata mala 838. D
Aſtaci 135. B
Aſtaci, ſquillæ, locuſtæ ſenectutem exuunt. 136. C. D
Aſteriæ 375. B
Aſtydamas Mileſius vorax 522. C
Atheneſis 871. B
Athenieſes philoſophos expulere 639. A
Athenienſis populus 718. C
Athenienſium natura 40. C
Athenion tyrannus 272. C
Atreſtidas vorax 527. A
Attagari 825. A
Attagena 490. D
Attanita 824. C
Attritum 518. D
Aues pulueratrices 490. C
Auellanæ nuces 70. A
Auis lac 75. A
Aula 242. D
Auletis 789. A
Aulis ſeruire famelicus 243. A
Aulus quid 242. D
Aulones ſacerdotes ibid.
Auola 109. A
Aurata 416. C

Aurea & argẽtea vaſa 295. A
Auri penuria apud Hieronẽ 300. C
Auri penuria apud Lacedæmones 299 C
Auris Veneris 114. C
Aurum medium quiddam 300. C
Autocabdali 793. A
Azus. 342. C
BAcchi nutrices nymphæ 586. C
Bacchidis amicæ humanitas 757. A
Bacchus mente alienatus 555. A
Bacchus tauro ac pardo ſimilis 50. D
Bacchus taurina facie 600. C
Bacchus cur cornutus ibid.
Baccharis 883. A
Baliza 342. C
Baraces placentæ 179. A
Barbitos 811. B
Bardi 317. A
Baſynia 823. B
Braſsicæ ſemina ebrietatem reprimunt 45. A
Battiana mala 107. B
Bion amicæ filius 753. B
Bubo ſaltatio 804. C
Belennus 367. B
Bebræphya ibidem
Bellaria quando apponenda 882. D
Bellum ob Theano 712. C
Bellum ob Helenam ibid.
Bellum ob Megiſtonẽ ibid.
Bellum cambyſæ ob mulierem ibidem
Bembradones 166. D
Bembras 366. B
Bœothi voraces 527. A
Bæones 367. B
Bos bouem æreã conſcendit 772. C
Betæ 470. C
Bibaces cur infœcũdi 548. C
Bibacitatis certamen 551. A
Bibentibus leges impoſitæ 50. D
Bibere per vim quid 540. C
Bibliothecarũ cõditores 2. D
Bion gulo 436. D
Byzantij ſummi helluones 557. B
Boca mercurio ſacra 412. D
Bolyæ fluuij piſces 425. A
Boni dæmonis potus 887. A
Boops 366. D
Borcus 790. D
Boſcades 501. A
Bos garotas 127. A
Botis 365. A
Boues piſcibus veſcentes 438. C
Box ſacer Mercurio 366. C
Braſsicæ ventres 467. B
Brabyla 65. B
Braſsicarum tria genera 468. D
Brenthis 91. A
Brenthium 883. B
Brizo vates ſomniorum 426. C
Brytum 561. B
Buccinæ ætas 116. C
Buccinæ vis 119. A
Buccinarum colla 112. B
Bucoliaſmus 789. B

Bulborum vis 84. D
Bulborum conditura 85. A
Buglosſus 367. B
Bunias 468. D
Caccabare 493. B
Cactus 53. A
caduſcus 595. D
cadus poculum ibid. C
cadus fictile ibid. D
Cæcubum 38. A
Cæta 828. C
Cæus numerus 574. C
Cœnarum ſcriptores 5. A
Cœranus à delphino ſeruatus 773. B
Cœnarum genera 353. A
Calani indi mors 550. D
Calenum 35. A
Calanodrys vorax 525. A
Calcaneū pars mali 442. C
Calix 605. A
Callium 628. D
Callias deliciis deditus 679. B
Calligula dictus Dionyſius 188. D
Callichthys 360. D
Callichthys ibidem
Callimedon locuſta 431. B
Callionymus 360. D
Callipus Platonis diſcipulus 642. D
Calliſthenis dictum ne bibere cogeretur 547. B
Callipygæ cur dictæ puellæ quædam 703. B
Calyca 790. C
Calofori 183. A
Calpium poculum 599. A
Cambletes vorax 525. A
cantilenarum tibiarum nomina 788. D
caphesiæ reſponſum 803. A
carduus 92. D
caromata & cāmates 179. B
caudaulus cibus 651. D
cantores antiqui quales erāt 17. A
canis marinus 394. D
canis piſcis 389. B
cantharus 597. A
cantharus poculum ibid.
cappadocius panis 146. C
capanicæ 528. D
capaniæ plauſtra 513. B
caphis 631. A
caprificus 99. A
caprificus alba 100. C
caprinæ carnes 509. B
carnea feſta 180. C
carbonarius panis 142. C
carani conuiuium 164. C
carbinatæ iniuriam paſſæ 660. D
carcharia 400. C
carcheſiū poculum 598. C. D
caricæ Chelidoniæ 833. B
caricæ Aegilidæ ibidem
caricæ atticæ ibidem. A
caricæ brigindaridæ ibid. B
caricæ vithraſiæ ibidem
carmen inæquale 888. D
cartus 471. A
caſeus Siculus 841. B
cauſeus Tromelicus ibidem
caſtaneæ 79. D
catabaucaleſes 789. A
catanocophoros 347. A
catillus 826. D
celeba 599. B

celtarum

celtarum cœna 183.A
centrina 377.A
cephalinus 390.C
cephalus ibidem
cephalus vnde dictus ibid.
cephiſodorus īpoſtor 785.B
ceraſus 66.C
ceraſus vnde dicta 67.A
ceraſini populi 92.D
cercopa 170.D
cercopis nuptiæ Athenis 706. C
ceres frumentaria & ſimalis 140. D
cerebrum nō nominabatur apud antiqūos 86.D
ceres Eleuſina 777.B
cernua 376.D
cerrus piſcis 366.C
cernua 400.D.& 401.A
certamēde tēperantia 778.C
certamen de forma ibidem
certamen de pulchritudine 777. B
ceruus 825.B
ceſtra 410.C
cete 386.C
cheræphili ſalſamētarij filij 154. D
chæron Pellenæus 643.B
chameupithys 871.B
chariſia 82 . A
chariſium ibidem
chellara 152.C
chelidonium 876.C
chelidonizin 456.C
cherilus gulo 4 8.C
cherine 826.C
chenniæ 498.C
cherephon paraſitus 315.A
chimeris 160.D
chirila vorax 525.A
chiromatrum 518.D
chiriſophus adulator 340.C
chloe 340.C
choragus 808.D
choria 825.B
choum feſtum 551.A
chromis 376.D.& 416.C
chryſides 633.B
chryſocolla edulium 143.A
cibi graues animi magnitudinem obturant 191.A
ciborium 95.A
ciboria 602.C
cibus nocturnus cur vtilis 353. B
cicada ornatus Atheniēſium 842. D
ciceres 72.C
cidaris 806.D
cinædologus 791.B
cineſias tenuis 699.A
citrij plātę deſcriptio 109.A
ciſſybium 602.C
citrium pharmacūoptimum contra venena 109.A
citrij ſatio ibidem
citrij colus ferax ibid.B
citriū veſtes illæſas à tineis ſeruat 119.A.& 110.C
clarotæ ſerui 336.C
clauſigelos 753.B
cleomenis frugalitas 18 .B
cleonym⁹ tripudiator 327.A
cleopatræ conuiuium 187.B
clepſiambi 812.D
clepſydra cur dicta amica 721. A
clibantia panis 141.A

clinas Ptolemæi pincerna 537. B
clinias Pythagoricus 796.D
cliſophus ſtatuam amauit. 772. C
clitoris fluuij piſces 421.A
clytẽneſtra cur occidit Caſſandram 706.D
coccalus 74.D
cœmeterium 183.A
cochleæ coitus 83.A
cochlea domi porta dicta 82. D
cochlearum partus 115.A
codymala 106.D
collatiuum 463.A
colocynta 472.C
collabi panes 143.A
colymbades oliuæ 170.D
colocaſium quid 96.C
colocynta 90.C
columna menecrates 127.A
columbæ 499.A
colũbarũ fœcunditas ibid.B
columbarum ſpecies ibid.A
columbarum coitus ibid.B
columbæ flauæ 500.C
columbinus pullus 836.C
colytra 100.D
colophoniorũ deliciæ 665.A
colybdæna 136.C
cõmodus Imperator 680.D
cõprobationes capitis 87.A
comœdiæ & tragœdiæ inuentæ 52.D
cononium 603.A
condy poculum 602.C
condy ibidem
concœna 462.D
concidere 30.C
connarus 829.B
cononis magnificentia. 3.A
conuiuia æqualia vnde dicta 14. D
conger 368.C
congri partes bonæ 375.A
coptoplacenta 827.A
copis cœna 179.A
coqui præcones 537.B
coquorum arrogãtia 370.C
coquorũ ars 843.B.& 845.B
coracinus vnde dictus 166.D
coracinus 392.C
coracinus vnde dictus ibid.
cornibus antiqui bibebant 600. C
cordax 805.A.& 806. C
cordiſtarum mos 301.B
corydus paraſitus 311.A
corydi apophthegmata 316. C
coroniſmata 456.C
coroniſtæ ibidem
cornuum inuentores 224.D
coronæ cur inuentæ 863.B
coronæ collares 862.C
corona calamorum 861.B
coronæ ſolutæ amorem coronatorũ ſignificant 85[?].A
coronæ contortæ 869.D
coronæ ſemper florẽtes ibi.
coronæ thyreaticæ 867.A
coronæ ſynthemeæ 870.B
corona Naucratites 864.C
corona vnde dicta 865.B
corona Iſthmiaca 866.C
corona myrti 864.D
coriphæna 387.A
cordyla 389.B
coſmoſandalum 871.A

corys

Cotys dementia 672.D
Cothurnicis nidulatio 496. C
cothurnix locum mutat 497. A
cothurnices Herculi immolantur 497.A
cothon 393.B
cothi ibidem
cothurnicum aucupium 808. C
cothis conuiuium 167.B
cotylus 602.C
cotyla 603.B.& 604.C
cotyliſca 604.C
cotyliſcus ibidem
cottabia ibid.D
cottabides ibidem
cottabizin ludus Siculus 539. B
cottabi ludi præmia 853.B
cottabus Siculus 851.B
cottabus præmium 852.C
cottabus vas ibidem
cottabi fragiles ibidem
cottina amica 730.A
cratægus 66.C
cranaus vorax 526.D
crauium poculum 605.A
crateres coronantur 16.C
crater vnde dictus 600.C
creium 824.C
cretenſium cœna 182.D
cretes primi inter Græcos pueros amarunt 768.C
cretanium 605.A
crembalizare 261.A
creocaccabus 486.C.D
crimnites 825.A
crotalum 871.B
crunium 605.A
cruſtatorum coitus 136.C
cruſtata vere habent oua 114. D
cruſtatorum ortus 115.A
cryſoneti ſerui 338.C
creſibius hydraulis inuentor 212.D
cuculi piſces 394.D
cucurbitæ 472.C
cucumeres anguini 97.A
cucumis coctus 90.D
cucumerum genera 97.A
cucumis ſeminarius 90.C
cucumis vt fiat bonus 97.A
cucumerum vis ibidem
cuniculus 507.B
curus 824.D
cyathus puer 519.B
cyathus fluuius 536.C
cyathis 605.B
cybium delcanum 152.C
cyclops oculos Galateæ cur non laudauit 717.B
cygnus 498.C.D
cylabras 379.B
cylichnidas 606.C
cylichnides ibidem
cylicranes 582.C
cyliſta 868.C
cymba poculum 609.A
cymbia 607.A
cynara 92.D
cynici quomodo mores canum imitentur 779.B
cyprinus 393.A
cythis 569.A
cyribana 824.D
cyn munificentia 39.B
cyſsibium 607.A

DAnae amica 755.B
Dactilotum 590.C
Daeton & Ceraon Heros 212. D
Daeta Heros ibidem
Damippus vorax 526.D
Daphne ob donarium diſcerpta 771.A
Darij artifices ſequentes in caſtris 775.A
Darius mulierum ſtudioſus 708. C
Deae quae pulchros rapuerunt 721.A
Dei conuiuiis intereſſe putabantur 460.D
Delphax 474.D
Delphini pompilum vorantes 261.B
Delphinus puerum amauit 773. A
Demetrius bibax 554.D
Demetrius riſus ſtudioſus 784. D
Demetrij delíciae 677.B
Demetrij phalerei deliciae 686. D
Democritus Abderites ſolo melle vixit 61.A
Demylus gulo 438.C
Depaſtrum 589.B
Dercyllidas 631.A
Deritae 456.D
Deſpoſianactae 347.B
Deta 896.D
Diaconium 823.B
Diceliſtae 793.B
Dictarides 733.B
Dicta poculum 609.A
Dinias 594.C
Dinum 548.C
Dinum area ibid.D
Dinũ ſaltationis genus ibid.
Dinus 635.B
Diocles gulo 436.D
Diogenes Epicureus 271.A
Dionyſius pinguis 695.A
Dionyſius rectus 219.B
Dionyſiocolaces 321.A
Dionyſius inſanus cur 782.C
Dionyſij deliciae. 696.C
Dionyſij facies vitea 102.D
Dioniſij fuga in pontũ quid 34. C
Dionyſius pomorum repertor 107.B
Dionyſius hebes ob bibacitatem 549.A
Diopethes Locrus praeſtigiator 25.B
Diopi 216.C
Dioxippus adulator 322.D
Dipneus 51.B
Diſponi 30.C
Donaria Deis erepta, amatíſque donata 77.D
Dorcades 502.D
Dorica amica 759.B
Doricha obeliſcos poſuit ibidem
Dorionis guloſi dicta 429.A
EBria fiunt animalia ratiõis expertia 542.C
Ebrietas malorum metropolis 559.A
Ebrij non fiebant antiqui 540. C
Ebrio eſſe indorũ regi non licebat 548.C
Echinus verticillus 390.C

Echini

Echini marini vis 118.C
Echinorum genera ibid.
Echinorum defenſio ibidem D
Echinus 826.C
Effoſsi piſces 421.A.B
Elana 894.D
Elapina 459.A
Elapinaſtæ ibidem
Euclides ſeutJus 322.C
Eleatæ 347.B
Eleatri 208.D
Elephantinæ tibiæ 223.B
Elephas poculum 591.A
Elephas puerum amauit 773. B
Eleodytæ & cyminanthæ 211. A
Elichryſa 871.A
Elinus 789.A
Elixatio vtilis 838.D
Elori fluuij piſces 421.A
Emmelia 805.A
Empedoclis magnificentia 189. A
Empeptas 824.D
Encris ibidem
Endymionis amor 717.A
Enoplia 209.A
Enthimo tentorium donatum 63.B
Epæclum 179.A.B
Epeclea bellaria 821.A
Epeunacti 347.A
Epidætrum 825.A
Epicyclia 824.D
Epimelis 830.D
Epidoſima cœna 462.D
Epicureus tyrannus 276.D
Epaminondas frugi 529.B
Ephebus poculum 591.A
Epicichlida carmina 816.C
Epicuri dogma 356.C
Epicuri conſuetudo 131.B
Epicuri voluptas 692.D
Epicurei eiecti à Meſſeniis 693. A
Epigonium 224.C
Ephororum diligentia 697. B
Epicrates adulator 322.D
Epocleum 128.C
Epinomis 126.C
Epiſitij 317.B
Epiſtolæ ænigma 568.C
Epicichlides verſus 85.B
Epopei mortis cauſa 361.B
Epicredia 803.B
Epitrapezomata 819.A
Equus piſcis 387.B
Eraniſtæ 459.B
Erinus 100.C
Eriphylæ ornatus ex auro 299.C.& 300. C
Eriſichthon inſatiabilis 526. C
Eritimus 417.B
Erotidia feſta 713.B
Euagoras interfectus 323.A
Euius 460.C
Euagon Platonis diſcipulus 642. D
Euphranor gulo 41.A
Euphrati ſtatutum 642.D
Euripides potum ſaltatoribus miniſtrat 536.C
Euripides mulierum ſtudioſus 708.D
Exocætus piſcis 422.C
Ex ſportula cœna 462.D


Faba

Faba Aegyptia 95.B
Faba elixa 516.D
Facere 843.B
Fageſia 352.D
Familiæ ob mulieres euerſæ 711.B
Fannia lex 350.D
Farinas in pocula iacientes 545. A
Fauago purpurarum 115.A
Fabula hortus 686.C
Facula 896.C
Flaua ouorum in pocula iacientes 145.A
Ficus Atticæ 98.C
Ficus Cypriæ 101.A
Ficus ne vermes patiantur ibidem B
Ficus & vua generoſa 834. D
Ficus nigra vitis ſoror 102. C
Ficus cur ſycea dicitur ibid.
Ficus melior omnibus fructibus ibidem
Ficus per meridiem malæ 104. C
Ficuum vis 103.A
Ficuũ varia nomina 102.C
Ficuum prodigium 101.B
Ficuum genera 99.A
Ficus Romę laudatæ ibid.B
Ficedularum genera 85.B
Fictilia deliciis apta 584.D
Fictilibus vtentes ibidem
Fidicula piſcis Apollini ſacra 412.D
Floribus cur oblectamur 702. C
Fontiũ variæ vires 54.C.D
Frumenti imago 526.C
Fullonis piſcis ius 379.A
Fungi lethiferi 78.D. & 79. A.B
Fungi vt fiãt innocui 79.B
Fungorum natura 80.C
Fuca 406.C
Furnaceus panis 141.A
Frugalitate vitia coercentur 10.C
Fuſanei piſces Dionyſio ſacri 412.D
Galatarum cœna 181.B
Galli gallinacei ſalacitas 496.C
Gallus idæus 226.C
Gallus puerum amauit 772. D
Gammari 389.B
Gatis regina guloſa 439.A
Ganymedes raptus 766.D
Gelonis lauacra 685.B
Germanorum cœna 186.C
Germanorũ ſympoſiũ 59.B
Gergerima & pityris 73.A
Gergina ciuitas 329.A
Gergini 328.D
Gethium 471.B
Gettyllides ibidem.A
Gergithæ 662.C
Gingri 217.B
Glandes marinæ 114.C. & 117. B
Gladius piſcis 400.C
Gladiatorum certamina 186. C
Glauci fabula 378.C
Glaucus Anthedonius 868. D
Glaucus 377.A

Glauc

Glaucias anas 501.A
Glycera amica 746.D
Glyceræ ſtatua erecta 758. C
Gnathenæ amicæ reſponſa 737.A.& 743. A
Gnotidia 152.D
Gnoſio 247.B
Gobius 393.A
Gobitis 363.B
Grabium 895.A
Grylli 368.D
Grofsi 100.D
Gryllion paraſitus 315.A
Grus olim fœminea 498.D
Gymnopædica 805.A
Gyala 589.A
Gultare 31.A
HAliaſeſta 713.B
Harpagium 766.D
Harmoniæ tres 796.D
Hecate triglantina 413.A
Hegemon Thaſius 514.D
Hegeſilochus temulentus 560. D
Hegeſilochi alea 561.A
Hedypotides 290.A
Helena ex ouo nata cur 75. A
Hellopes piſces 392.C
Helos ciuitas 347.B
Hellus piſcis 354.D
Hemina 604.C
Heminirum 153.A.& 156.C
Hemiopi 73.A
Hæmoniæ ficus 100.C
Harpalice 790.D
Hermochi imago 526.C
Hepatus 139.A.& 383.A.
Hepſitus 183.A
Herculis multæ mulieres 707. B
Hercules vorax 520.C
Herculis in poculo nauigans 593.A
Herculis lecti 647.B
Hermes 42.D
Herodotus tibicen vorax 524. C
Hetanium 593.A
Hyccarus locus 415.A
Hiccas ibidem
Hieris 872.C
Hilarædus 792.C
Hilarædia ibidem. D
Hileum 460.C
Himalis 789.A
Himalidis imago 532.C
Hiparinus bibax 116.B
Hiatulæ 416.C
Himæus 789.A
Hippuri partus 387.A
Hipponax tenuis 700.D
Holmus 623.A
Holocyrum 871.B
Homeriſtæ 791.A
Hominis ænigma 554.D
Amamallides 830.D
Honores ſtati in conuiuiis 16. D
Horcynus 401.A
Horæum ſalſamentum 149. A
Hori anni dicuntur 535.B
Hyagnis Phrygius 796.D
Hyccas Iulia 415.A
Hyccas erithrinus ibidem
Hydnophylla herba 81.B
Hydraulis 212.D
Hymenæus 789.B

Hyperid

Hyperides orator gulo 434. C
Hyperphrygium 798.D
Hypermixolydium ibid.
Hypodoria cãtilena 797.B
Hypodorium ibidem
Hypoglottis 868.C
Hypothymis 867.B
Hyporchematica 805.A
Hypotreti 216.C
Hypoſphagma 411.A
Hypotyrides 827.A
Hyſteriorum feſtum 124.D
Hyſtiacum 632.C
Iacche 867.A
Iaculum ballantiũ 127.A
Ialemus 789.B
Iambi 812.D
Iapygum deliciæ 661.A
Icarus Ichthyoeſſa 40.D
Ignaria 500.C
Ieius 460.C
Illationes 819.A
Illyrij bibaces 558.D
Infuſa 824.C
Inſania res aliquãdo ſuauis 703. B
Inſularum nomina ab animalibus 40.D
Io pæon 897.A
Ionica harmonia 798.C
Iouis & regis cerebrum 650. C
Iouis formæ ob pulchritudinem 720.C
Ipnolebes 127.A
Inteſtina terræ 388.C
Ion bibax 550.C
Iopes piſces 417.B
Irene amica 747.A
Iſanthes deliciis deditus 678. C
Iſchades oliuæ 73.B
Iſchiaci 756.C
Ithyphalli 793.B
Iuglandes 70.D
Itrium 821.A.& 825.B
Iulij Cęſaris parſimo 349.A
Iulus 789.A
Iuppiter amicus 728.C
Iuppiter Choopotes 675.C
Iuppiter in columbam 500. D
Iuppiter pelorius 817.B
Iuſticia introducta 692.C
Ixia herba 500.C
Labeones bacchi 390.A
Labronia 610.D
Labyzus 649.A
Lacedæmonij neque auro, neque argento vſi ſunt 301. B
Lacedæmoniorum ſympoſia 545.A
Lacæna calix 611.A
Laconica conuiuia 176.D
Lacęne q̃uo nuberẽt 705.B
Laconum cœlibum contumelia 706.A
Lactuca Eunuchus 92.C
Lactucæ thyrſus 91.B. & 92. C
Lactucæ ſpecies 91.A
Lacydes 552.C
Lagenoforia 352.C
Lagarum 459.B
Lagodia 494.D
Lagynus 630.C
Lais ſeneſcens 726.D
Lais Ariſtippi Diogeníſque amica

amica 742.B
Laius puerilem amorem introduxit 768.C
Lamentatio 789.B
Lampito 756.D
Lampon gulo 437.A
Larini boues 422.C
Larichus potum miniſtrans 536.D
Lar' Herculi ſacratus 520.D
Latona & Niobe amicæ 727.A
Latus piſcis 396.C
Laura Samiorum 684.D
Lebaſium 612.C
Lebes vnde dictus 599.A
Lebias 383.B
Leæna amica 760.C
Leonidas Cauponas in caſtris byzantiorum ſtatuit 558.C
Lens Vlyſsis ſoror 192.C
Leõteus argiuus gulo 436.C
Leontium Epicuri amica 748.D
Lepaſta calix 611.A
Leporum fœcunditas 507.B
Leporum copia in aſtipalæa ibidem. A
Lepreus cum Hercule pugnans 520.D
Lesbium poculum 612.D
Leucomænis 366.C.& 398.C
Leuci tyranni dictum 330.C
Lex quid ſit 541.B
Lex ne rei præſentes iudicarentur 752.D
Libum quid ſit 161.B
Liberiora pocula conferunt 610.C
Lityerſa vorax 524.C
Lithargentheolum 569.A
Limaria 405.B
Linguæ ſacrę mercurio 19.A
Linus 789.B
Liuia 499.B
Locuſtæ, ſquillæ, cancrique vis 137.B
Loligo 414.C
Lollius ibid.
Lotio 518.C
Lotinæ tibiæ 223.B
Lotum 96.C
Lotus 832.C
Luernij munificentia 184.C
Lucullus delicias Romæ introduxit 351.A
Lupini 72.D
Lupus piſcis 395.A
Luſitaniæ fertilitas 420.C
Lyæus 460.C
Lyciurgies 613.A
Lyconis deliciæ 693.B
Lyda poëma 760.D
Lydorum deliciæ 651.B
Lygæa herba 498.D
Lyſander deliciis deditus 687.B
Lyſimachus philoſophos expulit 779.A
Lytierſa 789.B

M

MAſtripiæ 803.B
Maſtrocinum ibid.
Mæſo 842.D
Magadis 223.A.& 810.D
Magadizare 811.A
Magodus 791.B
Magœdia 792.D
Magadis pſalterium 813.B
Mala matura 107.B

Mala nondum matura 105.B
Mala cydonia 106.C
Malacocolax 331.A
Maliferi ſatellites 649.B
Maluæ vis 76.D
Manerus 790.D
Manes poculum 614.C
Manes 853.B
Mālij Curij frugalitas 529.B
Marcelli dictum de archimede 810.C
Margaritarum genera 121.A
Margarita quomodo naſcitur ibid.
Margaritarũ precium ibid.
Margaritis pluuia cõfert ibi.
Margaritæ quomodo capiendæ 122.C
Mariandini ſerui 337.B
Mars à Vulcano ligatus 645. A
Marſyas tibiæ fiſtulęque inuentor 224.D
Maſſilienſium fœminæ aquam bibunt 541.B
Maſtus 614.C
Matto & cerdo 51.B
Matron gulo 435.A
Matthalides 614.C
Mattya 180.D
Mattya 181.A
Mattyazare 848.C
Mattya quomodo fiat ibid.
Maza 847.B
Mazones 189.B
Mazonomi ibid.
Medea 706.D
Mæna hecates cibus 398.C
Mæna 398.C
Megalarti ſtatua 526.C
Mel cibus pythagoricorum 61. A
Mela poculum 613.A
Melandryæ 155.B
Melanthius gulo 436.C
Melanthius gulo 695.B
Melancoryphus 85.B
Melanderinus 398.D
Melanurus ibid.
Meliceres 827.B
Melitæi catuli 656.C
Melilotum 96.C
Meliceta 378.C
Menecrates inſanus 368.D
Menecrates deriſus à Philippo 369.B
Menedemi prandium 530.C
Menedemus & Aſclepiades 204. D
Menſæ antiquorum immotæ 14.C
Menſæ antiquæ rotundæ 616. D
Menſæ ſecundæ 818.D
Meneſtæ 338.D
Mercurialia feſta 816.D
Metaceras 54.D
Metanipterum 613.A
Metanipteris ibid.B
Methymnæus 460.C
Mileſij bibaces 558.C
Mileſiorum deliciæ 662.D
Mileliæ fœminæ aquam bibunt 541.B
Milo Crotoniates vorax 522. C
Minos Athenienſibus placatur 766.D
Mitilæ 117. A
Mithæcus piſtor 145.A

Mitil

Mitilorũ vis 113.B.& 117.A 752. D
Mnotæ 342.C
Mnæa 338.C
Mnaſeas ſalpa 408.D
Molli 826.C.D
Monaulus 214.D
Mora 67.B
Mormilus 398.D.& 399.A
Mormur piſcis 398.B
Mortem natura & lex diuina fugere cogunt 191.A
Moſchionis diuitiæ 687.A
Muceri 69.B
Mucones piſces 390.C
Mugiles ibid.C
Mugiles flutæ ibid.D
Mulieres obſides qui primus cepit 771.B
Mulieres Italæ vinum non bibunt 556.C
Mulieres Græcæ ſemper ebriæ ibid.
Mulieres omnibus conceſſæ 651. B
Murenæ 397.A
Murenæ venenatæ ibid.
Murus ibid.B
Muſica ex auibus reperta 493. B
Muſica in bello vtentes 799.B.& 801. A
Mubois ſtudiũ arcadũ 799.B
Muſicæ laudes 798.D
Muſicorum inſtrumẽtorum nomina 812.D
Muſocopi 216.C
Muſtelorum ſpecies 375.B
Myconij parci 8.D
Mycerinus bibax 552.C
Myrrhina hyperidis amica
Myrmiæ 398.D
Myſta amica 756.C
Myſteria muris latibulum 127. A
Myma quid 847.A

N

Ablas 214.C
Nais amica 747.A
Nannium amica 747.D
Nanus 825.A
Nalices & patellæ 116.C
Napy 465.A
Naſtus 143.B
Naſtus 825.B
Nauclides pinguis 698.C
Naucratitarum cœna 90.C
Naues Ptolemæi 260.D
Nauis Hieronis 264.D
Nauis Philopatris 261.A
Nautilus 404.C
Nectar quomodo fiat 51.A
Neæra amica 756.D
Nemeſis in piſcem 425.B
Neodamodes 347.B
Neſtor bibax 546.D
Neſtoridis expoſitio 601.B
Nicarete amica 760.C
Nico capra amica 744.C
Nicolaus Peripateticus vorax 525.B
Nicoclis contentio de deliciis 672.C
Niceſias adulator 321.A
Nicoſtratus argiuus adulator 324.C
Nicoſtratus argiuus 369.A
Nicoteles bibax 552.D
Nili piſces 53.B
Nili aqua 54.D
Ninyæ deliciæ 668.D

Niſæus bibax 549.B
Niuis vſus in potu 159.B
Noctis ac diei ænigma 569.B
Nomadum diuitiæ 582.C
Nomĩa à cibo deducta 318.D
Noridanus & centrina 375.B
Nothippus gulo 437.A
Nouacula interdicta tonſoribus 718.D
Nuces auellanæ 70.A
Nuces moſtenæ 68.C
Nuces perſicæ 70.C
Nuces pōticæ 69.B. & 70.C
Nuptiæ maſsilienſium 232.D
Nux pinea 74.D
Obeliafori 143.A
Obſonium quid 352.B
Obſonium 354.C
Oculi magiſtratus 537.A
Orchi reſponſum 695.A
Odatis amor ex ſomno 731.B
Odum poculum 635.B
Oecoſitus 319.A
Oeneſteria 624.C
Oenoptæ magiſtratus
Oleum multiplex 88.C
Oleum omotribes ibid.D
Oluæ 72.A
Ollæ rhodiacæ 585.A
Olpe 625.A
Omentum epiplæum 157.B
Omphales aĩaduerſio 651.B
Onaris ſtratagema 658.C
Orbicata 105.B
Orcynus 386.C
Orobij Rom. victoria 276.C
Oropherne bacchi vociferationem introduxit 154.D
Orphos & Orpheos 400.D
Orphacinus ibid.
Orſires 803.B
Ortygomater
Ortygia inſula 497.
Oſtracidæ 74.B
Oſtrearũ vis 113.A & 117.A
Oſtrea ad vrinandum excernendúmq; vtilia 112.C
Oti aucupium 495.A
Otides 494.C
Otos capiẽdi modus 494.D
Otus vnde dictus 495.A
Oua piſcium ac ſalſamentorum 156.C
Oua quæ præſtantia 75.B
Ouoſcyphium 635.B
Ouum poculum 636.C
Oxybaphum 89.B
Oxyrodinum 89.B
Pagurus 421.A
Palmæ cerebrum 94.C
Palumbes 500.C
Paliurus 830.C
Palmulæ 831.B
Palmularũ caprificatio ibid.
Panaretus tenuis 700.C
Panathenæa feſta 675.A. & 713.B
Pancarpia 827.B
Pandura 124.D
Panes cubi 147.A
Panes collicij 145.A
Pania ſatietas 143.B
Panis artopticus 145.B
Panis bolettinus 146.C
Panis ſtrepticius ibid.
Panis laganum ibid.
Panis thargelus 147.A
Panis ericita ibid.
Panis cyllaſtis ibid.
Panis blema 147.B

Panis

Panis pyrnus ibid.
Panis blomulius ibid.
Panis ſpoleum 147.B
Panis hordeacei vis 148.D
Panis ſimilaginei vis 149.A
Panis triticei vis ibid.
Panis ex polline vis ibid.
Panis in Sartagine coctus ibidem.
Panis ex olyra ibid.
Panis ex zea ibid.
Panis ornidus 142.C
Panis obelias 143.A
Panis apopyrias 144.C
Panium genera 141.A
Pāthica formoſiſsima 777.A
Panthaleon impoſtor
Panus 896.C
Papporum ænigma 567.A
Papauera purpuræ 114.C
Paridis iudicium 644.D
Parrhaſij deliciæ 688.C
Pramenifcus nōridens 783.B
Parabia 564.C
Parodi 892.D.
Parthorum cœna 186.D
Paropſis 465.B
Paſicyprus intēperans 203.B.
Paſſer piſcis 418.D
Paſſeres currum Veneris trahunt 496.C
Paſſeres ſalaces 496.C
Paſſeres quot pariunt ibid.
Paſſeres mares latent ibid.
Paſſerum duo genera ibid.
Paſſum 555.B
Paſtinaca 470.C
Paſtorale 790.C
Patellæ vis 118.D.& 112.D
Pauo virginem amans 773.A
Pauo quot parit 503.A
Pauo quo tempore pingitur 503. A
Pauones Romæ plurimi 836. D.
Pectines 117.B
Pectinum vis 113.B
Pectis 224.C
Pectidis inuentor 811.A
Pederaſtæ tragœdiæ 766.C
Pelamides 152.C
Pelamis 386.C
Peliades 618.C
Pelica 624.D
Pellis 625.A
Peluis 612.D
Peloria 817.A
Pelta piſcis 155.B
Pernæ optimæ 841.A
Peneſtæ ſerui 338.D
Penelæ 338.D
Pemphilippari 700.D
Pentaploum 625.B
Pepones 90.D
Perca 405.B
Percus ibid.
Perdices 492.C
Perdices cœlibes ibid.D
Perdices paphlagoniæ 494. C
Perdices ſalaces 493.A
Perdicis aſtutia 492.D
Perdicis partus 494.C
Perdices ex vento cōcipiunt 493. A.
Periclis voluptas 674.D
Perna 464.C.& 467.A
Perſarum multæ pellices 706. D
Perſarum cœna 183.B

Perſarum cõſultatio 184.C
Perſę tripudij ſtudioſi 548.C
Perſica mala 108.C
Perſeus citieus ob amorem pugnauit 774.D
Petihnorum conſtantia 668. C
Phæninda ludus. 18.C
Phænolas 126.C
Phager 415.B
Phalaris 501.A
Phalliferi 793.A.B
Phalaridis clementia 667.A
Phamiota 338.C
Phanus 895.A
Pharax deliciis deditus 678. C
Phaſiani 490.C
Phaſianus 835.B
Phaulia mala 107.A
phayllus gulo piſciũ 430.C
Phiala 632.C
Phibalea 98.D
Phiditia 180.D
Phiditia cœna 228.D
Pheſtij ridiculorum ſtudioſi 335. B
Phibalęę myrti fructus 98.D
Phigalenſes dibaces 554.D
Philadephus fios 873.A
Philadelphi amicæ 733.A
Philelias 789.B
Philetas Cous 508.D
Philetas tenuis 700.C
Philetærus amicæ filius 734. C
Philina 869.A
Pilippides tenuis 700.D
Philippus bibax 548.D
Philippi ſocij 203.B
Philippus mulierum ſtudioſus 708.C
Philippus ad Menecratem 369. A
Philippus Scurra 784.C
Philippus ridiculorum ſtudioſus ibid.
Philocotoniſta 545.A
Philopotes ibid.
Philœnus ibid.
Philoſophorum amicæ
Philoſophi maledici 282.D
Philoxenus cytherius gulo 433. A
Philoxenus gulo 7.B
Philoxeni paraſiti dicta 316. D
Philoxenus gulo 6.C.& 7.A
Philtrum 470.D
Philyrinus 699.A
Phlogides 837.A
Prochois 626.C
Phœnica muſicum inſtrumentum 811.B
Phocais cyri amica 733.B
Phocydæ 830.C
Phocion frugalis 529.B
Pholades 114.C.& 118.C
Phormio frugalis 529.B
Phorbantis edictum 337.A
Phoruſcus gulo 436.D
Phorynges tibiæ 223.A
Phrygia harmonia 796.D
Phryne amica 752.C
Phrynes faſtus ob formam 752. D
Phrynes ſtatua 753.B
Phthiota 699.A
Phtheropyle amica 743.A
Phyſicillus 177.B

Piſta-

Piſtacia 829.B
Pſammathis 415.A
Phyromachus vorax 524.C
Plagonis amicæ liberalitas 757. A
Placenta hyrgæa 148.C
Placenta pagas 822.C
Placentæ ſamiæ ibid.D
Placentarum genera 826.C
Placentæ ex caſeo ibid.D
Placentæ ſextæ & eretriæ 194. C
Platiſtaci 492.D
Platonis errores 279.A
Platonicarum legum obiurgatio 641.B
Platonica quæſtio libri ſeptimi legum de coronis 858.B
Plemochoa 626.C
Pluuia ranarum 423.A
Pocula antiquorum 580.D
Podicis ænigma 566.D
Poëtarum amicæ 760.D
Pollis 825.A
Polyarchus 690.A
Polydori Teij frugalitas 695. B
Polypus 401.B
Polypi partus 402.D
Polypi coitus ibid.
Polypi venatio 402.D
Polypus mutatur 403.A
Polypus exit in ſiccum 403.A
Pompeiopolis 841.A
Pompilus 361.A
Pontius 377.B
Porphyrionis cuſtodia 491.B
Porphyris ibid.
Porrum 471.A
Potus flos 869.A
Potus menſura 637.A
Præcoces ficus quæ ferant 101 A
Præſtigiatores Alexandri 681. B
Pramnium vinum vnde dictum 40.D
priapus quid 40.C
Primacho ſtatua erecta 341.A
Primachus ſeruorum imperator 340.C
Priſtis poculum 626.C
Proarum 624.D
Prochois 626.C
Prochytas ibid.
Procorum ludus penelopes 20. D
Prodromum vinum 40.C
Promachus bibax 535.A
promalanges 328.
Pronomus tibia primus cecinit 806.D
Propolus 342.C
Proſpelatæ 347.A
Proteas Alexandri nutrix 165. A
Proteas bibax 547.A
Protiadæ 733.A
Prothentes 209.A
Pruna damaſcena 65.A
Pruſias 626.D
Prytaneorum cœnæ 227.A
Pſagda 883.B
Pſilinæ coronæ 867.A
Pſalterium 224.C
Pſilocithariſta 814.D
Pſorus 398.D
Pſothia 825.A
Ptolemæus euergetes pinguis 696.D

Ptolemæus deliciis deditus 678. D
Ptolemæi pompa admirabilis 251.A
Pueri ſolos piſces edentes 438. C
Puerum lapideum quidam amauit 772.D
Puerilium amorum ſtudio ſæ rationes 766.D
Pueri Romani in ſacris miniſtrantes 536.D
Pulchri ſummo in honore in Sparte 719.B
Pulcum 827.B
Purpurarum genera 115.A
Purpurarum ortus 115.B
Purpurarum vis 119.A
Pyleuon 867.A
Pyra ſecundæ menſæ 850.C
Pyramis 826.C
Pyramus ibid.
Pyrrichæ 805.A.B
Pythagoras bouem mactauit 529.A
Pythagoras frugalis ibid.
Pythagoras muſicæ ſtudioſus 807.A
Pythagorici à piſcibus abſtinebant 391.C
Pythiarchus tyrannus 39.B
Pythionica guloſa 431.B
Pythonis Craſſi oratio 698 C
Quartanus 490.D
Quercus ſudor 569.A
Quid omnium duriſſimum 368. C
Quid neſcientes omnes docemus 571.A
Quid ſit vbique & nuſquam 883. A
Quomodo potandum 154.D
Quomodo transfixi intelligitur 615.B
Quoties bibere oporteat 47. B
Quoties edebāt antiqui 13.A
Racemus ex vino 8,5.A
Radere quando inuentum 718.C
Rapæ ventres 457.B
Rapæ conditæ 171.A
Raparum genera 468.C
Raia 365.A
Rana ibid.
Raphis 406.C.& 467.B
Raphanus 73.B
Receſſus vocatus Siciliæ 500. C
Regū Perſarū deliciç 649.A
Regis Arab iudicium 653.B
Renes 487.A
Rethorica expulſa ex Lacedæmone
Rheonta 626.D
Rhodias 627.A
Rhyſis phiala ibid.
Rhytum ibid.B
Ridiculorū inuētores 783.B
Romanæ fœminæ vino abſtinebant 541.B
Romanorum cœna 185.A
Romani ab externis omnia bona ceperunt 319.B
Romani religioſi ibid.
Roſarum folia 872.B
Roſtrum 123.B
Rubelio dyca 383.A
Rutæ vis 111.A


Sacca

SAcea Babyloniæ feſtum 817. A
Sacer piſcis 393.B
Sacrificus locus 97.B
Sacræ inſidiæ 714.C
Sacrificium ad Alcibiadis ſepulchrum 731.A
Sacharis lacte nutritus ſemper 670.D
Salpa 408.C
Salſamentorum vis 154.D
Salſamentum ſacrificatur D.379. B
Saltantium modi 803.A
Saltationum figuræ 804.C
Saltationes ridiculæ 671.A
Saltationes lyricæ 805.A
Saltandi ſtudium antiquorum 802.D
Saltationum nomina 803.B
Saltationes furioſæ 804.C
Saltatio florula ibid.D
Saltationes ſcenicæ 805.A
Saltatio Italica bathylli 26.C
Saltationes apud Xenophontem 19.A
Samagorium vinum 542.C
Sambuca 809.B. & 811.A
Samij à ſeruis oppugnati 341. B
Samij pdicibus territi 839.A
Samiorum deliciæ 664.D
Sanacra 628.C
Saperda platiſtacus 392.D
Sarda 417.A
Sarda cantu gaudet ibid.B
Sardini ibid.
Sardanapali mors 669.A
Sargus 138.D.& 408.C
Scarus & ſcaris 406.D.&
412. C
Saturnalia græca 817.A
Scepinus piſcis 410.C
Sciadeus ibidem
Scipionis aphricani parſimonia 349.A
Scomber 407.A
Scombraria inſula 155.B
Scopæ 656.C
Scorpius piſcis 407.A
Scorpæna ibid.B
Scorpides ibidem
Scottas bibax 552.D
Scurræ ſexaginta athenis A 784. D
Scyphus 631.A
Scyphium 630.C
Scythus 631.A
Scyndapſus 223.B
Scytaliæ tibiæ 216.C
Scythyzare 539.A
Scytharum iniuria 662.C
Scythæ ac Thraces vinũ per veſtes effundunt 545.A
Sebaſtes 832.D
Seleucus 628.C
Semicaput 486.D
Semiſectum poculum 593.A
Semperaſiones 806.C
Senex fit citius ebrius 542.C
Sepiæ 139.B
Sepiæ partus 410.D
Sepiæ ouum 411.A
Serpillinũ vnguentũ 882.D
Serui malorum multorum cauſa 339.A
Seruis dñi qñ ſeruirẽt 816.D
Seruis quo pacto Chij vtebantur 139.B
Seruis puidẽtes leges 341.B

MM 5

Seruos primi Chij habuerunt 340.C
Seruus Iunonis 336.C
Seruorum Romanorum numerus 348.D
Seruorum Corinthiorũ numerus 348.C
Seſamis 825.B
Sicinniſtæ Satyrici 804.D
Sida 831.A
Sideritis 871.B
Simonides 839.A
Simodi 791.B
Siris Siritarúmque deliciæ 661.A
Sius Deus 459.B
Sium 80.C
Sindron 342.C
Siſymbrium 877.A
Smaragdus 122.C
Smyndrydes ſybarita 349.A
Smyrides 417.B
Socratis ſomnium de Platone 640.D
Socratis duæ vxores 706.C
Socratis mortis cauſa 779.B
Socrati victoriæ falsò attributæ 276.D
Sol nauigat in poculo 592.C
Solenes 117.A
Soleniſtæ ibid.B
Sophoclis in puerum ſtratagema 770.C
Sophocles pederaſtes 769.A
Sophocles voluptatis introductor 693.B
Sophocles philoſophos relegauit 779.A
Sophiſtæ Roma eiecti ibi.
Soroadius dæmon 56.C
Sorba 66.D
Sotades maronites 792.C
Spartanæ virgines 720.C
Sparus 407.A
Speuſippus deliciis deditus 692.D
Sphenæ 390.D
Spheneum dactyleũ 390 D
Sphyræna 410.C
Spinax 375.B
Spinus auis 86.C
Spira 826.D
Spongiæ vbi naſcantur 116.D
Squatina 406.C
Squatina liobatus 396.D
Squillæ carides 137.A
Stæritas 825.A
Stacte 882.C
Stratius paraſitus 627.B
Stratonis deliciæ 671.B
Stratonici apophthegmata 440.D
Stemphilis oliua 73.B
Sternutatio ſacra 87.A
Stilpon frugalis 534C
Strenuitas maxima virtus 800.D
Struthium 868.D
Struthia mala 106.D, & 107.B
Sturni 86.C
Sues ſacri in Creta 476.C
Sus ſemielixus 482.C
Sus Calydonius 508.C
Sus piſcis 414.D
Syager 508.C
Syatrus ibid.

Sybaritarum deliciæ 655.A
Sycites Dionyſius 102.D
Sycophante 98.C.D
Sylla riſus ſtudioſus 784.D
Symbolum 463.A
Synagris 409.A
Synodus 450.C
Synthiaſotæ 459.B
Syracuſiorum lex de veſtibus 658.C
Syrignum inſtrumentum 815. A
Syrorum vita 270.C
TAbeta 631.B
Tæniæ 413.B
Tagenites 825.B
Tantali fabula 359.A
Tantali pœna 32.D
Tarentinorũ deliciæ 660.D
Tapyri vini ſtudioſi 557.B
Taulopia 414.C
Tauri dicti pincernæ 537.B
Taurina aqua 158.C
Tatyras 490.D
Teleſphorus 786.D
Telliæ munificentia 3.B
Terinum 882.D
Tetrax auis 504.D
Tethea 116.D
Tetraones 836.C
Tenthio bibax 554.D
Thais Alexandri magni amica 733.B
Thalia, methe, thæna 52.D
Thallia 841.B
Thargelia feſta 536.D
Thargelia celebris ob formam 776.C
Theagenis voracitas 551.B
Thearion piſtor 145.A
Themiſon Hercules 369.B
Themiſtocles ex amica ortus 733.A
Theodorus Deos negabat 779. B
Theoris amica 755.B
Theophraſtus bathylli ſaltatione delectatus 26.D
Thericleum 395.B.& 594.C
Thericles figulus 593.B
Theſeus mulierum ſtudioſus 707.B
Theſſali voraces 528.D
Theſſalæ cetæ 338.D
Thiaſus 459.B
Thraces bibaces 558.C
Thracum cœna 182.C
Thunnæ partus 386.C
Thunnæ fœminæ 386.C
Thunnus immolatur ibid.
Thunnus vnde dictus 385.A
Thunni venter ibid.
Thynneũ ſacrificium 379.A
Thynnium 155.B
Thyrſion 395.A
Tibiarum genera 810.D
Tibiæ buxeæ 216.C
Tibiæ quando fuerunt in precio 226.D
Tibiis in bello vtẽtes 653.B
Tigris amica 675.A
Tilphoſa fons 54.D
Timolaus intẽperãs 549.B
Timoſa omnium pulcherrima 776.D
Timotheus primus tonſus 718. C
Timotheus amicæ filius 734. C
Tirynthij oraculum 335.A

Trach

Trachuri 413.B
Tragaſeum ſal 96.D
Tragelaphus 632.C
Tragœdiæ vtilitas 287.A
Tragœdiæ facilitas 286.C
Translitoraneus cephalus 390.B
Triangulus inſtrumentum muſicum 214.D
Trigla ſacra 412.C.D
Trigla ſacra hecatæ 412.D
Triglæ vis 413.A
Trigonum 224.C
Trigola 410.D
Trimma 42.C
Tripos vnde dictus 50.C
Tripos Dioniſij quid 49.B
Tripodes menſæ 64.C
Tripodũ duo genera 50.C
Tripos muſicum inſtrumentum 814.C
Tripudiare 459.A
Triremis 632.C
Triremis domus 49.A
Tubera 81.A
Tuberum natura ibid.
Turdorum genera 85.A
Turdus piſcis 388.C
Tyčta 186.D
Tyrannides ob amorẽ puerorum euerſæ 767.A
Tyrrhenorum ac indorum cœna 185.B
Venatio ad quæ conferat 31.B
Venter omnium malorum cauſa 530.C
Venerea gutta 854.C
Veneris impiæ lucus 752.D
Veneris publicæ templum 724.C
Veneris meretricis ſacellũ 728.C
Venus phila 328.C
Venus amica 726.D. & 228
Venus ab amicis erecta ibi.
Venus melænis 749.A
Venus emergens 752.D
Venus Chidia praxitelis ibid.
Venus callipyga 703.A
Venus pithionica 758.C
Venus argynnis 769.A
Venus quid 764.D
Vinago 499.A
Vini ſtudioſæ nationes 545.A
Vini miſtio 543.B
Vini vtilitas 47.A
Vini etymologia 46.D
Vini miſtio iuxta Heſiodũ 538.D
Vini miſti quomodo reperta 863.A
Vini vis 542.C
Vini vis par igni 48.D. & 49.A
Vinum dolores fugat 636.D
Vinum ex loto 832.C
Vinum non habet gubernacula 540.C
Vinum nec bonum nec malum per ſe ibid.
Vinum icarum 40.D
Vinum Euboicum, naxium, corinthiũ, ſciathiũ ibi. D
Vinum byblinum 41.A
Vinum anadrites ibid.B
Vinum vetus confert ſanitati 34.C

Vinum hordeaceum 563.B
Vinum qui primus miſcuit 50. D
Vinum calybonium 37.B
Vinum lesbium ibid.B
Vinum pſythium 38.C
Vinum peparethium ibid.
Vinum phœnicium 39.A
Vinum mendæum ibid.
Vinum thaſium 37.B
Vinum ſurrentinum 34.B
Vinorum natura 44.C
Violæ vis 871.B
Virgo, menandrus 127.A
Viticis coronæ 549.A
Vitis origo 46.D
Vlyſſes vorax 521.A
Vmbra piſcis 410.C
Vlus 789.A
Vmbræ ænigma 569.A
Vnguenta 878.C
Vnguẽtum roſaceum 881.B
Vnguentum telinum thurinum 882.C
Vnguentorum vis ibid.
Vnguentorũ ſtudioſi 884.C
Vnguentorum vſus cauſa 885. A
Vnguis poculum 624.D
Vnguentaria ars 780.D
Voluptatis mala 695.B
Voluptatis laus 646.D
Voracitatis templum 526.D
Vpingi 798.B
Vranopolis ciuitas 127.A
Vria 501.A
Vrinatrix ibid.
Vrtica 116.D
Vrticarum genera ibid.
Vrticæ vis ibid.
Vulua ſuilla 130.C
XEnophontis errores 278. C.D
Xenopithia pulcherrima 776. D
Xenophõ præſtigiator 25.A
Xerſis ſumptus 186.D
Xylolychnuchus 896.C
Xyſticus ſuccus 106.C
ZAariadris amor ex ſomnio 728.D
Zaleuci lex 541.B
Zeceltis 467.B
Zeno lupinis ſimilis 72.D
Zephyria oua 75.A
zoganes 817.A
zoron 535.A
zygis 872.C

FINIS.

*Lugduni*,
Iacobus Faure
Excudebat.

apolle na

uſq op

nam bo

du xit